

PETRI BARBOSÆ LVSITANI,

IN SVPREMO PORTVGALLIÆ SENATV CONSILIARII, MAXIMI CANCELLARII, ET IN CONIMBRICENSI ACADEMIA IVRIS Cæſarei primarij emeriti Interpretis,

COMMENTARII

AD INTERPRETATIONEM Tituli, ff. de Iudiciis.

Opera & diligentia PETRI BARBOSÆ *de Luna, ſupremi Conſilij in regno Portugalliæ Senatoris.*

Editio poſtrema, pluribus quibus ſcatebat mendis expurgata.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Sumptib. LVDOVICI PROST Hæredis Rouille.

M. DC. XXII.



NOBILISSIMO D. D.

IOANNI GOVION,

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI CELEBERRIMO, VRBIS LVGDVNENSIS olim Consuli vigilantissimo, Marchisatus de Vilars, & Miribel, appellationum Iudici dignissimo fori Lugd. Aduocato eloquentissimo,

LVDOVICVS PROST S. P. D.

MEMNONIS *Phydiæ, & Praxitelis statuas, Apellis Parasiæ & Protogenis tabulas non solùm ex operis præstantiâ, sed vel solo Authorum nomine plurimum gratiæ, veneris & commendationis apud omnes obtinuisse non te latet (vir Amplissime,) Ea propter existimaui tibi non ingratum fore, si* Petri Barbosæ, quondam in supremo Portugalliæ Senatu Consiliarij, Maximi Cancellarij, & in Conimbricensi Academia Iuris Cæsarei primarij emeriti Interpretis, Commentaria ad Interpretationem tituli ff. de Iudiciis *tibi offerrem, immò iucundissimum tum ex Authoris nomine, quod quidem hodie magnum est, in omnium ore versatur, quippe qui ingenio esset excellenti*

præcoci, & in quo tanquam in pingui ac feraci solo omnes dignæ artes ita facilè ipsum comprehenderint, vt eas non ab alijs accipere, sed ex se ipso parere ac proferre visus fuerit, tum ex operis dignitate; ea enim sunt Barbosæ scripta, quæ non solùm in eruditorum hominum vmbraculis recto vt dicitur steterint talo, sed etiam publico elogio commendata plausum & ἐπισημάσιας tulerint. Hunc igitur talem tantumq; scriptorem, meis impensis, meis laboribus, quà illustriorem, quà publicis commodis vtiliorem redditum tuo nomini inscribo, & quæ antiquæ votorum formula est, libens meritò do, dono, dedico, libens propter eximias ingenij tui dotes, aureos tuos mores & diuinas in omni genere virtutes tuas, quibus tanquam gradibus bene de Republica Lugdunensi meritus, tot tantisq; pro ea susceptis laboribus, ad Consularem dignitatem cæterasq; omnes Municipales fœliciter ascendisti. Meritò autem ex eo quòd vetera tua in me beneficia semper cumulas recentibus, quibus tantùm me debere intelligo, quantum persoluere difficile sit; leuis enim pugnæ facilis victoria. Et citra vllius opem & adiumentum comparata per se laudis commendationem nec amplam meretur, nec illustrem. Cùm enim amplitudo ex multis multorum ornamentis, splendor verò & dignitas, vt est apud principem Lyricorum Pindarum, ab operis perfectione spectari soleat ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι, superioribus mensibus cùm de summa rerum nostrarum ageretur, & grauibus periculis fortissima præsidia quærenda essent, tuum doctissimi Iurisconsulti sequutus consilium, eloquentissimi verò Patroni (vt in

confesso

confeſſo eſt apud omnes) fœliciter expertus præſidium non poſſum ſatis laudare, & dignis extollere encomijs. Immò etiam ſatis probare illud Poëtæ

——habent quoque ſua ſydera lites,

ſiquidem per vias inuias, per cliuia accliuia decliuia, per meandros diu conteſtatæ litis labyrintheos, per varios Iuriſprudentiæ anfractus & implicitos gyros, demum per tot Syrtes ſydus affulges auſpicatiſſimum, ſed dioſcaurorum Caſtoris & Pollucis, quod ex ortu ſuo maris rabiem placat, tempeſtateſq; diſpellit, quid ſupereſt niſi vt more eorum qui ex Oceano vndis vndique turbato fœliciter enatarunt. Tibi tanquam magno Neptuno vota perſoluam. Vale (vir Ampliſſime,) & æternum hoc grati animi monumentum benigno vultu excipe, meq; offerentem clientelæ & patrocinio perpetuò aſſere.



PHILIPPO III.
HISPANIARVM
MONARCHIÆ, ET

omnium Regum potentissimo
& pientissimo,

Petrus Barbosa de Luna supremi Consilij in Regno Portugalliæ Senator.

VM Auunculi mei vigilias mirabiliter exsudatas, & in ordinem redactas ad amussim meâ diligentiâ & labore typis excudi operæ pretium ducerem, necnon ab æmulis mihi stimulis inuidiæ agitatis aufugiendum esse censerem, non nisi ad tuæ Majestatis asylum tuto confugere animo & cogitatione decreui. Nec verò me fretili aliquo discrimine circumscriptum, & à quo facilè euadendum esset, quis autumarit, namque & defuncti memoria, quam pro viribus incolumen, superstitémque seruare cordi fuerat, & mei ipsius fama, decus, existimatio, & si qua iis chariora homini videantur, hac tempestate periclitari visa sunt. Ille quidem, cui sua iam fortuna peracta est, postquam tot litterarum monumentis immortalitatem nominis sibi comparauit, vltra ea quæ in dies magis lucubrationibus meis in lucem, si fortè meliora velit, proferentur, humanis iam solutus ex vitiis, tranquilla quiete & diuino solatio frui verosimiliter credendus est.

Non

Non verò grauissimis tempestatibus agitati, & maleuolentiæ fluctibus penè obruti, quando maiores ad dignitates longo quidem temporis interuallo satis emeritas non inconsulto animus aspirabat, alia ex aliis in fata vocamur, cùm ob tanti viri memoriam, tot tantáque beneficia quibus Lusitanam Rempublicam magnopere demeruit, non solùm me non despicere, sed etiam suscipere omnes, quando alia non suppeteret ratio, debuissent. Nam & propter Pyndari munus Alexander ille Macedo, omnes illos qui ab eo ducerent originem ab excidio thebano libero reddidit, at tota penè Ciuitate ab exilio reseruata, mea tantùm domus imo petitur, illud verò meis ab incommodis fortuna sibi detrimentum parit, quod de ea coram Majestate tua iustissimè quæror, cui ea cælitus imposita cura est, vt iis benignè consulas, è quibus emolumentum aliquod in Rempubl cam, & vtilitas emanarit; quod si nostra cures, & hoc quod libenter offero munus accipias, spero fore vt hac in Prouincia quam suscepi animos ad vlteriora sufficias, illi verò, qui res meas odio ac maleuolentia prosequuntur prorsus deficiant, ac miserrimè contabescant.

***

AD

AD LECTOREM.

ILLVD mihi à Domino meo Petro Barbosa munus fuit iniunctum, dum adhuc in humanis esset, vt postquam è viuis decessisset, Opera omnia, quæ ipse per tot annorum curricula, tam in Conimbricensi Academia, vbi in legalis Philosophiæ primaria cathedra rude donatus, & miles emeritus extitit, quàm in suprema Madritij Curia Senatoris, & in regno Portugalliæ maximi Cancellarij munere functus, fœlicissimo mentis portu produxerat, orbi siribundo mea diligentia diuulgarem, & vtilitati publicæ consulerem. At rei magnitudine ex tempore deterritus hæsitare parumper cœpi, vtrùm votis exitus æquo pede succederet, tantóque excepto ædificio extremam imponere manum potis essem, cùm ambages magnas, & miracula rerum nescio quæ, è regione mihi sumptus necessarij difficultas obijceret, hærentémque videns, & labori tenaciter accinctum, magis ac magis implicaret. Ea verò est animi nostri vis & conspiratio, quando alicuius gloriæ stimulis concitatur, vt nullum non mouerem lapidem, quoad vsque tantæ difficultatis inuolucro posthabito designatum Opus typis mandarem; cùm subito noua tempestas oborta incogitantem me aggressa est, parúmque abfuit, quin ab incepto desisterem, atque animos desponderem. Ecquis enim, certè licèt Ænea contextus, post innumeros labores in regiis muneribus exantlatos, famosósque magno cum vitæ discrimine, in carcerem detrusos, crucíque affixos ob patrata facinora, vnde qu[illegible]em non solum inuidia, sed vesana etiam odia conflata sunt, integritatem suam repentino sindicatui obnoxiam, non deploret, atque etiam perhorrescat. Verùm enimuero, quo grauiùs in me assilire fortuna tentauit, eo etiam obnixius ministrat animos vltima desperatio, resisterer consulto decreui; Fœlicissimíque auunculi curas in titulum de Iudiciis impensas, in pignus aliarum tandem viuis amatoribus offerre curaui. Eáque diligentia summaria compegi, Indicémque fieri elaboraui, vt omnia per librum digesta, primo quis intuitu comprehenderet, qua solicitudine vitia effugi, quibus Titulus de Soluto matrimonio scatere visus est, non quidem circumspectissimi Authoris incuria, sed illius, cui eandem ipse curam demandauit. Quòd si, quæ meis adhuc ludit in rebus fortuna remiserit, ab ipsa forsan ad manipulum, à manipulo ad facem veniemus. At si, quod DEVS aduertat, obdurauerit, vernantésque arboris opimæ flores decusserit, erunt qui suffocati fructus spes intercisas doleuint.

***

PETRI

PETRI BARBOSÆ IVRISCONSVLTI HISPANI, ET CONSILIARII REGII præstantissimi,

LECTVRÆ ET INTERPRETATIONES in Tit. ff. de Iudiciis.

L. 1. & 2. Art. I.

De Prorogatione Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *De prorogatione iurisdictionis in hac l. & sequenti tractatur.*

2 *Materia prorogationis iurisdictionis quotidiana est, & latissime patet.*

3 *Prorogationis tractatio in quinque articulos diuiditur.*

4 *Primus articulus continet definitionem prorogationis, & illationes quæ ex ea consequi videntur.*

5 *Secundus, quotuplex sit prorogatio.*

6 *Tertius, quæ sint necessaria ad validitatem prorogationis.*

7 *In quarto tractabitur de caussis admittentibus prorogationem iurisdictionis vel illam respuentibus.*

8 *In quinto explicabuntur effectus ex prorogatione iurisdictionis resultantes.*

9 *Definitio prorogationis iurisdictionis variè inuenitur tradita per doctores.*

10 *Prorogatio iurisdictionis definitur, vt sit extensio iurisdictionis ordinariæ ad caussam seu personam alias sub ea non comprehensam.*

11 *Prorogatione iurisdictionis potest iudex excedere metas iurisdictionis, quia huic excessui accedit voluntas partium, & legis approbatio.*

12 *Prorogatio iurisdictionis est applicatio illius ad personas consentientes, quæ alias sub ea non continebantur.*

13 *Prorogatio non censetur diuersa iurisdictio, sed potius eadem cum extensa.*

14 *Extensio dispositionis non inducit nouam dispositionem, sed potius censetur eadem cum dispositione extensa.*

15 *Extensum remanet idem cum eo quod extenditur, neque antiquum nomen, vel effectus amittit.*

16 *Iudex à principio competens iurisdictionem prorogatam exercebit, cum eam de nouo acquirere non videatur, sed tantum ampliorem seu latiorem videatur assecutus.*

17 *Processus, & sententia lata virtute iurisdictionis prorogatæ ita prodest, & nocet, ac si à principio coram iudice competente facta fuisset.*

18 *Extensum censetur idem cum prorogato attenta iuris dispositione siue fictione non secundum veritatem.*

19 *In materia pœnali, siue odiosa extẽsum*

non censetur idem cum prorogato sed diuersum ab eodem censetur.

20 *Prorogatio vt valeat, oportet quod ille, cuius prorogatur iurisdictio, illā habeat, alias impossibilis est prorogatio.*

21 *Id quod nullum est, extensionem minimè recipit.*

22 *Prorogatio non admittitur quando iurisdictio competit sub conditione vel ex die.*

23 *Quando iurisdictio competit sub conditione, vel ex die, non dicitur competere iurisdictionem, sed tantum spem habendi illam.*

24 *Inducitur caput primum §. post hoc, de appellatione in 6.*

25 *Iudici, ad quem ab interlocutoria appellatum est competit iurisdictio cognoscendi de caussa particulari, & eam retinendi sub conditione, tamen si caussa appellationis, coram eo sit verificata, & ab eo fuerit pronuntiatum bene fuisse appellatum.*

26 *Respondetur ad inductionem dict. cap. 1. §. post hoc, & ostenditur vltra partium consensum interuenisse Papæ approbationem, & confirmationem.*

27 *In dict. cap. 1. §. post hoc. probatur per locum ab speciali iudicem appellationis non posse de caussa principali cognoscere ante verificatam caussam appellationis.*

28 *Iudex datus per Cancellariam absque speciali commissione Papæ non potest etiam de consensu partium de caussa particulari cognoscere ante verificatam caussam appellationis.*

29 *Papa competit iurisdictio generalis cognoscendi de omnibus caussis orbis, non quidem sub conditione, sed pure & simpliciter, quamuis ea non vtatur, ne ordinarijs praeiudicetur.*

30 *Vbi caussa deuoluitur ad Curiam Romanam potest Papa iubere, vt iudex de caussa particulari cognoscat, etiam non verificata caussa appellationis, quod non ex vi prorogationis, etiamsi partes in hoc consentiant, sed ex speciali commissione Papæ inducitur: & ratio ibi assignatur.*

31 *Iudex inferior non potest obstaculum iuris tollere, nec consensu partium ei iurisdictionem concedere potest ante verificatam caussam appellationis.*

32 *Facilius reconualescit actus sublato obstaculo quam de nouo inducitur.*

33 *Ex stylo curiæ Romanæ quando iudex prolationis ab interlocutoria pronuntiat non bene fuisse appellatum potest nihilominus caussam illam retinere si pars iuret quod non sperat iustitiam sibi fieri in partibus.*

34 *Ex stylo curiæ Romanæ limitatur decisio cap. vt debitus in fin. de appellat.*

35 *Examinatur opinio Innocentij cap. prudentiam num. 1. de officio delegati an quando in caussa dantur plures iudices delegati cum clausula, quod non omnes, valeat sententia lata per duos iudices de consensu partium quamuis alij non sunt impediti.*

36 *Inducitur cap. prudentiam in primo de officio delegati contra opinionem Innocentij.*

37 *Opinio Innocentij in dict. cap. prudentiam amplectitur, & defenditur.*

38 *Quando pluribus conceditur iurisdictio in aliqua caussa attenta substantia vnicuique videtur cōcessa in solidum, & tantum illius exercitium videtur pendere à cōditione vt secundum omnes eam debeant exercere, nisi aliqui sint impediti.*

39 *Iurisdictio competens in substantia & sic in habitu admittit prorogationem, quantumcunque exercitium illius videatur pendere ab aliqua conditione.*

40 *Limitatur cap. Prudentiam de officio delegati quādo interuenit prorogatio partium vt duo tantum cognoscant.*

41 *Prorogatio partium nunquam videtur exclusa.*

42 *Formæ legis partes renuntiare possunt quādo forma inducitur propter commodum*

modum

modum priuatum.

43 *In forma in fauorem partium introducta subintelligitur tacita conditio, nisi partes in quorum fuit introducta illi renuntient.*

44 *Explicatur communis traditio quæ habet quod iurisdictio competat sub conditione quæ facile à iure inest, & admittit prorogationem, quia huiusmodi conditio nõ suspendit substantiam actus, sed tantum eius exercitium.*

45 *Ostenditur æquiparationem quam facit gloss. cap. Cum plures de officio deleg. in 6. & Vantium titulo de nullitate ex caussa iurisdictionis delegata, num. 92. non bene procedere.*

46 *Iurisdictio sub conditione competens neque quoad substantiam, neque quoad exercitium ante aduentum conditionis potest competere.*

47 *Quando ita competit iurisdictio ex die, vt ante diem expressum nullo modo competat, tunc prorogatio fieri non potest.*

48 *Arbitrator nullam habet iurisdictionem quam consensus priuatorum retribuere non potuit.*

49 *Arbitrator dicitur habere notionem.*

50 *In compromisso non habet locum prorogatio.*

51 *In arbitro potest dari prorogatio respectu notionis inter easdem partes, & de cõsensu partium potest arbitrator cognoscere de alijs caussis, & rebus non comprehensis in compromisso.*

52 *Inter prorogationem & notionem nulla videtur differentia attento effectu.*

53 *Assignatur tamen differentia inter eos qui habent iurisdictionem, & eos qui tantum notionem.*

54 *Nulli alij præter compromittentes possunt prorogare iurisdictionẽ arbitri.*

55 *Si partes compromittẽtes declarent prorogare notionem arbitri, vt cognoscat inter eos de alijs caussis valebit prorogatio, nec nouum dicetur compromissum.*

56 *Tertius non potest prorogare notionem arbitri.*

57 *Arbitrator respectu eorũ qui non promiserunt neq; notionem videtur habere.*

58 *Prorogatio arbitri non inducitur nisi quando constat de mente partium quod voluerunt notionem prorogare.*

59 *Verbum prorogamus in dubio in casu arbitri impropriatur & exponitur, hoc est, nouum facimus cõpromissum.*

60 *Explicatur text. in cap. Cum dilectus de arbitris.*

61 *Reconuentio non admittitur coram arbitro.*

62 *Reconuentio videtur quædam prorogatio admissa per legem.*

63 *Notio arbitri admittit prorogationem illorum, qui compromiserunt.*

64 *Reconuentio fit altera parte inuita, & ideo in arbitro non potest considerari, tanquam prorogatio, quæ vtriusque partis requirit consensum.*

65 *Reconuentio non potest considerari tanquam prorogatio legalis, quam ipsa induci inuitis partibus; etiamsi adesset vtriusque partis consensus.*

66 *Reconuentio quæ fit coram arbitro ex consensu vtriusque partis, valebit non in vim prorogationis sed in vim noui consensus, & compromissi, si compromissum fiat plenũ de omnibus caussis compromittentium.*

67 *Explicatur l. non distinguemus §. item si quis Romæ, vers. illud in fin. sup. recept. arb.*

68 *Legatus durante legatione conueniri non potest, si alium conueniat non obstante priuilegio legati: reconueniri non potest coram iudice ordinario & competenti.*

69 *Si iurisdictio alicuius reuocetur, vel sit exstincta nõ admittitur vlterius prorogatio iurisdictionis.*

70 *Quod nullum est neque recipit continuationem, & consequenter nec prorogationem.*

71 *Si deserta sit appellatio, & consequenter sententia transiuit in rem iudicatam respectu illius minimè dari potest prorogatio.*

72 *Prorogationi locus non erit, si transactum sit tempus intra quod caussa compromissi debuit terminari per arbitrum cum compromissum iam dicatur exstinctum.*

73 *Prorogatio vt fieri potest, oportet quod actus qui prorogatur adhuc duret: alias magis dicetur nouus actus quã prorogatus.*

74 *Prorogatio vt vera & propria dicatur, oportet fieri sub eadem forma & qualitate quam habebat iurisdictio prorogata.*

75 *Prorogatio videtur facta cum omnibus pactis, conditionibus & qualitatibus quibus celebratus est actus, qui prorogatur, quatenus pertinet ad ipsos prorogantes.*

76 *Respectu aliorum qui non contra censerunt prorogationi, prorogatio non censetur facta cum eisdem conditionibus & qualitatibus.*

77 *Iudex cuius prorogatur iurisdictio ratione prorogationis, eam tantùm acquirit iurisdictionem in prorogantes, quam exercet in sibi vere subditis.*

78 *Si per statutum tribuatur alicui iurisdictio cognoscendi de caussis mercatorum, is etiam virtute prorogationis non poterit cognoscere de caussis non mercatorum, cum neque inter verè subditos de illis possit cognoscere.*

79 *Prorogatio non solum admittitur ad caussas diuersæ speciei, sed etiam neque ad caussas eiusdem speciei, & tamen diuersæ qualitatis.*

80 *Qui habet limitatam iurisdictionem ad caussas certæ qualitatis, de alijs diuersæ qualitatis non poterit cognoscere.*

81 *Expenditur text. in l. testamenta omnia C. testamentis.*

82 *Inducitur text. in l. 1. C. iurisdict. omnium iudic.*

83 *Procurator fisci qui habet iurisdictionem limitatam cognoscendi de caussis inter fiscum & priuatos, & dicitur inter priuatos incompetens, tamen ex consensu partium iudex competens est etiam inter priuatos.*

84 *Caussæ inter fiscum & priuatos omnino differunt à caussis solos particulares respicientibus.*

85 *Explicatur l. de qua re §. 1. sup. eodem.*

86 *Explicatur l. inter conuenientes, ad municipalem.*

87 *Iudex qui habet limitatã iurisdictionem inter subditos, de illorum caussis non cognoscat, si excedant certã qualitatẽ: tamen ex prorogatione poterũt cognoscere de caussis maioris quantitatis.*

88 *Quæ differunt secundum plus & minus, non differũt specie sed quantitate.*

89 *Caussæ mercantiles & non mercantiles cum non differant specie sed qualitate, in eis admittenda est prorogatio contra communem supra relatam.*

90 *Ponderatur contra communem c. Cum olim, primo, de officio delegati.*

91 *In iurisdictione delegata inter easdẽ partes admittitur prorogatio ad diuersam caussam, & ibi ponitur exẽplum.*

92 *Expenditur contra d. communem l. si per errorem, iuncta gloss. 1. supra de iurisd. omnium iud.*

93 *Prætor peregrinus, cuius officium restrictum erat ad caussas peregrinorum, ex prorogatione de caussis ciuium poterit cognoscere.*

94 *Doctores qui contra communem supra relatam tenent, enumerantur, & ea vt in puncto iuris melior amplectitur.*

95 *Respondetur ad conclusionem supra adductam ex gloss. cap. vt hi qui, de prabend. in 6.*

96 *Quando prorogatio fit ad caussas eiusdem formæ & naturæ, non potest fieri ad caussas diuersæ formæ, si autẽ fiat ad caussas eiusdẽ speciei, procedit prorogatio, licet caussæ differãt qualitate.*

97 *Caussæ eiusdem speciei dicũtur esse eiusdem*

dem forma & natura, licet qualitate accidentali differant.

98 *Diversitas in qualitate non solet inducere diversitatem in forma & natura actus, sive in subiecto.*

99 *Respondetur ad regulam l. in agris ff. acquir. rer. domin. supra relatam.*

100 *Omnis iudex habet limitatam iurisdictionem ad proprium territorium, & tamen est quod qui sunt extra territorium possunt prorogare iurisdictionem iudicis.*

101 *Respondetur ad doctrinam Panormit. supra relatam in cap. at si clerici in princ. num. 19. & 21. de iudic.*

102 *Vt dicatur nouus actus oportet vt mutatio contingat in substantia actus, siue in quantitate substantiali, non autem in quantitate accidentali.*

103 *Respondetur ad l. testamenta omnia. C. de testamentis supra adductam.*

104 *Vbi legum posita est necessitas fori, non est licita prorogatio.*

105 *Ad veram resolutionem articuli duo casus distinguuntur: Primus ibidem.*

106 *Legi prohibitiuæ partes renuntiare non possunt.*

107 *Contra prohibitionem legis non admittitur prorogatio.*

108 *Refertur secundus casus & eius resolutio.*

109 *Adducitur resolutio Pauli Castrens. l. 1. num. 27. C. de iurisd. omnium iud. quæ ibidem examinatur.*

110 *Dictio taxatiua tantum etiam prorogationem partium videtur excludere: secus quando apponitur.*

111 *Refellitur cõcordia Pauli supra relata.*

112 *Iudex competẽs regulariter potest compellere partes inuitas vt coram se respõdeant, secus in causa statuti, etiam tamen non excluduntur hi qui voluntariæ suæ iurisdictioni subijciũtur.*

113 *Dictio taxatiua non excludit casus in ea per l. permissos.*

114 *Dictio taxatiua geminata plus quam simplex solet operari.*

115 *Reijciuntur aliorum traditiones, & ad veram resolutionem articuli tres constituuntur conclusiones.*

116 *Prorogatio non admittitur de caussis vnius speciei.*

117 *Iudex caussarum pertinentium ad simplicem iurisdictionem non potest cognoscere de caussis meri vel mixti imperij, etiã ex prorogatione partium.*

118 *Iurisdictio si limitata quoad personas, non autem quoad caussas, admittenda est prorogatio.*

119 *Doctor licet tribunal non habeat, iurisdictionem tamen ordinariam in scholares habet, ac proinde in eo admittenda est prorogatio.*

120 *Respondetur ad text. in l. 1. C. iurisdict. omnium iudicum, supra relat.*

121 *Si iurisdictio sit æque principaliter restricta & quoad personas & quoad caussas, tunc non admittitur prorogatio ad caussas diuersas.*

122 *Si per statutum quantitas taxetur iudici municipali ex prorogatione, tamen poterit de caussis maioris summæ cognoscere.*

123 *Vt prorogatio locum non habeat, oportet quod dictet statutum, quod quis cognoscat de caussis mercatorum & pertinentibus ad mercantiam.*

124 *Prorogatio non admittitur ad caussas diuersas in quantitate licet eiusdem speciei esse videantur.*

125 *Impugnatur resolutio tradita super num. 124.*

126 *Declaratur dictum Cyni l. 1. in fi. Cod. iurisd. omnium iud.*

127 *In curia mercatorum proceditur de bono & æquo, & non in rigore nec ex apicibus iuris.*

128 *In caussis ordinarijs proceditur secundum iuris solemnitatem eius & rigorem, & non ex bono & æquo.*

129 *Qualitas regulariter non mutat speciem nec alterat subiectum.*

130 *Cynus loco supra relato in quo casu loquatur.*

131 *Diuersitas in qualitate caussæ nõ impedit prorogationem, & ibidem huius regulæ limitatio assignatur.*

132 *Duæ rationes limitationis assignantur.*

133 *Mutatio circa formam vel naturam substantialem inducit nouum actum.*

134 *Qualitas superueniens enti alterat illud, & reponit in diuersa specie.*

135 *Si ex iudicio ordinario efficiatur summarium, non dicetur idem iudicium.*

136 *Assignatur secunda ratio supra positæ limitationis.*

137 *In generalibus id quod est minus generale cõsideratur tanquam quadam species, & eodem modo in specialibus.*

138 *Illa species censetur magis specialis, in qua militet ratio magis specialis quã in alijs speciebus.*

139 *Aliquando dicitur vna res attento genere siue specie, & diuersa propter diuersitatem formæ.*

140 *Vbi species ponit aliquid vltra genus suum, tunc sub genere non cõtinetur.*

141 *Inducitur ratio Cyni supra relata.*

142 *Expressio vnius speciei non includit alias species eiusdem generis, imo tacite videtur eas excludere.*

143 *Differentia adueniens generi constituit speciem diuersam.*

144 *Ens qualificatum videtur esse alterius speciei & naturæ quam simplex sit.*

145 *Mercatores non subditi possunt prorogare iurisdictionem iudicis mercatorum de caussis pertinentibus ad mercantiam & ibi ratio traditur.*

146 *Refellitur opinio Perez l.1.tit.li.3.ord. veteris conf.7.vers.item 4.pag.530. circa prorogationem iudicis gabellarum.*

147 *Declaratur Doct. Alexand. l. testamenta omnia.num.3. Cod.testament. supra relata.*

148 *Declarantur etiam tradita per Marantam in pract. 4. p.6. dist. iudicio. num.24.ad fin.sup.relata.*

149 *Delarantur tradita per Marian. Soc. cap. Significasti num.30. vers.3. de foro competenti.de qua supra actũ est.*

150 *Quando certa qualitas est fundamentum iurisdictionis, illa qualitas debet probari.*

151 *Expenditur ord. lib.1.tit.67.§ fin.quæ hodie est lib.1.tit.87. §.2. nouæ copilationis.*

152 *Respondetur ad rationes Mar. Socin. supra relati circa prorogationem iudicis pupillorum.*

153 *Expẽditur ord.li.5.tit.58.§.2.quæ hodie est.l.1.tit.5.§.8.nouæ copilationis.*

154 *Respondetur ad vltimam rationem deductam ex dict. Cyni supra relati.*

155 *Annotatur dictum Bald.l. testamenta omnia. num.3. Codic. testam.*

156 *Reprobatur traditio Vantij titu.de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinaria.nu.51. dum negat prorogationem in certis iudicibus ibi numeratis.*

157 *Annotantur tradita per Pan. in c. P. & G. de officio, dum enumerat species prorogationis.*

158 *Valet argumentum de caussa ad personam, item de re ad caussam.*

159 *Declarantur tradita per gl.2. auth.& consequenter.Codic. sentent.& interlocut. circa prorogationem in casu reconuentionis.*

160 *Annotatur d.Bald.tit.de pace cõstant. in glo. secundum leges circa prorogationem in caussa appellationis.*

161 *In caussa appellationis locũ habet prorogatio secundum magis cõmunem.*

162 *Quod non inuenitur prohibitum, concessum censetur.*

163 *Appellatio non mutat naturam prioris caussæ.*

164 *In caussis meri & mixti imperij admittitur prorogatio contra Bald. sup. cit.& eius consequentia impugnatur.*

165 *De substantia appellationis est, vt de caussa non possit cognoscere, nisi qui sit superior iudicis, à quo appellatum est, quod late comprobatur.*

166 *Refertur exemplum, in quo caussa appellationis poterit esse locus prorogationis.*

tionis,& dicta in cōtrariū refellūtur.
167 *Explicatur dictum Auenda. de exsequend.mand.c.6.num.1.*
168 *Explicatur dictum Auendan. contra Sylu.conſ.345.nu.3.& aliorum Doctorum qui tenent, poſt deſertam appellationem, non poſſe iudicem appellationis de ea agnoſcere.*
169 *Iuriſdictio prorogata indiſtincte trāſibit ad ſucceſſorem in officio.*
170 *Quando clare conſtat ad ſcientiam,vel ad qualitatem perſonæ habitū fuiſſe reſpectum, tunc iuriſdictio prorogata non tranſibit ad ſucceſſorem.*
171 *Quælibet iuriſdictio admittit prorogationem.*
172 *Iuriſdictio putatiua etiam admittit prorogationem.*
173 *Prorogari poteſt iuriſdictio illius, qui tribunal non habet.*
174 *Prorogatio non cadit in notorio cum nullam habent iuriſdictionem, ſed tantum nudum miniſterium.*
175 *Notarius non poteſt conficere inſtrumentum publicum extra territorium, etiamſi partes conſentiant.*
176 *Notarius deputatus ad ſcribendum certum genus actorum,non poteſt alia diuerſa aſcribere.*
177 *Notarij in Italia per priuilegiū Principum conceſſum eſt, vt tanquam iudices ordinarij condemnent volentes: quæ ordinatio habet paratam executionem.*
178 *Chartularij iudices qui dicantur.*
179 *Chartularij iudices iudicium prorogare poſſunt.*
180 *Prorogatio cadit etiam in his quæ ſunt voluntariæ prorogationis, ſi partes conſentiant.*
181 *Contraria opinio refertur, ſed ea reprobatur in verſ. ſed.*
182 *Si quis nō ſubditus voluntarie ſe ſubijciat iuriſdictioni voluntariæ, in effectu inducetur valida prorogatio.*
183 *Tres differentiæ notabiles inter voluntariam & contentioſam iuriſdictionem adducuntur.*
184 *Prima eſt quod ea quæ pertinent ad voluntariam iuriſdictionem libere exercere poſſunt, in alieno territorio, non ſic in contentioſo.*
185 *Domino territorij, fit iniuria, ſi alter in eo vteretur contentioſa iuriſdictione.*
186 *Secunda differentia eſt,quod contentioſa iuriſdictio poteſt prorogari in parem vel minorem quam ſit prorogatio, non ſic voluntaria.*
187 *Ratio differentiæ aſſignatur.*
188 *Tertia differentia eſt,quod in contentioſa iuriſdictione ſubditus poteſt alterius iudicis prorogare iuriſdictionem, non ſic in voluntario.*
189 *Iuriſdictio illius, qui cauſſam habet in habitu & nō in actu,prorogari poteſt.*
190 *Iuriſdictio licet poſſit oppoſita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari poteſt.*
191 *Vt iuriſdictio admittat prorogationem, oportet competere in eſſentia, & non ſufficit impotentia.*
192 *Reſpondetur ad ſecundam rationem ſupra adductam.*
193 *Reſpondetur ad ſecundam difficultatem ſupra adductam.*
194 *Reſpondetur ad fundamentum gl. de qua ſupra.*
195 *Superior extra prouinciam exiſtens,cui tantum in habitu iuriſdictio competit, ſubditi eam prorogare poterunt,dummodo conſenſus ſuperioris prouinciæ interueniat.*
196 *Iuriſdictio eorum,qui tribunal non habent,prorogari poteſt,& exempla traduntur.*
197 *Iuriſdictio competens ex priuilegio prorogari poteſt, & id exemplis comprobatur.*
198 *Contraria tamen vt verior ſequitur,& rationibus contrariæ reſpondetur.*
199 *Iuriſdictio delegata facilius prorogatur de loco ad locum quam de perſona ad perſonam,ſecus in iuriſdictione ordinaria.*

200 *Respondetur ad fundamentum Hostiens. supra relatum.*
201 *In reseruatis Principi non admittitur prorogatio absque Principis licentia.*
202 *Cap. statutum in fin. de preb. in 6. quo casu procedat.*
203 *Varij Episcopi iurisdictio, qui iure speciali confert beneficia, extra territorium illa conferre potest.*
204 *Iurisdictio delegata non admittit prorogationem.*
205 *Gloss. 2. in hac l. 1. & gloss. fin. l. 1. Cod. iurisd. omnium iud. communiter reprobatur.*
206 *Agitur de ratione differentiæ inter iurisdictionẽ ordinariã, & delegatam.*
207 *Ea quæ pertinent ad potestatem clauium non recipiunt prorogationem.*
208 *Reprobatur responsio supra ad cap. P. & G. de officio delegati.*
209 *Impugnatur alia ratio etiam adducta per doctores ad cap. P. & G.*
210 *Qualitas electa per partem & iudicem admittenda est, nec actus sustinetur propter aliam qualitatẽ quæ aderat, & tamen electa non est.*
211 *Reprobatur intellectus assignatus per Curt. Iun. in l. 2. §. 1. num. 14. vers. eod. ad c. P. & G.*
212 *Quando multa promittuntur, & aliqua non cadunt sub potestate promittentis quò ad ea quæ cadunt, sustinentur actus.*
213 *Legatus non habet Iurisdictionem iure proprio, sed alieno nomine, quatenus per legatum reperitur concessa.*
214 *Qui commisit caussam aduersus certam personam eius nomine expresso, ita videtur cõmissionem restrinxisse, vt omnes alias personas censeatur excludere.*
215 *Refelluntur rationes quæ contra supra dictam resolutionem traduntur, & resolutio sustinetur.*
216 *Multum interest quod varietur persona, vel quod ea non variata fiat extensio de casu ad casum.*
217 *Agitur de quæstione vtrum iurisdictio delegati ad vniuersitatem caussarum admittat prorogationem, & pars affirmatiua sustinetur, & defenditur.*
218 *Conseruatus consensu alicui vniuersitati censetur delegatus ad vniuersitatem caussarum, & eius iurisdictio admittit prorogationem.*
219 *Refellitur dictum Aag. hic num. 10.*
220 *Non est facile admittenda differentia inter ius Canonicum, & ius ciuile, & etiam ibidem traditur aliqua differentia inter iurisdictionẽ ordinariã, & delegatam, & vera assignatur.*
221 *Quando certa caussa committitur per l. certo officiali, ea iurisdictio censebitur ordinaria.*
222 *Assignatur intell. ad c. cum olim 1. de officio deleg.*
223 *In iurisdictione delegata admittitur prorogatio de re ad rem, siue de caussa ad caussam inter easdem personas, sed contrarium vt verius defenditur.*
224 *Personæ quæ se inuicem contingunt ratione caussæ, possunt agere de iure suo coram delegato, etiamsi de illorum in rescripto non fiat mentio.*
225 *Vera resolutio dict. cap. olim.*
226 *Iurisdictio delegata & restricta ad certum tempus de consensu partium prorogari potest ad aliud tempus.*
227 *Respondetur ad secundam difficultatem supra relatam.*
228 *Quando quis in caussa principali pretendit interesse, & iudex sit delegatus, quamuis de interesse in commissione nulla sit facta mentio, audiendus tamen est.*
229 *Non cadunt sub materia prorogationis ea quæ iudex ratione sua iurisdictionis absque prorogatione facere potest.*
230 *Subditi non possunt cõpromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrium: sed cõtraria opinio defenditur.*
231 *Respondetur ad text. l. sed etsi seruum §. 1. sup. recept. arbitr.*

232 *Ex*

232 *Expenditur text. in d. l. sed etsi seruum §.1.*

233 *Refellitur intell. dicta l. sed etsi seruum in §.1. supra assignatus.*

234 *Noua interpretatio d. l. sed etsi seruum §.1. tradita ab Auctore.*

235 *Reijcitur intell. Burg. in repetitione huius l.1. num.61.*

236 *Iuris ratio non patitur quod ille qui habet ius perfectum & superius in re, in eadem re acquirat ius inferius.*

237 *Non valet compromissum factum in iudicem, etiamsi partes declarent quod compromittunt in eum tanquam in hominem priuatum.*

238 *In iudicem delegatum compromitti non potest.*

239 *Non subditi possunt compromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum.*

240 *Subditi possunt compromittere in iudicem tanquam in arbitratorem.*

241 *Arbitramentum nil commune habet cum iudicio, cum ad ea quae in facto consistunt pertineat, & in eo amicabiliter procedatur.*

242 *Caussa de qua iudex iure ordinario poterat cognoscere, cognoscet etiam ex caussa delegationis.*

243 *De iure Canonico in iudicem ordinarium potest fieri compromissum per subditos.*

244 *Ius canonicum in hoc artic. secuta est ord. lib.3. tit. 81. §. & podera hodie lib.1. tit.16. §.3. noua copillat.*

245 *Lex Castella circa dict. artic. approbauit dispositionem iuris ciuilis.*

246 *Agitur de quaest. an si nō subditus proroget iurisdictionē videatur in eum consentire tanquam in iudicem ordinarium, vel tanquā in arbitrum.*

247 *Quando actus potest trahi ad varios sensus, debet praeferri ille qui magis consonat cum praefationibus eiusdem actus.*

248 *In dubio ille actus censetur celebratus cuius forma consueta exprimitur.*

249 *Quando de voluntate partium constare non potest, praesumendum est, quod tanquam in iudicem consenserunt.*

250 *In dubio non solum debet fieri interpretatio qua actus valeat, sed qua melius, & efficacius valeat.*

251 *Contraria opinio refertur.*

252 *Iuramentum facit quod actus valeat, non autem vt efficacius valeat.*

253 *Concordantur supra posita opiniones.*

254 *In legatis fiet extēsio qua actus valeat, non autem qua efficacius valeat.*

AGITVR in hac lege, & seq. de prorogatione † iurisdi- 1
ctionis, quae quidem materia latissime patet, & intricata est: quotidiana tamen † vt asserit Marian. So- 2
cin. *cap. Significasti num.7. de foro compet.* Vt autem in ea clarius procedamus, illius tractationem † in quinque distri- 3
buemus articulos. Primus † contine- 4
bit *diffinitionem prorogationis iurisdictionis, & illationes quae ex ea consequi videntur.* In † secundo declarabitur, *quotu-* 5
plex sit prorogatio. Tertius † declarabit, 6
quae sint necessaria ad validitatem prorogationis. In † quarto agetur, *de caussis ad-* 7
mittentibus prorogationem iurisdictionis, vel illam respuentibus. In † quinto & vltimo 8
explicabuntur *effectus ex prorogatione iurisdictionis resultantes.*

Iuxta praedictum igitur ordinē procedendo, offert se primus articulus, in quo agendum est de diffinitione prorogationis iurisdictionis, & quidem illius diffinitio † variè inuenitur tradi- 9
ta per Doctores: nam vnam diffinitionem assignat Anton. de Butreo relatus per Imolam, *c. P. & G. num.1. ib. de offic. deleg.* & aliam Bald. *in Rubr. 1. lect. num.16. de iudic.* alio etiam modo diffinit Marian. Socin. *c. significasti num.16. de foro compet. & alio Perez. l.1. tit.4. lib.3. ordinament. veteris gl.1. colum.5. vers. quaero quid est prorogatio pag.529.* alio denique Menchac. *q. vsu frequentiū c.14. n.1.*

iubere, vt iudex de caussa principali cognoscat, etiam non verificata caussa appellationis, si partes in hoc consentiant: quo casu iudex potest de caussa principali cognoscere, non tam ex vi prorogationis quam ex speciali commissione Papæ: qui tollendo obstaculum iuris ex iurisdictione pure sibi competenti, potuit eam cognitionem iudici appellationis concedere, etiam non verificata caussa appellationis, vt aduertit Innoc. *c. de caussis num. 2. de offic. delegati, Imola d. c. P. & G. num. 85. & ibi Panorm. num. 15. Notant Paul. Castrens. rep. l. 1. num. 35. Cod. de iurisdictione omnium iud.* ad quod reducendus idem Paul. *l. 2. §. sed si iudex num. 12. infra eo.*

31 Quæ † ratio cessat in iudice inferiori, qui neque obstaculum iuris tollere potest: neque consensus partium efficere potuit, quod iurisdictio illius, qui non habet iurisdictionem, ante verificatam caussam appellationis, prorogari possit, iuxta communem traditionem supra relatam: & ideo vulgo dicitur, quod facilius reconualescit actus, sub-
32 lato obstaculo, quàm de † nouo inducatur, *tradit Panorm. cap. 1. num. 17. vers. item & melius, de iudic. Alciat. l. 1. si quis simpliciter num. 16. infra de verbor. obligat.*

33 Illud † sane non est omittendum in hoc artic. de stylo curiæ Romanæ receptum esse, vt licet iudex appellationis ab interlocutoria, pronunciet non fuisse bene appellatum, potest nihilominus caussam illam retinere, si pars iuret, quod non sperat iustitiam sibi fieri in partibus, sic limitata decisione
34 *c. Vt debitus, in fine, de appellat. post †. Rotam tradit Pan. c. Nicolao num. 6. de appell. notabiliter Couarr. pract. q. c. 9. n. 6.* Quod tamen extra curiam minime obseruabitur.

35 Ex his ita † resolutis infertur annotatio ad opinionem Innoc. *cap. Prudentiam num. 1. de offic. delegati,* quod si in caussa dati sint plures iudices delegati cum clausula (*quod si non omnes.*) valebit sententia lata per duos iudices de consensu partium: quamuis alij non sint impediti, subscribit Angel. *l. si per errorem num 4. supr. de iurisd. omnium iud. Gregor. l. 15. tit. 22. par. tit. 3. in gl. 3.* nam contrarium videtur verius ex supr. traditis: Quia cùm duobus competat iurisdictio sub conditione (*si alij fuerint impediti*) iurisdictio competens sub conditione, ante eam impletam non admittit prorogationem, *vt dictum est:* & ita contrarium in terminis tenet gl. *d. c. Prudentiam verb. teneatur in fin. de offic. delegat.* quam vti magis receptam probant Panorm. *ibi n. 20. Decius num. 21. Mantua. n. 50. Fulgosius cons. 167. Visu, num. 2.* & videtur text. *cap. Prudentiam in princ. de offic. delegati,* dum † probat, 36
non valere processum, neque sententiam latam in prædicto casu per duos iudices, nisi omnes interueniant, vel sint iuste impediti, *notat gl. fin. c. Cū plures, de offic. delegati in 6.* & quia prædicta delegatio eo modo facta videtur formam inducere, vt omnes simul cognoscant, formæ autem legis partes renunciare non possunt. *l. nemo potest de leg. 1.* placet † nihilominus opinio In- 37
noc. Neque obstant rationes contrariæ opinionis. Nã ad primum respondetur, quod quando pluribus conceditur iurisdictio † in aliqua caussa: at- 38
tenta substantia vnicuiq; videtur concessa in solidū: & tantum illius exercitium videtur pendere à conditione, vt scilicet omnes simul eam debeant exercere: nisi aliqui sint impediti. *Bart. l. si vni, num. 5. inf. de re iudicata,* & in terminis aduertit Imol. *dict. c. Prudentiam, nu. 36.* Cùm igitur quilibet quoad substantiam videatur habere iurisdictionem in solidum, succedit communis traditio, quod iurisdictio competens in substantia, & † sic in habitu, admit- 39
tit prorogationem: quantumcunque exercitium illius iurisdictionis videa-

tur

Reso-lut. n. 32.

tur pendere ab aliqua conditione, vt
tradit Innoc. d. c. Prudentiam num. 11. *de
offic. delegati. Bald. l. si conuenerit, post princ.
vbi supra de iurisdictione. omnium iud.* &
in notab. casu exemplificat idem Bald.
l. si qui ex consensu col. 3. *in princ. nu.* 8. *C. de
Episc. audien. Paul. Castrens. rep. l.* 1. *nu.* 26.
*C. de iurisdictione omnium iud. not. Panor.
cap.* 1. *num.* 17. *vers. tunc enim. de indic.* &
40 dicemus *inf. latius num.* 36. Et † sic ces-
sat difficultas, Neque etiam obstat *c.
Prudentiam de offic. delegati*: quia limi-
tari debet nisi interueniat prorogatio
partium, vt duo tantum cognoscant:
neque enim prorogatio partium, vn-
41 quam † censetur exclusa, *l.* 2. *§. sed si iu-
dex inf. eod. Salyc. l. certa ratione num.* 2. *C.
quando prouocare non est necesse.* Minus
obstat, quod partes nō possunt renun-
tiare formæ legis: nam id procedit,
quando forma inducitur propter bō-
42 num publicum: nam † si ad commo-
dum priuatum illi renuntiare partes
possunt *c. fin. in princ. de offi. delegati*, quia
subintelligitur conditio, nisi partes,
43 in † quarum fauorem introducta fuit
forma, illi renuntient, *Cuman. l. nemo po-
test num.* 7. *inf. de leg.* 1. Cùm igitur præ-
dicta forma in fauorem partium indu-
cta sit, vt per plures melius iustitia
partium discutiatur, illi renūtiare po-
terunt, & iuxta hæc venit etiam expli-
44 canda illa communis traditio, quod †
si iurisdictio competat sub conditio-
ne, quæ tacite à iure inest, admittet
prorogationem: quia huiusmodi con-
ditio nō suspendit substantiam actus,
*l. conditiones intrinsecus ff. de cond. & de-
monstr. l.* 3. *inf. de leg.* 1. sed tantum vide-
tur suspendere effectum, siue exerci-
tium actus *l. mixto §. sub conditione ff. de
tutelis*, & ideo cum in habitu iurisdi-
ctio competat, licet in actu exerceri
non possit, tamen admittet prorogatio-
nem, *iuxta vbi supra tradita*: & in
terminis tradit Felin. *cap.* 2. *in* 15. *de re-
script. & ibi Ripa. num.* 28. *Felin. c. fin. n.* 29.
de prescript. quicquid cōtrouertat Rui-
nus *l.* 3. *num.* 10. *inf. de leg.* 1.

Vltimò vt in hoc artic. nihil inta-
ctum relinquatur, memorandum est,
quod † dum glo. fin. *c. cum plures, de offi.* 45
delegati in 6. & Vantius *tit. de nullitate
ex caussa iurisdictionis delegata num.* 92.
dicunt, quod iurisdictio competens
sub conditione, vel ex die prorogari
non potest, verum quidem dicunt † 46
quoad iurisdictionem sub conditione
competentem: quia ante aduentum
conditionis, neque quoad substantiam
neque quoad exercitium videtur com-
petere. *l. cedere diem ff. de verb. signific.* Et
ideo merito non admittit prorogatio-
nem: sed dum addunt idem esse, si ex
die competat iurisdictio, non videtur
recte traditum, cùm dies non suspen-
dat substantiam dispositionis: sed tan-
tum effectum. *l. vnica ad finē infra quan-
do dies vsusfr. legati cedat*, & ideo admit-
tetur prorogatio iuxta supra tradita:
nisi eos salues, quando † ita competit 47
iurisdictio ex die, vt ante diem expres-
sum, nullo modo competat; nam tunc
procedet prædicta æquiparatio, *vt tra-
dit Bald. l. vnica col.* 3. *vers.* 14. *Cod. vt actio
ab heredibus contra heredes*, quem probat
Purpurat. *l. certi condictio in princ. nu.* 111.
inf. si certum petatur.

Vlterius & ex conclusione vbi su-
pra firmata, *Quod si non competat iuris-
dictio, non potest locum habere iurisdictionis
prorogatio*, infertur: quod † cum arbi- 48
ter nullā habeat iurisdictionem, quam
consensus priuatorum ei tribuere non
potuit. *l. priuatorum C. de iurisd. omnium
iudic. l. penult. inf. eod.* & † ideo notionem 49
dicuntur habere *l. ait prætor in princ. inf.
de re iudic. l. notionem cum glo. inf. de verbo-
rum signif.* in compromisso non habe-
bit locum prorogatio, & ita gloss. fin.
ad † medium *dict. c. P. & G. de offic. dele-* 50
*gati gl. l. non distinguemus § itē si quis. verb.
defendat vbi supra de recept. arbitr. & ibi
Bald. in l. fin. sentit glo.* 1. *hic ad finem tradit*

71 *Si deserta sit appellatio, & consequenter sententia transiuit in rem iudicatam respectu illius minimè dari potest prorogatio.*

72 *Prorogationi locus non erit, si transactum sit tempus intra quod caussa compromissi debuit terminari per arbitrum cum compromissum iam dicatur exstinctum.*

73 *Prorogatio vt fieri potest, oportet quod actus qui prorogatur adhuc duret: alias magis dicetur nouus actus quā prorogatus.*

74 *Prorogatio vt vera & propria dicatur, oportet fieri sub eadem forma & qualitate quam habebat iurisdictio prorogata.*

75 *Prorogatio videtur facta cum omnibus pactis, conditionibus & qualitatibus quibus celebratus est actus, qui prorogatur, quatenus pertinet ad ipsos prorogantes.*

76 *Respectu aliorum qui non contra censerunt prorogationi, prorogatio non censetur facta cum eisdem conditionibus & qualitatibus.*

77 *Iudex cuius prorogatur iurisdictio ratione prorogationis, eam tantùm acquirit iurisdictionem in prorogantes, quam exercet in sibi vere subditis.*

78 *Si per statutum tribuatur alicui iurisdictio cognoscendi de caussis mercatorum, is etiam virtute prorogationis non poterit cognoscere de caussis non mercatorum, cum neque inter verè subditos de illis possit cognoscere.*

79 *Prorogatio non solum admittitur ad caussas diuersæ speciei, sed etiam neque ad caussas eiusdem speciei, & tamen diuersæ qualitatis.*

80 *Qui habet limitatam iurisdictionem ad caussas certæ qualitatis, de alys diuersæ qualitatis non poterit cognoscere.*

81 *Expenditur text. in l. testamenta omnia C. testamentis.*

82 *Inducitur text. in l. 1. C. iurisdict. omnium iudic.*

83 *Procurator fisci qui habet iurisdictionem limitatam cognoscendi de caussis inter fiscum & priuatos, & dicitur inter priuatos incompetens, tamen ex consensu partium iudex competens est etiam inter priuatos.*

84 *Caussæ inter fiscum & priuatos omnino differunt à caussis solos particulares respicientibus.*

85 *Explicatur l. de qua re §. 1. sup. eodem.*

86 *Explicatur l. inter conuenientes, ad municipalem.*

87 *Iudex qui habet limitatā iurisdictionem inter subditos, de illorum caussis non cognoscat, si excedant certā qualitatē: tamen ex prorogatione poterūt cognoscere de caussis maioris quantitatis.*

88 *Quæ differunt secundum plus & minus, non differūt specie, sed quantitate.*

89 *Caussæ mercantiles & non mercantiles cum non differant specie sed qualitate, in eis admittenda est prorogatio contra communem supra relatam.*

90 *Ponderatur contra communem c. Cum olim, primo, de officio delegati.*

91 *In iurisdictione delegata inter easdē partes admittitur prorogatio ad diuersam caussam, & ibi ponitur exēplum.*

92 *Expenditur contra d. communem l. si per errorem, iuncta gloss. 1. supra de iurisd. omnium iud.*

93 *Prætor peregrinus, cuius officium restrictum erat ad caussas peregrinorum, ex prorogatione de caussis ciuium poterit cognoscere.*

94 *Doctores qui contra communem supra relatam tenent, enumerantur, & ea vt in puncto iuris melior amplectitur.*

95 *Respondetur ad conclusionem supra adductam ex gloss. cap. vt hi qui, de præbend. in 6.*

96 *Quando prorogatio fit ad caussas eiusdem formæ & naturæ, non potest fieri ad caussas diuersæ formæ, si autē fiat ad caussas eiusdē speciei, procedit prorogatio, licet caussæ differāt qualitate.*

97 *Caussæ eiusdem speciei dicūtur esse eiusdem*

dem formæ & naturæ, licet qualitate accidentali differant.

98 *Diuersitas in qualitate non solet inducere diuersitatem in forma & natura actus, siue in subiecto.*

99 *Respondetur ad regulam l. in agris ff. acquir. rer. domin. supra relatam.*

100 *Omnis iudex habet limitatam iurisdictionem ad proprium territorium, & tamen est quod qui sunt extra territorium possunt prorogare iurisdictionem iudicis.*

101 *Respondetur ad doctrinam Panormit. supra relatam in cap. at si clerici in princ. num. 19. & 21. de iudic.*

102 *Vt dicatur nouus actus oportet vt mutatio contingat in substantia actus, siue in quantitate substantiali, non autem in quantitate accidentali.*

103 *Respondetur ad l. testamenta omnia. C. de testamentis supra adductam.*

104 *Vbi legum posita est necessitas fori, non est licita prorogatio.*

105 *Ad veram resolutionem articuli duo casus distinguuntur: Primus ibidem.*

106 *Legi prohibitiuæ partes renūtiare non possunt.*

107 *Contra prohibitionem legis non admittitur prorogatio.*

108 *Refertur secundus casus & eius resolutio.*

109 *Adducitur resolutio Pauli Castrens. l. 1. num. 27. C. de iurisd. omnium iud. quæ ibidem examinatur.*

110 *Dictio taxatiua tantum etiam prorogationem partium videtur excludere: secus quando apponitur.*

111 *Refellitur cōcordia Pauli supra relata.*

112 *Iudex competēs regulariter potest compellere partes inuitas vt coram se respōdeant, secus in causa statuti, etiam tamen non excluduntur hi qui voluntariæ sua iurisdictioni subijciūtur.*

113 *Dictio taxatiua non excludit casus in ea per l. permissos.*

114 *Dictio taxatiua geminata plus quam simplex solet operari.*

115 *Reijciuntur aliorum traditiones, & ad veram resolutionem articuli tres constituuntur conclusiones.*

116 *Prorogatio non admittitur de caussis vnius speciei.*

117 *Iudex caussarum pertinentium ad simplicem iurisdictionem non potest cognoscere de caussis meri vel mixti imperij, etiā ex prorogatione partium.*

118 *Iurisdictio si limitata quoad personas, non autem quoad caussas, admittenda est prorogatio.*

119 *Doctor licet tribunal non habeat, iurisdictionem tamen ordinariam in scholares habet, ac proinde in eo admittenda est prorogatio.*

120 *Respondetur ad text. in l. 1. C. iurisdict. omnium iudicum, supra relat.*

121 *Si iurisdictio sit æque principaliter restricta & quoad personas & quoad caussas, tunc non admittitur prorogatio ad caussas diuersas.*

122 *Si per statutum quantitas taxetur iudici municipali ex prorogatione, tamen poterit de caussis maioris summæ cognoscere.*

123 *Vt prorogatio locum non habeat, oportet quod dictet statutum, quod quis cognoscat de caussis mercatorum & pertinentibus ad mercantiam.*

124 *Prorogatio non admittitur ad caussas diuersas in quantitate licet eiusdem speciei esse videantur.*

125 *Impugnatur resolutio tradita super num. 124.*

126 *Declaratur dictum Cyni l. 1. in fi. Cod. iurisd. omnium iud.*

127 *In curia mercatorum proceditur de bono & æquo, & non in rigore nec ex apicibus iuris.*

128 *In caussis ordinarijs proceditur secundum iuris solemnitatem eius & rigorem, & non ex bono & æquo.*

129 *Qualitas regulariter non mutat speciem nec alterat subiectum.*

130 *Cynus loco supra relato in quo casu loquatur.*

131 *Diuersitas in qualitate caussæ nõ impedit prorogationem, & ibidem huius regulæ limitatio assignatur.*

132 *Duæ rationes limitationis assignantur.*

133 *Mutatio circa formam vel naturam substantialem inducit nouum actum.*

134 *Qualitas superueniens enti alterat illud, & reponit in diuersa specie.*

135 *Si ex iudicio ordinario efficiatur summarium, non dicetur idem iudicium.*

136 *Assignatur secunda ratio supra positæ limitationis.*

137 *In generalibus id quod est minus generale cõsideratur tanquam quædam species, & eodem modo in specialibus.*

138 *Illa species censetur magis specialis, in qua militet ratio magis specialis quã in alijs speciebus.*

139 *Aliquando dicitur vna res attento genere siue specie, & diuersa propter diuersitatem formæ.*

140 *Vbi species ponit aliquid vltra genus suum, tunc sub genere non cõtinetur.*

141 *Inducitur ratio Cyni supra relata.*

142 *Expressio vnius speciei non includit alias species eiusdem generis, imo tacite videtur eas excludere.*

143 *Differentia adueniens generi constituit speciem diuersam.*

144 *Ens qualificatum videtur esse alterius speciei & naturæ quam simplex sit.*

145 *Mercatores non subditi possunt prorogare iurisdictionem iudicis mercatorum de caussis pertinentibus ad mercantiam & ibi ratio traditur.*

146 *Refellitur opinio Perez. l.1.tit.li.3.ord. veteris cons.7.vers. item 4.pag.530. circa prorogationem iudicis gabellarum.*

147 *Declaratur Doct. Alexand. l. testamenta omnia.num.3. Cod.testament. supra relata.*

148 *Declarantur etiam tradita per Marantam in pract. 4. p.6. dist. iudicio num.24.ad fin.sup.relata.*

149 *Delarantur tradita per Mar an. Soc. cap. Significasti num. 30. vers. 3. de foro competenti.de qua supra actũ est.*

150 *Quando certa qualitas est fundamentum iurisdictionis, illa qualitas debet probari.*

151 *Expenditur ord. lib.1.tit.67.§ fin.quæ hodie est lib.1.tit.87. §.2. nouæ copilationis.*

152 *Respondetur ad rationes Mar. Socin. supra relati circa prorogationem iudicis pupillorum.*

153 *Expẽditur ord.li.5.tit.58.§.2.quæ hodie est.l.1.tit.5.§.8.nouæ copilationis.*

154 *Respondetur ad vltimam rationem deductam ex dict. Cyni supra relati.*

155 *Annotatur dictum Bald.l. testamenta omnia. num.3. Codic. testam.*

156 *Reprobatur traditio Vantij titu.de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinaria.nu.51. dum negat prorogationem in certis iudicibus ibi numeratis.*

157 *Annotantur tradita per Pan. in c. P. & G. de officio, dum enumerat species prorogationis.*

158 *Valet argumentum de caussa ad personam, item de re ad caussam.*

159 *Declarantur tradita per gl.2. auth.& consequenter.Códic. sentent.& interlocut. circa prorogationem in casu reconuentionis.*

160 *Annotatur d.Bald.tit.de pace cõstant. in glo. secundum leges circa prorogationem in caussa appellationis.*

161 *In caussa appellationis locũ habet prorogatio secundum magis cõmunem.*

162 *Quod non inuenitur prohibitum, concessum censetur.*

163 *Appellatio non mutat naturam prioris caussæ.*

164 *In caussis meri & mixti imperij admittitur prorogatio contra Bald. sup. cit. & eius consequentia impugnatur.*

165 *De substantia appellationis est, vt de caussa non possit cognoscere, nisi qui sit superior iudicis, à quo appellatum est, quod late comprobatur.*

166 *Refertur exemplum, in quo caussa appellationis poterit esse locus prorogationis.*

tionis, & dicta in cõtrariũ refellũtur.
167 Explicatur dictum Auenda. de exsequend. mand. c. 6. num. 1.
168 Explicatur dictum Auendan. contra Sylu. conf. 345. nu. 3. & aliorum Doctorum qui tenent, post desertam appellationem, non posse iudicem appellationis de ea agnoscere.
169 Iurisdictio prorogata indistincte trãsibit ad successorem in officio.
170 Quando clare constat ad scientiam, vel ad qualitatem personæ habitũ fuisse respectum, tunc iurisdictio prorogata non transibit ad successorem.
171 Qualibet iurisdictio admittit prorogationem.
172 Iurisdictio putatiua etiam admittit prorogationem.
173 Prorogari potest iurisdictio illius, qui tribunal non habet.
174 Prorogatio non cadit in notorio cum nullam habent iurisdictionem, sed tantum nudum ministerium.
175 Notarius non potest conficere instrumentum publicum extra territorium, etiamsi partes consentiant.
176 Notarius deputatus ad scribendum certum genus actorum, non potest alia diuersa ascribere.
177 Notarijs in Italia per priuilegiũ Principum concessum est, vt tanquam iudices ordinarij condemnent volentes: quæ ordinatio habet paratam executionem.
178 Chartularij iudices qui dicantur.
179 Chartularij iudices iudicium prorogare possunt.
180 Prorogatio cadit etiam in his quæ sunt voluntariæ prorogationis, si partes consentiant.
181 Contraria opinio refertur, sed ea reprobatur in vers. sed.
182 Si quis nõ subditus voluntarie se subijciat iurisdictioni voluntariæ, in effectu inducetur valida prorogatio.
183 Tres differentiæ notabiles inter voluntariam & contentiosam iurisdictionem adducuntur.
184 Prima est quod ea quæ pertinent ad voluntariam iurisdictionem libere exercere possunt, in alieno territorio, non sic in contentioso.
185 Domino territorij, fit iniuria, si alter in eo vteretur contentiosa iurisdictione.
186 Secunda differentia est, quod contentiosa iurisdictio potest prorogari in parem vel minorem quam sit prorogatio, non sic voluntaria.
187 Ratio differentiæ assignatur.
188 Tertia differentia est, quod in contentiosa iurisdictione subditus potest alterius iudicis prorogare iurisdictionem, non sic in voluntario.
189 Iurisdictio illius, qui caussam habet in habitu & nõ in actu, prorogari potest.
190 Iurisdictio licet possit opposita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari potest.
191 Vt iurisdictio admittat prorogationem, oportet competere in essentia, & non sufficit impotentia.
192 Respondetur ad secundam rationem supra adductam.
193 Respondetur ad secundam difficultatem supra adductam.
194 Respondetur ad fundamentum gl. de qua supra.
195 Superior extra prouinciam existens, cui tantum in habitu iurisdictio competit, subditi eam prorogare poterunt, dummodo consensus superioris prouinciæ interueniat.
196 Iurisdictio eorum, qui tribunal non habent, prorogari potest, & exempla traduntur.
197 Iurisdictio competens ex priuilegio prorogari potest, & id exemplis comprobatur.
198 Contraria tamen vt verior sequitur & rationibus contrariæ respondetur.
199 Iurisdictio delegata facilius prorogatur de loco ad locum quam de persona ad personam, secus in iurisdictione ordinaria.

200 Respon

200 *Respondetur ad fundamentum Hostiens. supra relatum.*

201 *In reseruatis Principi non admittitur prorogatio absque Principis licentia.*

202 *Cap. statutum in fin. de preb. in 6. quo casu procedat.*

203 *Varij Episcopi iurisdictio, qui iure speciali confert beneficia, extra territorium illa conferre potest.*

204 *Iurisdictio delegata non admittit prorogationem.*

205 *Gloss. 2. in hac l. 1. & gloss. fin. l. 1. Cod. iurisd. omnium iud. communiter reprobatur.*

206 *Agitur de ratione differentiæ inter iurisdictionē ordinariã, & delegatam.*

207 *Ea quæ pertinent ad potestatem clauium non recipiunt prorogationem.*

208 *Reprobatur responsio supra ad cap. P. & G. de officio delegati.*

209 *Impugnatur alia ratio etiam adducta per doctores ad cap. P. & G.*

210 *Qualitas electa per partem & iudicem admittenda est, nec actus sustinetur propter aliam qualitatē quæ aderat, & tamen electa non est.*

211 *Reprobatur intellectus assignatus per Curt. Iun. in l. 2. §. 1. num. 14. vers. eod. ad c. P. & G.*

212 *Quando multa promittuntur, & aliqua non cadunt sub potestate promittentis quò ad ea quæ cadunt, sustinentur actus.*

213 *Legatus non habet Iurisdictionem iure proprio, sed alieno nomine, quatenus per legatum reperitur concessa.*

214 *Qui commisit caussam aduersus certam personam eius nomine expresso, ita videtur cōmissionem restrinxisse, vt omnes alias personas censeatur excludere.*

215 *Refelluntur rationes quæ contra supra dictam resolutionem traduntur, & resolutio sustinetur.*

216 *Multum interest quod varietur persona, vel quod ea non variata fiat extensio de casu ad casum.*

217 *Agitur de quæstione vtrum iurisdictio delegati ad vniuersitatem caussarum admittat prorogationem, & pars affirmatiua sustinetur, & defenditur.*

218 *Conseruatus consensus alicui vniuersitati censetur delegatus ad vniuersitatem caussarum, & eius iurisdictio admittit prorogationem.*

219 *Refellitur dictum Aug. hic num. 10.*

220 *Non est facile admittenda differentia inter ius Canonicum, & ius ciuile, & etiam ibidem traditur aliqua differentia inter iurisdictionē ordinariã, & delegatam, & vera assignatur.*

221 *Quando certa caussa committitur per l. certo officiali, ea iurisdictio censebitur ordinaria.*

222 *Assignatur intell. ad c. cum olim 1. de officio deleg.*

223 *In iurisdictione delegata admittitur prorogatio de re ad rem, siue de caussa ad caussam inter easdem personas, sed contrarium vt verius defenditur.*

224 *Personæ quæ se inuicem contingunt ratione caussæ, possunt agere de iure suo coram delegato, etiamsi de illorum in rescripto non fiat mentio.*

225 *Vera resolutio dict. cap. olim.*

226 *Iurisdictio delegata & restricta ad certum tempus de consensu partium prorogari potest ad aliud tempus.*

227 *Respondetur ad secundam difficultatem supra relatam.*

228 *Quando quis in caussa principali prætendit interesse, & iudex sit delegatus, quamuis de interesse in commissione nulla sit facta mentio, audiendus tamen est.*

229 *Non cadunt sub materiã prorogationis ea quæ iudex ratione suæ iurisdictionis absque prorogatione facere potest.*

230 *Subditi non possunt cōpromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrium: sed cōtraria opinio defenditur.*

231 *Respondetur ad text. l. sed etsi seruum §. 1. sup. recept. arbitr.*

232 *Ex*

232 *Expenditur text. in d. l. sed etsi seruum §. 1.*
233 *Refellitur intell. dicta l. sed etsi seruum in §. 1. supra assignatus.*
234 *Noua interpretatio d. l. sed etsi seruum §. 1. tradita ab Auctore.*
235 *Reijcitur intell. Burg. in repetitione huius l. 1. num. 61.*
236 *Iuris ratio non patitur quod ille qui habet ius perfectum & superius in re, in eadem re acquirat ius inferius.*
237 *Non valet compromissum factum in iudicem, etiamsi partes declarent quod compromittunt in eum tanquam in hominem priuatum.*
238 *In iudicem delegatum compromitti non potest.*
239 *Non subditi possunt compromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum.*
240 *Subditi possunt compromittere in iudicem tanquam in arbitratorem.*
241 *Arbitramentum nil commune habet cum iudicio, cum ad ea quæ in facto consistunt pertineat, & in eo amicabiliter procedatur.*
242 *Caussa de qua iudex iure ordinario poterat cognoscere, cognoscet etiam ex caussa delegationis.*
243 *De iure Canonico in iudicem ordinarium potest fieri compromissum per subditos.*
244 *Ius canonicum in hoc artic. secuta est ord. lib. 3. tit. 81. §. & podera hodie lib. 1. tit. 16. §. 3 noua copillat.*
245 *Lex Castella circa dict. artic. approbauit dispositionem iuris ciuilis.*
246 *Agitur de quæst. an si nõ subditus proroget iurisdictionẽ videatur in eum consentire tanquam in iudicem ordinarium, vel tãquã in arbitrum.*
247 *Quando actus potest trahi ad varios sensus, debet præferri ille qui magis consonat cum præfationibus eiusdem actus.*
248 *In dubio ille actus censetur celebratus cuius forma consueta exprimitur.*
249 *Quando de voluntate partium constare non potest, præsumendum est, quod tanquam in iudicem consenserunt.*
250 *In dubio non solum debet fieri interpretatio qua actus valeat, sed qua melius, & efficacius valeat.*
251 *Contraria opinio refertur.*
252 *Iuramentum facit quod actus valeat, non autem vt efficacius valeat.*
253 *Concordantur supra posita opiniones.*
254 *In legatis fiet extẽsio qua actus valeat, non autem qua efficacius valeat.*

AGITVR in hac lege, & seq. de prorogatione † iurisdi- 1
ctionis, quæ quidem materia latissime patet, & intricata est: quotidiana tamen † vt asserit Marian. So- 2
cin. *cap. Significasti num. 7. de foro compet.* Vt autem in ea clarius procedamus, illius tractationem † in quinque distri- 3
buemus articulos. Primus † continе- 4
bit *diffinitionem prorogationis iurisdictionis, & illationes quæ ex ea consequi videntur.* In † secundo declarabitur, *quotu-* 5
plex sit prorogatio. Tertius † declarabit, 6
quæ sint necessaria ad validitatem prorogationis. In † quarto agetur, *de caussis ad-* 7
mittentibus prorogationem iurisdictionis, vel illam respuentibus. In † quinto & vltimo 8
explicabuntur *effectus ex prorogatione iurisdictionis resultantes.*

Iuxta prædictum igitur ordinẽ procedendo, offert se primus articulus, in quo agendum est de diffinitione prorogationis iurisdictionis, & quidem illius diffinitio † varie inuenitur tradi- 9
ta per Doctores: nam vnam diffinitionem assignat Anton. de Butreo relatus per Imolam, *c. P. & G. num. 1. ib. de offic. deleg.* & aliam Bald. *in Rubr. 1. lect. num. 16. de iudic.* alio etiam modo diffinit Marian. Socin. *c. significasti num. 16. de foro compet.* & alio Perez. *l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinament. i. veteris gl. 1. colum. 5. vers. quæro quid est prorogatio pag. 529.* alio denique Menchac. *q. vsu frequentiũ c. 14. n. 1.*

 Mihi

Mihi autem placet diffinitio pro-
10 rogationis, quæ † colligitur ex mente Iason. l. si per errorem num. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. quod sit extensio iurisdictionis ordinariæ, ad caussam seu personam, alias sub ea non comprehensam.

11 Ex † qua diffinitione primo colligitur, quod per prorogationem iurisdictionis, potest iudex excedere metas propriæ iurisdictionis, quia huic excessui accedit voluntas partium, & legis approbatio, notat Bonifac. Clem. 1. num. 4. de hæretic. Vnde merito tradit Alex. in Rubr. num. 6. infra de noui operis nuntiat. Quæ prorogatio iurisdictio-
12 nis, est † applicatio illius, ad personas consentientes, quæ alias sub ea non continebantur.

13 Secundò † principaliter colligitur ex prædicta diffinitione, quod cum prorogatio sit extensio iurisdictionis ad consentientes, qui illi se subdiderunt, non censebitur diuersa iurisdictio: sed potius eadem cum extensa: notat gloss. fin. c. P. & G. de offic. delegat.
14 extensio † enim dispositionis, non videtur inducere nouam dispositionem, sed potius censetur eadem cum dispositione extensa, l. sed si manente. ff. de precario, l. 4. in principio ff. de damno infecto, l. si cum dies, in principio, & ibi gloss. & Bartol. ff. de recept. arbitr. tradit Corne. consil. 235. num. 9. libr. 2. Paris. consil. 43. num. 1. lib. 1. Boërius decis. 284. num. 8. &
15 num. 12. adeo † quod extensum remaner idem cum eo, quod extenditur, neque antiquum nomen amittit, neque etiam effectus, Decius consil. 497. num. 1. Socin. Iunior. consil. 75. num. 28. lib. 3. Felin.
16 c. 1. num. 5. de iureiur. & ideo † iudex, cuius prorogata est iurisdictio, suo proprio nomine: & tanquam iudex à principio competens, illam exercebit, cum eam non videatur acquirere de nouo, sed tantum eam ampliorem, siue latiorem videatur consecutus, vt aduertit Bald. in Rubr. de iudic. 1. lect. num. 16. & Panormit. cap. Nouit. num. 7. de offic. legat. & cap. omnis, num. 14. de pœnit. & remiss. Anchar. consil. 201. num. 7. atque † 17
proinde virtute iurisdictionis prorogatæ, ita valebit processus, & sententia in eo lata, & ita prodest, & nocet, ac si coram iudice à princip. competenti facta fuissent, Bald. l. 1. num. 1. ad finem Cod. ad leg. Cornel. de Sicariis. Aduertendo † tamen, quod id, quod di- 18
ximus, extensum censeri idem cum prorogato, est intelligendum, attenta iuris dispositione, siue fictione; nam secundum veritatem, diuersum est à prorogato, vt declarant Cynus & Bart. l. si cum dies, in princip. vbi supr. de arbitr. Bald. cap. 1. in 2. lect. num. 23. de iudic. & alij quos refert Tiraquell. lib. 2. retract. §. 1. gloss. 7. numero 40. Anton. Gabriel. lib. 2. communium tit. de dilation. conclus. 2. num. 7. Vnde receptum est, quod in materia † odiosa siue pœnali, ac ob 19
id stricte accipienda, extensum non censetur idem cum prorogato, sed diuersum ab eo censetur, vt tradit Bald. l. si à te ad finem Cod. de pactis inter emptor. Felin. cap. de caussis num. 2. versic. 1. limitabis, de offic. delegat. & ibi Dec. col. 6. post princip. Gomez in regula de triennal. quæst. 21. Decianus consil. 73. numero 21. libro 2.

Tertiò † ex eodem verbo (extensio) 20
colligendum est: quod vt valeat prorogatio, oportet quod ille, cuius prorogatur iurisdictio, illam habeat, alias impossibilis est prorogatio: cum † id, 21
quod nullum est, extensionem minime recipiat, l. sed si manente, ff. de precario l. 4. in principio ff. de damno infecto cum alijs cumulatis per Canoll. hic num. 4. & Menchaca. quæst. vsufrequent. cap. 14. num. 1. & 2. & clare deducitur ex mente huius text. & clarius ex l. 1. Cod. de iurisd. omnium iudic. & ibi notat Fulgosius, probat enim cap. Significasti, de foro compet. & ibi notat Panormitan. item probat

l. 1.

l. 1. *Cod. de pedan. iudic.* & ibi notat gloss. & 13. Bald. *num.* 1.

Ex quo principio infert Marianus Socin. *cap. Significasti*, *num.* 21. *de foro compet.* quod iurisdictionis † competentis sub conditione, vel ex die non admittetur † prorogatio, quia hoc casu pendente conditione vel die, non dicitur competere iurisdictionem, sed tantum spem habendi illam, *gloss. fin. ad medium l. cum plures de offic. delegati in* 6. *Vantius de nullitatibus tit. de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ*, *num.* 92. Ergo cum interim nulla competat iurisdictio, sed tantum spes illam habendi, interim non admittetur prorogatio iurisdictionis, adhuc de præsenti non competentis: Quam conclusionem tanquam receptam admittunt Imola *dict. cap. P. & G. num.* 85. *de officio delegati & ibi And. Sicul. num.* 112. *Ruin. consil.* 165. *numero* 11. *in fine lib.* 5. *Antonius de Mattheis Romanæ tract. de prorogatione iurisdictionis num.* 5. *vers. exemplum est.* Et eam in quotidiano casu exemplificat Socin. *consil.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. & alij relati per Vantium *vbi supra.*

Resolut. n. 26.

22

23

Sed circa hanc receptam conclusionem, videtur esse subsistendum, quia
24 contra † eam videtur vrgere text. *cap.* 1. §. *post hoc. de appellat. in* 6. Ita in-
25 ducendo, certum est † in iure, quod si quis appellauerit ab interlocutoria, iudici, ad quem appellatum est, competere iurisdictionem cognoscendi de caussa principali, & eam retinendi, sub conditione; tamen, si caussa appellationis coram eo sit verificata, & ab eo fuerit pronunciatum, bene fuisse appellatum, *cap. vt debitus, ad finem, de appellat.* & ibi notauit gloss. *verbo alioquin. gloss. fin. cap. ex tenore. de foro compet. tradit Roman. consil.* 362. *num.* 2. *& Boër. decis.* 257. *num.* 2. & tamen text. *dict. cap.* 1. §. *post hoc. de appellat. in* 6. probat, prædictum iudicem de consensu partium, posse de prædicta caussa principali cognoscere, etiam non verificata caussa appellationis. Ergo aperte probat de consensu partium, iurisdictionem sub conditione cõpetentem prorogari posse, quod ibi notat Innocent. *num.* 2. *& cap. prudentiam, in princ. num.* 7. *de officio delegati & probat Ang. consil.* 162. *colum.* 2. *Paul. Castrensi. l.* 2. §. *sed si iudex. num.* 12. *infra eod. Iacobin. hic num.* 2. Ergo text. ille aperte videtur prosternere receptam conclusionem supra relatam.

Sed his non obstantibus, † non est 26
recedendum à recepta conclusione supra firmata, Neque repugnat text. *d. c.* 1. §. *post hoc. de appellat. in* 6. quia non probat simpliciter, iudicem appellationis de consensu partium, posse de caussa principali cognoscere, non verificata caussa appellationis: sed id tãtum admittit, quando vlterius accedit Papæ confirmatio siue approbatio.
Vnde † magis per locum ab speciali 27
videtur probare, iudicem appellationis, etiam de consensu partium, non posse, de caussa principali cognoscere antè verificatam caussam appellationis. quod etiam probat *cap.* 1. *in princ. de foro compet. in* 6. *tradit Couarr. practicarum quæstionum cap.* 9. *num.* 6. Quod † 28
adeò verum est, vt iudex appellationis datus per Cancellariam absq; speciali commissione Papæ, non possit etiam de consensu partium de caussa principali cognoscere ante verificatam caussam appellationis, *vt eleganter probat Bellamera decis.* 747.

Ratio † huius differentiæ est, quod 29
Papæ competit iurisdictio generalis, cognoscẽdi de omnibus caussis orbis, non quidem sub conditione, sed purè & simpliciter, *c. cuncta per mundum* 9. *quæst.* 3. quamuis ea non vtatur, ne ordinariis præiudicetur. Si ergo † caussa 30
quæcunque per appellationẽ deuoluatur ad curiam Romanam, potest Papa

iubere, vt iudex de caussa principali cognoscat, etiam non verificata caussa appellationis, si partes in hoc consentiant: quo casu iudex potest de caussa principali cognoscere, non tam ex vi prorogationis quam ex speciali commissione Papæ: qui tollendo obstaculum iuris ex iurisdictione pure sibi competenti, potuit eam cognitionem iudici appellationis concedere, etiam non verificata caussa appellationis, vt aduertit Innoc. *c. de caussis num. 2. de offic. delegati, Imola d. c. P. & G. num. 85. & ibi Panorm. num. 15. Notant Paul. Castrens. rep. l. 1. num. 35. Cod. de iurisdictione omnium iud.* ad quod reducendus idem Paul. *l. 2. §. sed si iudex num. 12. infra eo.*

31 Quæ † ratio cessat in iudice inferiori, qui neque obstaculum iuris tollere potest: neque consensus partium efficere potuit, quod iurisdictio illius, qui non habet iurisdictionem, ante verificatam caussam appellationis, prorogari possit, iuxta communem traditionem supra relatam: & ideo vulgo dicitur, quod facilius reconualescit actus, sub-

32 lato obstaculo, quàm de † nouo inducatur, *tradit Panorm. cap. 1. num. 17. vers. item & melius, de iudic. Alciat. l. 1. si quis simpliciter num. 16. infra de verbor. obligat.*

33 Illud † sane non est omittendum in hoc artic. de stylo curiæ Romanæ receptum esse, vt licet iudex appellationis ab interlocutoria, pronunciet non fuisse bene appellatum, potest nihilominus caussam illam retinere, si pars iuret, quod non sperat iustitiam sibi fieri in partibus, sic limitata decisione

34 *c. Vt debitus, in fine, de appellat: post † Rotam tradit Pan. c. Nicolao num. 6. de appell. notabiliter Couarr. pract. q. c. 9. n. 6.* Quod tamen extra curiam minime obseruabitur.

35 Ex his ita † resolutis infertur annotatio ad opinionem Innoc. *cap. Prudentiam num. 1. de offic. delegati,* quod si in caussa dati sint plures iudices delegati cum clausula (*quod si non omnes.*) valebit sententia lata per duos iudices de consensu partium: quamuis alij non sint impediti, subscribit Angel. *l. si per errorem num 4. supr. de iurisd. omnium iud. Gregor. l. 15. tit. 22. par. tit. 3. in gl. 3.* nam contrarium videtur verius ex supr. traditis: Quia cùm duobus competat iurisdictio sub conditione (*si alij fuerint impediti*) iurisdictio competens sub conditione, ante eam impletam non admittit prorogationem, *vt dictum est:* & ita contrarium in terminis tenet gl. *d. c. Prudentiam verb. teneatur in fin. de offic. delegat.* quam vti magis receptam probant Panorm. *ibi n. 20. Decius num. 21. Mantua. n. 56. Fulgosius cons. 167. Vissis, num. 2.* & videtur text. *cap. Prudentiam in princ. de offic. delegati,* dum † probat, 36 non valere processum, neque sententiam latam in prædicto casu per duos iudices, nisi omnes interueniant, vel sint iuste impediti, *notat gl. fin. c. Cũ plures, de offic. delegati in 6.* & quia prædicta delegatio eo modo facta videtur formam inducere, vt omnes simul cognoscant, formæ autem legis partes renunciare non possunt. *l. nemo potest de leg. 1.* placet † nihilominus opinio In- 37 noc. Neque obstant rationes contrariæ opinionis. Nã ad primum respondetur, quod quando pluribus conceditur iurisdictio † in aliqua caussa: at- 38 tenta substantia vnicuiq; videtur concessa in solidũ: & tantum illius exercitium videtur pendere à conditione, vt scilicet omnes simul eam debeant exercere: nisi aliqui sint impediti. *Bart. l. si vni, num. 5. inf. de re iudicata,* & in terminis aduertit Imol. *dict. c. Prudentiam, nu. 36.* Cùm igitur quilibet quoad substantiam videatur habere iurisdictionem in solidum, succedit communis traditio, quod iurisdictio competens in substantia, & † sic in habitu, admit- 39 tit prorogationem: quantumcunque exercitium illius iurisdictionis videatur

Resolut. n. 32.

tur pendere ab aliqua conditione, vt
tradit Innoc. d. c. Prudentiam num. 11. de
offic. delegati. Bald. l. si conuenerit post princ.
vbi supra de iurisdictione omnium iud. &
in notab. casu exemplificat idem Bald.
l. si quis ex consensu col. 3. in princ. nu. 8. C. de
Episc. audien. Paul. Castrens. rep. l. 1. nu. 26.
C. de iurisdictione omnium iud. not. Panor.
cap. 1. num. 17. vers. tunc enim. de iudic. &
40 dicemus *inf. latius num. 36.* Et † sic cessat difficultas, Neque etiam obstat *c.*
Prudentiam de offic. delegati: quia limitari debet nisi interueniat prorogatio
partium, vt duo tantum cognoscant:
neque enim prorogatio partium, vn-
41 quam † censetur exclusa, *l. 2. §. sed si iu-*
dex inf. eod. Salyc. l. certa ratione num. 2. C.
quando prouocare non est necesse. Minus
obstat, quod partes nō possunt renun-
tiare formæ legis: nam id procedit,
quando forma inducitur propter bo-
41 num publicum: nam † si ad commo-
dum priuatum, illi renuntiare partes
possunt *c. fin. in princ. de offi. delegati,* quia
subintelligitur conditio, nisi partes,
43 in † quarum fauorem introducta fuit
forma, illi renuntient, *Cuman. l. nemo po-*
test num. 7. inf. de leg. 1. Cùm igitur præ-
dicta forma in fauorem partium indu-
cta sit, vt per plures melius iustitia
partium discutiatur, illi renūtiare po-
terunt, & iuxta hæc venit etiā expli-
44 canda illa communis traditio, quod †
si iurisdictio competat sub conditio-
ne, quæ tacite à iure inest, admittet
prorogationem: quia huiusmodi con-
ditio nō suspendit substantiam actus,
l. conditiones intrinsecus ff. de cond. & de-
monstr. l. 3. inf. de leg. 1. sed tantum vide-
tur suspendere effectum, siue exerci-
tium actus *l. muto §. sub conditione ff. de*
tutelis, & ideo cum in habitu iurisdi-
ctio competat, licet in actu exerceri
non possit, tamen admittet proroga-
tionem, *iuxta vbi supra tradita*: & in
terminis tradit Felin. *cap. 2. in 15. de re-*
script. & ibi Ripa. num. 28. Felin. c. fin. n. 29.
de præscript. quicquid cōtrouertat Rui-
nus *l. 3. num. 10. inf. de leg. 1.*

Vltimò vt in hoc artic. nihil inta-
ctum relinquatur, memorandum est,
quod † dum glo. fin. *c. cum plures, de offi.* 45
delegati in 6. & Vantius *tit. de nullitate*
ex caussa iurisdictionis delegatæ num. 92.
dicunt, quod iurisdictio competens
sub conditione, vel ex die prorogari
non potest, verum quidem dicunt † 46
quoad iurisdictionem sub conditione
competentem: quia ante aduentum
conditionis, neque quoad substantiam
neque quoad exercitium videtur com-
petere. *l. cedere diem ff. de verb. signific.* Et
ideo merito non admittit prorogatio-
nem: sed dum addunt idem esse, si ex
die competat iurisdictio, non videtur
recte traditum, cùm dies non suspen-
dat substantiam dispositionis: sed tan-
tum effectum. *l. vnica ad finē infra quan-*
do dies vsusfr. legati cedat, & ideo admit-
tetur prorogatio iuxta supra tradita:
nisi eos salues, quando † ita competit 47
iurisdictio ex die, vt ante diem expres-
sum, nullo modo competat; nam tunc
procedet prædicta æquiparatio, *vt tra-*
dit Bald. l. vnica col. 3. vers. 14. Cod. vt actio
ab heredibus contra heredes, quem probat
Purpurat. *l. certi condictio in princ. nu. 111.*
inf. si certum petatur.

Vlterius & ex conclusione vbi su-
pra firmata, *Quod si non competat iuris-*
dictio, non potest locum habere iurisdictionis
prorogatio, infertur: quod † cum arbi- 48
ter nullā habeat iurisdictionem, quam
consensus priuatorum ei tribuere non
potuit. *l. priuatorum C. de iurisd. omnium*
iudic. l. penult. inf. eod. & † ideo notionem 49
dicuntur habere *l. ait prætor in princ. inf.*
de re iudic. l. notionem cum glo. inf. de verbo-
rum signif. in compromisso non habe-
bit locum prorogatio, & ita gloss. fin.
ad † medium *dict. c. P. & G. de offic. dele-* 50
gati gl. l. non distinguemus § itē si quis. verb.
defendat vbi supra de recept. arbitr. & ibi
Bald. in l. fin. sentit glo. 1. hic ad finem tradit

Innocent. cap. de causis num. 4. de offic. delegati Marian. cap. Significasti num. 26. de foro compet. Cui tamen conclusioni nimis videtur obstare, quod licet in arbitro non possit cadere prorogatio iurisdictionis, quam ipse non habet: tamen
51 men † potest dari prorogatio respectu notionis quam habet: vnde receptum est, quod de consensu partium potest arbiter cognoscere de aliis caussis, & rebus non comprehensis in compromisso, vt probat Imol. *d. c. P. & G. num. 96. & ibi Andr. Sicul. num. 150.* & sic attento effectu respectu proroga-
52 tionis, nulla videtur † differentia, inter habentem iurisdictionem, vel no-
53 tionem: sed † nihilominus dicendum est, eam esse differentiam inter prædictos casus, quod habentis iurisdictionem prorogatur iurisdictio, per non subditos, & qui ei alias nullo modo subiiciuntur, vt clarè probat is text. & tamen diuersum est, in habentibus so-
54 lam notionem. Neque † enim alius, qui non sit de compromittentibus, potest prorogare notionem arbitri, vt *tradunt vbi supra allegati, & notabiliter Alexand. consil. 94. à n. 1. lib. 5. Decius, c. Prudentiam in princ. num. 13. de offic. delegati.*
55 *Afflict. decis. 117. n. 4.* Ac † proinde, si partes quæ compromiserunt, exprimant prorogare notionem arbitri, vt cognoscat inter eas de aliis caussis, valebit prorogatio, nec nouum dicetur compromissum. *Boërius decis. 284. n. 8.*
56 Sed † si alij tertij dicant, prorogamus illius arbitri notionem, nihil valebit prorogatio, quia arbiter respectu eo-
57 rum, qui † non compromiserunt, neque notionem videtur habere, quod sentit Innocent. *c. de caussis num. 4. in fine de offic. delegati,* vbi tamen Bald. *n. 16.*
58 *ad finem,* id † procedere, quando constat de mente partium: quod voluerunt notionem arbitri prorogare: nam
59 † in dubio vt actus valeat verbum (*prorogamus*) impropriabitur: & exponetur, hoc est, (*nouum facimus compromissum*) vt in simili tradit Alex. *l. 4. in princip. num. 2. infr. de damno infecto. Socin. cons. 99. num. 2. lib. 3.* & prosequitur Gutier. *de iuramento confir. 1. part. cap. 49. à num. 21.* quibus addendus est Paris. *consil. 43. n. 13. lib. 1.*

Iuxta quæ venit † explicandus text. 60
c. Cum dilectus de arbitr. dum probat, quod coram arbitro non admittitur reconuentio; nam † ratio videtur col- 61
ligi ex supra traditis: reconuentio † 62
enim videtur quædam prorogatio inducta per legem, *Innocen. cap. de caussis, num. 4. de offic. delegati, Bald. auth. & consequenter, num. 4. C. de sentent.* quam prorogationem arbitri non admittit, *vt dictum est.* Cæterum hæc ratio non videtur tuta, quia notio arbitri admittit prorogationem illorum, qui à principio compromiserunt, † vt dictum 63
est: & ampliat Anchar. *cons. 171. videtur cui subscribit Alex. cons. 84. ad finem: lib. 5. Gregor. l. 23. titul. 4. par. titul. 4. verb. Si no aquellis cesus ad finem:* & † ideo 64
aptior ratio est, quod reconuentio fit altera parte inuita, *l. cum Papinianus, Cod. de sententijs.* & ideo non potest considerari tanquam prorogatio, quæ vtriusque partis requirit consensum: vt probat is text. Quare si reconuentio fieret coram arbitro vtraq; parte consentiente, videtur quod coram arbitro fieri posset: quod † etiam non placet: 65
quia si adesset consensus vtriusque partis, reconuentio non posset considerari tanquam prorogatio legalis, quam ipsa inducit inuitis partibus, *argum. l. final. Codic. de pact. conuentis,* & ideo melius dicetur: quod si reconuentio fiat coram arbitro, de vtriusque partis consensu, valebit † recon- 66
uentio, non in vim prorogationis, sed in vim noui consensus & compromissi, vt in simili tradit Speculator, *tit. de reconuentione. num. 1.* Si ● fiat compromissum plenum de omnibus

bus

bus caussis compromittentium, iuxta, l. si cum dies 26. §. plenum, supra de recept. arbitr. poterit quidem tractari de omnibus caussis: non in vim propriæ reconuentionis, sed potius in vim nouæ conuentionis, quam generalitas compromissi admittit. Neque existi-
67 met quis prædictis repugnare † Iureconsul. l. non distinguemus, §. item si quis Romæ vers. illud, in fine, supra de recept. arbitr. dum videtur probare: coram arbitro posse fieri reconuentionem: nam vt text. ille non contradicat dispositioni cap. Cum dilectus de arbitr. ita exponi debet, vt iureconsultus velit, quod legatus, qui durante legatione conueniri non potest, l. 2. §. legatis, infr. eo. tamen si alium conueniat, non obstante prædicto priuilegio reconueniri poterit, iuxta decisionem text.
68 l. 2. §. sed si agam infra eo. Non † intelligas autem hanc reconuentionem fieri posse coram arbitro, cum repugnet decisio capitis cum dilectus de arbitr. Poterit igitur reconueniri non obstante priuilegio coram iudice ordinario & competenti, vt ibi exponit Alber. & Bald. l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, supr. de recept. arbitr.

69 Vltimò † ex prædicta conclusione, quod vbi non competit iurisdictio, non potest cadere prorogatio iurisdictionis, infertur, quod si reuocata sit iurisdictio alicuius, iuxta, l. iudicium soluitur, infr. eo. vel alias sit extincta: non admittetur vlterius prorogatio iurisdictionis: quæ tunc nulla est, Panormit. cap. Nouit. num. 7. de
70 offic. legati. Vnde † pro regula constituitur, quod id, quod est nullum, non recipit continuationem, & consequenter neque prorogationē, Andr. Sicul. consil. 46. num. 9. libr. 2. Menoch.
71 consil. 120. num. 39. lib. 2. Quare † si deserta sit appellatio, & consequenter sententia transiuit in rem iudicatam, respectu illius minime dari potest prorogatio, Aretin. c. Quoniam contra, n. 61. de probat. Similiter † transacto tem- 72
pore, intra quod caussa debuit terminari per arbitrium, non erit locus prorogationi compromissi iam extincti, cap. Significantibus de offic. delegati tradit Socin. consil. 99. num. 1. lib. 3. Nam
† vt fieri possit prorogatio, oportet 73
quod actus, qui prorogatur, adhuc duret, alias magis dicetur nouus actus, quam prorogatus, l. sed si manente supra de precario, & l. 4. in principio infra de damno infecto, tradit Bald. l. si à te, post princip. Cod. de pactis inter emptorem, Cornel. consil. 135. num. 9. lib. 2. Paris. consil. 43. n. 7. lib. 1. & cons. 134. numer. 18. libr. 4. Rero. cons. 119. num. 2. libr. 1. & latè Anton. Gabr. libr. 2. commun. tit. de dilation. conclus. 3. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 49. num. 1. vbi à num. 21. post alios eleganter declarat.

His ita explicatis vlterius ex illo verbo diffinitionis (extensio) colligendum est, quod vt vera, & propria † di- 74
catur prorogatio, oportet fieri sub eadem forma, & qualitate, quam habebat iurisdictio prorogata, quia, vt actus dicatur prorogatus, oportet in eo eandem interuenire formam & qualitatem, quam habebat actus prorogatus: alias magis dicetur nouus actus: & ita docet gloss. cap. vt hi qui. verb. specialiter. de præbend. in 6. quam ibi notat Dominic. num. 9. Felin. cap. de caussis num. 2. in fin. de officio delegati. Corn. cons. 235. num. 9. lib. 2. Paris. consil. 43. num. 10. lib. 1. Anton. Gabr. lib. 2. commun. tit. de dilatio. conclus. 2. n. 25. Gutier. de iuram. confir. 1. p. c. 49. num. 8. & ideo pro regula constituitur: quod
† prorogatio videtur facta cum omni- 75
bus pactis, & conditionibus, & qualitatibus, quibus celebratus est actus, qui prorogatur. l. Labeo. la 2. supra de recept. arb. l. Æmilius cum gloss. supra de minoribus. late Roër. decis. 284. à num. 9. Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. gloss. 7. num. 27. Anton. Blanchus tract. de compromiss. quæst. 7. num.

num.55. & notabiliter Perez. l.1. titul.4.
lib.3.ordin. antiquit. col.6. vers. dubitatur.
pag.529. intelligendo sanè, quatenus
pertinet ad ipsos prorogantes:nam re-
76 spectu † aliorum, qui consenserunt
prorogationi, prorogatio non cense-
tur facta cum eisdem conditionibus &
qualitatibus. *l. si cum Hermes & ibi gloss.*
*Cod.de loca.to Capella Tholosana.quaest.*181.
Felin.cap.de caussis.num.3.de officio delega-
ti Tiraquel.vbi supra.num.32.& notab.Co-
uarr. videndus cap. Quamuis pactum, de
pactis in 6.in 1.parte,in initio.num.6.

Iuxta prædicta igitur, in hac mate-
ria prorogationis iurisdictionis nota-
77 bilis constituetur † conclusio, quod
iudex, cuius prorogatur iurisdictio,ra-
tione prorogationis, eam tantum ac-
quirit iurisdictionem in prorogantes,
quã exercet in sibi verè subditis:quam
conclusionem in hac materia proba-
runt Cyn. & Bald. *num.2. l. testamenta*
omnia, C.de testam. Panorm. d. c. P. & G.
num.12. & cap. Si diligenti num.30.de fo-
*ro comp. Iacob. l.2.§.sed etsi iudex num.*10.
inf. eo. Aretin. l.1. §.si quis simpliciter col.
pen. in fin. inf. de verborum obligat. Ias. l. si
per errorem. numero 3. sup. de iurisdictione
omn.iudic.& ibi Curtius Iunio. num.8. Fe-
lin. c.cæterum,num.2.de iudic. Afflict.lib.1.
constit.in Rub.42.num.32.

Et ex ista conclusione infert Cyn.
l.1. in fin. C. de iurisdictione omnium iudic.
78 quod † si per statutum tribuatur alicui
iurisdictio cognoscẽdi de caussis mer-
catorum, is etiam virtute prorogatio-
nis, non poterit cognoscere de caussis
non mercatorum,cum neque inter ve-
re subditos de illis possit cognoscere.
subscribunt Baldus *l. testamenta omnia,*
num.2. & ibi Corn. & alij C.de testament.
Bald. cap.de caussis num.4.de offic.delegati.
Panorm.d.c.P.& G.num.15.& ibi Felinus
num.12. Panorm.cap.significasti, num.16.
de foro compet. eleganter Perez. l.1. tit.4.
lib.3. ordin. veteris col.7. vers. item quarto
pag.530. & asserit receptum Ias. *l.test re-*
ceptum,num.7. sup. de iurisd.omn.iud. Hip-
polyt.l.fin.n.197.eod.tit. Maranta in praxi
in 4.parte distinct.6.iudicio. num.23. pag.
147.& plures alij relati per Vantium
tract. de nullitatibus tit. de nullitate ex de-
fectu iurisdictionis ordinariæ, num. 52. &
receptum esse quoque fatentur Roge-
rius amota *hic num.24.Calefatus n.95.*&.
multis similibus exornant. *Ias.d.l.si per*
errorem.num.4. & ibi Zazius num.3. Ias.
d.l.testamenta omnia à num.1.& aduersus
Cardinal. defendit Imol. *d. c. P. & G.*
num.88.

Ex † quorũ mente apertissimè colli- 79
gitur,quod prorogatio non solum non
admittitur, ad caussas diuersæ speciei.
l.silemus.§.latrunculator infr.eo. sed etiam
neque ad causas eiusdem speciei,& ta-
men diuersæ qualitatis:& ita in termi-
nis aduertit Ruinus. *cons.165. num.11.*
lib.15.& est ratio,quia,vt tradit Fulgo-
sius, *l.1. in fine C. de iurisdictione omnium*
iudic. qui habet limitatam iurisdictio-
nem, ad caussas certæ qualitatis, de
aliis † diuersæ qualitatis non poterit 80
cognoscere, *arg. l. in agris. ff. de acqui-*
rend.rerum. domin. quod & tradit Imol.
*d.c.P.& G.num.80.Roman.cons.132.*Ad-
do etiam Panorm. *c. at si cleric. in princ.*
num.19.& num.21. de iudic. tradentem,
non admitti prorogationem de caussis
certæ qualitatis, ad alias diuersæ qua-
litatis, quia hoc non esset extendere
iurisdictionem,sed potius de nouo da-
re, quod consensus partium efficere
non potest, *l.priuatorum C.de iurisdictio-*
*ne omn.iud.*Denique pro † hac commu- 81
ni traditione videtur,*iuxta l.testam.om-*
nia C. de testam. dum probat, quod in
pertinentibus ad magistrum census,
non possunt alij iudices se intromitte-
re, etiam de consensu partium: ergo
per argumentum à contrariis pariter
magister census non potest se intro-
mittere in pertinentibus ad alios iudi-
ces, etiam de consensu partium.

Cæterum quamuis hæc receptissima
sit

82 sit conclusio: tamen † aperte videtur confundi per text. *l. 1. C. de iurisd. omnium iud.* vbi tamē probat, quod pro-
83 curator fisci, qui † habet iurisdictionem limitatam cognoscendi de caussis inter fiscum & priuatos. *l. 1. Cod. si aduersus fiscum:* & hac ratione inter priuatos competens iudex esse non possit *d. l. 1. C. de iurisd. omnium iud. l. 1. C. de Peda. iud.* tamen de consensu partium iudex competens est etiam inter priuatos. Ergo clare probat, quod iudex, qui habebat limitatam iurisdictionem ad caussas certæ qualitatis, poterit ex prorogatione cognoscere de caussis diuersæ qualitatis, ad quod in specie tamen illum expendit Paul. Castrens. *d. l. testamenta omnia num. 5. & ibi Iason. num. 1. C. de testam. Sapia. hic n. 2. Burgesius in rep. nu. 156. & ante eos gloss. 2. l. 1. C. de Pedan. iudicib. & Andr. de Ysernia lib. 1. constit. tit. 38. §. 1. colum. pen. vers. Sed nunquid.* Ergo text. ille aperte prosternit communem traditionem; neque eius inductionis satisfacit responsio Alex. *d. l. testamenta omnia nu. 3. ad fin.* quod licet tamen ille probet, posse per priuatos prorogari iurisdictionem procuratoris Cæsaris, non tamen probat, illū posse cognoscere de caussis diuersæ qualitatis. Repugnant enim huic responsioni verba *d. l. 1.* quæ aperte probant, propter prorogationem partium Cæsaris, procuratorem esse iudicem competentem, ad cognoscēdum & definiendū caussas priuatorum: Ergo vult posse cognoscere de caussis diuersæ qualitatis, cum certū sit caussas inter fiscum
84 & priuatos † omnino differre à caussis, solos particulares respicientibus, *iuxta tit. C. vbi caussæ fiscales.* Qua ratione etiā venit reijcienda alia responsio quam ad l. 1. assignat Perez *l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. veteris col. 9. pag. 531.*

Præterea & aduersus communem
85 traditionem † nimis vrgere videtur. *l. de qua re §. 1. inf. eod. & l. inter conuenientes ad municip.* dum † probāt, quod 86
† si iudex habet limitatā iurisdictio- 87
nem inter subditos, & de illorū caussis non cognoscat, si excedant certam quantitatem, tamen ex prorogatione poterunt cognoscere de caussis maioris † quantitatis, quia quæ differunt 88
secundum plus & minus, non differunt specie, sed qualitate. *l. fin. inf. de fund. instruct.* Ergo de caussis eiusdem speciei admittitur prorogatio, licet qualitate differāt, vt aduertit Marian. Socin. *cap. significasti n. 28. de foro comp. Felin. c. cæterum nu. 2. in 3. limitatio. de iud.* Ergo † pariter cum caussæ mercanti- 89
les, & non mercantiles non differant specie, sed qualitate, admittenda est prorogatio contra eos, quos supra retulimus *num. 78.* & in specie aduertunt Paul. *l. fin. num. 10. & ibi Cagnol. nu. 46. sup. de iurisdict. omnium iud.* Item & † contra communem vrget *cap. cum* 90
olim, 1. de offic. delegati. quòd etiam in † iurisdictione delegata, inter easdem 91
partes, admittitur prorogatio ad diuersam caussam, vtpote si ex delegatione: cognoscere inter easdem partes de fundo, vt expendit Paul. Castr. *rep. l. 1. num. 36. C. de iurisd. omnium iudic.* Ergo pariter habēs cognitionē caussarum mercatorum, poterit de aliis cognoscere, quæ ab aliis tantum differunt qualitate.

Quartò & vltimò † vrget aduer- 92
sus communem traditionem. *l. si per errorem iūcta glos. 1. sup. de iurisd. omnium iudic.* dum † probat, quòd cessante er- 93
rore, prætor peregrinus poterit ex prorogatione cognoscere de caussis ciuium, & tamen officium prætoris peregrini restrictum erat ad caussas peregrinorum. *l. 2. §. deinde cum placuisset sup. de origine iuris.* Ergo ille, cuius restricta est iurisd. ex prorogatione, poterit de caussis diuersis in quantitate cognoscere, & ita prædicta com-

94 muni † traditione supra relata recesserunt Paul. Castrens. *l. testamenta omnia C. de testa.m5.* & Riminal. *col.2.post princ.*credit in puncto iuris esse veriorem.quam etiam magis probat Corn. *ibid. nu.4.Ieson.n.1.*probat etiam Paul. Castrens. *rep.l.1.n.29. C. de iurisd. omnium iud. & post Cardinal. lite confirmat* Andr. Sicul.*cap. P. & G. num. 117. de offic. deleg.ati. Burgens. hic in repet.n.156.* & pro constanti tenet Afflictus. *decis. 27.* nu.3. Quod etiam aperte sentiunt Doctores, qui denegant prorogationem de caussis vnius speciei, ad caussas diuersæ speciei:& tamen eam non admittunt de caussis vnius speciei, ad caussas eiusdem speciei,quamuis qualitate differant,vt hic sentit glos.final. *ad finem & tradit Paul.l.fin.n.10. & ibi Cagnol.n.46.sup. de iurisdict. omnium iudic. Marianus Socin.cap.Significasti n.29. de foro competent. Marant. in praxi 4.par. 6.distinct.iudicio. num.24.p.174.* quibus addendus est P.Castr.*cons.1. ad fi.lib.2.*

95 Qua † retenta opinione, ad rationes contrariæ opinionis magis receptæ facile responderi potest: nam ad primum de traditione glos.*c.vt hi qui, de præbend. in 6.* quod non dicitur prorogatio, nisi fiat sub eadem forma & natura actus prorogati, respondetur mentem glossæ esse, quod prorogatio
96 † fiat ad caussas eiusdem speciei,& sic ad caussas eiusdem formæ & naturæ: & fieri non possit ad caussas diuersæ speciei, & sic diuersæ formæ & naturæ. *l. solemus §. latrunculator infr. eo.* Si autem fiat ad caussas eiusdem speciei, procedet prorogatio, licet caussæ differant qualitate, vt efficaciter probat. *l.1.C.de iurisd.omnium iudic.*Sentit Dyn. *in regula plus semper de regul. iur. in 6.ibi Perusi num.2. Decius cap. cum in cunctis, in princip.num.23.de elect.& clarius Ysernia lib.1. constit.tit.38.§.1.col.penult.vers.*
97 *cum ergo.* Et patet ex † eo, quia caussæ eiusdem speciei dicuntur esse eiusdem formæ & naturæ, licet qualitate accidentali differant, *gl.penult. §.fin. Inst. de iur. persona. Decius cap. de caussis, in princ. col.6.in princ.de offic. delegati.* Nam † diuersitas in qualitate, non solet in- 98
ducere diuersitatem in forma & natura actus, siue in subiecto. *Bart. l. denuntiasse §. quid tamen num. 1. infra de adulter.*

Non † obstat etiam secundò de re- 99
gula *l.in agris ff.de acquir. rer.domi.*quia ea locum sibi non vendicat in prorogatione iurisdictionis:nam omnis iudex habet limitatam iurisdictionem, ad proprium † territorium.*l. fin. supra* 100
de iurisdict. omnium iudic. & tamen certum est, eos, qui sunt extra territo- 101
rium, posse † prorogare illius iurisdictionem,vt probat is text.*& l.1.Cod. de iurisdict. omnium iudicum.* Ergo clare patet regulam *dict.l.in agris*,in hac materia locum non obtinere, vt hic aduertit Angel. *num.* 10.

Non † obstat etiam tertiò, quod 102
supra adducimus ex doctrina Panor. *cap. at si clerici, in princip. n.19. & n.21. de iudic.* non admittit prorogationem de caussis certæ qualitatis,ad alias diuersæ qualitatis, quia hoc non esset extendere iurisdictionem, sed potius de nouo dare, quod consensus partium efficere non potest: hæc enim ratio fragilis est, & confunditur ex ex eo, quod, vt dicatur nouus actus, oportet, quod mutatio contingat in substantia actus,siue in qualitate substantiali, non autem in qualitate accidentali, *vt tradit Bart. l. ius ciuile in fin. supra de iustitia & iure Alex. l.scire debemus num.7.inf.de verbor. obligat. Alciat.l.1.§. Si quis simpliciter. num.8. eod. tit.& in notabil.casu expendit Calder.cons. 11. sub rub. de feudis. colum. 1. vers. ad cuius prosequitur Hippol. Riminal. cons.2. à num.24. & à num.30. lib.1.* & ad hoc est reducendus Parisius. *cons. 43. num. 10. lib.1.* Et quando in qualitate substantiali

ſtantiali fit mutatio : tunc demum dicitur nouus actus, *vt dicunt ſupra allegati Bald.l.edita 4. lect.n.30. & ibi Iaſon. n.21. Ripa. n.41. Cod. de edendis*, & ſic tunc non habebit locum prorogatio.

103 Non † obſtat quarta, & vltima ratio deducta ex *l. teſtamenta omnia, C. de teſtament.* Quia reſpondetur, textum illum tantum probare, quod in inſinuatione teſtamentorum, nullus iudex ſe intromittat, etiam de conſenſu partium, quia hæc cogitio ſoli magiſtro cenſus fuit conceſſa, & ita ſemper fuit obſeruatum: vt etiam probat *l. repetita C. de Epiſcop. & clericis, & ibi Bald. num. 1. l. conſulta. C. de teſtam. l. ſecundum C. de donatio.* & aduertit Burgeſius hic *num.195.* & qua autem ratione id fuerit inductum declarat Pancirol. *in notitia imperij occidentalis c.10.* Ex illis igitur iuribus, id tantum deduci poteſt, quod vbi iudici cōceſſa fuit iuriſdictio certo caſu, & priuatiue ad alios iudices, non poſſunt prædicti iudices excluſi in eo caſu ſe intromittere, etiam

104 de conſenſu partium : quia vbi † per legem poſita eſt neceſſitas fori, nō eſt licita prorogatio, vt inquit Bald. videndus. *l. cum eorum num. 8. Cod. de ſentent. & interlocutor. & auth. habita n.32. C. ne filius pro patre. Paul. Caſtrenſ. conſ. 2. ad finem lib. 2.*

105 Ad † veram tamen reſolutionem huius articuli, duo caſus in eo diſtinguendi ſunt. Primus eſt: quādo lex vel ſtatutum concedit iuriſdictionem alicui, ad cognoſcēdum de certis cauſſis, ita, vt alij de cognitione illarum cauſſarum non poſſent cognoſcere, neque ſe intromittere : Et hoc caſu alij iudices, non poterunt de illis cognoſcere, etiam virtute prorogationis inductæ de conſenſu partium : nam cum adſit prohibitio legis, ſiue Principis, non poteſt per partes contra hanc prohibitionem veniri *l.2. §. ſed ſi iudex infra eodem* & in ſpecie videtur textus. *l. teſtamenta omnia Cod. de teſtam. & l. repetita & ibi Bald. num.1. in fin. Cod. de Epiſcop. & Cler.* Et probatur † ratione, quia legi prohibitiuæ partes renuntiare non poſſunt, *gloſſ. l. 1. à Dino Pio ff. de ritu nuptiarum, & l. 1. Cod. ne fideiuſſ. dotium dentur*, & faciunt quæ in noſtra materia prorogationis in ſimili tradit Decius *conſ. 18. num. 5.* Et in his terminis procedet traditio Baldi *l. ſi pater num. 1. Cod. ne de ſtatu defunct.* quod factum † vetitum non propagatur, hoc eſt, quod contra prohibitionem legis non admittitur prorogatio. Procedit etiam traditio Bald. *l. cum eorum n.8. Cod. de ſententiis, & interlocutio. & auth. habita n.32. Cod. ne filius pro patre & l. repetita num. 1. in fine Cod. de Epiſcop. & Cleric.* & notat Guilelm. *c. Raynutius verbo & vxorem deciſione 2. num.129. & tradit Paul. Caſtrenſ. conſ. 2. ad finem lib. 2.* Et huius primi caſus in regno Portugalliæ habes exemplum, *l.14. §.2. lib.2. Extrauagant. quæ hodie eſt l.1. in fine principij & §.3. tit.51. lib.1. nouæ recopilationis.* 106 107

Secundus † caſus eſt, quando quæſtio eſt, *vtrum iuriſdictio illius, cui priuatiue ad alios iudices conceſſa fuit iuriſdictio, poſſit prorogari per alios, ita vt ex prorogatione poſſint de diuerſis cauſſis cognoſcere:* & dicendum eſt poſſe iuxta textum expreſſum. *l. 1. Cod. de iuriſdictione omnium iudicum.* & quia in his terminis nulla inuenitur facta prohibitio, quod de aliis diuerſis non cognoſcant : vnde de illis virtute prorogationis cōgnoſcere poterunt, iuxta regulam generalem noſtri text. & ſtatim latius dicemus : Neque in hac † materia eſt omittenda notabil. *reſolutio Paul. Caſtrenſ. repet. l.1. num.27. Cod. de iuriſdictione omnium iudicum* : quod iudex, qui poſſit cognoſcere de cauſſis mercantiæ tantummodo, is non poterit cognoſcere de cauſſis diuerſæ qualitatis, etiam ex prorogatione par- 108 109

tium, quia dictio taxatiua (*tantum*)
110 etiam † prorogationem partium videtur excludere. *l.3. §. cum Titio sup. de adimendis legatis. l. rationes cum gloss. C. de probat.* & contra prohibitionem legis consensus partium nihil operari potest *glos. l. à diuo Pio ff. de ritu nupt. gl. l.1. Cod. ne fideiuss. dotium dentur.* Sed si ea dictio taxatiua non fuerit expressa, admittenda est prorogatio ad caussas diuersæ qualitatis. *l. 1. Cod. de iurisd. omnium iudic.* quam resolutionem repetit idem Paul. *dict. rep. l.1 num.36.*
111 Sed † non placet hæc concordia: quia in hac materia dictio taxatiua (*tantum*) debet videri excludere par-
112 tes inuitas, vt † licet regulariter iudex competēs possit compellere partes inuitas, vt coram se respondeant. *l. inter stipulantem. §.1. inf. de verb. oblig.* Tamen in casu statuti tantum in casibus expressis possit eas compellere, non autem videtur excludere eos, qui voluntariè eius iurisdictioni se subijciunt, vt probat is text. *& l. si per errorem, iuncta gloss.1 sup. de iurisdictione omnium iudicum & l.1. Cod. eod. tit.* & in simili obseruat Salycet. *l. certa ratione num.2. C. quando prouocare non est necesse. Et Aret. in cap. Quoniam contra num.39.*
113 *de probatione,* neq; † enim dictio taxatiua, videtur excludere casus in ea materia permissos per legem, *glos. l. ob æs C. de pradijs minorum. Bart. l. serui inf. de vsucap.* Quæ ratio euincit id procedere, etiamsi dictio taxatiua sit ge-
114 minata: quamuis † alias taxatiua geminata plus soleat operari quam simplex. *Goz. ad. cons.4. nu.25. Roland. consil. 56. num.21. lib.3.* & ante eos Decius *cons.316. nu.5. & notat. Costa. l. Gallus §. & quid si tantum 5. parte num.100.*
115 Reiectis igitur aliorum † traditionibus, ad veram resolutionem huius articuli, tres in eo constituimus con-
116 clusiones: Prima † est, prorogatio non admittitur de caussis vnius speciei ad caussas diuersæ speciei, vt probat textus, *l. solemus. §. latrunculator inf. eod.* vbi iudex caussarum crimialium nō potest cognoscere de caussis ciuilibus, quia differunt specie, & per contrarium iudex caussarum ciuilium non poterit de criminalibus cognoscere, etiam ex prorogatione, *gloss. & Bart. l. inter conuenientes infra ad municip. Tradunt etiam Fulgos. l.1. in fin. C. de iurisd. omn. iudic. Paul. Castrens. consil.2. ad fin. lib.2. Imol. dict. cap. P. & G. num.86. Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ num.47. Maranta in praxi 4. parte 12. distinct. iudicio num.12. Hipol. l. fin. num.199. supra de iurisdict. omnium iudic.* quicquid repugnet Burges. *hic in rep. num.157.* Et hinc est, quod si quis iudex † caussarum pertinentium ad 117
simplicem iurisdictionem, is non poterit cognoscere de caussis meri vel mixti imperij, etiam ex prorogatione partium: quia sunt diuersæ speciei. *d. l. solemus §. latrunculator inf. eod.* tradit Bart. *d. l. inter conuenientes infra ad municip. Paul. Castrens. l. fin. num.10. & ibi Canol. num.46. Bolognet. num.44. & 52. supra de iurisd. omnium ind.* quibus addendi sunt Bald. *l.1. in fin. C. de iurisd. omnium iud. Ant. c. pastoralis num.4. de offic. ordin. Rota decis.17 num.3. in 2. part. nouissimarum.* Et ratio huius conclusionis colligitur ex traditione glo. receptæ *c. si qui. verb. specialiter de præb. in 6.* quam supra retulimus. Et in hac conclusione omnes conueniunt.
Secunda principalis † conclusio in 118
hac materia sit, si iurisdictio sit limitata quoad personas, non autem quoad caussas, indistinctè admittenda est prorogatio ad alias caussas, nam alias nunquam esset licita prorogatio, cum semper iurisdictio sit limitata ad personas subditorum, *l. fin. supra de iurisd. omn. iud. & cap.2. de constitut. in 6.* quam conclusionem clare sentit Bartol. *hic num.8.* dum exemplificat istum text.

in

119 in † Doctore, qui licet tribunal non habeat, habet tamen iurisdictionem ordinariam in scholares, *auth. habita. Cod. ne filius pro patre*, & tamen admittitur prorogatio: quia licet limitata sit ad personas scholarium, tamen non est restricta quoad caussas scholarium: quia de omnibus illorũ caussis, doctor cognoscit, *d. Auth. habita. & in proœmio. ff. veteris §. fin. & ibi glo. verb. professores*, & in terminis aduertit Panor. *cap. 1. n. 37. ad fin. de mutuis petition.* Quãuis id non satis perceperit Zazi. *l. fin. num. 3. ad finem supra de iurisdict. omn. iud.* & sub hac conclusione continetur decis. *l. 1. C. de iurisdict. omnium*
120 *iud.* Nam in eo text. iurisdictio † procuratoris Cæsaris principaliter limitata fuit ad personas eorum, qui controuersiam haberent cum fisco, non autem quoad eorum caussas: & ideo permissa fuit prorogatio, per eos qui controuersas caussas non haberent cum fisco, sed essent personæ priuatæ, iuxta istam secundam conclusionem, nótauit Ysernia *lib. 1. const. rub. 38. §. 1. col. pen. vers. cum ergo*: quamuis id non satis perceperit Cuiac. *lib. 19. obseruat. cap. 13.* Et iuxta hanc conclusionem procedit etiam *l. si per errorem, iuncta glos. 1. sup. de iurisdictione omnium iudicum.*

121 Tertia † & vltima conclusio sit, si iurisdictio sit æque principaliter restricta, & quoad personas & quoad caussas; tunc nõ admittetur prorogatio ad caussas diuersas. Hanc conclusionem posuit Cyn. *l. 1. in fin. Cod. de iur. omnium iud.* ponẽs exemplum, si statutum dicat, quod quis sit iudex in caussis mercantiæ, neque enim etiam de consensu partium cognoscere poterit de caussis non pertinentibus ad mercantiam, & magis communiter sequuntur doctores, *vt supra retulimus.* Sed circa hoc dictum Cyn. ad plura est aduertendum: Primum cum mysterio dictum fuisse, quod iurisdictio sit restricta quoad personas, & caussas: nam si tantum sit restricta ad personas, licita erit prorogatio, ad caussas diuersas, vt probatum est in secunda conclusione: & pariter si restrictio tãtum facta esset quoad caussas, licita erit prorogatio quoad alias diuersas caussas, vt probat. *l. de qua re 74. §. 1. infra eod. & ibi notat Paul. nu. 2.* idem probat. *l. inter conuenientes 26. inf. ad municip.* tradit *Maranta in praxi 4. pag. 6. distinctio. iudicior. nu. 24. pag. 148.* Vnde concludit Salycet. *l. certa ratione. num. 2. C. quando prouocare non est necesse*: quod † si per statutum taxetur 122
quantitas, de qua iudex municipalis possit cognoscere, tamen ex prorogatione poterit cognoscere, de caussis maioris summæ: subscribit Guid. Papæ. *decis. 285. num. 1. Auiles de prætorib. tit. de forma secretæ syndicationis. cap. 49. condonar. num. 13. pag. 313.* quidquid in his terminis reluctetur Bald. *d. l. certa ratione. num. 4. Corn. l. testamenta omnia. num. 6. & ibi Ias. num. 1. Cod. de testam. Roman. cons. 132. num. 2.* & ex professo contrarium defendat Messias *ad leg. Toleti decimo fundamento in 1. p. num. 39. pag. 23. & Gutierr. de iuramento confirm. 3. p. cap. 5. num. 2.* Quorum tamen ratione: tantum euincunt, ex vi iurisdictionis sibi concessæ, non posse iudicem iudicare de maiori summa: non tamen euincunt ex vi prorogationis id efficere non posse, vt aduertit Salycet. *d. l. certa num. 2.* & clare deducitur ex *l. fin. §. fin. C. de appell.* adiuncta *l. de qua re §. 1. inf. eod.* inducendo vt per Aret. c. *Quoniam contra. nu. 61. de probat.* Oportet † igitur, quod, vt hæc 123
tertia conclusio procedat, dictet statutum, quod quis cognoscat de caussis mercatorum, & pertinentibus ad mercantiam: in his enim terminis restrictio videretur facta, quoad personas, & quoad caussas, & consequenter

locum haberet dictum Cyni supra re-
latum, & ita illud acceperunt & in-
terpretati sunt Alexand. *l. testamenta
omni.1. num.3. C.de testam. Iason. l. si per
errorem.nu.4.& ibi Zazi.in fin. supra de
iurisdictione omnium iud.Ruin.consil.165.
num.11.lib.5. Hyppol. l.fin. num.197.su-
pra de iurisd. omn.iud.* addendo illis, vt
statutum etiam procedat, si in eo sim-
pliciter dictum esset, vt quis iudica-
ret de caussis mercatorum: nam cre-
ditur in dubio intellexisse, vt cogno-
sceret de caussis mercatorum perti-
nentibus ad mercantiam, *Bald. l.fin.
num. 4. Cod. de iurisdictio. omnium iudi-
cum.* Ex prædicto igitur dicto Cyni
ita explicato, aperte colligitur, quod
124 non † admittitur prorogatio ad caus-
sas diuersas in qualitate, licet eius-
dem speciei esse videantur: nã caussæ
mercantiles, & non mercantiles per-
tinent ad simplicem iurisdictionem,
& sic sunt eiusdem speciei, & tamen
quia inter se differunt qualitate, im-
peditur prorogatio propter rationẽ,
de qua supra, & ita ex dicto Cyni
collegerunt relati per Ruin. *consil.165.
nu.11. lib.5.* & esse receptam opinio-
nem asserit Iason. *l. si per errorem.nu.8.
125 supra de iurisd.omniũ iud.* Quæ † tamen
collectio non videtur vera: & ei ma-
nifeste videtur repugnare mẽs cõmu-
nis traditionis in hac materia, quod
de certis caussis fit prorogatio ad alias
diuersas, quæ licet differant inter se,
sunt tamen eiusdem speciei, vt quia
omnes pertinent ad simplicem iuris-
dictionem, *Bart.l.inter conuenientes. in-
fra ad municip. Paul.l.fin. num. 10. supra
de iurisd. omn. iud. Maranta in praxi 4.
p.distinct.6. iudicior. num.24. pag.148.* &
in casu valde notabili expendit in si-
mili Alexand. *consil. 68. num.18. lib.2.
Angusola consil.14. num.3. lib.5.* & tan-
tum denegant prorogationẽ ad caus-
sas diuersæ speciei: vtpote quia fiat
prorogatio de caussis simplicis iuris-
dictionis, ad caussas meri vel mixti
imperij *l.solemus.§.latrunculator, inf.eod.
Paul.Castrens.consil.2.ad fin.lib.2.* & di-
ximus in prima conclusione. Ergo de
mente communis traditionis apertis-
sime est, quod ad caussas eiusdem spe-
ciei admittitur prorogatio, licet dif-
ferant qualitate: alias frustra distin-
guerẽt inter caussas eiusdem speciei,
vel diuersæ: Et hanc opinionem, vti
veriorem supra probauimus respon-
dendo rationibus contrariæ opinio-
nis à *num.94.& 95.*
Quinimò † si bene aduertatur, Cy- 126
ni auctor contrariæ opinionis, tan-
tum dicit: quod qui potest cognosce-
re de caussis mercantilibus pertinẽti-
bus ad mercantiam, non autem pote-
rit cognoscere de aliis caussis nõ per-
tinentibus † ad mercantiam: ea ra- 127
tione, quia in curia mercatorum in
respicientibus mercantiam, procedi-
tur ex bono & æquo, & non ex rigo-
re, neque ex apicibus iuris, & solem-
nitatibus, quæ non respiciunt verita-
tem facti; *vt tradit Bart.l.si fideiussor.§.
quædam.& l.quintus.sup.mandati. Iason.l.
2.§.Item si in facto.num.17.de verb.oblig.
Octauian.decisio.Pedemont.2.num.2.* vbi
declarat Guido Papæ *consil.103. nu.4.
Maranta consil.57.num.4. & Ioseph Cu-
man. in ritibus magnæ curiæ Siciliæ. cap.
38.nu.405.* cum † tamen in aliis caus- 128
sis etiam eiusdem speciei, procedatur
secundum iuris solemnitates, & eius
rigorem, & non ex bono, & æquo. *l.
iudices.C.de iudic.l.1. Cod. de exsecut. rei
iud.* Ex dicto igitur Cyni non est col-
ligendum generaliter, quod ad caus-
sas diuersæ qualitatis non est admit-
tenda prorogatio: nam † neque erit 129
vera conclusio, neque ex eo colligi-
tur, cum qualitas regulariter nõ mu-
tet speciem, nec alteret subiectum,
*Bart.l.denuntiasse. §. quid tamen.num.5.
infra de adulter.* Sed restringenda est
cõclusio † ad casum, in quo Cyn. lo- 130
quitur,

quitur, quando qualitas est talis, quæ
alterat subiectũ caussæ: & quoad modum
procedẽdi, & quoad ipsam caussam
diffiniendam, ita vt in proposito
131 cõstituenda † sit conclusio, vt diuersitas
in qualitate caussæ non impediat
prorogationem, limitetur tamẽ,
si diuersitas in caussa alteret subiectum,
siue quod est substãtiale caussæ:
hæc enim diuersitas in prædicta
qualitate impediet prorogationẽ: ac
si diuersitas esset in specie, vt in simili
considerat Bald. *l. heredes palam.* §. *sed
et si notam, ad finem, tertio notabil. infra
de testament.* Et ratio huius conclusionis,
siue limitationis, duplex assi-
132 gnari † potest: prima sit; quod diuersitas
in prædicta qualitate aliquid
videtur mutare ex forma & natura
actus prorogati: vnde non admittetur
prorogatio, quia videretur facta
ad nouum actum, iuxta traditionem
gloss. receptæ. *cap. hi qui, de præbendis
in 6.* Et confirmatur, quia mutatio
133 circa † formam, vel naturam substantialem
inducit nouum actum. *Bart. l.
ius ciuile in fine supra de iustitia & iure,*
& in terminis proprie locũ sibi ven-
134 dicat † regula, quod qualitas superueniens
emti, alterat illud, & reponit
in diuersa specie, *l. sicut lana, in principio
& l. heres meus.* §. 1. *infra de leg. 3. cap.
statutum, iuncto cap. licet. Canon. de elect. in
6. tradit Andr. Sicul. cap. cum accesserint.
num. 59. de constit. & exornat Hippolyt.
sing. 520. Anton. Natta. cons. 139. à nũ. 5.
lib. 1. & Hippolyt. Riminald. consil. 25. nu.
135 31. lib. 1.* quæ fit, vt si ex iudicio † ordinario
efficiatur summarium, nõ dicatur
idẽ iudicium, vt probat Alciat.
lib. 6. Parergon. cap. 17. sic declarans. *l.
proponebatur, inf. eod.*

136 Est & secunda † ratio, quia licet
habito respectu ad genus caussarum
ciuilium, omnes videantur esse eiusdem
speciei, tamen facta compara-
137 tione inter se, diuersæ † videntur esse
speciei: nam sicut in generalibus, id
quod est minus generale, consideratur
tanquam quædam species, *argum.
cap. generi, de reg. iur. in 6. tradit Bart. l. 1.
§. 1. num. 5. & ibi Iason. num. 12. infra de
noui oper. nunciat.* ita etiam in specialibus,
illud quod fuerit magis speciale,
considerabitur tanquam species, &
tanquam talis derogabit aliis speciebus
magis generalibus, ita vt induci
possit regula *dict. cap. generi, de regul.
iur. in 6.* tradit Bald. *in l. hac consult. nu.
1. post medium. Cod. qui testamenta facere
possunt,* addens † illam speciem censeri 138
magis specialem, in qua militat ratio
magis specialis, quam in aliis speciebus:
quod repetit auth. *habita nu. 33.
Cod. ne filius pro patre, & l. executorem.
num. 19. ad finem. Cod. de execut. rei iudicatæ,*
subscribit Cornel. *consil. 66. nu. 1.
ante med. lib. 1. & prosequitur Ripa. cap. 1.
à num. 66. de rescript.* Neque nouum † 139
est, quædam vnum dici attento genere,
siue specie, & diuersa propter diuersitatẽ
formæ siue substantiæ, *Bart.
l. 2. num. 3. ad finem. Codic. de act. & oblig.*
adde Panormit. *in rubr. ad fin. de vita
& honest. Clericorum, & cap. bona el 1.
num. 2. de postulat, Prælator.* dum dicit,
quod vbi species ponit aliquid † vl- 140
tra genus suum; tunc sub genere non
continetur, subscribit Selua. *de benefic.
1. parte quæst. 3. num. 6. Nauarr. consil.
6. num. 7. de filiis presbyter.* & prosequitur
Ruinus. *l. 2. in princ. num. 22. infra
de verborum obligat.* maxime quando
propter hoc variatur ratio disponendi,
cap. statutum de electiion. in 6. Et
post Roman. tradit Socinus, *cons. 116.
num. 9. lib. 4. Alciat. l. 2. in princ. num. 10.
infra de verb. obligatione.* In casu autem
† Cyni supra relato, caussæ mercatorum 141
pertinentes ad mercantiam,
magis speciales sunt: quam aliæ species
caussarum ciuilium, & in illis
militat ratio magis specialis, vt probatum
est: ergo in illis nõ admittetur
pro

prorogatio, ad alias species: quia habita prædicta consideratione, videtur facta de quadam specie caussarum, ad aliam diuersam speciem separatam ab ipso genere: quod ius non admittit: & quia, vt notabiliter inquit Calderin. *cons. 10. ad finem: de iudic. & consil. 11. ad medium. de sententia excommunicat.* expressio † vuius speciei non includit alias species eiusdem generis: imo magis tacite videtur eas excludere, iuxta regulam legis *cum prætor, inf. eodem.* Hac igitur ratione procedet dictum Cyni explicatum, vt supra. Id quod in terminis sentiunt Panormitan. *cap. P. & G. num. 15. & ibi Felin. num. 12. de offic. delegati.* nam tractantes de prædicto Cyni dicto tradunt, ideo eo casu non admitti prorogationem ad diuersas caussas, quia in effectu esset inducere prorogationem de caussis vnius speciei ad caussas diuersæ speciei, quod ius non admittit, vt dictum est: id quod etiam aperte probauit Panormit. *cap. significasti. num. 16. de foro compet. & cap. at si clerici, in princip. num. 19. & num. 21. de iudic. & cap. cæterum. num. 2. & ibi Felin. num. 2. eod. tit. Maranta 4. parte. 6. dist. n. iudicior. nu. 23. pag. 147. & 12. dist. n. 12. pag. 228.* & plures alij quos refert Vantius *de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ. num. 51.* quibus adde Paul. Castrens. *cons. 2. ad finem lib. 2.* ad quem modum est explicandus Canoll. *l. final. num. 46. sup. de iurisd. omnium iudic.* Et confirmantur prædicta ex dicto Bald. *l. 1. ante numerum 1. Cod. de successio. edicto.* quod

143 differentia adueniens † generi, constituit speciem diuersam. *l. 1. ff. de adopt. & subscribit Afflict. decis. 265. num. 18. & Ant. Natta consil. 686. num. 8. lib. 4.* &

144 facit etiam, quia ens † qualificatum, videtur esse alterius speciei, & naturæ, quam sit simplex. *cap. statutum, de elect. in 6. & tradit Anton. Natta. cons. 555. num. 9. lib. 3.*

Ex qua noua resolutione, & consideratione inferuntur multa noua, in quibus Doctores hanc materiam tractantes aperte hallucinati sunt, & infra infertur, quod † mercatores non 145 subditi, possunt prorogare iurisdictionem iudicis mercatorum de caussis pertinentibus ad mercantiam: nam isto casu, caussæ sine omni respectu eiusdem speciei, admittenda est prorogatio, *iuxta supra tradita, & in specie notat Imol. d. c. P. & G. num. 88. de offic. delegati.*

Secundò † infertur annotatio ad 146 tradita per Peréz. *l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti veteris. col. 7. vers. item quarto pag. 530.* quod si iudex deputetur ad cognoscendum de caussis gabellarũ, vel similibus, non poterit fieri prorogatio ad caussas diuersas: contrarium enim verius est ex conclusione generali, quam supra constituimus. & ex *l. 1. C. de iur. omn.* & quia saluatio d. Cyni & eius ratio aperte cessat in hoc casu.

Tertiò infertur † annotatio ad id, 147 quod post Bald. & alios resoluit Alexand. *l. testamenta omnia. num. 3. Cod. de test. un.* quod iudex ex vi prorogationis non potest cognoscere, nisi de caussis, de quibus cognoscebat inter subditos: subscribit Iason. *l. more. num. 3. supra de iurisd. omnium iudicum Hippol. l. final. num. 196. eodem titul. Maranta in praxi 4. parte 12. distinctione, iudicio n. 24. ad finem pag. 228. Menchaca quæst. vsu frequentium cap. 14. num. 34.* hoc enim dictum ita generaliter acceptum, non est verum, & confunditur per *l. de qua re §. 1. infra eod. & l. inter conuenientes, cum glos. infra ad municip.* & tantum potest procedere, quando virtute prorogationis iudex vult cognoscere de caussis speciej diuersæ, vel vere, vel interpretatiue, vt constat ex supra traditis.

Quartò infertur annotatio ad tradita † per Marantam *in practica 4. parte 6. distinction. iudicio. num. 24. ad finem* 148 *pagin.*

pag. 148. quod quando iudex habet limitatam iurisdictionem quoad caussas de aliis diuersis cognoscere non potuit, etiam ex vi prorogationis, quia quoad illas non videtur habere iurisdictionem: vnde iurisdictio eam non habentis prorogari non potest, *vt dictum est in principio*, hoc enim etiam confunditur ex supra traditis. Nam qui limitatam habet iurisdictionem in aliquos, aliquam vtique habet iurisdictionem, quæ admittit extensionem ex vi prorogationis: quamuis in eo, qui nullam prorsus habet, non admittatur prorogatio, vt explicat Canol. *l. final. num. 46. supra de iurisdictione omnium iudicum. Beroius cap. de caussis num. 9. de offic. delegati.* quicquid relinquat cogitandum Sapia *hic num. 1.* Facilius enim quid prorogatur, quam de nouo inducatur, *l. sed si manente infr. de precario. Beroius. cons. 156. num. 1. lib. 3. Boerius decis. 294. num. 8.*

149 Quintò infertur † annotatio ad tradita per Marian. Socin. *cap. Significasti. num. 30. vers. 3. de foro compet.* dum côcludit, quod si statutum iubeat certos iudices cognoscere de caussis pupillorum, & viduarû, & quod de aliis non possint cognoscere, addita clausula decreti irritantis, quod aliæ personæ, quæ non sint pupilli, vel viduæ, non poterunt prorogare illorum iurisdictionem: quia cum limitata sit eorum iurisdictio, & de caussis aliorum non possint cognoscere, quoad alios incompetentes iudices debent

150 censeri. Secundò, † quia quando certa qualitas est fundamêtum iurisdictionis, illa qualitas si negetur, debet probari. *Innocent. cap. cum sit generale, de foro compet. & Angel. consilio 6. num. 2.* Sed in illis, qui non sunt pupilli, vel viduæ, non potest verificari qualitas iurisdictionis, requisita per statutum; ergo de eorum caussis prædicti iudices cognoscere non poterunt. Tertiò, quia prorogatio non admittitur de caussis ad alias diuersæ qualitatis. *Cyn. l. 1. in fin. Codic. de iurisdic. omnium iud.* Ex quibus rationibus colligit Marian. sup. citatus, etiam cessante decreto irritante statuti nô valere in hoc casu prorogationem, licet eo apposito clarius de prædictis constet: subscribit Felin. *dict. cap. P. & G. num. 12.* & tanquam receptum præsupponit Vantius *de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinaria num. 52. & Antonius de Matthæis Romanus tractat. de prorogatione iurisdictionis. num. 5. vers. idem si alterata*, & ante eos tradit Bald. *d. cap. P. & G. num. 4.* concludens, quod vbi iurisdictio est limitata ad caussas viduarum, alij non poterunt huius iudicis prorogare iurisdictionem, ne confundantur processus, & iurisdictiones, & vt taxatio iurisdictionis aliquid operetur: & ibi subscribit Felin. *n. 12. Afflict. lib. 1. const. rub. 42. num. 3.*

Est nihilominus † aduertendum, 151 prædictas traditiones aperte confundi per decisionem. *l. 1. Codic. de iurisdictione omnium iud.* & decisionem Panorm. *cap. 1. num. 37. ad finem de mutuis petition.* & eandem præsupponit Ordin. *lib. 1. titul. 67. §. fin.* quæ hodie est. *§. 2. titul. 87. noua recopilationis, per locum à speciali.* Nam cum restrictio tantum facta sit quoad personas, & non quoad caussas, licita est prorogatio, *per ea quæ supra diximus in 2. conclusione principali*, & ita sentit doctissimus Georgius Cabedus *decisione Lusitana 22. num. 5.*

Neque obstant † Mariani Socin. 152 rationes. Nam ad primam respondetur, statutum disponere quidem, vt etiam quoad subditos sint incompetentes iudices, qui restrictam habent iurisdictionem ad personas pupillorum vel viduarum, & ideo tanquam incompetentes, non poterunt, subditos inuitos cogere, vt coram se

respondeant : licet alias possent *l. inter stipulantem.* §. 1. *infra de verborum obligat.*
153 & in simili † disponit Ordinatio. *lib.*
5. tit. 58. §. 2. quæ hodie est, *in tit. 5.* §.
8. noua recopilationis explicando vt per
Gamam. *decis.* 219. non tamen per hoc
prohibitum videtur, ne subditi, vel
etiam non subditi volentes & consen-
tientes possint prorogare eorum iu-
risdictionem, iuxta generalem regu-
lam huius text. *& l. 1. Codic. de iurisdi-
ctione omnium iudicum* & in simili ob-
seruant Salycet. *l. certa ratione num. 2.
Codic. quando prouocare non est necesse. Et
Aretin. cap. Quoniam contra num. 61. de
probat. & adde Afflict. lib. 1. const. rub. 42.
num. 30. & num. 33.* Et eodem mo-
do respondebitur ad secundam ratio-
154 nem. Ad † tertiam & vltimam ratio-
nem deductam ex dicto Cyni. *l. 1. in
fin. Codic. de iurisd. omnium iud.* respon-
detur procedere, quando limitatio fa-
cta est, simul & quoad personas, &
quoad caussas : nam si facta sit tantum
quoad personas, non censetur impe-
dita prorogatio : vt est expressum di-
cta. *l. 1. Codic. de iurisdictione omnium iu-
dicum.* Item & quando limitatio facta
est, quoad personas & caussas, dictum
Cyni procedit ex speciali ratione,
quam supra assignamus, quæ non mi-
litat in nostro casu.

155 Sextò infertur † annotatio ad di-
ctum Bald. *l. testamenta omnia num. 3. C.
de testam.* quod si in ciuitate distin-
ctæ sint iurisdictiones per portas, vel
quarterias, homines vnius portæ, non
poterūt prorogare iurisdictionem iu-
dicis alterius portæ : quod asserit re-
ceptum Iaso. *l. si per errorem. num. 7. su-
pra de iurisdictione omnium iud. Antonius
de Matthæis Romanus tractat. de proro-
gatione iurisdictionis. num. 8. ad finem.*
Hæc enim traditio etiam confundi-
tur per supra tradita, & in specie per
*l. si per errorem, iuncta gloss. 1. supra de
iurisdict. omnium iudicum*, & ita con-
tratium in specie resoluit Angel. §.
*idem iuris. num. 42. ad fin. Inst. de except.
& Cornel. d. l. testamenta omnia. num. 6.*
vnde pariter cauendum est à traditis
per Alex. *l. Gallus. §. ille casus. num. 11.*
quem vide.

Septimò infertur † cauendum esse 156
à traditis per Vantium *de nullitate ex
defectu iurisdictionis ordinariæ. num. 51.*
quod si ex forma statuti iudices sint
deputati ad certam speciem caussa-
rum, puta mercantilium vsurarum,
ædificiorum, damni dati, viduarum,
& pupillorum, vel etiam Iudæorum,
quod hi iudices etiam ex prorogatio-
ne partium, de aliis caussis cognosce-
re non poterunt, quod & tradit An-
ton. Natta. *consil. 92. num. 7. lib. Valas-
cus Lusitan. consultation. 27. num. 5. Et
Caldas. l. si curator rem in princip. nu. 20.
vers. quæ conclusio. Codic. de in integ. rest.*
quibus adde Bald. *l. certa. num. 4. Cod.
quando prouocare non est necesse.* Nam si
bene aduertatur, hæc conclusio sic ge-
neraliter accepta confunditur per *l. 1.
Cod. de iurisdict. omnium iud. & per tra-
dita per Panormit. cap. 1. num. 37. ad fin.
de mutuis petitio.* & ita contrarium pro-
bat Georgius Cabedus *decision. 22. nu.
5.* & adhunc etiam modum est expli-
candus Gama *decis.* 219. Quinimo etsi
limitatio sit facta æque principaliter,
quoad personas & caussas: non est ve-
rum simpliciter dictum: sed debet ex-
plicari iuxta dictum Cyni, *dicta l. 1.
Codic. de iurisd. omnium iud.* explica-
tum, *vt supra*, & ideo prædictorum
dictum, debet declarari iuxta supra
tradita, *vers. non obstat quarta & vltima
ratio, de qua num. 103.*

Octauò † infertur annotatio ad tra- 157
dita per Panormit. *dict. cap. P. & G.
num. 15.* dum enumerat species proro-
gationis, quas prius expressit glos. *l.
2. verb. in habita infra eo.* & glos. final.
C. de iurisdict. omnium iud. & illis addit
aliam nouam speciem, scilicet quando
fit

fit prorogatio de caussa ad caussam: cui dicit tantum locum esse, quando fit ad caussam eiusdem speciei: nam si fiat ad caussam diuersæ speciei, non valebit prorogatio, iuxta receptam doctrinam Bart. *l. inter conueniens, infra ad municip. subscribit Ruinus cons. 165. num. 12. lib. 5.* addens Panorm. in Italia, quod licet prorogatio admittatur de persona ad personam, vt probat is text. de re ad rem diuersam. *cap. cum olim, el 1. de officio deleg.* & de tempore ad tempus. *cap. de caussis, de offic. delegat.* non tamen admittetur de caussa ad caussam diuersæ qualitatis: nam ex prædictis dicendum est, verum quidem esse, quod tradit Panormit. falsum autem esse, quod ei addit Ruinus: nam licet non admittatur prorogatio ad caussas diuersæ speciei, tamē admittetur ad caussas eiusdem speciei, & diuersæ qualitatis,
158 cum valeat † argumentū de caussa ad personam, item de re ad caussam. *l. qui furere, & ibi Bald. & Alber. supra de statu hominum. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum infra de leg. 1. Euerard. in centuria legali loco* 38. & dictum Ruini tantum admitti potest, in terminis dicti Cyni *l. in fin. Cod. de iurisdict. omnium iudic.* explicati vt supra.

159 Nonò † infertur annotatio ad tradita per gloss. 2. *auth. & consequenter C. de sent. & interlocutio.* dum quærit, vtrum reconuentio fieri possit, coram aliquo iudice, de caussis, de quibus ipse cognoscere non possit inter subditos? Nam ex supra traditis resoluendum est, quod cum reconuentio fit quædam prorogatio legalis, *vt ibi tradit Bald. nu. 4. post Innocent. c. de caussis. num. 4. de offic. delegati*, regulariter admittetur reconuentio de caussa diuersæ qualitatis, & in specie probat gloss. vnica *cap. 1. de controuersia feudi apud pares terminanda, & ibi notat Bald. num. 3. & eleganti ratione confirmat Panormit. cap. 1. num. 37. ad finem de mutuis petition.* De caussis autem diuersæ speciei, coram eo nō poterit fieri reconuentio: prout nec in prædictis terminis, est locus prorogationi hominis. *l. solemus §. latrunculator, inf. eod. & supra dictum est.* Et in specie explicat Maranta *in praxi 4. p. 6. distinct. iudicio. num. 24. pag. 147.* & ad hunc modum est declarandus Soc. *consil. 41. num. 5. ad fin. lib. 1. & text. cap. cum olim 1. de offic. delegat.*

Decimò & vltimò † infertur annotatio ad dictum Bald. *tit. de pace constantiæ in gloss. secundum leges,* dum tradit, quod in caussa appellationis non admittitur prorogatio, quia magis pertinet ad mixtum Imperium quam ad simplicem iurisdictionem, *auth. ad hæc. Cod. de iudic. & docet Bart. l. 1. §. solent num. 3. infra quando appellandum sit,* & subscribendum Anton. Natta. *consil. 636. num. 74. li. 3. Gigas cons. 81. nu. 5. & Maranta consil. 114. in fine,* & quia ad auctoritatē Principis pertinet designare iudices, qui cognoscāt de appellationibus, vnde etiam de consensu partium non poterit caussa appellationis ventilari apud alios incompetentes iudices, quod etiam probat Bald. *cap. de caussis. num. 27. & dict. cap. P. & G. num. 4. & ibi Felin. num. 7. de offic. delegat. Decius cap. dilecti el 2. nu. 4. de appellat. Maranta in praxi 5. p. 12. distin. iudiciorum. pag. 229. Anton. Natta. consil. 82. num. 7. lib. 1. Auendan. lib. 1. de exequend. mandatis cap. 1. nu. 32. vers. 12. & ibid. cap. 6. num. 1. & respons. 26. num. 10. Gutierrez. de iuramento confirmat. 3. cap. 5. num. 20.* 160

Sed † subsistendum est, quia imo etiam in caussa appellationis, locum habere prorogationem, asserit magis receptum Aretin. *cap. Quoniam contra, num. 58. de probat.* & *num. seq.* id late confirmat, subscribit Purpurat. *l. 1. nu. 48. & 9. sup. de offic. eius,* & huic opi- 161

nioni magis accedit Marian. Socin. *cap. Significasti. num. 35. de foro compet.* ex professo defendit Anto. de Matthæis, Romanus *tractatu de prorogatione iurisdictionis. num. 5. vers. neque prorogabilis*
162 *est iurisdictio.* Quæ † opinio etiam verior videtur, per generalem regulam huius text. & quia quod non inuenitur prohibitum, permissum esse censetur. *l. nécnon §. quod eis supra, quibus ex caussis maiores.*

Neque obstant rationes Baldi & aliorum in contrarium relatæ, quia in primis est aduertendum, Bald. præsupponere semper caussam appellationis pertinere ad mixtũ imperium:
163 quod † tamen non est simpliciter verum, quia cum appellatio non mutet naturam prioris caussæ, *Innocent. c. cum speciali. num. 7. de appellat.* Si igitur prima caussa erat pecuniaria, & sic pertinebat ad simplicem iurisdictionem, *Bart. l. imperium col. fin. suprà de iurisdictione omnium iudicum*, pariter, & appellatio in ea caussa interposita, censetur pertinere ad simplicem iurisdictionem, vt probat Cuman. & Angel. Aret. *num. 7. l. 1. §. solent, inf. quando appellandum sit, Purpurat. l. 1. nu. 489. supra de officio eius.*

Itẽ & secũdum præsupponit Bald.
164 quod in † caussis meri & mixti imperij nõ admittitur prorogatio, quod tamen est falsum: quia in prædictis caussis locus est prorogationi. *l. 1. C. vbi de criminagi oporteat*, explicat Bart. *l. inter conuenientes, inf. ad municip. & infra latius dicemus.* Item & tertium præsupponit Bald. validã esse consequentiam: Principes debent deputare iudices, qui cognoscant de caussis appellationũ, ergo non admittitur prorogatio: quæ tamen consequentia est falsa: nam Principes etiam deputant iudices, qui cognoscant de caussis in prima instantia. *l. more sup. de iurisdict. omnium iudic. cap. 1. quæ sint regalia*, & tamen certum est, hoc casu locum habere prorogationem, iuxta regulam huius textus.

Ad veram igitur huius articuli resolutionem, illud in primis est aduertendum, de substantia † appella- 165
tionis esse, vt de ea non possit cognoscere, nisi qui sit superior iudicis, à quo appellatum est, *cap. 2. de consuetud. in 6. cap. Romana in princ. de appell. in 6. & ibi glossa verbo ad se ipsos Bart. l. 1. num. 3. infra de appell.* Vnde licet partes possint suo consensu se subiicere iurisdictioni illius iudicis, cui aliàs non erant subditi, vt probat is textus, non tamen suo consensu possunt efficere, vt qui non est superior iudicis à quo appellatum est, sit eius superior, prout neque proprio consensu efficere possunt, vt iudex superior ad quem appellatum est, retineat caussam principalem, nisi prius iustificetur caussa appellationis, & pronuntietur bene fuisse appellatum, *cap. vt debitus ad finem de appellat.* Quare si quis appellauerit ad iudicem, qui non sit superior illius, à quo appellatum est: licet pars appellata taceat, & non opponat declinatoriam, sententia tamen lata contra appellatam, non valebit ob rationem, de qua supra, *Marian. c. significasti. num. 35. de foro compet.* Sed si des pares terminos, & cesset prædicta ratio, etiam in caussa appellationis licita est prorogatio: pone enim contra regulas † iuris ci- 166
uilis, quem appellasse ad principem, vel ad alium superiorem omisso medio, contra regulam. *l. imperatores, infra de appellat.* in hoc casu licita erit prorogatio, cum verum sit dicere appellatum fuisse ad superiorem iudicis à quo, *Marian. d. cap. significasti. num. 35. Anton. de Matthæis tracta. de prorogatio. iurisdictionis. num. 5. vers. neque prorogabilis est iurisdictio iudicis*, quicquid contrarium videatur probare Decius, *cap. dilecti*

dilecti el 2. *num.* 4. *de appellat.* & iuxta prædicta sunt explicandi, Felin. *dicto cap. P. & G. num.*7. *Maranta in praxi* 4.*parte* 12.*distinct.iudicio.num.*16. dum simpliciter dicunt, quod in caussa appellationis non est locus prorogationi, quia appellatio debet fieri gradatim, vnde non poterit fieri coram iudice incompetenti, etiamsi accedat consensus partium, quod & probat Anton. Natta. *conf.*309. *à num.*2.*lib.*2. nam id tantum procedet, quando appellatum est ad eum, qui non erat superior iudicis, à quo appellatum est: alias in caussa appellationis licita erit

167 prorogatio, *per supra tradita.* Item † venit explicandum id, quod tradit Auendan. *lib.* 1. *de exsequendis mandatis. cap.*1. *num.*32.*vers. duodecimo*, quod si appellatio non sit legitima, non deuoluitur caussa ad superiorem, & si partes consentiant: quod & tradit Guttierrez, *de iuramento confirmat.* 3. *parte.cap.*5. *num.*20. *ante finem.* Neque enim id procedet, si ille qui procedit de consensu partium, re vera erat superior iudicis à quo appellatum fuit,

168 *vt supra dictum est.* Pariter † corruit quod tradit idem Auenda.*lib.*2.*de exequend. mandatis. cap.*6. *num.* 1. quod si domino terrarum non competat ius cognoscẽdi de appellatione, non poterit cognoscere de illa, etiã de consensu partium. allegat Albert. Brun. *consil.*102. *num.*6. Nam id ex supradictis confunditur: nam si est superior iudicis, à quo appellatum est, poterit cognoscere ex vi prorogationis: si partes prorogent eius iurisdictionem vt cognoscat de caussa tanquam iudex primæ instantiæ, & non tanquam iudex appellationis. *Aret.cap.quoniam contra num.*60. *de probat.* denique iux-

169 ta † prædicta venit explicandus Ancharanus, *consil.*345. *num.*3. *Auendan. respons.*2.*num.*6. *& responso* 26.*num.*10. *Octauian.in decis.pedamon.*7.*n.*7. *Gutierrez de iuramento confirmat.*3.*parte.cap.*5. *num.*20. *ante finem*, dum tenent, quod post desertam appellationem, nõ potest iudex de caussa appellationis amplius cognoscere, etiam de consensu partium, nam id erit verum, si tanquam de caussa appellationis velit cognoscere: nam cum sententia in prædicto casu transiuerit in rem iudicatam, iam non est superior iudicis, à quo fuit appellatum, saltem respectu illius caussæ: sed si de consensu partium cognoscit de ea caussa, ac si pertineat ad primam instãtiam, valebit sententia iuxta regulam huius text. expressim Aret. *cap. quoniam contra.num.*62.*de probat.*

His ita explicatis vlterius vt nihil intactum relinquatur ex verbis diffinitionis supra relatæ colligẽdum est: quod cum ad substantiam prorogationis necessaria sit iurisdictio ex parte iudicis prorogati: semper prorogatio videtur facta ratione iurisdictionis, non autem † respectu perso- 170
næ, & consequenter iurisdictio prorogata indistincte transibit ad successoré in officio, iuxta regulam. *cap.quoniam Abbas de offic.delegati*, & in specie tradit Paul. *hic num.* 3. *Marian.cap.significasti.num.*59.*de foro compet.Francisc. Marcus.decis.*535.*nu.*8.*in* 2.*parte Menchaca quest.vsu frequentium cap.*14.*num.* 23. *Decian. tract. criminali lib.*4.*cap.*23. *num.*12. nisi clare † constet, ad scien- 171
tiam vel qualitatẽ personæ habitum fuisse respectum, nã tunc nõ transibit ad successorem in officio, vt colligitur ex mente, *d.cap. quoniam Abbas* & in his terminis procedet dictũ. Spec. *de compet. iudicis additione* §. 1. *num.* 8. Dum tenet iurisdictionem prorogatam non transire ad successorem in officio, quem in prædictis terminis saluant Curtius Iun. *hic num.*9.*Canol. num.*12. *& Calefatus num.*20.

Præterea & ex generalitate prædi-

172 cti verbi, positi in diffinitione † colli-
gendum est: quod quælibet iurisdi-
ctio admittit prorogationem: ac ita
non solum poterit prorogari iurisdi-
ctio illius, qui habet imperium: sed
illius qui habet simplicem iurisdi-
ctionem (vt sunt magistratus muni-
cipales) *Menchaca quæst. vsufreq. cap.* 14.
173 *num.* 17. similiter † & iurisdictio pu-
tatiua de qua, *l. barbarius supra de officio*
pretor. admittet prorogationem, cum
quoad omnia pro vera iurisdictione
habeatur, *Paul. Castrens. consil.* 203. *col.*
2. *ad medium lib.* 1. denique consequi-
174 tur, quod † potest prorogari iurisdi-
ctio illius, qui habet iurisdictionem,
& tamen non habet tribunal, vt clare
probat is textus quod exemplificat
Duaren. *in hoc tit. sub rubrica de iudice.*
col. 1. in minoribus magistratibus, qui
non ex tribunali, sed ex subselliis ius
dicebant: allegat auctoritatem Asco-
nij Pediani, quod & tradit Reuardus,
lib. singulari. pro tribunalium cap. 7. & an-
te eos tradit Budeus hic, quod etiam
in tribuno plebis exemplificat Plu-
tarchus *Probl.* 81. sed conformius no-
stris moribus exemplificari potest, in
iudice chartulario, vt tradit glossa *ad*
finem, qui quidem habet iurisdictio-
nem voluntariam in consentientes,
& tamen non habet tribunal. subscri-
bit Bart. *hic num.* 7. *Alber. hic. num.* 6.
& communiter alij, vt asserit Sapia.
hic num. 26. *& Curt. Iunior num.* 34. *qui-*
bus adde Panormit. c. P. & G. num. 14.
& ibi Imol. num. 120. *de officio de legat.*
Ad cuius exẽpli declarationem scien-
175 dum est, quod † notarius habet iu-
risdictionem, sed tantum nudum mi-
nisterium, vnde in eo nullo modo
cadit prorogatio iurisdictionis, quam
non habet, *Angel. consilio* 93. *num.* 2.
ad finem. Paul. Castrens. consil. 84. *num.* 1.
lib. 1. *Felin. cap. cum p. tabellico colum. fin.*
de fide instrum. Cagnol. hic num. 45. &
176 hinc est † quod notarius non potest

conficere instrumentũ publicum, ex-
tra territorium eius, qui, eum creauit
notarium, & si partes consentiant,
Bart. l. apud proconsulem infra de manu-
miss. vindicta Rebuff. ad ll. Gallicas 1. *to-*
mo tit. de literis obligator. artic. 2. *glossa*
vnica. num. 50. quibus adde Palat. *in*
introductio. num. 21. *Valasc. consulta.* 9. *de-*
clarando vt per Paulum Castrens. consil.
226. *num.* 1. *lib.* 2. & eadem † ratione 177
notarius deputatus ad scribendũ cer-
tum genus actorum, non potest alia
diuersa scribere, etiam de consensu
partium, *Bald. hic* 2. *lect. in princ. Curt.*
Iunior. num. 36. *Imol. dict. cap. P. & G. nu.*
95. *& ibi Andr. Sicul. num.* 46. *Iason. in*
l. si per errorem, num. 6. *sup. de iurisdictio-*
ne omnium iudic. notab. Auendan. lib. 1. *de*
exequend. mandatis cap. 10. *num.* 4. *vers.*
& hoc casu.

Cæterum licet † hæc vera sint at- 178
tenta dispositione iuris cõmunis: ta-
men in Italia tam per priuilegium
Principis, quam per statuta conces-
sum est illis, vt tanquam iudices or-
dinarij condemnent volentes, vt sol-
uant id, de quo conuentum est: & in-
terponant præceptum de soluendo,
quod vtique habebit paratam exe-
cutionẽ, & ideo vocatur instrumen-
tum guarentigium, *vt* declarat Paul.
Castrens. *consil.* 84. *num.* 4. *lib.* 1. *Alex. §.*
cum dotem §. eo autem tempore num. 6. *in-*
fra soluto matrim. Cornel. consil. 238. *nu.* 2.
lib. 3. *& consil.* 259. *num.* 8. *ad finem eod.*
li. 3. *& ampliat Alciat. lib.* 2. *Paradox. cap.*
5. *ad finem Bellon. in rubr. supra de offic.*
eius num. 127. *Seraphin. de priuil. iuram.*
priuileg. 77, *num.* 5. *prosequitur Octauian.*
decis. 26. *num.* 13. & quia quoad actus
voluntarios creantur iudices ordina-
rij, ergo in actibus voluntariis pos-
sunt suam interponere auctoritatem,
& illos confirmare, *glo. l. fin. verbo non*
habent. Cod. vbi & apud quem glo. *l. rem*
non nouam verbo facultatem. Cod. de iud.
tradit Rebuff. 1. *tom. ad ll. Gallicas titul.*
de

de literis obligat. in præfatione num. 15.
179 soléntque † hi iudices appellari chartularij, *gloss. hic & plures relati per Tiraquell. tractat. de constitut.* 30. *limitat. nu.* 28. *& Bellon. in rubr. num.* 126. *supra de offic. eius quibus* adde Alexand. *cons.* 99. *num.* 5. *lib.* 7. *Socin. l.* 2. *in fine supra de iu-*
180 *reiurando Boër. decis.* 222. *num.* 15. His † ita præsuppositis subdit gloss. fin. *hic ad finem* quod horum iudicum chartulariorum potest prorogari iurisdictio saltem in actibus volūtariis subscribit Ang. *cons.* 93. *num.* 3. *Paul. Castr. cons.* 84. *num.* 1. *&* 4. *lib.* 1. *Corn. cons.* 259. *num.* 8. *lib.* 3.
181 Ex † quibus aperte colligitur, quod etiam in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, cadit prorogatio, si partes consentiant, & ita expressim colligit Bald. *l. secundum.* 2. *lect. Cod. de donat. Anton. cap. Pastoralis num.* 4. *de offic. ordinar. Paul. Castrens. consil.* 84. *num.* 4. *lib.* 1. *Felinus. cap. ceterum. num.* 2. *de iud. Dec. consil.* 150. *in princip. Cassan. consil.* 31. *num.* 17. & asserit receptum Canol. *l. fin. num.* 25. *supra de iurisd. omnium iudic.* Et prosequuntur Imol. *d. cap. P. & G. num.* 94. *& Ant. de Matthæis Romanus tract. de prorogatione iurisdictionis. num.* 5. *ad finem,* probat *l. emancipari, & ibi Bart. ff. de adopt. Ang. Aretin.* §. *præterea. num.* 6. *inst. quibus modis ius patriæ potest. ut. soluitur,* & videtur probare tex. *l.* 2 *supra de offic. proconsul. l. etiam* § *final. inf. de manumiss. vindicta,* & *l.* 1. *Codic. de emancipat. liberorum,* & *ibi notat Bald. in rep. num.* 2.
182 Subsistendū tamen † est, nam imò, quod in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis nō cadat prorogatio propria, sentit gloss. 1. *l. est receptum supra de iurisdict. omnium iudic. gloss. l. emancipatum verb. non est sup. de adoption. & ibi Bald.* 2. *lect. tradit idem Bald. l. testament. num.* 1. *& ibi subscribunt Paul. num.* 4. *Iason. num.* 2. *Cod. de testam. Andr. Sicul. dicto cap. P. & G. nu.* 46. *Sebastian. Sapia. hic num.* 3. *& Burges. in repet. num.* 160. *Bolognet. l. fin. num.* 18. *sup. de iurisdictione omnium iudicum.*

Sed omnibus pensatis, prima opinio verior videtur, quia cum iurisdictio voluntaria vtique iurisdictio sit, satisfactū videtur verbis huius text. si quis alias non subditus, voluntarie se subijciat, huic habenti iurisdictionem voluntariam, provt & ea, quæ sunt volūtariæ iurisdictionis, delegari possunt. *Bald. l.* 2. *num.* 4. *sup. de offic. proconsul. Couarr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 6.

Si igitur † quis alias non subditus 183
voluntarie se subijciat, vt iurisdictioni voluntariæ alicuius, in effectu inducetur valida prorogatio. *Bald. l.* 2. *num.* 4. *supra de offic. proconsul. Angel.* § *præterea. num.* 9. *Inst. quibus modis ius patriæ potestatis. Panormit. cap. sicut num.* 13. *ne Clerici vel Monachi.* Et hac de caussa Bart. *l. Modestinus. num.* 3. *infra de donat. notab.* tradit, quod actus voluntariæ iurisdictionis, potest exerceri in non subditum, si sponte se subijciat habenti volūtariam iurisdictionem, *subscribit Corn. consil.* 238. *num.* 4. *lib.* 3. Notandæ † tamē sunt tres notabiles dif- 184
ferentiæ, inter voluntariam & contentiosam iurisdictionem. Prima est, quod ea, quæ pertinent ad voluntariam iurisdictionem, libere exerceri possunt in alieno territorio, *vt resoluit Iason. l. fin. num.* 6. *supra de iurisd. omnium iudic.* quicquid ibi repugnet Hippol. *num.* 12. *& tradit etiam Couar. resolut. lib.* 3. *pag.* 20. *num.* 8. 9. Et † tamen si pro- 185
rogentur ea, quæ pertinēt ad contentiosam iurisdictionem, non possunt exerceri in alieno territorio, absque licentia domini territorij, *glo.* 1. *cap. vt litigantes de offic. ordi. in* 6. Fieret enim quodammodo † iniuria domino territorij, si alter in eo vteretur contentiosa iurisdictione, absq; illius licentia. *cap.* 1. *de officio ordinar. in* 6. *cap. Episcopum* 9. *quæst.* 2. & agnoscunt supra allegati,

allegati, & vltra eos Panormit. *cap. nouit.num.4. de offic. legati. Hippol. l. fin. num.187.supra de iurisd.omnium iud.post Alex.ibi num.7 Curtius Iunior l.2.§. etsi iudex.in fin.inf.eod. Menoch.cons.340.nu. 56.lib.4.* & extollit Rom.*sing.*50.

186 Secunda † principalis differentia inter prædictas iurisdictiones ea est, quia contentiosa iurisdictio potest prorogari in parem vel minorem, quam sit prorogans. *l. est receptum supra de iurisdictione omnium iudicum, notat. Felin. c. de Ecclesia. num. 5. de const.* & tamen voluntaria iurisdictio non potest prorogari in parem vel minorem illi, qui prorogationem facit, vt probat. *l. apud eum, in princip. infra de manumiss. l. apud filium §. secundum literam Pandectarum Florentinarum. infra de manumiss. vindicta*, & notauit hanc differentiam glos. 1. dicta *l. est receptum*, quam esse communiter receptam asserunt Dec. *ibi num. 6. Curtius Iunior*

187 *num. 8. Baldus decis.* 114. Et est † ratio huius differentiæ, quia in contentiosa iurisdictione, nemo potest ius sibi dicere. *l. vnica Cod. vt nemo in caussa sua*, & ideo ad consequendum ius suum, potest se submittere iurisdictioni cuiuslibet, actus autem voluntariæ iurisdictionis potest quis apud se expedire. *l. si consul. supra de adoptio. l. 1. supra de offic. consul.* Et ideo cum nulla subsit necessitas, non patitur ius, vt in his pari, vel minori se quis subiiciat, vt aduertit Decius *dicta l. est receptum num. 6.* facit *l. quia ratio infra de conditio. inst.*

188 Tertia † principalis differentia est, quia in contentiosa iurisdictione subditus potest alterius iudicis prorogare iurisdictionem, iuxta regulam generalem huius text. Sed subditus voluntariæ iurisdictioni alicuius, non potest alterius prorogare iurisdictionem. *l. omnia C. de testamentis. l. repetita C. de Episcop. & Clericis & ibi not. Bald.* *tradit in specie Paul. Castr. rep. l. 1. nu. 28. Cod. de iurisdict. omnium iudicum.*

His ita explicatis vlterius ex prædicto exemplo glos. in præsenti colligendum est. Quod † prorogari potest 189 iurisdictio illius, qui eam habeat in habitu & non in actu: nam iurisdictio Iudicis chartularij, tantum ei competit in habitu, cum ante consensum partis nullam in eam, neque in aliam exercere possit iurisdictionem. Si, igitur nihilominus huius prorogari potest iurisdictio, *vt gl. dicit* aperte colligitur prædicta conclusio, & ita expendunt Paul. Castrens. *hic num. 8. Iacob. num. 28. Roger. à Mota. num. 30. Paul. Castrens. cons. 84. num. 4. lib. 1.*

Vnde in hac materia generalis constituitur conclusio, quod iurisdictio competens in habitu, & non actu, admittit prorogationem. *l. 2. sup. de offic. proconsul.* & eam probat Iacob. *l. 2. §. sed si iudex. nu. 7. inf. eod. Canol. hic nu. 5. & num. 40. post Curt. Iun. num. 2. tradit idem Canol. l. fin. num. 25. supra de iurisd. omnium iud. Alciat. l. si is qui pro emtore. num. 148. inf. de vsucap. Afflict. lib. 1 const. rub. 24. num. 30.* Et latissime defendit Burges. *hic in rep. num. 97.* quibus addendus est Albe. *l. præses prouinciæ la 1. num. 5. sup. de offic. præsid.* Et † hac ratione 190 si iurisdictio potest opposita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari potest: quia satis est, in habitu competere, quod videtur probare text. *cap. si duobus. de appellat. tradit Innocent. cap. pastoralis. num. 3. & 6. de rescriptis. Iacob. hic num. 2. Felin. cap. P. & G. num. 6. de offic. deleg.* quibus addendus est Bellamera: *decis. 747. col. 4.*

Non tamen omittendum, aduersus hanc receptam conclusionem, duas † magnas vrgere difficultates. Prima 191 est, quod, vt iurisdictio admittat prorogationem, oportet competere in essentia, & non sufficit competere in potentia, vt sentit Bart. *l. si is qui. nu. 8. inf.*

infr. de vsucap. vt ibi expendit Ruin. *n.28.* Obstat & secunda traditio glos. communis verbo *alieno de Pœnitent.& remiss. & glos. Clem.1. verb. specialiter de priuileg.* quod si Parochus concedat licentiam subdito, vt alteri sacerdoti confiteatur peccata, oportet quod illi Sacerdori sit commissa cura animarum: nam si non sit commissa, ille quidem tantum habet iurisdictionem absoluendi in habitu, & non in actu, & ideo eius iurisdictio spiritualis in habitu competens prorogari non potest: *subscribit Panormitanus dict. c. omnis n.14. & cap. significasti. n.5. & ibi Marian. Socin. num.21. de foro compet. Iacobin. hic num.32. Capella. Tholosan. q.221. & defendit Andr. Sicul. d. cap. num.128. & calefat. hic num. 16.* & asserit receptum Anto. de Matthæis de *prorogat. iurisdict. num.7.* Non est tamen recedendum à magis communi traditione, propter generalitatem huius text. Neque repugnant rationes adductę in

192 contrarium: Nam † ad primum respondetur quod dum Bart. *d.l. si is qui, num.8.* requirit, quod iurisdictio, quæ venit proroganda, debeat competere in essentia: est intelligendus, quod satis dicetur competere in essentia si simpliciter competat, licet eius exercitium sit in suspenso, donec interueniat voluntas & subiectio partis: id que esse de mente Bart. constat ex eo, quòd ad probandum suum dictum, adducit doctrinam glos. hic, dum exemplificat nostrum textum in iudice chartulario, qui habet quidem iurisdictionem simpliciter, & sic in essentia, & tamen iurisdictionis exercitium non habet, nisi in consentientes, *vt supra dictum est.* Ergo iurisdictio in essentia competens, licet exercitium competat in habitu, admittit prorogationem, & aduertit Ancharanus, *in cap. pastoralis. §. quoniam. de offic. ordina. & cap. Cum plures. de offic. delegati in 6.* Non ob-

stat † etiam secunda difficultas, quia 193
quidquid supra allegati existiment, verius & receptius est, illum qui habet licentiam à Parocho, posse confiteri peccata sua cuilibet sacerdoti, etiamsi cura animarum ei adhuc non sit commissa: vt colligitur ex generalitate *dic. cap. omnis. de pœnit. & remiss.* & probat Panorm. *Clem.1. de priuileg.* & ita communiter obseruari asserit additio Capellę Tholosanę, *quæst.221.* Et probat Paludan. *in 4. distin.17. q.4. Angel. verbo confessio el 3. §.4. Siluest. verb. confessor 1. q.5. Felin. cap. significasti, in princip. de foro compet.* & esse magis communem opinionem aduersus supra allegatos asserit Nanar. *cap. placuit. n.53. de pœnit. distin.6.* Neque obstat ratio, quã fundant se glos. supra relatę: Quia

† cum certum sit, omnem sacerdotem 194
tempore suæ creationis recipere iurisdictionem spiritualem in habitu, *cap. adiscimus. §. ecce & cap. generaliter in fin. 16. quæst. 1.* bonus text. *Extrauag. quia quorundam. col.4. de verbor. significatione, Ioannis 22.* & sic assimiletur iudici chartulario, qui iurisdictionem habet in habitu, & exercitio illius est in suspenso, donec partes consentiant, id quod in eo dicitur, & in prædicto sacerdote recipiendum est, vt aduertit Paludanus, *vbi supra quæst.3. columna 7. versic. tertius.*

Ex qua † conclusione ita defensa 195
infertur, quod licet superior existens extra prouinciam, non habeat iurisdictionem in actu in subditos ex ratione, *l. fin. supra de iurisd. omnium iud.* tamen cum illam retineat in habitu siue in essentia, *gl. l.3. supra de offic. præsidis,* potest eius prorogari iurisdictio per eos, qui sunt extra prouinciam, vt dictum est, & ita expresse Imol. *d. cap. P. & G. num.74. Alex. l. fin. num.4. & ibi Ias. n.14. supra de iurisd. omnium iud.* Tradit idem Ias. *l. fin. num.10. supra de iust. & iure. Maranta in praxi 4. p. dist.12.*

*iudicio. num.3.ad fin. pag.226. Iacob.l.2. §.sed si index. num.7.inf.eo. Curt. Iun.hic num.*2. dum tamen interueniat consensus illius, qui est superior, in ea prouincia, in qua fit prorogatio *glos.*1. *cap. vt litigantes. de offic. ord. in 6.* & rationem sup. assignauimus.

Vlterius vt nihil intactum relinquatur, est aduertendum, quod dum
196 is text. loquitur de eo iudice, qui † habet iurisdictionem,& non tribunal, potest etiam exemplificari in Doctore, qui habet iurisdictionem in scholares, iuxta auth *habita,Cod.ne filius pro patre,* huius enim potest prorogari iurisdictio,& si tribunal non habeat. Similiter potest verificari in præposito alicuius tēporis vel vniuersitatis,*iuxta l.fin. C. de iurisd. omn. iud.* Nam huius potest prorogari iurisdictio etsi tribunal non habeat, *Bart.hic n.*8. communiter receptus, *vt asserit Cur. Iun. hic. n.*29.*Sapia* 28. *quibus addendus est Pan. cap.*1. *num.*37. *de mutuis petit.*

197 Ex quibus † exemplis colligi potest, quod habentis iurisdictionem ex priuilegio potest prorogari iurisdictio, vt expendit Andr. Sicul. *d.cap.P. & G.num.*69. *& Sapia.hic num.*28. Sed est aduertendum, quod contrarium tenent Ant. & Imol.*d.c.P.& G.nu.*65. resoluentes,quod si iurisdictio ex priuilegio competens,est limitata ad certas personas vel caussas, non potest extendi ad alias personas, vel caussas, allegant dictum Host. *cap. excommunicatis, de offic. legat.* existimantis, quod si alicui competat iurisdictio ex priuilegio, non potest ea vti, extra prouinciam inter subditos, licet aliud sit si competat iure communi, *vt proximè dictum est,* subscribit Pan. *ibi n.*5. *Hippol.l.fi. num.*195. *sup. de iurisd. omn.iud. Marant. in praxi* 4.*p.*12. *dist.iudicio.n.*4. *pag.*266. *Aret. & Felin. cap. cæterum. in princip. de iudicijs.* Consonat, quod licet quis extra prouinciam possit exercere actus voluntariæ iurisdictionis. *l.*2. *supra de offic. proconsul. cap. nouit, de offic. legati* tamen hoc non procedet, si hæc potestas iure speciali concedatur, *c.statutum in fine. de praben. in 6.* extolli † Roman. *sing.*49. Sed his non ob- 198 stantibus prima opinio verior est ex supra traditis, & eleganter comprobat Couar. *resolut.lib.*3.*cap.*20.*n.*9.*vers. cæterum.*Neque obstant in contrarium adducta,quia ad primum de dicto Hostien.*d.cap. excommunicatis, de offic.legati,* respondetur, quod loquitur in prorogatione, quæ fit de loco ad locum: ex quo dicto nō potest inferri ad eam, quæ fit de caussa ad caussam, vel de persona ad personam:Quāuis † enim 199 iurisdictio delegata facilius prorogetur de loco ad locum,quam de persona ad personam, vt colligitur ex *c.statutum.§. in nullo. de rescript.in 6.adiuncto d.c.P. & G. de offic.delegati* tamen iurisdictionis ordinariæ facilius admittitur prorogatio de persona ad personam, quā de loco ad locum,vt in terminis post Aretin. probat Dec. *c.cæterum.n.*2.*de iudic. & Canol. hic num.*42.

Item † respondetur, quod dictum 200 Hostien. debet accipi iuxta terminos, *d. cap. excommunicatis,* quando speciali committat alicui, quod erat reseruatum Papæ,vt est absolutio excommunicationis, quam quis incurrit propter manus violentas iniectas in clericum: nam cum potestas absoluendi hoc casu, tantum committatur legato existenti in prouincia erga subditos. *d.cap. excommunicatis,* succedit regula quod in reseruatis Principi, non † admittitur prorogatio absque Prin- 201 cipis licentia, *cap. per venerabilem.§. insuper. qui filij sint legitimi, tradit Ruinus cons.*66. *num.*3. *& num.*8. *lib.*2. *Roland. cons.* 88. *num.*35. *lib.*1. Propter igitur prædictam rationē in eo casu speciali non admittetur prorogatio,vt aduertit Domin.*c.fin.de offic.vicar.in 6.*Qua † 202 etiam

etiam ratione procedit. *cap. statutum, in fine, de preb. in 6.* Nam loquitur in beneficiis vacantibus in curia, ac proinde reseruatis dispositioni Summi Pontificis. *c.2. de preb. in 6.* Nam tunc eo casu speciali non admittitur prorogatio, ob rationem, de qua supra, sed extra prædictos casus admittetur, vt admonet Couar. *resol. lib.3. cap.20. n.90. ad finem.* Vnde & vicarij Episcopi

203 † iurisdictio, qui iure speciali confert beneficia. *c. fin. de offic. vicar. in 6.* potest illa conferre extra territorium, cum ista collatio pertineat ad voluntariam iurisdictionem, vt comprobat Boer. *decis.30. à num.6.* & Couar. *resol. lib.3. cap.20. num.8.*

His ita expeditis vlterius, ex verbis nostræ diffinitionis ibi (ordinariæ) colligendum est, tantum ordinariam iurisdictionẽ admittere prorogatio-

204 nem, ac † proinde iurisdictio delegata eam non admittit, vt est expressum *cap. P. & G. de offic. delegati, & ibi notauit Felin. n.5. Afflict. decis.227. n.1.* Quare dum glos.2. hic sentit etiam iurisdictionem delegatam prorogari posse: quod & sentit glos. *fin. l.1. C. de iurisd.*

205 *omn. iud.* communiter † reprobatur, vt asserit Bart. *hic num.6. Imol. d. cap. P. & G. num.65. & alij relati per Menoch. cons. 340. n.54. lib.4. & Ant. de Matthaeis de prorogation. iurisdictionis, num.20.* & in notabil. casu expendit Felin. *cap. si duobus, num.9. de appellat.*

206 Sed † restat videre de ratione huius differentiæ: & Paul. *hic num.6.* tres assignat, quæ tamen non sunt concludentes, vt hic ostendunt Lancelot. Decius. *col. 3. ad finem & Curtius Iun. num.30. & Canol. num.41.* Quare idem Curt. Iun. *hic num.31.* & Burgesius *in rep. num.79.* audacter contra receptissimam sententiam asserunt, etiam iurisdictionem delegatã prorogari posse iuxta regulam generalem huius text. & *ad cap. P. & G.* respondent, quod in eo text. fuit prorogata per non subditum iurisdictio, vt delegans possit contra prorogantem ferre sententiam excommunicationis & interdicti: & ideo merito præsupponitur, non valere prorogationem: Quia ea, quæ pertinent ad potestatem clauium, hoc est, ad † potestatem ligandi, & soluendi, 207 non recipiunt prorogationem: *vt post Archid. tradit Bald. l. si quis ex consensu, in fi. C. de Episcop. audien. Paul. Castrens. hic. num.21. Iacob. nu.32. Alex. ad Bart. l.2. inf. eod. Marian. cap. Significasti n.30. de foro compet. Maranta in praxi 4. p. in 12. distin. iudicio. num.17. pag.229. & Mencha. vsufrequent. q. cap.14. num.32.* quibus adde Bald. *d. cap. P. & G. n.9.* specialiorem rationem assignantem.

Sed † non placet hæc responsio, 208 quia non conuenit rationi expressè. *d. cap. P. & G.* neque enim fundatur in eo, quod agitur de proroganda iurisdictione, quæ immediatè habetur à Deo, sed potius, quod iurisdictio erat delegata, quæ prorogari non potest: & sic apertè sentiens, quod si iurisdictio esset ordinaria, eo casu admitteret prorogationem, etiam quoad ferendam sententiam excommunicationis, & interdicti. vt ibi expendit Panor. *num.3. & 6.* & Ant. Natta. *cons. 413. num.7. lib.2.*

Neque † replicet quis, quod ex *d.* 209 *cap. P. & G.* colligitur, quod ille, cuius prorogata fuerat iurisdictio, præerat alias iurisdictioni scilicet ordinariæ. Nam respondetur, quod, vt ex litera constat, ille, qui prorogauit illius iurisdictionem, prorogauit iurisdictionem delegatam & non ordinariam, & ideo dicitur non valuisse prorogationem, vt ibi explicat glos. *verb. iurisdictioni*, & ibi Imol. *n.10. & n.37. & Felin. n.7.* † colligentes, considerandam esse 210 qualitatem obiectam per partes, & iudicem neque actum sustineri propter aliam qualitatem, quæ aderat,

& tamen electa non est, quod ante eos notauit glo.fin. *cap.ex literis,de off. delegati*, quam dicit receptam Alex. *l. si per errorem in fine, sup. de iurisdictione omnium iud.*& subscribit Iacob.*ibi lect. 1 .in fin. Curt.Iun.l.*1.§.1.*num.*14.*infr.eo. Ripa.l.*1.§. *quis ita. num.*31.*inf. de verborum obligat.Menoch.de præsumptio. lib. 2.præsumptione* 17. *à num.*1.quibus adde Felin.*cap.cum ex officij.num.2.de præscript.* Vnde pari ratione,si fuit electa iurisdictio ordinaria, nihil iuuabitur ex delegata. *Francis. Marcus.decis.*536. *nu.2.& 3. & in 2.parte*, quicquid post Angel. & Paul. reluctetur Auiles *de pratorib.cap.9.verbo commissio.num.9.* Ex quibus consequitur manifeste sentire text. *d. cap. P. & G.* Quod si constaret, prorogationem fuisse factam,ratione iurisdictionis ordinariæ, posset iudex excommunicare, & interdicere non obedientes, *Notat Ant.Nat.cons.* 413. *num.6. lib.2.* Neque obstat ratio adducta in contrarium, quia ea tantum concludit non posse prorogari iurisdictionem spiritualem illius, qui nullo modo eam habeat: cæterum si illam habeat iure ordinariam in subditos, nihil prohibet eam prorogari, per non subditos, quia facilius admittitur iurisdictionis,quam de nouo datio,vt in terminis aduertit Marian. *cap.significasti.num.*30. *de foro compet.*

211 Neque † est omittendum,quod intellectus assignatus per Curt.Iun. *l.2.* §.1.*num.*14.*inf.eod. ad dictum. cap. P.& G.* ex eo manifeste constat corruere, quia in eo text. ad hunc modum fuit facta prorogatio, vt prorogans promiserit soluere secundum mandatum iudicis, alias excommunicari posset. Quamuis igitur admitteremus cum Curt. Iun. quod non valuit prorogatio rationis excommunicationis, tamen debuit valere in ea parte,in qua promisit soluere secundum mãdatum iudicis: Nam ratione huius promissionis, quia non implens est in contumacia, aperte cessat consideratio Cur.Iun. Quãdo enim plura promittuntur, si non valet quod promisit quoad aliqua, quæ non cadebant sub potestate promittentis, tamen quoad alia,quæ cadebant sub † eius potesta- 212
te sustinetur actus, *cap.cum tempore,de arbitr. & ibi Panor.* 3. *notab.* & nihilominus, *dict.cap. P. & G.* neque quoad promissionem valere prorogationem ob rationem in text. expressam, clare significant eam decisionem non fundari in consideratione per Cur. Iun. excogitata: qua etiam ratione refellitur responsio, quam ad *d.c.P. & G.* assignauit Burgos. *hic in rep.num.*80.

Defensa igitur recepta differentia inter iurisdictionem ordinariam, & delegatam, videndum est de ratione huius differentiæ? Et omissis aliis,ea fundamentalis esse videtur: quod legatus †. non habet iurisdictionem iu- 213
re proprio, sed alieno nomine, hoc est, delegantis. *l.*1.*§.fin. supra de officio eius*,& quidem quatenus per delegantem reperitur concessa, *c.cui de non sacerdotali, de preb.in 6.* Plane qui commisit caussam aduersus † certam per- 214
sonam, eius nomine expresso, ita videtur ad expressam cõmissionem restrinxisse, vt omnes alias censeatur excludere,iuxta doctrinã glo.& Bart. *l.si quis ita,in princ.infra de testam.tutel.* Cum igitur respectu aliorum delegato nulla competat iurisdictio, merito non est locus prorogationi,iuxta doctrinam in princ. huius l. Et in hoc sensu admitti potest ratio Pan. *d. cap. P.& G.num.*5. quam probat Iacob.*hic num.*25.*Marian.c.significasti. num.*25.*de foro comp.& Ant.de Matthæis de prorog. iurisdict.num.*20.

Nec huic † nostræ rationi obstat, 215
quod iurisdictio delegata admittat prorogationẽ de loco ad locum. *c.statutum.§.in nullo.de rescript.in 6.*& etiam de

de caussa ad caussam diuersam, *c. olim* 1. secundum magis cõmunem intellectum *de officio delegati. notat Ruin. consil.* 37. *num.* 3. *lib.* 5. Et tamen iuxta prædictam rationem etiam in his casibus non debuit admitti prorogatio: nam respondetur, quod vbi non variantur personæ, ad quas restricta fuit commissio, quia quoad illas delegatus habet iurisdictionem, inter easdem personas, admittetur prorogatio de loco ad locum, vel de re ad rem, sed vbi variantur personæ, inter quas facta fuit commissio, tunc non admittetur prorogatio propter rationem, de qua supra, vt aduertit Vantius *de nullitatibus. tit. qualiter sententia nulla reparari possit. num.* 78. Multum † enim interest, quod varietur persona, vel quod ea non variata fiat extensio de casu ad casum, vt eleganter aduertit Galcaul. *l. Gallus.* §. *& quid si tantum, nu.* 24. Vnde videmus, quod notio arbitri non admittit prorogationem ad diuersas personas, *cap. cum dilectus, de arbitr.* Et tamen eandem admittit inter easdem partes: qui ius arbitri possunt prorogare iurisdictionem ad diuersas caussas, *gloss. fin. post princip. dict. cap. P. & G. & ibi Imol. num.* 96. *And. Siculus. num.* 150. *& Canol. hic num.* 32. *& supra diximus.*

216

Ex qua ratione ita defensa, infertur † resolutio ad eam dubiam quæstionem, *Vtrum iurisdictio delegati ad vniuersitatem caussarum, admittat prorogationem?* In qua quæst. Pan. *d. c. P. & G. nu.* 5. existimat prorogari non posse, quia adhuc militat prædicta ratio, subscribit Iacob. *hic n.* 28. *Cur. Iun. n.* 33. *Calefat. num.* 62. *Marian. c. significasti. nu.* 25. *de foro compet. & secure Paul. l.* 1. *col. fin. C. de iurisd. omn. iudic.* Sed subsistendum est: quia cõtrariàm opinionem, imo quod iurisdictio delegati ad vniuersitatem caussarum, admittat prorogationem sentit gloss. 2. hic, quam post alios probat Felin. *d. cap. P. & G. num.* 6. *Alex. consil.* 12. *num.* 4. *lib.* 6. *Roger à Mota. hic à num.* 71. & plures quos refert Neuizan. *consil.* 35. *num.* 10. & videtur verius.

217

Neque obstat ratio Pan. supra relata, quia imo ratio supra assignata, aperte cessat in delegato ad vniuersitatem caussarum: nam, cum is æquiparetur ordinario, *gloss. recepta. cap. cum caussam de appell.* non videtur eius iurisdictio restricta ad certas personas, sed cõcessa vniuersaliter, & ideo manifeste cessat ratio, de qua supra. Et hinc est: quod cum † cõseruator concessus alicui vniuersitati cẽseatur delegatus ad vniuersitatem caussarum, *cap. fin.* §. *offic. & ibi Dominic. & Perus. de offic. delegati in* 6. huius iurisdictio admittit prorogationem, vt late consuluit Neuizan. *consil.* 35. *num.* 5. 218

Ex qua opinione ita defensa, infertur † annotatio ad dictum Angel. *hic nu.* 10. dum tentat, in hac materia differentiã esse inter ius ciuile & Canonicum, quasi iure Canonico delegata iurisdictio prorogari non posset, & aliud sit iure ciuili: sed non placet: 219
quia non est facile admittenda differentia inter ius † Canonicũ, & ciuile, 220
cap. 1. *de noui operis nuntiat.* & ratio supra allata euincit: etiam iure ciuili delegatam iurisdictionem prorogari nõ posse. Verius ergo docere debuisset, quod differentia, quæ constituitur inter delegatã iurisdictionem, & ordinariam, procedit sine dubio, si eam intelligamus in iurisdictione delegata ad particularem caussam: & inter ordinariam, quæ competit ad vniuersitatem caussarum, *iuxta not. l. solet, sup. de iurisd. omn. iud.* Nam primo casu non admittetur prorogatio ob rationem supra allatam: quæ cum deficiat in ordinaria competente ad vniuersitatem caussarum, merito admittetur prorogatio: *Quare* si delegata competat

petat ad vniuersitatem caussarũ, quia militat eadem ratio, quæ in ordinaria, etiam admittet prorogationem, *iuxta sup. tradita*: Ea igitur datis paribus terminis erit differentia inter delegatam, & ordinariam iurisdictionem: quod iurisdictio delegata ad certam caussam non admittet prorogationem, *d.c. P. & G.* Et tamen iurisdictio ordinaria, etiam ad certã caussam eam admittet. Exemplum erit: si caussa particularis committatur per
221 legem certo officiali: nam † hæc iurisdictio quasi data per legem censebitur ordinaria. *l. more sup. de iurisdict. omn. iud.* & in specie tradit glo. *l. 1. verbo specialiter. Cod. ne lice. a potentio.* quam extollit Paul. Castr. *l. à iudice. num. 9 C. de iudic. Dec. c. cæterum, num. 7. de iud. Neuizan. cons. 35. nu. 13.* & consequenter tanquam ordinaria admittet prorogationem, iuxta regulam generalem huius text. & tamen iurisdictio delegata ad certam caussam, illam non admittet, *vt dictum est.*

222 Secundò † infertur intellectus ad text. *c. cum olim el 1. de offic. delegati*, qui significat, quod licet commissio tantum facta sit, vt iudex delegatus cognosceret de caussa principali: tamen de consensu partium poterit etiã cognoscere de damnis in re principali factis, etiamsi in ea cõmissione nulla de damnis facta sit mentio: Ex quo text. Panorm. ibi *num. 3*, Imol. *num. 10.* Andr. Sicul. *num. 18.* & Paulus *hic nu. 13. notab.* Vantius *de nullit. u. tit. quibus modis sententia nulla reparari possit. num.*
223 *77.* colligitur, quod † in iurisdictione delegata admittitur prorogatio de re ad rem, siue de caussa ad caussam diuersam, inter easdem personas, quod etiam probat Panormit. *c. præterea, in fin. de dilat. Marian. c. significasti. nu. 25. de foro comp. Ruin. consil. 37. num. 3. lib. 5. & Menchα. vsufreq. quæst. c. 14. num. 19. & num. 21*, Et propter hæc dicit Bald. *l. 1. num. 6. C. si à non comp. iudic.* quod in iurisdictione delegata admittitur prorogatio, præterquam ad diuersam personam. subscribit Afflict. *decis. 117. nu. 4. & asserit receptum Curt. Iun. nu. 30.* Sed subsistẽdum videtur, quia quemadmodum expressio personæ, restringit dispositionem ad eam personam, ita etiam expressio caussæ, dispositionem videtur restringere ad caussam expressam: quia militat eadem ratio, & aduertit Paul. Castrens. *rep. l. 1. num. 32. C. de iurisdict. omnium iudic.* Vnde videmus, quod prout regulariter non admittitur extensio de persona ad personam. *l. commodissime. ff. de liberis, & posthum.* ita neque de re ad rem diuersam, quia militat eadem ratio, *Galeaul. d. §. & quid si tantum num. 24.* Quare prout iurisdictio delegata non admittit prorogationem de persona ad personam. *d. c. P. & G. de officio delegati*, neque etiam eam admittere debet de caussa ad caussam, quod tanquam receptum tradit Ruin. *cons. 165. num. 12. lib. 5.* Sentit Paul. *d. l. de qua re §. 1. num. 2. infra eod.* quam sequendo opinionem, non videtur obstare text. *cap. cum olim. el 1. de officio delegati*, quia in casu illius damna fuerunt facta in minoribus, & rebus aliis Ecclesiæ, super quibus principaliter facta fuerat commissio, & hac ratione propter cõnexionem admittitur prorogatio: Nam & reg. *d. cap. P. & G.* non habet locum in personis, quæ se inuicem contingunt ratione caussæ: nam † hæ 224
possunt etiam agere de iure suo coram delegato, quamuis in rescripto de illis non sit facta mentio. *arg. l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur*: tradit Bald. *l. si qui ex consensu nu. 8. vers. sed ego. C. de Episcop. audient.* quod, vt connexitas aliquid operetur, existimat admittendum esse Panormit. *dict. cap. P. & G. nu. 13. & ibi And. Sicul. num. 64. Felin. num. 5. Marian. d. c. significasti.*

ficasti. num. 25. & in notabili casu tradit Matth. de Afflict. *decis.* 227. *à nu.* 2. Sed hæc responsio non placet, quia in casu *d. c. cum olim, el* 1. tantum fuit facta commissio quoad domum, quæ dicebatur ædificari in terris Ecclesiæ: nulla autem facta fuit mentio de nemoribus, vel aliis rebus Ecclesiæ, aut de damnis in illis datis; Vnde respectu eorum nulla potest considerari cõnexitas ad rem principaliter commissam, ita vt ratione connexionis de ea possit cognoscere iudex delegatus, vt ibi aduertunt Ancharanus & Andr. Sicul. *num.* 15. Vt igitur delegatus posset cognoscere de nemoribus, & aliis rebus Ecclesiæ, & damnis: oportuit in rescripto, expressa fuisse aliqua verba generalia: quæ prædicta possent comprehẽdere, vt post Innoc. aduertunt Panorm. *ibi. num.* 7. *& Imol. num.* 17. Cæterum & hæc additio, tanquam diuinatiua, reijcienda venit.

225 Verius † ergo est *d. c. cum olim, el* 1. efficaciter probare communem conclusionem, quod delegata iurisdictio admittit prorogationem de caussa ad caussam, etiamsi facta sit per procuratorem, vt text. ille probat & tradit Decian. *tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 18. Neque obstant difficultates supra motæ, nam ad primam respondetur in materia prorogationis diuersam esse rationem inter extensionem de persona ad personam, vel inter extensionem de caussa ad caussam, inter easdem personas. Nam primo casu militat ratio supra assignata ad *d. cap. P. & G.* quæ manifeste cessat in secundo. Cum enim inter easdem personas, delegatus habeat iurisdictionem delegatam, partes proprio consensu efficere possunt, vt illa iurisdictio delegata extẽdatur ad alias caussas, vel res earundem personarũ: iuxta regulam huius text. prout iurisdictio

226 † delegata & restricta ad certũ tempus de consensu partium prorogari potest ad aliud tempus, *cap. de caussis, de offic. delegati,* & eodem modo respõderi potest ad secundam † difficultatem. Nam quamuis quando concessio facta est limitate ad certam rem, alia diuersa minime contineatur: tamen de voluntate partium continebitur, quia inter easdem personas id efficit vis, & natura prorogationis. Illud certum est; Quod † si aliqui in caussa principali prætendunt interesse, illi audiendi sunt, quamuis de illis nulla sit facta mentio in commissione, *vt post Innoc. tradit Pan. c. venens, el* 2. *nu.* 8. *de testib.* facit *cap.* 1. *de mutuis petit.* quo tamen casu magis admittuntur ratione connexionis, *iuxta l.* 1. *ff. de quibus reb. ad eundem iudicem eatur*, quam ratione veræ prorogationis, prout aduertit Marian. Socin. *d. c. significasti. nu.* 25. & ad hunc modum est explicandus Bald. *l. si qui ex consensu. num.* 1. *vers. sed ego. C. de Episc. audient.* 227 228

Vltimò † ex vltimis verbis nostræ diffinitionis *(sub ea non comprehensam)* colligendum est: non cadere sub materia prorogationis ea, quæ iudex ratione suæ iurisdictionis, absque prorogatione potest facere, & terminare: ratio colligitur ex *l. quia ratio, infra de condit. instit.* 229

Qua ratione † receptum est, partes subditas non posse compromittere in iudicem ordinarium, tanquam in arbitrum, *l. sed etsi per seruum.* §. 1. *supr. de recep. arbit. not. glo.* 1. *hic ad finem*, & esse receptã opinionem asserunt Cur. Iun. *hic num.* 26. *Canol. nu.* 33. quod lege Iulia iudiciaria inductum fuisse, asserit Brisson. *lib.* 4. *antiquitatum iuris. cap.* 7. idque in regno Castellæ expresse approbatum inuenitur, per *l.* 13. *& l.* 17. *tit.* 5. *lib.* 2. *noui ordinamenti, & l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 3. *eiusdem ordinamẽti.* Sed subsistendum est: quia contrariam opinionem imo in iudicem ordinariũ compromitti 230

promitti

promitti posse, tanquam in arbitrum, tenet *gloss.* 1. *cap. cum tempore de arbitr.* quam defenduit Dec. *l. etsi pretor. n.* 5. *supra de offic. eius, Burgesius hic in rep. à num.* 60. *Calefatius. num.* 41. *Claud. Canciuncula, consi.* 16. *num.* 13. Neque obsta-
231 bit † text. *l. sed etsi seruum.* §. 1. *supra de recep. arbit.* quia respondetur, quod loquitur in iudice, qui coegit partes inuitas in se compromittere, quod ei facere minime permittitur. *l.* 4. *inf. de tutorib. & curatoribus datis ab his. l. non distinguemus.* §. *quæsitum, sup. de recep. arbit.* Non negat igitur text. quod si partes volentes compromittant in iudicem tanquam in arbitrum, non valeat compromissum: & ita intellexerit gl. *cap. infames.* §. *si quis vero, verb. iudex* 3.
232 *q.* 7. Pro † quo intellectu potest expedi, quod *in dicta l. si quis seruum.* §. 1. videtur contineri vnum tantum dictum: scilicet quod iudex non potest iubere, vt partes in se compromittãt: nam si intelligeretur in eo text. duo diuersa dicta contineri, alterum quidem remaneret inutile & fatuũ: nam si verum esset, quod iudex etiam de voluntate partium, non posset inter eas cognoscere, tanquam arbiter, cui dubium esset, à fortiori non posse iubere, vt partes inuitæ in se compromitterent: vt etiam est expressum. *l.* 4. *inf. de tutorib. & curatoribus datis ab his.*
233 Sed est † aduertendum, quod is intellectus ad *d. l. sed etsi seruum.* §. 1. nullo modo admittendus est; quia text. ille aperte continet duo dicta diuersa, scilicet quòd iudex non potest recipere arbitrũ voluntate partium delectum: item quòd nec potest iubere, vt partes in se compromittant, vt hic aduertunt Curt. Iun. *num.* 27. *Canol. nu.* 33. *Cui non obstat difficultas supra mota.*
234 Nam † respondetur (quod prout ego noue interpretor) text. vult, quòd iudex non potest recipere arbitrũ etiam sponte partium delatum: sed etsi quis nõ sit iudex ordinarius illius caussæ, sed tamen sit ille magistratus, qui iubere potest: tamen non potest iubere, vt partes in se compromittant. *d. l.* 4. *infra de tutorib. & curat. datis. l. non distinguemus.* §. *quæsitum, sup. de recep. arbit.* Qua tamen casu, si partes sponte velint in eum compromittere, valebit compromissum, & delatum cogetur recipere. *l.* 3. §. *fin. supra de recept. arbit.* Clare igitur probat. *d. l. sed etsi seruum* §. 1. quod si iudex ordinarius, ex iurisdictione sua potest cognoscere de aliqua caussa: non potest cognoscere de ea virtute compromissi, etiam voluntate partium facti, vt communis vult. Ex qua † consideratione venit 235
etiam reijciendus intellectus Burges. *hic in rep. num.* 61. quod *l. sed etsi seruum.* §. 1. loquitur, quando iudex cœpit cognoscere de ea caussa tanquam ordinarius: is enim eiusdem caussæ postea non potest suscipere arbitriũ, iuxta regulã legis, *de qua re & l. vbi cœptum inf. eod.* Is enim intellectus aperte diuinat, item illi aduersatur litera, *d. l. sed etsi quis seruum.* §. 1. *vt aduertit Canol. hic. num.* 33. *in fin.* Sed videndum est de ratione prædictæ communis conclusionis, & duodecim quidem rationes illius refert Anton. Blancus *tract. de compromiss. quæst.* 2. *num.* 41. *post Rom. l.* 1. §. *& post operis, inf. de noui operis nuntiatio.*

Ego † autem eam tanquam fundamentalem probo: quod iuris ciuilis 236
ratio non patitur, quod ille, qui habet ius perfectum & superius in re, in eadem re acquirat ius inferius. *l. si heres institutus* 70. *in princ. inf. ad Trebell.* quã ad id expedit & extollit Soc. *l. si filius qui patri, num.* 16. *infra, de vulgari. Ias l.* 3. §. *ex plurib. num.* 44. *inf. de acquir. possess.* facit regul. *l. per minorem inf. eod.*

Ex qua † ratione infertur, non va- 237
lere compromissum factum in iudicem, etiamsi partes declarent, quod compro-

compromittunt in eum tanquam in hominem priuatum, vel etiam quod expresse renuntient dispositioni. *d. l. sed etsi seruum.* §. 1. nec enim valebit renuntiatio: ex ratione, de qua supra, adiuncta regula. *l. nemo potest, infra de leg.* 1. Et in terminis probat Albe. *num. 6. & 7. d. l. sed etsi seruum §. 1.*

Secundò infertur, etiam non posse
238 † compromitti in iudicem delegatum, quia adhuc militat ratio supra assignata, quod sentit gl. *d. l. sed etsi seruum.* §. 1. *verb. in se, in fine. Alex. l. 1. §. post operis. num. 2. inf. de noui operis nuntiat.* quicquid inuoluat Anton. Blancus *de compromisso, quæst. 2. num. 50.*

239 Infertur tertiò, non subditos † posse compromittere in iudicem ordinarium, tanquam in arbitrum; quia respectu nō subditorum, cessat ratio, de qua supra, & est text. secundum vnum intellectum. *l. si qui ex consensu. C. de Episcopali audientia, tradit gl. 1 ad fi. & Bart. n. 3. Alex. dicto §. & post operis. n. 2. Anton. Blancus vbi sup. num. 44.*

240 Quartò † infertur, quod etiam subditi possunt compromittere in iudicem, tanquam in arbitratorem: quia cessat ratio, de qua supra: arbitramentum enim non consideratur tanquam inferius, respectu iurisdictionis ordinariæ: sed potius cōsideratur tanquam quoddam ius omnino separatum à iurisdictione ordinaria: nam arbitrium redactum est ad instar iudiciorum. *l. 1. sup. de recep. arb.* Et ideo respectu iudi-
241 cij, videtur esse ius inferius. Sed † arbitramentum, nihil commune habet cum iudicio, cùm pertineat principaliter ad ea, quæ in facto consistunt, & vt in eo amicabiliter procedatur, & non secundum rigorem iudiciorum, vt docet Bart. *l. societatem §. arbitrorum. n. 7. sup. pro socio. Ordin. Portugalliæ lib. 3. tit. 82. in princ.* & hodie *l. 1. post princ. tit. 17. lib. 3. nouæ recopilationis*, & ideo dicetur ius separatum ab eo, quod iudici ordinario competebat: & validum censebitur prædictum arbitramentum, *auth. Si vero contigerit. C. de iudic. & ibi gl. & Aret. tradit gl. d. l. sed etsi quis.* §. 1. *verb. in se*, & reputat verissimum Pan. *c. cum tempore num. 3. de arb. Paul. Cast. d. §. 8. & post operis. n. 3.* & ibi Alex. *n. 6.* asserit receptum, & Sapia. *hic num. 20.* & Canol. *nu. 35.* quicquid post Cyn. controuertat Curt. Iun. *hic num. 27.* Et eadem ratione caussa, de qua iudex poterat † cognoscere iure 242
ordinario, ex caussa delegationis de eadem cognoscere poterit, *cap. P. & G. de offic. delegati, & cap. licet, cum ibi nota. de offic. ordinar.* quia ius delegationis non est inferius iurisdictionis ordinariæ, imo dignius censetur, *cap. sane. de el 1. de offic. delegat.*

Postremò pro complemento articuli sciendum est, quod licet iure ciuili prædicta sint constituta, & obseruanda sint in foro ciuili, & etiam in regnis Hispaniæ: quia leges supra citatę expresse probant constitutionem iuris ciuilis. Tamen † in foro canoni- 243
co contrarium obseruabitur: quia ius Canonicum prætermissa subtilitate iuris ciuilis constituit, quòd in iudicem ordinarium posset fieri compromissum per subditos: Quod probat, *cap. cum tempore, de arbit. & ibi notat Panorm. n. 5.* Et clarius probat, *c. ex parte. eo. tit.* & etiam in iudicem delegatum posse fieri compromissum, probat *cap. litteras, in fine, de præsumt.* & hanc esse receptam differentiam inter ciuile, & canonicum resoluit Alex. *dict. §. & post operis. num. 5. Anton. Blancus de compromisso. quæst. 2 num. 47. Canol. hic num.* 44. & dispositionem iuris Canonici in hoc articulo secuta est Ordinatio † 244
Portugalliæ, *lib. 3. tit. 81. §. E poderam as partes.* & hodie. *l. 1. titul. 16. §. 3. nouæ recopilationis.*

Sed admissa constitutione † iuris ciuilis, quā probauit *l. Castellæ 9. t. 6. lib. 3.*

246 *Ordinam. vt sup. diximus*, insurgit † dubium? *Vtrum si non subditus proroget iurisdictionem iudicis, videatur in eum consentire, tanquam in iudicem ordinarium, vel tanquam in arbitrum, quod in his terminis vtroque modo valide fieri poterit, vt supra dictum est?* Et in primis dicendum est, standum esse partium declarationi, arg. *l. si quis intentione, infra eod.* vt expresse tradit Anchatan. *cons. 423. viso dicto in fine.* Sed si partes nihil certi declararunt, & sumus in dubio: tunc glos. 1. *hic ad finem* existimat, faciendam esse declarationem, iuxta ea, quæ præcedunt, allegant. *l. si seruus plurium. §. fin. inf. de legat. Ex quo colligit*
247 *Angel. hic num.* 7. quod quando † actus potest trahi ad varios sensus, debet præferri ille, qui magis consonat cum præfationibus eiusdem actus subscribit Sapia. *hic num.* 21. *Canol. n.* 36. quibus addendus est, Ias. *l. si quis cum aliter. num. 3. inf. de verb. oblig. Roman. cons. 91. num. 8. ad finem, & seq.* vel etiam ex forma procedendi, *vt per Romam. cons. 248. num. 5.* Quod si ex præfationibus clara declaratio non colligitur, tunc dicit glos. quod si pœna fuerit promissa per non obedientem, præsumetur partes consensisse in eum tanquam in arbitrum, quia in arbitriis solet opponi pœna non parentibus. *l. 1. Cod. de receptis arbit. Guid. Papæ, decis.* 370. Vnde ex glos. colligitur, quod
248 in dubio † ille actus censetur celebratus, cuius forma consueta exprimitur: extollit Andr. Sicul. *d.c. P. & G. n.* 12. & prosequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4. a. num.* 47. Et probat text. *l. non codicillum. C. de testam.* adeo vrgentem esse hanc præsumptionem, vt ei standum sit: quamuis in consequentiam actus principalis corruat. notat Corn. *ibi 3. notab. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumptio 36. num. 5. conferunt tradita per Alex. l. si seruus plurium. §. fin. num. 2. inf. de leg. 1.*

249 Quod † si neque ex his possit cōstare de voluntate partium: dicit gl. præsumendum esse quod tanquam in iudicem consenserunt: vt in meliorem partem fiat interpretatio, ex qua glos. Lancelot. Dec. *hic col. 3. ad finem. Cur. Iun. num.* 28. *Canol. num.* 47. colligunt notabilem ampliationem, ad regulam *l. quoties, inf. de rebus dubiis.*
250 Quod † in dubio non solum debeat fieri interpretatio qua actus valeat, sed qua melius & efficacius valeat. Extollit Alex *l. si seruus plurium §. fin. n. 4. inf. de leg. 1. Curt. Iun. l. precibus n. 52. C. de impub. & aliis G.aleaul. in rub. n. 104. infra de verbor. oblig. Aymon. in rub n. 148. infr. de leg. 1.* & prosequitur Menoch. *de præsumption. lib. 6. præsumptione 5.*

251 Est tamen aduertendum † quod in contrarium vrget dictum Angel. relatum per Ias. *l. plane §. si duobus num. 18. infr. de legat. 1.* qui dicunt in dubio faciendam esse interpretationem qua actus valeat, non autem qua efficacius valeat: & ita dicunt limitandam esse regulam *d. l. quoties, infr. de rebus dubiis.*
252 Pro † quibus facit, quod iuramentum facit quidem vt actus valeat *l. cum pater. § filius matrem, infra, de legat. 2.* non autem vt efficacius valeat, *vt resoluit Alciatus l. 1. §. si quis ita à num. 49. infr. de verborum obligat.* Sed concordando
253 † opiniones, dicendum est: quod quādo agitur de interpretatione actus in præiudicium actum facientis, facienda est interpretatio, qua actus efficacius valeat *l. infra, de milit. testam.* Et in his terminis procedit traditio huius glos. *tradit. Felin. post Panorm. cap. cum ex officij num. 31. de præscription.* Si vero agatur de alterius præiudicio, satis est facere interpretationem, qua actus valeat, non autem qua efficacius valeat. Et ideo † cum in legatis agatur
254 de præiudicio hæredis *l. apud Iulianum §. scio cum glos. infra, de leg. 1.* fieri interpretatio, qua actus valeat: non autem qua

qua efficacius valeat, & in his terminis procedit dictum Angeli & Iason. *d.§.si duob.num.*18.

Et ex his remanet expeditus primus articulus in materia prorogationis: in quo actum est de eius diffinitione succedit igitur secundus articulus principalis, in quo agetur *quotuplex sit prorogatio?*

ART. II. PRINCIPALIS.

Purgatio iurisdictionis quotuplex sit.

SVMMARIA.

1 *Quotuplex sit prorogatio?*

2 *Quatuor sunt species prorogationis, quæ ibi numerantur.*

3 *Inter duas primas species respectu iurisdict. ordinaria nulla est differentia, & à pari procedunt: & æquiparationes traduntur.*

4 *Illa solum erit directoria inter illas duas species prorogationum, quod iurisdictio delegata non admittit prorogationẽ de persona ad personam, & tamen eã admittit de rẽ ad rem.*

5 *Prorogatio de loco ad locum in eo differt à primis duabus speciebus, quod ad hanc inducendam requiritur expressus consensus partium.*

6 *Quando expressus consensus requiritur pro forma, tacite videtur & reiectus tacitus.*

7 *In prorogatione, quæ fit de persona ad personam, vel de re ad rem sufficit consensus tacitus.*

8 *In prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, sufficit tacitus consensus.*

9 *Cap. statutum §. in nullo, de rescript. in 6. quo casu procedat.*

10 *Iudex ordinarius absque partium cõsensu potest mutare locum iudicij ad alium intra suam diœcesim.*

11 *In quo sit fauorabilior iurisdictio delegata, quam ordinaria.*

12 *Vltima species prorogationis est de tẽpore ad tempus, quæ propriè verificatur, quando terminus designatur intra quem caussa finiri debeat.*

13 *In quo differat hæc species ab alijs speciebus.*

14 *In prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, non sufficeret consensus partium, nisi simul interueniat consensus iudicis.*

15 *Facilius admittitur prorogatio de persona ad personam, vel de caussa ad caussam, quam de tẽpore ad tempus.*

16 *Iudex cui fuit designatum tempus ad dirimendam caussam, eo elapso, cessat eius iurisdictio ad dictã caussam.*

17 *Gesta à iudice, qui ignorat fundamentum suæ iurisdictionis, nil valent.*

18 *Qualitas iurisdictionis licet ignoretur à iudice, nec vitiat iurisdictionem prorogatã, nec irritat facta per eum, tamquam per iudicem.*

19 *In hoc articulo non est facienda differentia inter iurisdictionem ordinariam vel delegatam, sed tantum de ignorantia iudicis circa fundamentum vel qualitatem iurisdictionis.*

20 *Traditione glo. fin. ad mediũ, cap. caussam, quæ de re iudicata supra, impugnatur.*

21 *Reijcitur opinio glo. supra tradita.*

22 *Consensus iudicis in hoc articulo debet interuenire ante tempus finitum.*

23 *Respondetur ad rationem Felini supra assignatam.*

24 *Explicatur tex. in l. 2. §. proinde, sup. eo.*

25 *Quomodo intelligatur regula, quod in prorogatione de tempore ad tempus oportet iudicem habere notitiam de prorogatione.*

26 *Iudex quamuis erret in caussa acquirendi iurisdictionẽ, nihilominus eam sibi acquiret.*

27 *Iudex prorogatus non est cogendus in caussa procedere, nisi iudicium susceperit.*

28 *Index qui ius dixit partibus, iam dicetur suscepisse iudicium, & cogetur caussam prosequi, & finire.*
29 *Agitur de traditione glo.2.§.proinde, verbo inhabita, infra eodem, & de ratione differentiæ in hoc articulo, quam ex eo colligunt Doctores.*
30 *Dicta communis differentia reijcitur.*
31 *Iudex datus ad vniuersitatem caussarum æquiparatur ordinario, maxime si per Principem datus est.*
32 *Agitur de traditione glo.2.§.proinde, verbo inhabita, inf. eod. & eius intellectus traditur.*
33 *Limitatio ad tempus in commissione facta per legem, videtur facta propter publicam vtilitatem cui partes derogare non possunt. Et consequenter hoc tempus prorogare.*
34 *Extra terminos, de quibus proximè admittenda est prorogatio de tempore ad tempus: tam in iurisdictione ordinaria quam in delegata, exempla ibi traduntur.*
35 *Noua consideratio Auctoris in hac materia.*
36 *Multum interest vtrũ terminus præfigatur iurisdictioni vel determinationi caussæ; & ratio differẽtiæ ponitur.*
37 *Quando terminus præfigitur iurisdictioni prorogatio conceditur.*
38 *Quando tempus præfigitur instantiæ siue caussæ determinationi, inducitur prorogatio.*
39 *Terminus generaliter præfixus per viã legis, per priuatos prorogari non potest, & ibi ratio traditur.*
40 *Ea quæ secũdum veritatem respiciunt vtilitatem priuatam principaliter, si tamen lex ea vult considerare ac si probabiliter fuissent inducta in fauorem publicum, re vera considerari debent ac si fuissent introducta.*
41 *Tempora præfixa instantiæ appellationis de quibus in cap.ex ratione de appell. consensu partium prorogari non possunt.*

VNc secundum † articulum principalem, in materia prorogationis, tetigit glo. *l.2.§.sed etsi iudex verb. inhabita, infra eod.& glo.fin.l.1.Cod.de iurisdict.omnium indic.* quæ assignat tres species prorogationum, quibus tamen alias tres addidit Panor. *dicto cap. P. & G.n.12.* cui scribunt Curt. *hic in princ. Iason. l. si per errorem. num.2.sup. de iurisdictione omnium iudicum. Et ibi Curt.Iun.in prin. Anton.de Matthæis de prorogat.iurisdict. num.19.* Sed verius † est, quatuor esse species prorogationis: nam quædam est prorogatio, quæ fit de persona ad personã, quædam vero de re ad rem, siue de caussa ad caussam, alia vero quæ fit de loco ad locum: & denique alia quæ fit de tempore ad tempus. Inter † duas primas species, respectu iurisdictionis ordinariæ nulla est differentia: sed à pari procedunt. Et ideo quemadmodũ in iurisdictione ordinaria, quando fit prorogatio de persona ad personam, sufficit solus consensus partium, neque requiritur consensus iudicis, cuius prorogatur iurisdictio. *l.2.§.conuenire, inf.eod.* Idem procedet in prorogatione de re ad rẽ, vt contra glo. *l.2.§.sed etsi iudex, infra eod.* resoluit Imol. *d.cap.P.& G.nu.62. & ibi Andr. Sicul. num.61.* Similiter provt sufficit in iurisdictione ordinaria, quæ fit de persona ad personam, iudicem prorogatũ existimare se habere iurisdictionem in partes coram se litigantes, etiam si ignoret, quòd ex caussa prorogationis in eas prædictam habeat iurisdictionem. *l.2.§.proinde, inf.eod.* Idem etiam erit, in prorogatione de re ad rem, nam cum iudex sciat se non habere iurisdictionem in ea caussa, & tamẽ videat partes consentire, quòd ipse de ea cognoscat iuste potest credere se in ea habere iurisdictionem: licet forsitan ignoret,

ex

ex qua caussa sibi competat: *l.2.§.proinde,inf.eod. Obseruat. Curt. Iunior.l.2.§. conuenire. num.10. inf.eod.* quicquid ibi contradicant Paul.Castr. *num.3.Iacob.*
4 *num.9.* Ea † igitur tantum erit differentia inter prædictas species prorogationis: quod iurisdictio delegata, non admittit prorogationem de persona ad personam, *dicto cap. P. & G.* Et tamen eam admittit de re ad rem, *cap.cum olim 1. de offic. delegati.* Rationem huius differentiæ assignauimus. *sup. in 1. artic.*

5 Prorogatio † autem de loco ad locũ, in eo differt à primis duabus speciebus prorogationis, quia ad hanc inducẽdam requiritur,expressus consensus partium, *cap.statutum,§.in nullo. de rescript.in 6.* Et ideo non sufficit ta-
6 citus: Nam † quando expressus consensus requiritur pro forma,tacite videtur reiectus tacitus, *iuxta tradita per Alex.l.licet Imperator.num.4. & ibi Iaso. num.14. inf.deleg.* 1. & in specie ita resoluunt Paul.*l.2.§.sed etsi iudex.num.2. & ibi Curt.Iun.num.4.inf.eod.*Felin.*cap. cum olim,el 1.num.2. de offic. deleg.Iason. l.fin.num.6.supra,de iurisdictione omnium iudicum. Vantius de nullitate titul. quibus modis sententia nulla reparari possit. num. 79.Menoch.cons.340.num.56.lib.4.* quibus adde Rotam. *decis.15. de offic. dele-*
7 *gati in nouis.* Et tamen in † prorogatione, quæ fit de persona ad personam,vel de re ad rem,sufficit consensus tacitus iuxta generalitatem. *l.2.§. conuenire,inf.eod.*adiũcta regula.*l.cum, quid supra si certum petatur:*& in specie probat, *cap.cum olim, el 1. de offic.delegati.* & ibi notat Panor.*num.7.* & tradit Bart.hic *in fine.* communiter receptus ex Panorm. *cap. significasti.nu.18. de foro compet.Menoch.de præsumpt.lib.2.*
8 *præsumpt.19.à num.2.*Quinimò † & in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, sufficiet tacitus consensus: nam. *l.2.§.sed etsi iudex,inf.eod.* simpliciter requirit, partes consentire,in ea specie prorogationis, quod verbum in consensu tacito, siue præsumpto, verificatur *Bald.l.fin. §.necessitate.num. 20. Cod.de bonis quæ liberis.* & resoluimus esse receptum *l.2. §.fin. num.17. infra, soluto matrimonio,* & hac ratione id verum existimo & receptum cum Menoch. *de præsumpt.li.2.præsumpt.19. num.2.* quicquid contrarium teneant Paul.& Iacob. *nu.10. l.2. §.sed si index, infra eod. & Menoch.consil.340.num.56. lib.4.*

Præterea & illud est aduertendum, 9
† quod cum dict. *cap.statutũ.§.in nullo,* in ea specie prorogationis requirit expressum consensum partium.: tantum procedit in iudice delegato, in
quo loquitur,nam † ordinarius absq; 10
aliquo consensu partium, potest mutare locum iudicij, ad alium locum situm intra suã diœcesim, *c. cum Episcopus in fin. de offic. ordinar.in 6. Tradit Bart. l.2.in fin.princ.inf.eod. Panor.d.cap. P.& G.num.14.* quicquid contradicat Paul. *l.1.nu.2.C. de iurisdictione omnium*
iudic. Quamuis † in hoc eodem arti- 11
culo in eo sit fauorabilior iurisdictio delegata,quod facta prorogatione de loco ad locum, ex expresso consensu partium, delegatus poterit de caussa in eo loco cognoscere, etiam si non sit subiectus iurisdictioni delegantis, & neque accedat licentia illius, cui ille locus est subditus, vt colligitur, ex generalitate *dict.§.in nullo,*& tamen ordinarius poterit quidẽ cognoscere de caussa in loco subiecto alteri ordinario per rationes Pauli Castr. *consil. 203.num.3.lib.1.* dum tamen interueniat consensus illius,cui locus subditus est, *gl.1.cap.vt litigantes de offi.ord.in 6.Cur.Iun.l.2. §.sed etsi iudex in fine,inf. eod.* rationem huius differentiæ assignauit Panorm. *d.cap.P.& G.num.14.* quã probauit Maranta,*in praxi 6.parte Memb.vlt.num.77.pag.526.*

12 Vltima prorogationis † species est,
de tempore ad tempus: de qua agit.
c. caussis, de offic. delegati, & verificatur
propriè hæc species, quando designatur terminus, intra quem caussa finiri
debeat, *dicto cap. de caussis. & l.2. §. sed*
13 *etsi index infra eodem.* Differt † autem
hæc species ab aliis speciebus prorogationis, nam in illis sufficit partes
consentire in iudice: & si quis ipsius
iudicis nō interueniat cōsensus, nam
si non dissentiat, ex cōsensu solo partium ei videtur quæsita iurisdictio. *l.
2.§.conuenire, infra eodem.* notat Speculator. *tit. de competentis iudicis aditione,
§.1.nu.13.& 22.Tradit Bart. l.si per errorem.nu.4. supra de iurisdictione omnium
iud.M.trian.cap.significasti.nu.48.de foro
competen. Dec.cap.1.num.1. in 1.lect.nu.
20. & 2.lect.col.9.& Ripa.nu.51.de iud.
notab.Panormit. dicto cap.P.& G.nu.22.
post Card.ibi num.10. vers.17. Anton.de
Matthæis. de prorog.at.iurisdictionis.num.
13.* & rationem prædictæ conclusionis assignat Bald. *c.publicato. num.3.de*
14 *elect.*Et tamen in † prorogatione, quæ
fit de tempore ad tempus, non sufficit consensus partium, nisi simul interueniat consensus iudicis: quod videtur probare. *l.2.§. sed & si index, infra eodem,* secūdum literam Pandectarum Florentinarum, quæ ita habet:
*Sed etsi iudex ad tempus datus, & omnes
litigatores consentiant, possunt tempora, intra quæ iussus est, litem dirimere prorogare,*
secundum quam literam aperte probat consensum iudicis & partium requiri in prædicta prorogatione, & ita
resoluit Bart. *l.2. in princ. num.6. infra
eod.* & asserit receptum Beroius. *cap.
de caussis. num.4.de offic.delegati.* Neque
huic conclusioni obstat illud, quod
obijciunt Imol. *dicto cap.P. & G. num.
62. & ibi And.Sicul.n.56.Curt.Iun.dict.
§.sed etsi index,in princ.* quod in omnibus codicibus vulgaribus litera. *dict.
§.sed etsi index,* ita habetur *(sed si iudex
ad tempus datus est)* secundum quam
literam text.ille nō probat prædictam
conclusionem, sed magis contrariam:
nam facile respondetur, quod secundum veram literam Florentinam, dictio *(est)* venit expungenda. Vnde ea
vera litera retenta bene probat communem conclusionem: Qua admissa,
meritò Sapia. *hic. num.24. Beroius.cap.
de caussis.nu.5.de offic.delegati.*colligunt,
quod † facilius admittitur proroga- 15
tio de persona ad personam, vel de
caussa ad caussam, quam prorogatio
de tempore ad tempus: nam in primis sufficit solus consensus partium.
l.2. §. conuenire, infra eodem, & in prorogatione de tempore ad tempus, est
etiam necessarius consensus iudicis.
Et ratio huius differentiæ † est, quod 16
index, cui fuit designatum tempus ad
dirimendam caussam, eo elapso certus est se iam non habere iurisdictionem ad dirimēdam eam caussam, *cap.
de caussis.de offic.delegati. l.Imperator, supra de postuland.* Vnde si ignoret prorogationem, & propter ignorantiam
illi non consentiat, non possunt valere gesta per eum, quia gesta à iudice, † qui ignorat fundamentum suæ 17
iurisdictionis, nihil valere possunt,
*arg.l.multum interest, inf. de condit. & ibi
notat Bart.nu.1.l.sed etsi de sua & ibi notat Bald.inf.de acquir.here.l.quæro, inf.de
eo qui pro tutore.notab. Aret.cons.68.nu.2.*
Sed si ad dirimendas lites, habet potestatem generalem; & nō limitatam
ad tempus, non ignorat quidem fundamentum suæ iurisdictionis, quam
scit † generaliter sibi competere: & 18
licet ignoret modum, & qualitatem
iurisdictionis sibi competentis, hæc
ignorantia, neque vitiat iurisdictionem prorogatam, neque irritat facta
per eum tāquam per iudicem, vt probat text. *l.2.§.proinde, inf. eodem,* quem
extollit Roman. *consil. 446. num.5. &
cons.496. num.3.* Quam rationem differen

ferẽtiæ inter prædictos casus assignauit Bart. *l.2.num.6.inf.eod. & rep.l.Barbatius num.18.ad finem, sup. de offic.prætor.& l.multum interest.num.2. & ibi notab. Socin.num.9.inf.de condi.& demonst. Panorm.dicto cap.P.& G.num.22. Alex l.si per errorem, ante finem, supr.de iurisd. omnium iudicum, Franciscus Marcus.decis.536.num.3.in 2.parte,*quibus addendus est Paul.Castr. *cons.19.num.2.vers. præterea confirmo,lib.1.* & ad hæc reducendus est Bald. *l.sed etsi de sua.§.1.inf. de acquir.hered.*

19 Ex qua † ratione differentiæ ita comprobata, infertur primò in hoc articulo non esse faciendam differentiam inter iurisdictionẽ ordinariam, vel delegatam,vt male eam faciebant Imol. *l.multum interest.num.4.vers.extra glo.inf.de condit.& demonst.& Aret.cons.68.n.4.* Sed potius vtrum iudex ignoret fundamentum suæ iurisdictionis, vel tãtum modũ & qualitatem ipsius, iuxta supra tradita,& aduertit Socin. *d.l.multum interest.num.9.*

20 Infertur † secundò, dubiam videri traditionem gl.fin.ad medium: *c.caussam, quæ, de re iudicat.* quod si durante termino assignato iudici ad litem dirimendam, partes prorogarunt illius iurisdictionem de tempore ad tempus,ipso ignoráte,& elapso iam tempore iudex consentiat in prorogatione, quod valebit prorogatio, ac si tẽpore legitimo facta fuisset. Extollit Felin. *ibi ante finem*, confirmans, quia cum iudicis voluntas requiratur per modum simplicis consensus: sufficit istum consensum ex post facto interuenire, subscribit. Claud. *l.1.§. & post*

21 *operis nu.16.inf.de noui oper.*Nam † hæc opinio ex supra dictis confunditur, si

22 enim in prorogatione † de tempore ad tempus requiritur simul consensus iudicis, & partium, vt dictum est: & is consensus debeat interuenire ante tempus finitum. *l.sed si manente inf. de precario. l.4.in princ. inf.de damno infecto.* quamuis partes debito tempore consenseriut, tamen cum defecerit cõsensus iudicis,necessario actus corruit, *l. cum hi.§.si prætor,supra, de transact.* nec superueniens postea tempore inhabili prorogatio potuit actũ nullum confirmare, *l.penult. infra rem ratam haberi,* quod tamen declarat.*num. 25.* Neque obstat Felin. ratio: quia cum *d.§.sed si iudex*, requirat † con- 23
ditionaliter consensum iudicis, & sic pro forma, *l. prætor ait inf. de collat. bonorum*: si forma non fuit obseruata: nõ potest actus subsistere, *cap. cum dilecta de rescript. cap.Pisanis de restit. spolia.* nec ratificari. *cap. auditis de electio.* Infertur † tertio explicatio ad text. *l. 2. §. proinde inf.eod.* dum probat, quod 24
ad inducendam validam prorogationem, sufficit partes consentire, licet iudex eam ignoret, notat Bart. *l.si per errorẽ ad finem supra de iurisdictione omnium iudicum.* nam debet intelligi, in iudice, qui scit se habere iurisdictionem,licet modum ignoret: nam hæc ignorantia nõ vitiat prorogationem, prout in simili videmus. quod error circa substantiam iurisdictionis vitiat prorogationem. *l.2. in princip. infra eodem. l. si per errorem, supra de iurisdictione omnium iudicum.* Et tamen error in qualitate iurisdictionis, prorogationem non vitiat, vt sentit *d. §.proinde.* Notat Franciscus Marcus, *decis. 536.num. 3. in 2. parte.* Quare si in terminis *d. §. proinde*, iudex tantum haberet certam speciem iurisdictionis, & coram eo ageretur de caussa pertinente ad aliam speciem iurisdictionis, si prorogationem ignoraret, non valerent gesta per eum,quia tunc necessario ignoraret fundamentum suæ iurisdictionis. notat Alexand. *l. si per errorem ante finem, supra de iurisdict. omnium iudicum.*

Ad † complementum autem præ- 25
dicto

dictorum addẽdum est, quod id, quod diximus in prorogatione de tempore ad tempus, vt valeant gesta per iudicem, oportere eum notitiam habere de prorogatione, est intelligendum, quando constat, illum sciuisse iurisdictionem suã tempore esse finitam, & ipsum ignorasse prorogationem: nam si sumus in dubio, & iudex finito tempore videt, partes ius suum prosequi coram se, credendum est, existimasse partes tẽpore habili prorogationẽ fecisse: & cum in illa consensisse, & ita expresse declarat Curt. Iun. *l. 2. §. sed etsi iudex. num. 2. inf. eodem*, & ante eum Andr. Sicul. *d. cap. P. & G. num. 56.* Et pro illis facit: quia cum partes coram isto iudice litigent, & iudex ipsis ius dicat, clarum est, iudicem habuisse animum acquirendi iurisdictionem in illis personis, vnde quamuis erret in caussa acquirendi,
26 nihilominus † iurisdictionem sibi acquiret. *l. regula. §. qui ignorauit supra de iuris & fact. ignorantia. Ias. notab. l. 1. nu. 10. sup. de offic. procu. Caesaris.*

Similiter est aduertendum, quod licet receptum sit, quod quoad acquirendam iurisdictionem ex vi prorogationis, sufficiat consensus partium, licet iudex expresse non consentiat *l. 2. §. conuenire. infra eod. Bart. l. si per errorem ad finem, supra de iurisdictione omnium iudicum. & rep. l. Barbarius. num. 18. supra de offic. praetor.* & *supra di-*
27 *ctum est*, & tamen † non est cogendus in caussa procedere, nisi iudicium susceperit: *iuxta l. 3. §. 1. sup. de recep. arbit. Et tradit gloss. l. si qui ex consensu verb. sponte. C. de Episcop. audient. Speculator. tit. de competentis iudicis aditione. §. 1. num. 13. & num. 22. Marian. cap. significasti. num. 51. de foro compet. Dec. cap. 1. 2. lect. col. 9. & ibi Ripa. num. 51. de iudic.* Sa-
28 tis † tamen dicetur suscepisse iudicium, si ius dixerit partibus, & cogetur caussam prosequi & finire, *Imol. d. cap. P. & G. num. 124. Marian. cap. significasti. num. 51. de foro competenti. Felinus, cap. caussam quae in fine, de re iudicata.*

Ad complementum † autem istius 29
prorogationis de tempore ad tẽpus, non est omittendum, quod gloss. *l. 2. §. proinde verb. inhabita. inf. eodem*, tradit: quod iurisdictio delegata recipit quidem prorogationem de tempore ad tempus, *cap. de caussis de offic. delegat.* quem tamen non admittit iurisdictio ordinaria: quia id iure expressum non inuenitur. subscribit Paulus Castrens. *dict. §. proinde. num. 7.* & *Iacobin. num. 11.* Addentes rationem huius differentiae ex eo procedere, quod iudici delegato assignatur tempus in fauorem partium, vt citius lites diffiniantur, cui fauori partes renũtiare possunt. *l. pen. C. de pactis*, & consequenter tempus prorogare. Sed in ordinaria tempus designatur in fauorẽ publicum. *l. properandum. C. de indic.* cui partes renuntiare non possunt. *l. ius publicum supra de pactis*, & consequenter neque prorogare tempus: & hanc eandem differentiam admittit idem Paul. *l. 1. nu. 2. C. de iurisdictione omnium iudicum. Bal. l. si qui ex consensu. num. 8. C. de Episcop. audientia. Panormit. d. cap. P. & G. nu. 12. & ibi Andr. Sicul. num. 58. Marian. dict. cap. significasti. nu. 31. Dec. cap. de caussis. num. 3. de offic. deleg.*

Sed haec cõmunis differentia † non 30
videtur admittenda, quia ei repugnat generalitas. *l. 2. §. si iudex inf. eod.* dum loquitur de iudice dato, quod † po- 31
test intelligi de iudice dato ad vniuersitatem caussarum: qui aequiparatur ordinario, *glos. recepta. cap. cum caussam de appellat.* maximè quia si generaliter datus est per principem, magis censetur ordinarius *l. 1. §. cum vrbem, supra de offic. praefecti vrbis. l. fin. C.* vbi & apud quem tradit. Bart. *l. more. num. 8. ad finem supra de iurisdictione omnium iudicum.*

Neque

32 Neque † si bene aduertatur glos. *l.* 2. §. *proinde verb. inhabita, infra eodem,* facit eam differentiam, quam ei imponunt Doctores, non facit enim differentiam inter iurisdictionem delegatam, & ordinariam, sed potius eam facit, inter rationem, propter quam facta est limitatio ad tempus. Nam si
33 facta † sit per legem: quia videtur facta principaliter propter publicam vtilitatem, iuxta terminos, *legis properandum. C. de iudic.* huic limitationi temporis, priuati derogare non possunt, *l. ius publicum, supra de pactis*, & consequẽter, neque prorogare. Quam conclusionem propter prædictam rationem probant Curt. Iun. *l.2 §. sed si iudex. num.7. inf. eodem. Felin. cap. cum venerabilis. num.9. de iud. Tiraquel. lib.1. retract. §.1. glos. 10. num.31. Gutier. de iurament. confirmatorio 3. parte cap.5. n.5.*
34 Sed extra † hos terminos admittenda est prorogatio de tempore ad tempus, tam in iurisdictione ordinaria, quam in delegata: Pone enim ordinario præfixum fuisse terminum, vt intra biennium litem dirimat, poterit is terminus prorogari de consensu partium, saltem vsque ad triennium, quia in his terminis cessat ratio supra assignata: & ita resoluit Alexand. *dict. l. properandum in princip. n.13. & ibi Curt. Iun. num.31. Gutier. de iurament. confirmat. 3. parte cap.5. num.5. notab. Auiles de prætoribus. titul de forma secreta syndicationis. cap.49. verb. condonar. num.13. ad finem pag.313.*
35 Sed vltra † alios ego in hac materia considero, multum interesse, vtrum
36 terminus pręfiguratur † iurisdictioni,
37 vel determinationi caussæ. Primo † enim casu fatendum est, prorogationem prædictam nõ concedi: nam cum iurisdictio concessa, tempore fuerit exstincta, succedit regula. *l. priuatorum. Cod. de iurisdictione omnium iudicum:* & quia non est ferẽdum, quod remaneat ordinarius in præiudicium successoris, vt aduertit Panormitan. *dict. cap. P. & G. num.12.* vel etiam, quod iudex remaneat ordinarius ratione caussæ particularis, cuius tempus prorogatur, *Paul. l.1. num.2. Cod. de iurisdictione omnium iudicum: & in notab. casu tradit Octauian. decis. Pedemont.7. n.7.* declarando tamen, vt per Felin. *cap. de caussis. num.4. in fin. de offic. deleg. Menoch. consil.340 num.57. lib.4.*

In secundo autem † casu, quando 38
tempus præfigitur instantię, siue caussæ determinationi, standum videtur generali decisioni. *l.2. §. sed si iudex, inf. eodem*, inductæ, vt supra. Nam cum hæc termini præfixio fiat principaliter ad vtilitatem priuatam, & respiciat commodum pecuniarium partium, dicetur inductum principaliter ad vtilitatem priuatam partium, vt docet Bart. *l.2. n.7. inf. ad municip.* quem probat Aret. *cons.2. n.18.* Et ideo partes renuntiando proprio fauori tempus prorogare possunt: limitetur tamen non procedere † in termino genera- 39
liter præfixo per viam legis, vt in specie *l. properandum. Cod. de iudic.* Is enim terminus per priuatos prorogari non potest, *vt ibi, per glos. verb. triennij ad medium communiter receptam, iuxta plene relatos per Gutier. de iurament. confirmatorio 3. p. cap.5. num.5.* Et ratio est, quia licet eadem dispositio legis attenta veritate videatur principaliter recipere priuatam vtilitatẽ, *vt proximè dictum est:* tamen rationes expressæ, *in d. l. properandum,* magis ostendunt ob publicam vtilitatem principaliter illum terminum fuisse præfixum. Plane licet quid secundum † veritatem 40
respiciat vtilitatem priuatam principaliter, tamen si lex vult considerari debere: ac si principaliter fuisset inducta in fauorem publicum, vt mens legis obseruetur, considerari debet ea dispositio, ac si re vera respiceret prin-

cipaliter publicam vtilitatem. *l.2.§.sed quia veremur. C. de iureiurando propter calumniam* docet Bart. *l. si quis pro eo. num.7.inf.de fideiuss. Alciat.cap.cum contingat.de iureiurãdo*, ac proinde locum habet regul. *l.ius publicum, sup. de pact.* facit bonus text. *l.3.infra de testament.*

41 Qua † etiam ratione tempora præfixa instantiæ appellationis de quibus cap. *ex ratione de appell.* consensu partiũ prorogari non possunt, *Bald.auth. ei qui.nu.10.C.de tempo.appellat. Iason.§. rursus.num.72.Instit.de actio.Mencha.de success.creat. §.7. num.40. versic. sic ergo Azenedus.l.11.tit.18.lib.4.ordin.num.5.* quia etiam hæc præfixio videtur facta ob publicam vtilitatem principaliter, *Panormit.cap. ex ratione.num.8. de appellat. Cassado. decisio.9. num.3. de appellat.* & generaliter idem obseruabitur, in quocunque termino præfixo per viam legis, *vt tradit Panormitanus. dict.cap.ex ratione.nu.8.de appellat.* Prosequitur Messias *ad legẽ Toleti.10. fundamento 1. partis à num. 46. pag.23.* Et ex his, remanet expeditus secundus articulus principalis in materia prorogationis: Succedit igitur tertius articulus principalis in hac materia, in qua agetur, *Quæ sint necessaria vt valida censeatur facta prorogatio?*

ARTICVLVS III.

Ad prorogationis validitatem quæ necessaria sint.

SVMMARIA.

1 *Primum requisitũ in hoc articulo est, vt in prorogatione cõsensus partium interueniat.*

2 *Iudex in illis, qui iurisdictionem non prorogarunt, nullam iurisdictionem acquirit, etsi necessarij sint ad caussæ decisionem, vt sunt testes & similes.*

3 *Sententia lata à iudice prorogato, nil nocet partibus non consentientibus.*

4 *In hoc articulo tenet magis communis opinio, consensum tacitum sufficere.*

5 *Referũtur auctores cõtrariæ opinionis.*

6 *Cõmunis traditio amplectitur, & respondetur ad inductionem text.* in hac l.1.

7 *Vera respõsio ad dictũ text. assignatur.*

8 *Tacitus consensus adeo in hoc articulo, efficax est vt non requiratur actus positiuus, ex quo is tacitus consensus colligatur, sed sufficiat collectum ex sola patientia, & taciturnitate.*

9 *Ex parte iudicis satis videtur acceptata prorogatio, si patiatur partes coram eo agere, tãquam corã iudice.*

10 *Impugnatur doctrina Doctorum, qui dicunt, quod ad acquirendam iurisdictionem in nõ subditos, non sufficit sola eorum patientia, sed requiritur actus positiuus, & non negatiuus.*

11 *Consensus factus vel interpretatiuus inductus per legem non sufficit ad prorogationem inducendam, & in absente & cõtumace exemplificatur.*

12 *Contra contumacem ad mulctam potest iudex procedere, non tamen ex eo inducetur valida prorogatio.*

13 *Gesta per iudicẽ contra cõtumacem diuersæ iurisdictionis tanquã per manifeste incompetentem nil valebunt.*

14 *Quando iudex procedit per viam inquisitionis, nunquam inducitur prorogatio, quia eo casu nunquam adest verus consensus partium.*

15 *Protestatio cõtraria actui tollit cõsensũ.*

16 *Si quis comparuit in iudicio protestãdo, quod non vult in iudicem consentire, cessabit prorogatio.*

17 *Et si iudex nihilominus eum compellat respõdere, licite ab eo appellatur.*

18 *Coactio respondendi coram iudice incompetente, habet in se grauamen successiuum.*

19 *Si iudex pronuntiauerit se competentem, tunc etiam iure ciuili licita est appellatio.*

20 *Sen*

20 *Sententia, qua iudex se iudicem pronuntiauit, si pars non appellauit facit ius inter partes, & sic exinde reputabitur, ac si in veritate esset iudex competens.*

21 *Si partes in prorogatione errauerint, quasi deficiente consensu nil valebit prorogatio.*

22 *Si partes dubitẽt in prorogatione, idem dicendum est, quod quando errant.*

23 *Supradicta de errore procedunt, siue sit error vtriusque partis, siue vnius tantum, siue contingat ante litem contestatam, siue post, & siue sit error iuris siue facti.*

24 *Refert Yserniam cõtrariam opinionem tenentem, & eius traditioni, & fundamentis respondet.*

25 *Qui errat in iure, verum fateri, & sic consentire.*

26 *In dubio præsumitur is error siue ignorantia.*

27 *Vt valeat prorogatio, oportet constare, quod partes scienter consenserunt in iudice alias incompetenti.*

28 *Refertur declaratio Ias. in l. si per errorem à num. 11.*

29 *Iurisdictio iudicis inter ciues cum sit notoria, non potest illius prætendi ignorantia.*

30 *Reijcitur declaratio Ias. & aliorum supra relata.*

31 *Reijciuntur etiã tradita per Soci. cons. 108. nu. 20. ad fin. li. 4. & aliorum.*

32 *Præsumitur ignorantia imperitis, non autem in peritis, quia in his præsumitur scientia.*

33 *Contraria opinio admittitur quando verè vel præsumptiuè cõstiterit, prorogationem iurisdictionis perfectam habuisse notitiam iurisdictionis iudicis prorogati.*

34 *Exponitur vera explicatio in hoc art.*

35 *Assignatur optima distinctio inter errorem facti, vel iuris in hoc articulo.*

36 *Quãdo agitur de tollẽdo obstaculo iurisdictionis, mero iure cõpetẽtis, locũ habet regula quod error iuris nocet.*

37 *Quando erratũ est in re, vel articulis non succurritur erranti per errorem facti, non autem per errorem iuris.*

38 *Explicatur glo. l. 2. §. sed si iudex, verbo consensus, inf. eod.*

39 *Quando ex aliquo priuilegio particulari iurisdictio iudicis potuit declinari, & per errorem iuris non fuerit declinata, iudex in ea caussa, valide procedere potest.*

40 *Et supradicta procedunt in quacũque exceptione declinatoria, quæ per errorem iuris fuerit omissa.*

41 *Quia obseruandũ si pars detecto errore de nouo cõsentiat in iudicem, vtrum antea gesta confirmentur, remissiuè.*

42 *Metus est contrarius consensui.*

43 *Metus impediens consensum irritat prorogationem ipso iure.*

44 *Gesta per metum, mero iure valent, & per actionem quod metus caussa veniunt rescindenda.*

45 *Speciale est in iurisdictione danda, vt metus vitiet ipso iure.*

46 *Si quis per metũ recognoscat aliquem pro superiore, nil valet ea recognitio, nec iurisdictio quæritur metum inferenti.*

47 *Quãdo coactio facta fuit per iudicem, nil valet prorogatio in odium metum inferentis.*

48 *Ostenditur, supra positam rationem concludentem non esse.*

49 *Traditur distinctio gloss. 2. in l. interdum, infra, quod falso tutore.*

50 *Noua explicatio Auctoris circa specialitatem supra positam.*

51 *Quãdo quis viribus prætoræ, coactus est prorogare, in effectu iubet prætor se fieri iudicem in ea caussa, quod l. Iulia prohibitum est.*

52 *Lege prohibente nulla acquiritur iurisdictio metum inferenti.*

53 *Quando quis per metum, etiam non iudicis, consentit in iudicem, non valet prorogatio.*

54 *Prætor ratum postea habens, perinde est, ac si à principio mandasset.*

55 *Prætor quæ per metum gessit, non potest postea rata habere.*

56 *Iudicia agitata per tyrannum: vel officiales, ab eo creatos nil valent.*

57 *Gesta per metum extra prædictos terminos mero iure valent, & veniunt rescindenda.*

58 *Si index cogat partes litem contestari, vel quid simile facere, valebit mero iure.*

59 *Secundum principale requisitum est, quod vltra partium consensum, requiritur quod ille subijciat se iudici.*

60 *Prorogare, & se subijcere differunt.*

61 *Per quos actus videatur quis se iudici subijcere.*

62 *In hoc articulo duæ opiniones contraria reperiuntur.*

63 *Partes videntur se subijcere iudici, litem coram eo contestando.*

64 *Secunda opinio est, quod tunc partes videntur se subijcere iudici, quando coram eo se præsentant tãquam subditi eius iurisdictioni.*

65 *Hæc secunda opinio verior est.*

66 *Refertur, & reprobatur cõcordia Angeli l. sed etsi susceperit num. 1. infra eodem, & Ripa, cap. 1. num. 49. de iudicijs.*

67 *Etiam si iudex sit omnino incompetens, tamen, vt partes illis videantur se subijcere, satis est, quod coram eo se præsentent, tanquam coram suo iudice.*

68 *Per quemcunque actum partes aliquid petant vel agant coram eo, tãquam suo iudice, videntur se illius iurisdictioni subijcere.*

69 *Qui opponit exceptionem dilatoriam ad impediendum cursum litis iudici, coram quo eam opponit, se videtur subijcere.*

70 *Litis contestatio tantum in hac materia necessaria est, quando nullus alius præcessit actus, per quem partes videantur se iudici subijcere.*

71 *Quando partes iudici absenti aliquid petũt, eius iurisdictioni se subijciunt.*

72 *Quando pars aliqua iussu iudicis facit, in eum consentire non videtur, nec ei se subijcere.*

73 *Per actum ex necessitate factum, non inducitur prorogatio.*

74 *Subiectio partis in hac materia operatur, quod non possint recedere à prorogatione, quæ est vera explicatio huius requisiti.*

75 *Notabilis declaratio ad text. in præsenti traditur.*

76 *In corporalibus ad transferendum dominium non sufficit sola conuentio.*

77 *In corporalibus ad transferendum ius non sufficit solus consensus, sed requiritur aliquid aliud, quod videatur subire locum traditionis.*

78 *In hoc text. requiritur subiectio, vt quasi interueniente quadam traditione prorogantes efficiantur subditi illius iudicis.*

79 *Respondetur ad argumentum Iasonis. l. si conuenerit, num. 1. l. 1. in fin. sup. de iurisdict. omnium iudicum.*

80 *Agitur de explicatione text. in l. si cõuenerit, supra de iurisdict. omnium iudicum.*

81 *Dicta lex, si conuenerit, varios patitur intellectus.*

82 *Refertur intellectus Alciati lib. 2. Paradox. cap. 71. & aliorum, qui illum sequuntur.*

83 *Reijcitur Alciati intellectus.*

84 *Refertur intellectus Decij in dicta l. si conuenerit in principio.*

85 *Reijcitur intellectus Decij.*

86 *Refugium est miserorum, recurrere ad speciale.*

87 *Refertur intellectus Bart. d. l. si conuenerit & Albe. in prin. qui vt magis communis sequitur.*

88 *Ex pacto nudo iure ciuili, non datur actio: ac ideo nullus cogetur stare pacto nudo de prorogando.*

89 *Demonstratur error Doctorum, dum putant in dicta l. si conuenerit, licitum fuisse partibus pœnitere.*
90 *In contractibus innominatis tantum est locus pœnitentiæ, non sic in pactis nudis.*
91 *Qui pactum de prorogando fecit si ex non obseruantia pacti aliquod damnum incurrit, per actionem de dolo illud ab aduersario recuperat.*
92 *In pacto nullo licet non nascatur actio, competit tamen actio de dolo ad resarciendum damnum.*
93 *Non obseruantia pacti, non est caussa immediata dandi actionem de dolo, sed potius damnum incursum.*
94 *In terminis dict. l. si conuenerit, ob non obseruantiam pacti, tantum expensæ per obseruationem recuperantur, non interesse, quod pars pretendere probabiliter poterat.*
95 *In terminis d. l. si conuenerit, propter pactum nudum competit partibus exceptio, & ibi ponitur exemplum.*
96 *Expenditur text. in l. penul. C. de pact.*
97 *Exponitur text. in cap. 1. de iudicijs, & latè inducitur.*
98 *Dispositioni. d. l. si conuenerit, partes renuntiare non possunt.*
99 *In terminis dict. l. si conuenerit, si pacto nudo fuisset subiecta stipulatio, propter stipulationem, cogentur partes stare locationi.*
100 *Aliud est pactum de progrogãdo, aliud prorogatio.*
101 *Propter stipulationem cogentur partes prorogare, & si id non fecerint, tenebuntur ad interesse.*
102 *Refert multos contrarium tenentes, & eorum impugnat fundamenta.*
103 *Pœna & interesse non solum peti poterit in domicilio illius, qui stipulationi non paruit, sed etiam coram iudice, cuius promissor tenebatur iurisdictionem prorogare.*
104 *Refert Doctores cõtrariam opinionem tenentes, quorum dicta reprobat, & eis satisfacit.*
105 *In obligationibus facti, si factum non præstetur, illius loco succedit obligatio ad interesse.*
106 *Obligatio ad interesse recipit per omnia naturã obligationis principalis.*
107 *Qui promittit factum, non potest præcisè ad factum compelli, sed soluendo interesse liberatur.*
108 *Qui promittit factũ, virtualiter promittit interesse.*
109 *Pœna apposita, si factum non præstetur, peti nõ poterit corãm iudice, cuius proroganda erat iurisdictio.*
110 *Pœna nõ succedit loco facti promissi, imo per se consideratur tanquam quid diuersum à facto principaliter promisso.*
111 *Opinio Decij in cap. 1. in 1. lect. num. 22. de iudicijs, in hoc articulo verior est.*
112 *Pœna in hoc articulo pati non potest in loco in quo factum erat implendum, nisi id clare fuerit expressum.*
113 *Refert errorem Beroi, cap. 1. nu. 180. de iudicijs.*
114 *Refertur traditio multorum Doctorum, de quibus ibi, qui dicunt, quod vbi iuramentum additur pacto de prorogando, acquiritur iurisdictio iudici prorogato irreuocabiliter.*
115 *Impugnatur supra posita traditio.*
116 *Propter iuramentũ non poterunt partes à promisso recedere, sed cogentur precise illud adimplere.*
117 *Refert Doctores contrarium tenentes in terminis d. l. si conuenerit, sed eos reprobat.*
118 *Si pactum de prorogando vallatum sit stipulatione, promittens prorogare cum iuramento precise cogetur illud adimplere.*
119 *Quid si pactum nudum apponatur solum cum iuramento.*
120 *Refertur secunda conclusio d. l. si conuenerit, per argumentum à contrario sensu.*

121 *Si post pactum de prorogando aditus sit iudex, nõ possunt partes pœnitere.*

122 *Si partes coram iudice dicant, se illius prorogare iurisdictionem hoc inducet efficacem prorogationem, nec est necessaria litis contestatio, secus si solus consensus partium interueniat.*

123 *Reprobat traditionem Doctorum, quos enumerat, qui putãt propter pactum de prorogãdo iurisdictionem acquiri reuocabiliter, tamen donec coram iudice lis contestetur.*

124 *Reprobat etiã traditionem Guid. Papæ decis. 370.*

125 *Reprobantur etiam multi Doctores de quibus ibi, qui tenent, quod si partes confiteantur, aliquem esse suum iudicem, ex hac sola confessione, iurisdictio ei irreuocabiliter videtur requisita.*

126 *Simplex confessio, vel simplex recognitio, non habet vim traditionis, vel quasi.*

127 *Confiteri, quem esse iudicem competentem, qui re vera non est, non est prorogare velle iurisdictionem, sed magis errare.*

128 *Erronea confessio, nil nocere, vel operari solet.*

129 *Declaratur doctrina Bald. l. si pater, num. 1. C. ne de statu defunct.*

130 *Confessio facta coram iudice habetur pro subiectione.*

131 *In dubio præsumitur error.*

132 *Prorogatio vt valida sit in personis Ecclesiasticis, requiritur quod facta sit cum consensu, siue licentia proprij Episcopi.*

133 *Laici possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici.*

134 *Secularis est incapax cognoscendi de caussis spiritualib. vel Ecclesiasticis.*

135 *Clericus est incapax iurisdictionis secularis.*

136 *Legitimatio spurij specialiter reseruata est, Principi, in signum supremæ potestatis.*

137 *In legitimatione spurij non potest laicus prorogare iurisdictionem Ecclesiastici nec è contra.*

138 *Declaratur caput ex tenore, de foro competenti.*

139 *In Regno Portugalliæ prohibitum est, ne laicus proroget iurisdictionem iudicis Ecclesiastici.*

140 *In Regno Franciæ consuetudine obseruatur, vt laicus proroget iurisdictionem secularis.*

141 *In Regno Nauarræ idem etiam per leges statutum est.*

142 *Prohibitio, ne laicus proroget iurisdictionem Ecclesiastici facienda est à Principe supremo, qui non recognoscat superiorem.*

143 *Inferior à Principe, & qui superiorem recognoscit, supra dictam inhibitionem facere non potest.*

144 *Inferior non potest tollere subditis facultatem, sibi per legem concessam, quam ipse derogare non potest.*

145 *Barones, an possint inhibere vasallos suos, ne alterius iurisdictionem prorogent, & refert partem affirmatiuam tenentes, licet contrarium verius sit ex supradictis.*

146 *Vasallus non ratione feudi, sed tantum ratione obedientiæ, & fidelitatis, non potest prorogare alterius iurisdictionem.*

147 *Reijcitur dictum Andreæ de Ysernia, lib. 1. constitut. rub. 50.*

148 *Princeps inferior non potest prorogationem inhibere, etsi propter prorogationem vasallorũ forsitan amittat sportulas, vel aliud lucrũ speratum.*

149 *Impugnantur tradita per Guid. Papæ decis. 174. num. 1. & decis. 77. nu. 1. & alios, qui eum sequuntur.*

150 *Respondetur ad fundamenta, quæ pro parte Guidonis adducuntur.*

151 *Reijciuntur etiam tradita per Bald. l. decernimus in fine. C. de sacrosanctis Ecclesiis, & Doctorum, qui eum sequuntur.*

152 *Sub*

152 *Subditi ratione iurisdictionis, vel etiã iuramenti fidelitatis; possunt prorogare iurisdictionem cuiuslibet iudicis sine dominorum consensu.*
153 *Proxima cõclusio in duobus casibus limitatur, & primus ibi exprimitur.*
154 *Hac prima limitatio habebit locum in Baronibus regni Neapolitani.*
155 *In regno Neapolitano Baronibus non obseruatur priuilegium in tam ampla forma, quam verba priuilegij videntur importare.*
156 *Secunda limitatio est in vasallis ratione feudorum: hi enim non possunt prorogare alterius iudicis iurisdictionem absque dominorum directorum consensu.*
157 *Proxima conclusio intelligenda est, quando controuersia vertatur super feudo, vel illius iuribus, secus si super alia caussa respiciente feudum, tunc enim admittatur prorogatio.*
158 *Proprietarius non cognoscit inter vasallos, nisi de tangentibus feudum.*
159 *Prorogatio valet etiã in praeiudicium domini feudi, licet de iuribus feudi agatur, si dominus feudi non contradicat prorogationi.*
160 *Vtrum in regno Neapolitano domini vasallorum cognoscat de caussis vasallorum Burgensium.*
161 *Secularis potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine consensu superioris.*
162 *Refert limitationem ad hanc regulam proxime relatam Paul. de Cast. d. §. & post. operis, num. 6. Ne subditus vnius Regis possit prorogare iurisdictionem alterius Regis.*
163 *Reprobatur limitatio Pauli proxime relata.*
164 *Vnusquisque potest prorogare iurisdictionem iudicis alterius regni.*
165 *Opinio Pauli supra relata potest saluari in regno Portugallia.*
166 *Prohibitio ne in iudicem Ecclesiasticum laicus consentire possit, ideo facta fuit, ne alias fieret fraus regiae iurisdictioni quam habet in subditos suos.*
167 *Ratio proximè assignata militat in prorogatione, quae fit in iudice alteri regi subiectum.*
168 *Dispositio poenalis semper extenditur ex identitate rationis, quoad dispositionem principalem, licet quoad poenam extensionem non recipiat.*
169 *Probat opinionem Paul. supra relatam per argumentum à fortiori.*
170 *Quando Princeps tantum sibi reseruauit iurisdictionem in certis casibus, non admittitur in illis prorogatio sine Principis licentia.*
171 *In terminis, de quibus hic, non valet prorogatio facta modo, de quo per Bellameram consil. 31. num. 43.*
172 *Si contractus sit celebratus extra regnum, valebit prorogatio facta in iudicem contractus, etsi in extraneo regno iurisdictionem habeat.*
173 *Clericus etiam de consensu Episcopi non potest prorogare iurisdictionem iudicis secularis.*
174 *Clerici sunt exempti à iurisdictione seculari iure Diuino, & ideo non possunt subijci laicis, etiam per Papa ordinationem.*
175 *In Francia Clerici in multis casibus subijciuntur iurisdictioni seculari.*
176 *Clericus ea, quae pertinent ad voluntariam iurisdictionem, non potest celebrare coram iudice seculari.*
177 *Clericus etiamsi patiatur se conueniri coram seculari, nec ob id iudicium subsistet.*
178 *Quomodo sit intelligenda ordinatio Portugallia lib. 3. tit. 49. §. 2.*
179 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis etiam Ecclesiastici sine consensu proprij Episcopi.*
180 *Volũtas proprij Episcopi, quae requiritur in prorogatione, sufficit tacita.*
181 *Voluntas vbi tantum exigitur, tacita sufficiet.*

182 Vo

182 *Voluntas vbi exigitur, potest ex post facto interuenire.*
183 *Reprobat opinionem gloss.fin.in d.cap. significasti.*
184 *Vbi licentia requiritur expressius consensus videtur necessarius.*
185 *Respondetur ad glo.3. dict.cap.1.de foro competenti.*
186 *Agitur de ratione, qua ius Canonicum recedens à iure ciuili, disposuerit, Clericum non posse prorogare alterius iudicis Ecclesiastici iurisdictionem, absque voluntate propry Episcopi, & variæ assignantur.*
187 *Refertur Bart.ratio hic num.1.& 2. quæ tamen impugnatur.nu.189.*
188 *Quando quis habet iurisdictionẽ perpetuam, & ei etiam debetur tributum, non potest pars sine illius superioris volũtate alterius iudicis prorogare iurisdictionem.*
189 *Impugnatur Bartol. ratio, de qua supra.*
190 *Proponuntur rationes gloss. in cap. in nolita 11.quæst.1.*
191 *Reprobatur ratio tradita à d.gloss.& eius fundamentis respondetur.*
192 *Clerici non habentes beneficium non tenentur præstare iuramentum fidelitatis proprio Episcopo.*
193 *Bona clericorum considerantur tanquam mere temporalia, præterquam in casibus, in quibus ius Canonicum expressit contrarium.*
194 *Refert Doctores, qui tenent congruam rationem differentiæ hoc casu dari non posse.*
195 *Proponuntur circa hanc differentiam considerationes auctoris.*
196 *Clericus in sortem Dei vocatus est, & efficitur res spiritualis.*
197 *In spiritualibus sacramentalibus non est præmissa libera prorogatio, sed oportet, quod fiat cum licentia superioris spiritualis.*
198 *Assignat veram differẽtiæ rationem.*
199 *Refert, quo casu saluari possit communis ratio differẽtiæ supra assignata.*
200 *Explicatur cap.nullus primas, in fin. & cap.Episcopum in fine 9.quæst 2. & cap.nullus, de parochis, & quo casu procedant vide, num.235.*
201 *Qui aliquem ordinat, potest eum iudicare.*
202 *Multi possunt vti voluntaria iurisdictione in aliquem, & tamen non contentiosa.*
203 *Explicatio Auctoris ad dicta iura.*
204 *Ordinans non solùm potest iudicare de quæstione tangente ordinis susceptionem sed etiam de quibuscunque caussis ipsorum Clericorum.*
205 *Res sequuntur personæ naturam, & conditionem.*
206 *Differentia quæ dari possit inter spiritualia sacramentalia, & spiritualia simpliciter.*
207 *In spiritualibus simpliciter potest laicus prorogare iurisdictionẽ alterius iudicis Ecclesiastici.*
208 *Si agatur de iure decimandi, vel iure patronatus potest laicus alterius iudicis Ecclesiastici prorogare libere iurisdictionem, secus in Clerico.*
209 *Laici qui subsunt iurisdictioni Ecclesiasticæ, quia habitant in terris Ecclesiæ, libere possunt progare iurisdictionem alterius iudicis, secus in Clerico.*
210 *Voluntas propry Episcopi, quæ in hac prorogatione consideratur in Clerico, non sufficit, quod sit data ab alia persona, licet in Clerico immediate habeat iurisdictionem.*
211 *Respondetur ad cap.perlectis 25. distinctione, & de eius intellectu agitur.*
212 *Conclusio deducta ex dict. cap.significasti, quatuor modis limitatur.*
213 *Si Clericus mutauit domicilium, potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine voluntate illius, qui eum ordinauit, dũmodo interueniat consensus illius Episcopi, in cuius diœcesi*

cessi domicilium habet.

214 *Episcopus domicilij ex dispositione iuris subrogatur loco illius Episcopi, qui Clericum ordinauit.*

215 *Cap. si quis primas, & cap. Episcopum 9. quæstione secunda qua ratione procedant.*

216 *Clericus prima tonsura potest prorogare iurisdictionem alterius absque voluntate Episcopi, à quo ordines suscepit.*

217 *Ordo prima tonsuræ, licet ordo sit, non tamen est ordo, quatenus sacramentum, nec per illum imprimitur character in anima.*

218 *Refertur dictum Guid. Papæ decis. 449. quem ibidem reprobat, & illud dictum eiusdem, consilio 174. num. 2.*

219 *Si ordo sacer conferatur non subdito, valet ordinatio mero iure, & character imprimitur, licet ordinatus male faceret, & peccet, & puniatur, & ibi dictum Guid. in dicta decis. 449. reprobat.*

220 *Hodie si ordo conferatur non subdito, illi qui id fecerint per extrauagantem Pij II. sunt suspensi ipso iure, & administrantes in sacris fiunt irregulares, quod inordinatis ad minores ordines locum non habet.*

221 *Si Clericus conueniatur coram iudice, qui mero iure in eum habebat iurisdictionem, quamuis eum possit declinare, ille erit iudex, quamuis non accesserit voluntas proprij Episcopi.*

222 *Quando Clericus contraxit in aliquo loco, poterit in eo conueniri, etsi contractus sit celebratus sine voluntate sui Episcopi.*

223 *Quando voluntas Clerici nō est caussa immediata, vt corā alio iudice conueniatur, sed potius necessitas procedens à dispositione iuris, non est necessaria voluntas proprij Episcopi.*

224 *Clericus in loco contractus conueniri potest, etiamsi ibi non conueniatur, dummododo in illo contractu proprio foro renuntiauerit.*

225 *Clericus, qui in aliquo loco delinquit, in eo loco conueniri poterit sine sui Episcopi voluntate: quod intellige procedere in foro exteriore, non verò in interiore, nisi domicilium mutauerit.*

226 *Quando Clericus contraxit in aliquo loco & solutionem in alium contulit, conueniri poterit in loco, in quem collata fuit solutio, etiamsi voluntas sui Episcopi non accedat.*

227 *Expenditur text. in cap. cum dilecti, de foro competenti.*

228 *Qui promisit respondere in aliquo loco, in effectu promittit in eo loco se defendere, & litigare.*

229 *Refert communem resolutionem circa supra positam conclusionem, & distinctionem, quam in ea Doctores tradunt.*

230 *Respondere verbum quando accipiatur pro soluere.*

231 *Reprobat cōmunem resolutionem proxime assignatam.*

232 *Assignat veram resolutionem, quod dictio* Respondere, *duo significat, scilicet litigare, & soluere, & respectu solutionis poterit in loco illi destinato conueniri, nec requiritur voluntas proprij Episcopi, neque etiam poterit pœnitere.*

233 *Ponderatur Ordin. Portug. lib. 3. tit. 6. §. 2. & eod. lib. tit. 11. §. 1. noua recopilationis.*

234 *Explicatur dictum Alexand. d. l. si conuenerit. num. 15. ad finem.*

235 *Decis. Alexād. proxime relata est approbata per Ordin. Portug. lib. 3. tit. 6. §. 2. noua recopilationis.*

236 *Impugnat considerationem Alexand. & veram resolutionem assignat.*

237 *Qui promisit respondere vbicunque locorum, poterit conueniri in quocunque loco inuentus fuerit.*

238 *Qui promittit respondere in aliquo*

loco,non solum videtur intellexisse de
responsione iudiciali , sed etiam de
responsione extraiudiciali, hoc est,de
solutione cum effectu.

239 *Decisio dict.l.si cõuenerit, tantum habet locum , quando quis simpliciter promisit litigare coram certo iudice, vel promisit quod cõueniatur in certo loco , & se subiacet iurisdictioni cuiuscunque iudicis.*

1 ET primum quidem † re-
quisitum est :quod in pro-
rogatione, interueniat cõ-
sensus partium , vt probat
is text. & *l.2. in principio, infra eodem,l.*
si is qui ex consensu Codic. de Episcopali
audient. notat Bart.l. si per errorem,ad fi-
nem, supra de iurisdictione omnium iudi-
cum. Aretin.l.1.§. si quis simpliciter ad fi-
nem, col.penult.inf. de verborũ obligatione.
2 Vnde nullam acquiret iudex † iuris-
dictionem in illos, qui non proroga-
runt , etiamsi necessarij sint ad deci-
sionem caussæ, vt sunt testes, & simi-
les, *Menchac. quæstionũ vsufrequentium.*
3 *cap.14. num. 31.* Et † ideo etiam pro
regula constituitur , quod sententia
lata à iudice prorogato nihil nocet
partibus non consentientibus, vt post
Angelũ, & Paulum hic tradit Anton.
Natta.*cons.413.num.9. lib.2.* Sed circa
hoc requisitum videndum est , *vtrum*
expressus requiratur consensus, vel sufficiat
4 *tacitus ?* Et magis † communis opinio
Quæstio resolut. n. 6.
concludit, tacitum sufficere, iuxta re-
gulam *legis cum quid supra, si certum pe-*
tat. & expressim videtur probare text.
cap.cum olim,el 1.de offic.deleg. & ibi no-
tat Panormitanus. *num.7. tradit Bart.*
hic in fine. Panormit.dict.cap. P.& G.nu.
20. & ibi Imol.num.56.Panormit.cap.si-
gnificasti. nu.18.& ibi Marianus.nu.37.
Felin.nu.5.de foro competenti.Paris.consil.
15.num.4. lib.4. explicando tamen vt
per Bart. *rep. l.2. num. 7. supra si quis in*
ius vocatus non ierit.

Contrariam † tamen opinionem, 5
imo in prorogatione acquiri expres-
sum consensum, & non sufficere ta-
citum, defendit Andreas Sicul. *dict.*
cap. cum olim , el 1. num. 8. Expenden-
do nostrũ textum ibi (*ys se subyciant,*
& consentiant) nc enim verbum (*con-*
sentiant) superfluat , dicendum est,
text. velle, non sufficere subiectio-
nem , ex qua tacitus colligitur con-
sensus, sed requiri consensum scilicet
expressum:Non est tamen † receden- 6
dum à communi traditione:& ad in-
ductionem huius text. respõdet Bart.
hic ad finem explicatus, vt per Curt.
Iunior. *in fine,* Aliter etiam respondet
Panormit. *cap.1.num. 18. ad finem, de*
iudic. Sed vera † responsio est:quod is 7
text. vltra consensum partium requi-
rit subiectionem, vt efficax inducatur
prorogatio , ita vt per pœnitentiam
partes ab ea recedere nõ possint:nam
si simpliciter consentiant, & tamen
non subijciant se iudici, à consensu
illo possunt per pœnitentiam rece-
dere. *l. si conuenerit, supra de iurisdictione*
omnium iudicum,& ita respondet Are-
tin. *cap.1.num.79. de iudic. Socin. dict.l.*
si conuenerit. num.27. inf. latius dicemus:
Quinimò † adeo est vera communis 8
traditio, vt non requiratur actus posi-
tiuus, ex quo is tamen consensus col-
ligatur, sed sufficiat collectum esse ex
sola patientia,& taciturnitate, vt col-
ligitur ex traditis per Paul. Castrens.
consil.283.nu.1.ad fin.lib.1. & exemplis
propositis per Menoch. *de præsumpt.*
lib.2. præsumpt.19. à num. 6. Et ideo si
partes patiantur iudicem aliquid de-
cernere cõtra eos tanquam iudicem,
is tacitus cõsensus partium sufficiet,
ad inducẽdam efficacem prorogatio-
nem, *Alex.l.2.num.12.& ibi Iason.num.*
39.supra, si quis in ius vocat.non ierit. no-
tab.Beroius,cons.14. num.10.lib.3. provt
† ex parte iudicis satis videtur acce- 9
ptata prorogatio , si patiatur partes
coram

coram eo agere tanquã coram iudice, *Alex.l.si conuenerit.nu.7.sup. de iurisdict. omn. iudic. Felin.c. caussam quæ ad finem, de re iud. declarando vt per Menoch.cons. 340.num.57.lib.4.*

Et ex prædictis infertur, cauen-
10 dum † esse ab Aretin.& Felin. *num. 5. cap.ceterum,de iudic.* Ant. & Panormit. *num. 7. cap. ad petitionem, de accusat.* & ibi Felinus. *col.*8.dum dicunt: quod si agatur de acquirenda iurisdictione in non subditos,non sufficit solà eorum patientia: sed requiratur actus positiuus, per quẽ magis colligitur consensus, quam per actum negatiuum, *cap. ex ore, de his quæ fiunt à Prælatis, tradit Panormit.cap.cum Ecclesia.num.5. de caussa possess.* hoc enim dictum ex supra traditis manifestè confunditur.
11 Illud † tamen prædictis addendum est: quod licet sufficiat præsumptus consensus, non tamen sufficiet consensus fictus, vel interpretatiuus inductus per legem. vnde licet contumax interpretatiuè habeatur pro cõsentiente,in sui præiudicium. *l.de ætate. §. qui tacuit infra de interrog. actio.*tamen is fictus consensus non sufficiet ad inducẽdam prorogationem. Quare licet iudex procedat contra non subditum absentem, tanquam contra contumacem, & sic se gerat pro iudice,absens autem taceat siue con-
12 tumaciter non compareat: poterit † quidem contra eum ad mulctam procedere, *iuxta notat. l. si quis ex aliena, infra eodem.* Non tamen videtur inducta valida prorogatio, & ideo alia
13 † gesta per eum iudicem, tanquam manifestè incompetentem nihil valebunt. quod sentit. *l.si qui ex consensu.Cod.de Episcop.audien.& ibi not.Bald. num. 7. Panormitan. dict. cap. P. & G. num. 21. Marian. dict. cap. significasti, num.37. Iason. l.2. num.39.supra,si quis in ius vocat. Roman.consil.48. num.1. ad finem. Thomasius Grammatic. voto crimi.* 27.*num.*2. & ampliat Gama.*decis.*219.

Similiter † si iudex procedat per viam 14
inquisitionis, nunquam inducetur prorogatio: quia eo casu non adest consensus partium, etsi aliquis est, erit interpretatiuus. *l.Imperatores infra de iure fisci*, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem, vt dictum est, & ita Bald. *l. 1. in fine Cod. vbi de crimine agi oporteat & l. 1. num. 2. Cod. ad l.Cornel. de Sicar. Socin.consil. 108.in fin. lib.4. Alexand.consil.216.nu. fin. lib.6. Curt. Iun. hic num. 40. Calefatus num. 89.* qui asserit receptum, & Gregor. *l.15. tit.1. part.7. verb. respondiesse.* Quibus addendus est Felin.*cap. ad petitionem. col.9.de accusat. Balb.decis.* 159. quicquid repugnent Aretin. *cap. 1.num.77.de iudic.Felin.dict.cap.P.& G. num.9.Marian.dict.cap. significasti.num. 39.de foro competenti.*

Et ex † hoc primo requisito infer- 15
tur, quod cum protestatio contraria actui tollat consensum. *l. qui aliena §. final. infra, de acquirend. hered.* quod si quis † cõpareat in iudicio protestan- 16
do, quod non vult in iudicem consentire, cessabit prorogatio, *Paul.Castrens.l.in criminali,num.7.Cod.de iurisdictione omnium iudicum. Angel. l. sed etsi susceperit,in princ.num.1. infra eod. Felin. cap.cum M.num.69.de constit.*Etsi † iu- 17
dex nihilominus eum compellat respondere,licite ab eo appellabit,quia hæc † coactio respõdendi coram iu- 18
dice incompetenti, habet in se grauamen successiuum: & ideo quocumque tempore licita est appellatio. *cap. ex parte tua. & ibi Panormit.& Deci. de appellat.* quod † si is iudex 19
pronuntiauerit se competentem,tunc etiam iure ciuili licita erit appellatio, *glo.fin.auth.habita.Cod.ne filius pro patre.* Si † autem pars non appellauerit,tũc 20
ea sententia faciet ius inter partes,& sic exinde reputabitur, ac si in veritate esset iudex competens. *Bart. in*

lectura.l.2.num.7.supra, si quis in ius vocat. non ierit. Paul.l. in criminali. num.7. Codic. de iurisdictione omnium iudicum, declarando tamen, *vt notab. per Decium.consil.18.num.5. Afflictis decis.354. num.15.*

21 Infertur secundò ex † prædicto re-
quisito, quod cum nihil sit magis contrarium consensui, quam error. *l. nihil consensui §.fin.infra, de regul.iuris,* si partes in prorogando errauerint, quasi deficiente consensu, nihil valebit prorogatio. *l. si per errorem, supra, de iurisdictione omnium iudicum.* Et ideo si partes errando putent aliquem esse iudicem competentem, & tanquam co-
22 ram tali litigauerint, non † inducetur
prorogatio. *l. 2. in princip. infra, eodem, l.5. titul.22. par.tit.3.* Et idem si dubitet. *arg. l. fin. Codic. de condict. indebiti tradit Bart. videndus in lectura. l.2.nu.7. supra, si quis in ius vocatus non ierit. Bald. cons.475. Petrus. num.1. lib.4. Paul. Castren.d.l. in criminali. n.7. Greg.l.15. tit. 1. par.tit.7. verb.alguna. Decianus tract.*
23 *criminal. lib.4. cap.23. num.13.* Quæ †
procedunt siue sit error vtriusque partis, siue vnius tantum, item siue is error contingat ante litem contestatam, siue post, & siue sit error iuris, siue facti, vt resoluit Perez.*l.1. titul.4. lib.3. ord. veteris pag.531. col.2. & ante eum glos.3.d.l. si per errorem,* & ibi Curt. Iun. *num.14.* asserit, receptum, tradit etiam glos.*l.2. verb. si priuati, inf. eodem Panorm.cap. ad petitionem.n.7.de accusat. Marian.d.cap.significasti.n.38. Alexand. l. si mulier. num.9. inf. soluto matrimonio. Beroius cons.9. num.28. lib.3.*

24 Non diffiteor † tamen, quod Andr.
de Ysernia *in const.regni lib.1.tit.38.§.1. ad finem,* tenet contrarium, quando partes errarunt in iure: quia is error non excusat, neque est in aliqua consideratione *l.leges & constitutiones. Cod. de legibus,* id quod etiã probat Matth. de Afflictis.*lib.1.constit.rub.36.ad finem.*

Pro quibus videtur vrgere text. *l. non fatetur, infra, de confess.* dum dicit, quod ille, qui errat in iure, videtur confiteri, & sic consentire, sed respondetur
quod ille consensus † est interpreta- 25
tiuus, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem, vt dictum est. Item respondetur nos in hoc casu non agere de excusando aliquo ob errorem iuris, sed potius de defectu consensus, quem quilibet error iuris excludit.

Quinimo † dicendum est, quod in 26
dubio præsumitur is error siue ignorantia, *iuxta regul.l.verius, supra de probat.* Et ideo, vt valeat prorogatio,
oportet † constare, quod partes scien- 27
ter consenserunt in iudice, alias in competenti, vt post Specul. & alios resoluit Iacobin.*dicta l. si per errorem 1. lectur. n.22. & ibi Iason. n.10. Soc. cons. 108.n.20. lib.4. Ant. Nat. cons.82.ad finem, lib.1. Beroius, cons.6. à n.29.lib.3.*

Inuenio † tamen, quod hanc com- 28
munem traditionem declarat Iason. *dict.l. si per errorem à num.11.& ibi Dec.*
ad finem, illam procedere, in † ciue no- 29
uello, vel forensi. Nam in aliis ciuibus credunt eam non procedere: quia cum iurisdictio iudicis sit notoria in-
ter ciues, non potest † illius prætendi 30
ignorantia, *c.1.de postul.Prælato & subscribi. Calefat. l.2. num. 34. infra, eo.* & *Aretin. de Matthæis de prorogatione iu-*
risdictionis. num.15. Quæ † tamen li- 31
mitatio non placet: quia licet notoria sit iurisdictio iudicis inter ciues, non tamen ob id sequitur esse notorium, contra quas personas, & in quibus caussis ille iurisdictionem habeat: & ideo ciues in his errando, non videntur prorogasse iurisdictonem, iuxta supra tradita. Qua etiam ratione venit reiiciendum, quod post † Speculat. tradit Socin. *cons. 108. num.20. ad finem lib.4.* quod præsumitur qui-
dem † ignorantia in personis imperi- 32
tis,

tis, non autem in peritis: quia in his præsumitur scientia, subscribit Vantius *de nullitatibus, titul. quibus modis sententia nulla reparari possit, num.* 80. & Menoc. *post alios de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumpt.* 19. *num. fin.* Nam id confunditur, ex supra dicta ratione, quæ
33 semper militat: & tantum † contraria opinio admitti potest: quando verè vel præsumptiuè, constiterit prorogantem iurisdictionem perfectam habuisse notitiam iurisdictionis iudicis prorogati, *vt in terminis tradit Iafredus, Balb. decis.* 162.

34 Verior ergo explicatio † est in hoc articulo prædicta procedere, quando agitur de vera prorogatione, hoc est, de acquirenda iurisdictione de nouo in non subditum, quicquid repugnet Bald. *cap. congregato. n.* 3. *de elect.* Nam si quis mero iure habeat iurisdictionem in aliquos, qui tamen exceptione aliqua, vel priuilegio poterant se exi-
35 mere ab eius iurisdictione, tunc † distinguendum est, inter errorem facti, & iuris: nam qui per errorem facti non opposuit declinatoriam, in nihilo sibi præiudicat: *cap. pastoralis de except.* quamuis Alberic. *l.* 2. *§.* 1. *in fine, infra eodem,* dicat, his tantum succurri posse, impetrata restitutione in integrum: & quicquid istos iam non posse opponere declinatoriam contendat Paul. Castrens. *rep. l.* 1. *num.* 14. *Cod. de iurisdictione omnium indicum & Anto. de Matthæis, de prorogatione iurisdictionis. num.* 16. *vers.* 2. *intelligas.* Si vero per errorem iuris omisit opponere declinatoriam: tunc sibi præiudicat: vt co-
36 ram co†iudice tanquam competenti, teneatur respondere: nam cum agatur de tollendo obstaculo iurisdictionis mero iure competentis, locum habet, regula, quod error iuris nocet, *l. regula est, supra, de iuris & facti ignorantia,* & in his terminis proprie vrget regula. *l. non fatetur, infra, de confess.* & explicat notab. Imol. *cap. prudentiam. num.* 49. *de offic. deleg.* & in specie resoluit Alex. *l. mulier. num.* 9. *infra, solut. matrimonio Socin. regul.* 212. *Marian. dict. cap. significasti. num.* 38. *Felin. d. cap. P. & G. in fine,* & extollit Roman. *sing.* 677. Vnde † si forsitan erratum sit in re, vel 37
articulis, succurretur erranti per errorem facti: non autem per errorem iuris, *Iacobin. l. si per errorem* 1. *lectur. n.* 7. *& num.* 9. *supra, de iurisdictione omnium iudicum.* Et ad hunc modum sunt explicandi Bald. *num.* 8. *Felin. num.* 13. *cap. ad audientiam, el* 2. *de rescript. Affict. lib.* 1. *constitut. rub.* 37. *§.* 1. *num.* 36. *ad finem Maranta in praxi* 4. *parte* 12. *distinct. iudiciorum, num.* 15. *pag.* 229. *Iacobin. l.* 2. *num.* 9. *infra eodem,* qui tractantes hunc articulum nimis inuolute in eo procedunt.

Et † ex his venit explicanda glos. 38
l. 2. *§. sed si iudex verb. consensus, infra eodem,* dum tenet: quod † si ex aliquo 39
priuilegio particulari, iurisdictio iudicis potuit declinari, & per errorem iuris non fuerit declinata, iudex in ea caussa valide procedere potest: quam ibi probant Paul. Castrens. & Iacobin. Angel. Aretin. §. *minus. num.* 13. *inst. de action. & in rub. num.* 19. *Instit. de except. Panormit. cap. ad petitionem. num.* 8. *de accusat. Alexand. l. si conuenerit. num.* 19. *supra, de iurisdictione omnium iudicum, Ripa. cap.* 1. *num.* 49. *de iud. Iason dicta l. si per errorem. num.* 9. *& ibi Dec. num.* 7. *Gregor. l.* 15. *tit.* 22. *partit.* 3. *in gloss.* 3. *ampliando, vt per Paul. l. si quis postea quam num.* 5. *infra eodem, Roman. singul.* 144. idque † generaliter proce- 40
det, in quacunque exceptione declinatoria, quæ per errorem iuris fuerit omissa, vt probat Beroius, *cons.* 9. *à nu.* 32. *lib.* 3. Quid † autem sit obseruan- 41
dum, in casibus, in quibus error viciat prorogationem, si pars comperto errore de nouo consentiat in iudice? Vtrum antea gesta confirmentur?

videndus est Bald. *l. 1. num.* 8. *Cod. vbi de crimine agi oporteat*, quem sequitur Marian. *d. cap. significasti. num.* 38. *Iafred. Balb. decis.* 85.

42 Tertiò † & principaliter ex supradicto primo requisito infertur, quod cum metus sit contrarius consensui. *l. nihil consensui in princ. inf. de reg. iur.* me-
43 tus impediens consensum, irritabit † prorogationem: quod probat. *l. post princ. inf. eo. & l. si quis ex consensu Cod. de episcop. audient.* secundum intellectum glos. fin *ibi & l. 15. tit. 22. partit.* 3. ac ita receptum est, quod metus irritat prorogationem ipso iure: *notat Paul. l. in criminali. nu. 7. Cod. de iurisd. omnium iudic. Roland. consil. 2. num. 86. lib. 1. & cons. 57. à nu. 54. lib. 3. Anton. de Matth. de prorogat. iurisd. num. 19. vers. 4. principaliter, Decianus in tract. crimin. lib. 4.*
44 *cap. 23. num.* 14. Huic † tamen illationi nimis videtur obstare: regula. *l. si mulier. §. si metu, supra, quod metus caussa:* quod gesta per metum mero iure valent, & per actionem quod metus caussa veniunt rescindenda: sed res-
45 pondetur: speciale † esse in iurisdictione danda, vt illam metus vitiet ipso iure, *glossa magna ad finem, c. Abbas de his quæ vi: & ibi Panorm. n.* 2. probat etiam glos. *l. 1. §. fin. verb. non valet. inf. de aucto. tuto. Bart. l. 2. post princ. inf. eo. Panor. d. cap. P. & G. in fine. Marian. d.*
46 *cap. significasti. n.* 39. Et † generale est, quod si quis per metum recognoscat aliquem pro superiore, nihil valet ea recognitio, neque iurisdictio quæritur metum inferenti, *Bart. tract. de tyranno. nu.* 14. *Panorm. consil. 3. n. 5. vers. videtur etiam lib. 2. & cap. licet. nu. 12. de elect. Dec. cons. 69. num.* 14.

Sed videndum est: de ratione huius specialitatis? circa quod quæsitum, in primis est aduertendum: quod *l. 2. inf. eod.* loquitur in eo, qui viribus præturæ coactus fuit consentire, vt aduertit Paul. *l. in criminali. num. 7. C. de iurisdict. omnium iudic.* & sic quando † 47
coactio fuit facta per ipsum iudicem, quo casu in odium metum inferentis, nihil valet prorogatio, ex ratione. *l. meminerint C. vnde vi*, & ita in specie tradit Curt. Iun. *l. 2. in princ. num. 2. & ibi Calefatus. num. 7. inf. eod. Fortun. de vltimo fine iuris. n. 309. Anton. de Matth. de prorogat. iurisdictionis. num. 16. vers. redeundo.* Quæ † tamen ratio non est 48
concludens, quia idem esse hoc casu, si per quemcunque (qui iudex non sit) metus inferatur, probat. *l. si qui ex consensu iuncta glossa final. C. de episcop. audient.* Item quia ex prædicta ratione sequeretur, quod omnis actus gestus per metum iudicis, esset ipso iure nullus: cuius tamen contrarium probat, *l. 3. §. fin. supra, quod metus caussa l. interdum, inf. quod falso tutor auctore*, & quamuis *glos.* 2. ibi distinguat † quod 49
si metus adhibeatur per suum iudicem, tunc actus valeat mero iure: si autem per eum qui non sit eius iudex competens, tunc actus sit nullus ipso iure, & subscribat Curtius Iun. *l. 2. num. 6. inf. eo.* non tamen assignant rationem huius differentiæ.

Et ideo † ego vltra alios aduerto, 50
quod quando quis viribus † præturæ, 51
coactus est prorogare, in effectu iubet prætor se fieri iudicem in ea caussa: quod leg. *Iulia erat prohibitum. l. sed etsi in seruum §. 1. supr. de recept. arbit. l. 4. infra, de tutorib. & curatorib. datis ab his l. final. supra, de offic. Prætor. l. præses 9. supra de offic. præsid.* Vnde lege † prohi- 52
bente, merito nulla acquiritur iurisdictio metum inferenti. *l. non dubium. Cod. de legibus.* Quinimo & si non iudex † sed alius, inferat metum alicui, 53
vt consentiat in iudicem, etiam non valebit prorogatio *l. si qui ex consensu iuncta glossa fin. C. de episcop. audient.* & est ratio: quia Prætor ratum postea † 54
habens, perinde est: ac si à principio mandasset. *l. fin. Cod. ad Macedon.* & sic adhuc

adhuc militat ratio, de qua supra. Item
55 † prætor promittit, se per metum ge-
sta rata non habiturum. *l. 1. supra, quod
metus caussa*: adeo quod postea in iu-
dicio magis declaretur per metum ge-
sta à principio per prætorem non fuis-
se rata: quam quod de nouo rescinda-
tur, *Bart. l. metum. §. volenti. num. 2. supra,
quod metus caussa*. Si igitur prædicta ra-
ta haberet, esset sibi contrarius: si au-
tem illa rata non habeat: nolente non
potuit quæri vlla iurisdictio *iuxta tra-
dita per Panormit. dict. cap. P. & G. n. 22.*
Et hinc procedit, quod tradit Panor.
56 *d. c. P. & G. in fine*, quod † iudicia agi-
tata per tyrannum nihil valent, sup-
pletum, vel per officiales ab eo crea-
tos, *Bart. tract. de tyrann. num. 16. Pa-
normitanus cap. Abbas à num. 12. de his
quæ vi Ruyn. consil.* 105. *num.* 1. *lib.* sed
57 extra prædictos † terminos, gesta per
metum iudicis iurisdictionem haben-
tis, mero iure valent, & veniunt re-
scindenda. *l. 3. §. final. supra, quod metus
58 caussa*, nam tunc † cessant rationes su-
pra assignatæ. Similiter si iudex cogat
partem litem contestari, vel quid si-
mile facere, valebunt mero iure, quia
cessant prædictæ rationes, & in spe-
cie probat. *l. interdum, infra, quod falso
tutor. auctore* & post Angel. resoluit Ia-
cobin. *l. 2. in princip. nu. 11. infra eodem.*
Et hæc de primo requisito.
59 Succedit igitur secundo † princi-
pale requisitum, quod vltra consen-
sum partium requiritur, quod illæ
subiiciant se iudici: vt clare probat is
text. & sic prorogare, & se subiicere,
60 differunt, † *vt post Bald. tradit Decian.
lib. criminali. cap. 23. nu. 16.* Videndum
61 igitur est per quos actus † partes vi-
deantur se iudici subiicere: In quo ar-
ticulo duæ reperiũtur opiniones con-
62 trariæ. Prima † est: quod partes viden-
63 tur se subiicere † iudici litem coram
eo contestando, & hanc opinionem
sensit glos. 1. *hic in principio*: quam pro-
bant Alber. *num. 2. Bald. 2. lect. num. 4.*
neque improbat Curt. Iun. *num. 17.* &
eandem opinionem probat glos. *2. l. si
conuenerit, supra, de iurisdictione omnium
iudicum & glos. final. in fine. l. si per erro-
rem eodem titulo*, & esse receptam opi-
nionem asserit Fulgos. *l. 1. num. 2. Cod.
de iurisdictione omnium iudicum & l. sed
etsi susceperit. num. 1. inf. eodem*, idem as-
serit Marian. *d. cap. significasti num. 47.*
Et ita etiam in effectu resoluit Imol.
dict. cap. P. & G. n. 102. & late confir-
mat Corneus, *consi. 209. num. 1. lib. 2.*
Secunda † opinio contraria est, 64
quod tunc partes videntur se subiice-
re iudici, quando coram eo se præsen-
tant, tanquam subditi eius iurisdi-
ctioni: quam opinionem retulit glos.
2. dicta l. si conuenerit, & ibi probat,
Alex. num. 6. Dec. num. 13. Et asserit
receptum Curt. Iun. *hic num. 17. Iaco-
bin. num. 5.* & tanquam receptum de-
fendit Felin. *cap. 1. num. 6. ad med. &
ibi Rip. num. 52. de iudiciis*, & extollit
Matthæis. *sing. 107. Anton. de Matthæis
de prorogatione iurisdictionis. num. 12.* &
hæc secunda † opinio sine dubio ve- 65
rior est: ex verbis huius text. & dicta
l. si conuenerit in 2. p.
Neque admittenda † est concordia 66
Angel. *dicta l. sed etsi susceperit, num. 1.
infra eodem* & Ripæ *cap. 1. n. 49. de iudic.*
Quod si iudex cuius prorogatur iu-
risdictio, sit omnino incompetens, &
partes coram eo nihilominus se præ-
sentant: tanquam coram suo iudice,
necessaria est litis contestatio, vt par-
tes videantur se illi subiicere: si au-
tem sit mero iure competens, & ta-
men eius iurisdictio elidi possit: tunc
sufficiet coram eo se præsentare, tan-
quam coram suo iudice.
Nam verius est, quod † etsi iudex 67
sit omnino incompetens, tamen vt
partes illi videantur se subiicere, satis
est, quod coram eo se præsentent tan-
quam coram suo iudice: vt probat
Aretin.

Aretin. *cap.1.num.7.1. de iudic. Villalobos in ærario communium litera 1.nu.273.*

68 Nam † per quemcunque actum per quem aliquid petant, vel agãt coram eo tanquam suo iudici, videntur se illius iurisdictioni subiicere, *Paul.Castrens.consil.313.num.1.ad finem,lib.1.&*
69 *Menoch. de præsumpt.19.nu.6.*Et ideo † si coram prædicto iudice proponatur exceptio dilatoria ad impediendum cursum litis, satis illi videtur se subiicere, *Bart. d.l.si conuenerit. num.9. & ibi Iason.num.33. Bart. l.quidam consulebat.num.9.inf.de re iud. Felin.cap. inter monasterium.num.4. de re iudic. Bero. consil.14.num.10.lib.3.* quicquid controuertat Anton.de Matth.*de prorogatione iurisdictionis.num.12.vers.adde,*vnde merito Ancharan.*consil.192.num.5.*
70 tradit, tunc in hac materia † necessarium esse litis contestationem: quando nullus alius præcessit actus: per quem partes videantur se iudici subijcere: quod ita consuetudine obseruari asserit Guido Papæ. *decis.77.* & probat ordinatio Portugalliæ. *lib. 3. tit.37.§.penult. quæ hodie est lib.3.tit.49.*
71 *§.2.nouæ recopilationis.*Quæ † adeo vera sunt, vt licet iudex sit absens, & tamen partes ab eo aliquid petant, tanquam à iudice, vel quid aliud faciant, per quod iurisdictioni videantur se subijcere,procedant, supra tradita,Bart. *l.quidam consulebat.num.9.infra,de re iudicata,* quicquid Iacobin. *hic*
72 *num.5.* asserat receptũ, quod † saltem hoc casu necessaria sit litis contestatio; quæ tamen debent limitari, nisi ex iussu iudicis pars aliquem actum faciat, neque enim per eum videtur se subijcere, vel in eum consentire, *Bart. d.l.si conuenerit,num.2.quem probat Hippolyt.l.si quis ne quæstio.num.27.infra de quæst.* & latius comprobat Azeued. *lib.1.tit.5. lib.4. recopilationis à num.24.*
73 Vnde † generaliter receptũ est, quod per actum ex necessitate factum, non inducitur prorogatio,*auth.offeratur & ibi Bald.num.2.Cod.de litis contestatione, Angel.l.sed etsi susceperit in princ. num.2. inf.eod.Curt.Iun. in rub. num.17. Cod. de edend. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt.19.num.8.*

Ad complementum autem istius † 74
requisiti videndum est: quid operetur subiectio partis in hac materia: & est dicendum id operari, quod partes non possunt per pœnitentiam recedere à prorogatione: nam cum subijciendo se iudici, illius fuerint effecti subditi, non est amplius in potestate partium ab hoc recedere, *cap. quod semel de reg.iur. in 6.l.id quod nostrum,inf. de reg. iur.* Et hæc est vera explicatio istius quæsiti, quamuis alias referat Curt.Iun. *hic num.17. Ripa. cap.1.num. 48.de iudicijs.*

Ex ista explicatione † colligitur, 75
notabilis declaratio ad nostrum text. vt dum probat ad prorogationem inducendam: requiri partium consensum, & subiectionem: id ex eo procedat: quod † prout in corporalibus 76
ex sola conuentione, non transfertur dominium. *l.traditionibus.C.de pact.* ita etiam † in corporalibus ad transfe- 77
rendum ius non sufficiat consensus: sed requiratur aliquid aliud quod videatur subire locum traditionis.*l.3.§. d.re, supra, de vsufruct. l.penult. supra, de seruit.gloss.recept.l.2.Cod.act. & oblig.* Et ideo in † nostro text.requiritur etiam 78
subiectio,vt quasi interueniente quadam traditione,prorogantes efficiantur subditi illius iudicis, quod ita in specie explicat Aretin. *cap.1. num. 79. de iud.* cui subscribunt Socin. *dicta l.si conuenerit. num.27. Alciat. l.penult.nu.5. Cod.de pact.& Roger.à Mota hic.nu.40.* Et † in simili obseruat Guid.*decis.315.* 79
num. 1. Neque huic explicationi obstat argumentum Iaso. *dicta l.si conuenerit.num.1. in fine*, quod in prorogatione, agitur de extendenda iurisdictione,

ctione, & ideo non est necessaria tra-
ditio, quia respondetur in nostro ca-
su, prædictam extẽsionem fieri ad per-
sonam non subiectam iurisdictioni
iudicis. Vt igitur hæc extensio plene,
& perfecte videatur facta: requiritur
quod pars se subiiciat, & sic quod in-
teruenIat quædã illius quasi traditio,
l. non distinguemus. §. dies, supra, de recept. arbitr. qua ratione etiam refelluntur
obiectiones, quas aduersus Aretini
explicationem faciunt: Curt. Iun. *hic num.* 18. *Ripa. cap.* 1. *num.* 48. *de iud.*

80 Sed quoniam † vera & perfecta ex-
plicatio istius articuli pendet ex vero
intellectu, text. præcipui in hac mate-
ria. *l. si conuenerit, supra, de iurisdict. omnium iudicum*, latius circa illius inter-
pretationem insistemus. Text. ergo il-
le, duas habet partes; in prima probat,
quod si aliqui conueniant, vt certus
iudex de caussa aliqua cognoscat: po-
terunt partes mutata voluntate, im-
pune à prædicto pacto recedere: Cui
tamen conclusioni nimis videtur ob-
stare regula, *cap. quod semel de regulis iuris in* 6. *& l. sicut C. de actio. & obligat.*
81 propter quam difficultatem prima †
pars, *dict. l. si conuenerit*, varios patitur
82 intellectus. Nam † Alciatus, *lib.* 2. *Paradoxo. c.* 17. existimat text. esse intel-
ligendum: quando consensu vtriuf-
que partis, à prima conuentione rece-
ditur, hoc enim eis licebit: iuxta reg.
l. 1. *C. quãdo liceat ab empt. recedere*, quem
intellectum tacito auctore sibi arro-
gat Coras. *l.* 4. *Misc. c.* 5. & scribit Co-
uar. *cap. quamuis pactum, de pactis in* 6. 1.
parte §. 4. *nu.* 7. qui quidem intellectus
non est nouus. Nam illius meminit
Albe. *dicta l. si conuenerit in princip. Dec. l. penult. n.* 18. *C. de pact. & cap.* 1. *in* 1. *lect. num.* 19. *& ibi Beroius. n.* 148. *de iudic.*

83 Sed is intellectus omnino † reii-
ciendus est, quia ex dicta *l. si conuenerit in fine*, aperte colligitur, quod si vna
ex partibus pœnituerit, non compel-
letur stare conuentioni: & † ideo 84
Dec. *dict. l. si conuenerit in principio* exi-
stimat, speciale esse in pacto de pro-
rogando iurisdictionem, quod quæli-
bet pars possit ab eo recedere pœni-
tendo quod etiam Iason. *ibi, n.* 1. *Curt. Iunior. hic num.* 17. *Sapia nu.* 20. & tra-
dunt hunc intellectum tanquam re-
ceptum: pro constanti præsupponit
Dec. *cap.* 1. *in* 4. *lect. num.* 18. *& ibi Rip. num.* 48. *de iudic. Iason. Dec. & Curt. Iun. l. penult. C. de pact.* Et ante omnes hunc
intellectum assignauit Cynus. *l. si qui ex consensu. n.* 9. *Cod. de Episcop. audient.*
eam reddens rationem, ne alias pars
coram iudice forte suspecto litigare
cogatur: & subscribit Ioan. Andr. *in addit. ad Speculum tit. de compet. iudic. aditio.* §. 1. *num.* 19.

Sed † etiam is intellectus non pla- 85
cet, quia refugium est † miserorum, 86
recurrere ad specialia, *gl. l. filium quem habentem Cod. familiæ herciscundæ.* Qua-
re † Bart. *d. l. si conuenerit. num.* 1. *& ibi* 87
Alber. in princip. existimant, in eo text.
nullum speciale contineri: sed proce-
dere iuxta regulam † generalem, quod 88
iure ciuili ex pacto nudo non datur
actio. *l. iurisgentium*, §. *nulla*, *sup. de pactis*, & ob id nullum cogendum es-
se, stare nudo pacto de prorogando.
Subscribit Anton. *cap.* 1. *num.* 37. *de iudic. Imol. cap. significantibus. num.* 25. *& cap. P. & G. num.* 106. *de offic. delegati, Marian. cap. significasti. num.* 46. *de foro competenti*, & eundem videtur appro-
bare Card. *col.* 2. *Imol. num.* 31. *& Panormitan. num.* 19. *cap.* 1. *de iudic.* dum
recedunt à *num.* 2. intellectu supra re-
lato, quod sit speciale in pacto de pro-
rogando, vt in eo sit licita pœniten-
tia: & pro hoc intellectu possunt ex-
pendi verba, *dictæ l. si conuenerit (proculdubio)* significat enim, textum illum
procedere, secundum communes, &
ordinarias iuris ciuilis regulas.

Et ex † hoc vltimo intellectu ma-

gis communiter recepto, aperte colligitur labi Doctores communiter, dum dicunt, quod in terminis. *d. l. si conuenerit*, licitum sit partibus pœnitere: quia cum ibi agatur de nuda partium conuentione, non potest tractari de pœnitentia partium: quia illi
90 tantum † locus est in contractibus innominatis correspectiuis, qui ex se producunt actionem. *l. naturalis. ff. de prescript. verb.* & tamen re integra in illis locus est pœnitentiæ. *l. si pecuniam supra de condit. ob caussam*, sed in pactis nudis cum non nascatur actio, non potest tractari de pœnitentia, *gloss. l. si cum fundum supra de pactis.* Non est igitur dicendum in terminis. *d. l. si conuenerit*, licitum esse partibus pœnitere, sed potius quod non sunt compellendæ partes illi conuentioni stare, *d. §. igitur nuda*, quod aperte colligitur ex verbis *d. l. si conuenerit.*

91 Vnde † infertur, quod si ille, cui pactum fuit factũ de prorogando, non ex obseruantia pacti, aliquod damnum incurrat per actionem de dolo, illud ab aduersario recuperabit. Nam cum vera ratio *d. l. si conuenerit*: in eo
92 consistat, quod † ibi agatur de pacto nudo, succedit celebris regula in materia pacti nudi, quod licet ex illo non nascatur actio. *d. §. igitur nuda*, tamen si ille, cui pactum non obseruatur, aliquod damnum incurrat, competit ei in subsidium actio de dolo, per quam damnum illud recuperabit ab eo, qui pactum non seruauit. *l. & eleganter. §. seruus pactionis, supra de dolo*, per quam hanc declarationem ad *d. l. si conuenerit*, assignauit Panormitan. *cap. 1 num. 19. in fine, de iudic.* cum quo alij transeunt, & esse receptum asserit Anton. de Matth. *de prorogatione iurisdictionis, num. 12. vers. si vero de promissione:* quamuis Ripa. *dict. cap. 1. num. 55. de iudic.* falso asserat Doct. communiter contrarium sentire, addendo tamen, quod † hoc casu obseruantia 93
pacti, non est caussa immediata dandi actionem de dolo, sed potius damnum incursum in proprio patrimonio, propter non obseruantiam prædicti pacti vt obseruat Bart. *d. §. seruus pactionis in fine, Dec. cap. 1. in 2. lectur. col. 10. in princip. de iudic.* ac proinde in terminis dict. *l. si conuenerit*, ille, cui non obseruatur pactum † de prorogando, 94
tantum recuperat expensas, quas fecit propter prædictum pactum: non autem obtinebit interesse, quod propterea, quod paciscens non obseruauit pactum, probabiliter prætendere poterat, vt aduertit Socinus. *d. l. si conuenerit. num. 22. & ibi Dec. num. 10.* licet Iacob. *ibidem. num. 28.* & Ripa. *dict. cap. 1. num. 55. de iudic.* id non satis perceperint.

Infertur etiam, quod cum † certum 95
sit, quod quamuis pactum nudum non producat actionem, tamen pariat exceptionem *d. §. igitur nuda*, vtique in † terminis. *d. l. si conuenerit*, nulla ex 96
partibus cogetur stare prædictæ conuentioni, & tamen propter pactum excipere poterit: Exemplum habes. *l. penult. Cod. de pactis.* nam in eo casu iudex mero iure habebat iurisdictionem in paciscentes, & tamen propter priuilegium poterat declinari eius iurisdictio per partes, vt intellexit Fulgos. *l. si quis in conscribendo. num. 5. Cod. de Episcop. & cleric. Imol. cap. significantibus num. 24. de offic. delegati, Iacob. l. si per errorem. 1. lect. num. 5. sup. de iurisdictione omnium iudicum.* Poterit igitur vnus ex paciscentibus conuenire alterum coram iudice mero iure competente, & si illi opponat priuilegium, poterit excipere, siue replicare de pacto, quod licet non producat actionem, parit tamen exceptionem & replicationem, *d. §. igitur nuda*: id quod in terminis videtur probare text. *cap. dilecti, de foro competenti*, iunctis tradi-

tis

tis per Alexand. *d. l. si conuenerit. num.*
97 15.*ad finem*,& † hoc etiam modo procedit. *cap.* 1. *de iudic.* Nam in eo text. Concilium Africanum erat mero iure competens aduersum illum Episcopum nomine De quod vult Deo: *vt ibi per glos.* 3. quia alias propter contumaciam non posset Concilium eum excommunicare. Si igitur prædictus Episcopus, qui promisit respondere in Concilio, propter aliquod priuilegium declinauit Concilij iurisdictionem, tamen ope replicationis cogendus esset in Concilio respondere *iuxta supra tradita*, & ideo quia illatenus recessit, merito tanquam contumax potuit excommunicari, vt est de mente Panormitani. *d. cap.* 1. *num.* 17. *& ibi Decius.* 1. *lect. num.* 17. *Beroius num.* 142. *Felin. cap. dilecti. col. fin. de foro competenti. Alexand. d. l. si conuenerit. num.* 8. & dicit verum, & communem intellectum Iacobin. *hic num.* 5. *& d. l. si conuenerit.* 1. *lect. num.* 5. quicquid Ripa. *dict. cap.* 1. *n.* 50. asserat Doct. communiter aliter eum text. intelligere.

Vlterius ex prædictis infertur, par-
98 tes † non posse renuntiare dispositioni *d. l. si conuenerit*, nam cum in eo fundetur, quod ex pacto nudo non datur actio, possunt partes efficere suo consensu, vt ex pacto nudo detur actio. *l. nemo potest, infra de leg.* 1. & resoluit Butigel. *in rub. num.* 23. *infra de verborum obligatione. Alciat. l. penult. num.* 52. *C. de pactis, & in specie* (licet diuersa ratione) probat Bald. *cap. P. & G. num.* 9. *de offic. delegati*, & subscribit Dec. *l. penult. num.* 19. *& ibi Alciat. num.* 7. *C. de pactis Corne. cons.* 209. *num.* 19. *& num.* 23. *lib.* 2. quicquid dispositioni, *dict. l. si conuenerit*, renunciari posse, teneat Albe. *dict. l. si conuenerit. num. final.* quem ibi sequitur Zasius, *num* 20. *Iason. l. penult. num.* 11. *Codic. de pactis.*

99 Præterea & ex † prędictis infertur, quod si in terminis, *dict. l. si conuenerit*, pacto nudo fuisse subiecta stipulatio, propter stipulationem cogentur partes stare conuentioni. *l. ex placito, Cod. de rerum permutat. & ita Bart. d. l. si conuenerit. num.* 4. *& ibi Albe. num.* 2. *Panormitan. cap.* 1. *num.* 19. *in fin. & ibi Dec.* 1. *lect. num.* 20. *&* 2. *lect. num.* 10. *de iudic.* quamuis id non satis perceperit Couar. *cap. quamuis pactum de pact. in* 6. 1. *part.* §. 4. *num.* 7. Non autem intelligas stipulationem subiectam pacto, inducere prorogationem vt male intelligebat Curt. Iun. *hic num.* 10. quia aliud est pactum de prorogando, aliud prorogatio † *l. in bonæ fidei, supra, de eo* 100
quod certo loco, & in specie probat. *l. non distinguemus* §. *dies. supra, de recept. arbit.* Melius † ergo dicetur, quod propter 101
stipulationem cogentur partes prorogare, & si non fecerint, tenebuntur ad interesse, iuxta regulam *l. stipulationes non diuiduntur.* §. *celsus, infra, de verborum obligat. tradit Bart. dict. l. si conuenerit, num.* 4. *Imol. cap. significantibus, num.* 25. *de officio delegati*, & dicit receptum Ripa. *cap.* 1. *num.* 55. *de iudic.*

Vnde cauendum † est à Perro, & 102
Cyno. *n.* 9. *l. si qui ex consensu. C. de Episcopal. audien.* & à Ioan. Andr. *in additio. ad Speculum tit. de iudicis competent. additio.* §. 1. *num.* 19. *Andr. Sicul. cap.* 1. *num.* 122. *& ibi Dec.* 1. *lectur. nu.* 20. *de iudic. Iason. d. l. si conuenerit, n.* 18. *Socin. in rub. col. penult. & ibi Iacob. Niger. n.* 178. *infra, de verbor. oblig.* dum dicunt: quod si in terminis. *d. l. si conuenerit*, pacto subiecta sit stipulatio, si illud non obseruetur: non ob id inobediens tenebitur ad interesse, vel ad pœnam promissam, quia cum. *d. l. si conuenerit*, permittat partes pœnitere posse, quod fit lege permittente, pœnam non meretur. *l. Grachus. Codic. de adulter.* Neque aduertunt, *l. si conuenerit*, non procedere, si pacto sit subiecta stipulatio, nam tunc partes pœnitere nō possunt. *l. ex placito. Codic. de rerum permutatione*,

103 & supra dictum est: & sic cessat † eorum ratio: quare & interesse & pœna promissa, hoc casu peti poterunt, *l. si pacto quo pœnam. C. de pactis*, quinimo non solum illa peti poterunt in domicilio illius, qui stipulationi nõ paruit: sed etiam corã iudice, cuius promissor tenebatur iurisdictionem prorogare. Et est ratio, quia provt ratione stipulationis principalis, promissor poterat conueniri coram prędicto iudice, vt satisfaceret promissioni, & sic prorogare eius iurisdictionem, ita etiam poterit cõueniri coram eodem iudice, ratione interesse, quod debet: quia promissioni non satisfecit. *l. eum qui adiuncta glo. 1. inf. eod. l. in bona fidei, infra, de eo, quod certo loco, tradit Aretin. conf. 89. col. 2. Dec. l. si conuenerit. num. 11.* Et ita in terminis per prædictam rationem, concludunt Guiliel. & Alb. *hic num. 2. Iacobin. 5. in fine Anton. cap. 1. num. 39. & ibi Panormit. num. 20. Dec. 1. lect. num. 22. de iud. Imol. dict. cap. P. & G. n. 106. Ant. de Matth. de prorogatione iurisdictionis. num. 12.*

104 Contrariam tamen † opinionem, probat Marian. *d. cap. significasti. nu. 46. de foro competenti, Andr. Sicul. c. 1. n. 123. & ibi Rip. nu. 56. Beroius, num. 79. de iud.* ea ratione: quia non secuta prorogatione, ille iudex remanet omnino incompetens. Vnde coram eo nihil peti potest: sed facilè respondetur: quod provt iudex respectu promissionis de prorogando, erat competens ad cogendum partes prorogare, vt dictum est, ita etiam remanebit competens, respectu secundariæ obligationis ad
105 interesse: quia † pars non paruit promissioni. nam in obligationibus facti, si factum non præstetur, illius loco
106 succedit obligatio ad † interesse, *l. si quis ab alio. §. fin. inf. de re iud.* quæ obligatio recipit per omnia naturã obligationis principalis. *Bart. l. stipulationes non diuiduntur, num. 40. inf. de verb. oblig.* ergo etiã quoad forum, *vt dictum est:* Præterea † qui promittit factum, non 107
præcise compelli ad illud præstãdum, sed soluendo interesse liberatur, *l. si stipulationes, non diuidantur, §. Celsus inf. de verb. oblig.* Et sic † qui promittit fa- 108
ctum, virtualiter videtur promittere interesse, si factũ non præstetur. *Imol. d. cap. P. & G. num. 106.* Ergo vbi pro facto cõueniri poterat, poterit etiam cõueniri pro interesse tacite promisso. *l. 1. supra, de eo, quod certo loco.*

Vnde à cessante ratione † videtur 109
inferri, quod si pœna certa promissa sit, si factum non præstetur: *iuxta l. fin. inf. de prator. stipul. & §. fin. Insti. de verb. oblig.* non poterit hæc pœna peti coram iudice, cuius proroganda fuerat 110
† iurisdictio, quia nullibi probatur, hanc pœnã succedere loco facti promissi, neque illius naturã sortiri, imo per se consideratur, tanquam quid diuersum à facto principaliter promisso, & ita Decius. *cap. 1. in 1. lectura. num. 22. de iud.* Et quamuis Imola, *ibi nu. 31.* & Ripa. *num. 56.* Marian. *d. c. significasti, num. 46.* Socinus, *dicta l. si conuenerit. num. 29.*

Existiment, imo pœnam coram † 111
prędicto iudice peti posse: tamen opinio Decij verior est, nam interesse loco facti subrogatur: & ideo peti potest in loco, in quo factum principale erat præstandum. *l. 1. supra de eo, quod certo loco,* & tamen † in pœna promissa 112
contrarium obseruatur: neque enim illa peti potest in loco, in quo factum erat implendum, nisi id clare fuerit expressum, vt resoluit Alexand. *l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus. num. 17. infra, de verbor. obligatio.* vbi † Barto- 113
lus, *num. 4.* Idem sentit: *facit l. qui fundum iuncta gloss. supra, de contrahend. emptione.* Ex quibus constat, quantum ab scopo in hoc articulo aberrauerit *Beroius, cap. 1. num. 180. de iudic.* dum existimat, coram iudice, cuius prorogan

rogauda fuerat iurisdictio, facilius
114 peti posse † pœnam promissam, quam
interesse.

Vltimò ex supra traditis consequitur, non esse veram traditionem Ancharan. *consil.* 192. *num.*8. *Andreas Sicul. cap.*1. *num.*103. *& ibi Felin. num.6. Decius* 1. *lectura.num.*23. *de iudic. Idem Dec. l.penult.num.*19. *Codic.de pactis, Iason. dicta l.si conuenerit, num.7. Alexand. consil.*89. *num.*4. *lib.*7. *Guid.Papa, decis.*77. *Iafredus Balbus decis.*48. Couarru. *dicto cap. Quamuis pactum.* §.1. *num.*4. *& 7. & in rubrica de testamentis, 2.parte.nu.9. Antonius de Matthæis, de prorogat.iurisdict. num.*12. dum dicunt, quod si pacto de prorogando additum sit iuramentum, statim acquiritur iurisdictio illi, cuius proroganda erat iuris-
115 dictio, & quidem † irreuocabiliter;
nam id verum esse non potest ex supra traditis, & quia ex solo consensu partium, non acquiritur iurisdictio, nisi etiam interueniat partium subiectio, vt probat is text. & statim dicemus, vnde verius prædicti docuissent, quod propter iuramentum par-
116 tes non poterunt à promisso † recedere, sed cogentur præcisè illud adimplere, iuxta doctrinam gloss. receptæ. *l. si pecuniam verb. necesse, supra, de cond. ob caussam,* quod in terminis sentit Angelus. *dict.l.si conuenerit.n.*1. *Imola dicto c. significantib.num.*35. *de offic.delegati Iacobinus, hic num.*8. *Alciatus.l.penult num.*9. *C.de pactis, Franciscus Mar-*
117 *cus, decisione* 544. *num.*1. *lib.*2. Quinimò †
Anton. *cap.* 1. *num.* 40. & ibi Panormitan. *num.* 21. *de iudic.* contendunt: in specie, *dict.l.si conuenerit,* licere partibus pœnitere, non obstante iura-
118 mento: Sed † vera resolutio est: quod
si pactum de prorogando vallatum sit stipulatione, promittens cum iuramento prorogare præcisè cogetur illud adimplere, iuxta receptam doctrinam gloss. *dicta l. si pecuniam verb. necesse,* si autem solum pactum nudum
† interpositū sit cum iuramento, quid 119
iuris sit pendet à traditis per Bart. *l.si quis pro eo.num.*3. *infra de fideiussor.* dum tractat, vtrum per iuramentum vestiatur pactum nudum, ita vt ex eo detur actio, & hæc de prima conclusione dictæ *l. si conuenerit.*

Succedit † igitur secunda princi- 120
palis conclusio. *dict. l. si conuenerit,* ibi *(priusquam adiretur)* nam per argu-
mentum à contrario † sensu videtur 121
probare, quod si post pactum de prorogando, adirus sit iudex, non possunt partes pœnitere, neque ab eo recedere, quia adeundo iudicem videtur in eum consentire: & præterea illi se subijcere. Vnde efficax resultat prorogatio: vt probat noster text. & supra diximus, & est aduertēdum quod
d.l.si conuenerit, in hac secunda † parte 122
rantum requirit, quod iudex adeatur: quare si partes coram iudice dicant, se illius prorogare iurisdictionē, hoc inducet efficacē prorogationem, notat Iafred.Balb. *decis.*48. ac ita non est necesse, quod coram illo lis contestetur, vt supra probauimus. Quod si iudex non fuit aditus, sed interuenit solus consensus partium; non inducetur efficax prorogatio: sed procedet prima pars dictæ *l. si conuenerit:* Ex
quibus constat, non satis † aptè fuisse 123
locutos in hac materia, *Imol. dict.cap. P. & G. num.* 112. *Socin. dicta l. si conuenerit. num.*27. *& ibi Iacobin.* 1. *lectura col.final.Cornel. consil.*209. *num.*23. *lib.*2. dum dicunt, quod propter pactum de prorogando statim acquiritur iurisdictio iudici reuocabiliter, tamen donec coram eo lis contestetur, nam cum ante iudicis aditionem, non interueniat subiectio, seu quasi traditio, nec reuocabiliter, nec irreuocabiliter potest videri prorogata iurisdictio illius iudicis, cuius iurisdictio veniebat proroganda: quod colliges

ex Salycet. *l.1.num.4. C.de iurisdict.omnium iudicum, Anton.cap.1. num.39. &*
124 *ibi Aretin.n.72.de iudic.* neque † etiam apte in hac materia locutus est Guid. Papæ *decis.*370. quod si partes dicant subiicere se iudici, ex hoc inducatur efficax prorogatio: nam solo dicto non inducitur quasi traditio, *arg.l.traditionibus.Cod.de pactis.* Oportet igitur partes adiuisse iudicem:& postea prędicta verba protulisse.

125 Præterea † & ex supra dictis constat, non esse verum, quod tradunt Alexan.*dicta l.si conuenerit,num.6.& ibi Socinus num.4. Iason.num.21. Dec.n.15. Iason.l. penult.num.2. Cod.de pact. Felin. cap.1.num.7. & ibi Dec.1. lect. num.23. de iudic. Catella in memorabilibus verbo prorogatio, & Decianus, lib.4. criminal.c.23.num.16.*quod si partes confiteantur aliquem esse suum iudicem, ex hac sola confessione, iurisdictio ei irreuocabiliter videtur quæsita: adducentes Bald.*l.si pater.num.1.Cod.ne de statu defuncto.* quod & tradit Decianus. *lib.4. criminal.cap.23.num.16.in fine.* Id enim esse verum non potest ex supra traditis: Cum enim tunc nulla interuenerit quasi traditio partium: per solam confessionem, nullo modo potuit prorogari iurisdictio illius, cuius veniebat proroganda iurisdictio. Nam
126 simpliciter confessio, vt † simplex recognitio, non habet vim traditionis, vel quasi, vt probat Dec.*l. traditioni-*
127 *bus.num.6.C.de pactis,* † & ita in terminis contra prædictos tenet Socin.*consil.*108.*num.*20.*lib.*4.Quinimo videtur, quod nec illa confessio obligat confitentes ad prorogandum, quia fateri, quem esse meum iudicem competentem, qui re vera non est, non est prorogare velle iurisdictionem, sed magis
128 † errare: quæ erronea confessio nihil nocere, vel operari solet, *l.cum falsa.Codic. de iuris, & facti ignorantia.* quod ita in specie post Socinum probat Maranta *in praxi 4.parte 12.distinctione iudic.num.7.pag.*227.

Neque contradicit † traditio Baldi 129
d.l.si pater.num.1.C.ne de statu defuncto. quia loquitur in non subdito, qui ex certa scientia cōfitetur coram iudice, illum esse suum iudicem: nam in his terminis certa scientia excludit errorem, & † confessio illa facta in præ- 130
sentia iudicis habetur pro subiectione, *Mathesil.sing.*107.Et ideo efficax † 131
inducetur prorogatio: sed in dubio magis præsumetur error, *d.l.cum falsa.* & tradit in specie Iacobin.*l. si per errorem, 1.lectur.nu.12. supra de iurisdictione omnium iudicum.*Et hæc de secundo requisito principali prorogationis.

Sequitur tertium principale requisitum, quod in personis Ecclesiasticis ad † validitatem prorogationis re- 132
quiritur, quod facta sit cum consensu, siue licentia proprij Episcopi, alias nihil valebit prorogatio, *glos.1. hic per textum expressum.cap. significasti, de foro competenti.* Quoniam autem text. ille est de principalioribus in materia prorogationis, latius circa illius interpretationem insistemus.

Ex † illo igitur text. prima fit con- 133
clusio: Laici possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici. Nam cum *d.cap. significasti*, proponat regulam, quod quilibet potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis, & ab hac regula excipiat clericum, qui non potest prorogare iurisdictionem iudicis secularis: ergo clare sentit, secundum regulam, secularem posse prorogare iudicis Ecclesiastici iurisdictionem, & in specie probat.*l.si qui ex consensu. Cod. de Episcopali audien.* Et tanquam receptum tradit Boërius.*decis.*65.*n.*5.*Octau.decis.*78.*n.*2. *& Anton. Natta.consil.*413.*num.*4.*lib.*2.Et est ratio huius differentiæ: quia licet secularis
† sit incapax cognoscendi de caussis 134
spiritualibus, vel Ecclesiasticis.*cap.*2.
de

135 *de iudici.* tamen clericus capax est † iurisdictionis secularis, *vt per Oldrad. cons.* 83. *num.* 7. & ideo secularis potest illius prorogare iurisdictionem.

Et est expendendum dict. *cap. significasti*, probare id etiam iure Canonico permissum esse, *vt ibi notat Marianus. num.* 40. quicquid Anton. ibi. *numer.* 9. Panormitanus. *num.* 15. contrarium videantur sentire, allegando textum cap. *per venerabilem, §. insuper, qui*
136 *filij sint legitimi*: qui tamen † loquitur in legitimatione spurij, quæ specialiter reseruata est Principi, in signum supremæ potestatis, *auth. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. final. collat.* 7.
137 Et † ideo in eo laicus non potest prorogare iurisdictionem Ecclesiastici, neque è contra, vt aduertit Alexand. *l.* 1. *§. & post operis. num.* 20. *inf. de noui operis nunt. Cap. decisione* 9. *num.* 4. *& num.* 14. *notab. Bossius in praxi, tractat. de Principe num.* 261. Sed extra hunc casum prædicta ratione speciali nitententem secularis bene potest prorogare iurisdictionem Ecclesiastici, vt in notab. casu tradit Franciscus Marcus, *decis.* 544. *in* 2. *parte.*
138 Neque † etiam prædictæ conclusioni repugnat text. *cap. ex tenore, de foro competenti*, quia in eo laicus conuentus non volebat prorogare iurisdictionem Ecclesiastici, imo nolebat coram eo respondere: & ideo cessante prorogatione, merito remittitur ad suum iudicem, hoc est, dominum temporalem, *vt ibi explicat Panormitanus. num.* 3. Quamuis ad illum text. alios intellectus, & minus probabiles referat Afflictis, *c. Imperialem. §. praterea si inter duos. num.* 28. *de prohibit. feudi alienat. per Federicum.*
139 In † Regno sane Portugalliæ, prohibitum est: ne laicus proroget iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, *Ordinat. lib.* 2. *titul.* 1. *§. final. qua hodie est lib.* 12. *titul.* 1. *§.* 4. *noua recopilationis*: quod etiam † & consuetudine generali obseruari in Regno Franciæ, asserit Guilelm. *cap. Raynutius verb. & vxorem. decis.* 2. *num.* 53. Aufrerius *tractat. de potestate Ecclesia super laicos, quæstione* 1. & idem † etiam obseruari in Regno Nauarriæ asserit Nauarrus, *cons.* 51 *num.* 4. *sub rub. de sentent. excommunicat.* & *ibi num.* 5. defendit eas leges, & consuetudines optimo iure fuisse inductas. 140 141

Quod † sane intelligendũ est, quando hæc prohibitio facta est per Principem supremum non recognoscentem superiorem, vt probat text. *l.* 2. *§. sed etsi iudex, inf. eodem*, & tradunt Bald. *cap. Imperialem, §. praterea inter duos. n.* 19. *& ibi prapositus, col.* 3. *de prohibit. feudi alienation. per Federicum & in terminis Octauian. decis. Pedemonta.* 31. *num.* 7. 142
Nam si fuerit † inferior à Principe, & qui recognoscat superiorem, prædictam † inhibitionem facere non potest: neque enim subditis suis potest tollere difficultatem sibi per legem concessam, quam ipse derogare non potest, ex nostro text. & *dicto cap. significasti, in principio*, adiuncta regula. *l. si constante, in fine. Cod. de donat. ante nuptias & l. si arrogator in fine, supra de adoptio.* & expresse probat Alberic. *hic num.* 4. *in fine Panormitanus dict. cap. P. & G. num.* 19. *& ibi Imol. num.* 97. *Panormit. dicto cap. significasti. num.* 7. *Alexand. l.* 1. *§. & post operis. num.* 23. *infra de noui operis nuntiat. Capicius decisione* 9. *nu.* 2. quidquid repugnent Marianus. *dicto cap. significasti. num.* 45. *Boerius decisione* 214. *num.* 2. 143 144

Ex quibus dubia redduntur ea, quæ in materia tradunt Afflict. *decis.* 1555. *num.* 6. *Octauianus decisione* 78. *in fine Frecia. de sub feudis lib.* 2. *titulo de auctoritate, & potestate Baronis* 10. *auctoritate, pagin.* 265. Dum † dicunt, Barones posse inhibere vasallos, ne alterius iurisdictionem prorogent: & ante eos sentit Bald. *cap. Imperialem. §. praterea* 145

terea si inter duos. num. 19. & ibi Prepositus.col.3.de prohibitione feudi alienat.per Federicum Vrsillus ad Afflict.decis.155. à num.3.& in additione ad decisionem 265. num.39. Quinimò idem Bald. *l. decernimus.num.2. in fine Cod. de Sacrosanctis*
146 *Ecclesiis.* existimat, † vasallos non ratione feudi, sed tantum ratione obedientiæ, & fidelitatis non posse prorogare alterius iurisdictionem inuito domino, & subscribit Afflict. *dicto §. præterea si inter duos. num. 28. & nu.29. Guillelm.cap. Raynutius verb. & vxorem decis. num.54. & Vincentius de Franchis decis. 417. num. 2. in 2. parte.* Id enim manifestè ex supra traditis confunditur, solus enim Princeps supremus potest facere prædictã inhibitionem, *vt dictum est:* & pariter venit reijcien-
147 dum id quod tradit Andreas de † Ysernia *lib.1. constit.rub.50.* quod Imperator potest inhibere,ne vasalli super re quam ab eo tenēt alterius prorogent iurisdictionem, sed vasallos ratione personarum, & non rerum: non potest inhibere, ne alterius prorogent iurisdictionem, verius enim est ex supra dictis Principem supremum, indistinctè posse facere prædi-
148 ctam inhibitionem.Sed inferiorem † à Principe nō posse eā facere, etiamsi propter prorogationem vasallorum, forsitan amittat sportulas, vel aliud lucrum speratum, vt contra Paulum *dicto §. & post operis, num. 6.* resoluit Alexand. *ibi, num.20. Capic.decis.9. nu. 12. & ante eos Imol.dicto cap.P & G.nu. 100.* quicquid Paulum conetur defendere Claud. *dict.§.& post operis.nu. 11.& Octauian.decis. Pedemont.78. nu. 19.* Similiter & pari ratione videntur
149 corruere tradita per Guidonem † Papæ,*consil.174.num.1.& decis.77.num.1.* quod si quis fuerit iudex perpetuus vasallorum, vt sunt comites, & barones, non possunt vasalli absque eorum consensu alterius prorogare iurisdictionem, allegant Bart. *dict. §. & post operis. num.* 8. qui post Iacob. de Aretin. id videtur sentire, quod & tenet Afflictis,*decis.265.num.35.& lib.1. const.rub.42.nu.30. Capic. decis.9.à.nu.3. Vrsillus ad Afflict. decis. 155. à num. 3.* quod & sentiant relati per Sylua.*cons. 25. num.40. & per Menoch. consil. 340.*
*num.55.lib.4.*hæc enim † traditio ma- 150
nifestè ex supra dictis confunditur: neque Bart. *dict.§.& post operis.num.8.* contradicit, quia si bene ponderetur, in effectu recedit ab opinione Iacob. de Aretin. & magis probat nostram resolutionem quam ibi defendit Alexand.*num.15.& num.20 Iason.num.11. & Imola.dict.cap.P.& G.num.71. Paul. l.penult.C.de pactis : Angel. Aret.§.idem iuris.nu.42. Inst.de except. Marian. dicto cap. significasti.nu.44. Maranta in pract. 4.parte 12. distinct. iudicio. num. 19.* & magis probat Socin.*consil. 87. num.2. lib. 3.* quicquid existimet Vincentius de Franc. *decis.417. num.2. in 1. parte:*
denique, & † ex prædictis à fortiori 151
veniunt reijcienda tradita per Bald. *l. decernimus.num.2.in fine. C.de Sacrosanctis Ecclesiis* quod vasalli ratione tantum obedientiæ, & fidelitatis,adhuc non possunt prorogare alterius iurisdictionem sine dominorum consensu,cui subscribunt supra iam allegati, & vlterius Vrsillus ad Afflictis, *decis. 155.num.3.Boër.decis.114.num.4. Octauian. decis. Pedemonta. 78. num. 13. & num.17. & Amadeus à Ponte in quæstione quis sit iudex competens in caussa feudali pag. 62.* id enim ex supra traditis manifestè confunditur, & in specie improbat Angel.Aretin. §. *idem iuris, num.42.inst.de except.*

Sed nihilominus ad veram resolutionem huius quæstionis, & articuli probāda videtur resolutio, quam posuit Folerius *in 1. parte ad constitutiones Neapolitanas in rub.de officio iusticiarij, num.112.pag.159.* quod secundum commu-

communes traditiones in dict. §. *post*
152 *operis* asserendum est, subiectos † ra-
tione iurisdictionis; vel etiam iura-
menti fidelitatis, posse prorogare iu-
risdictionem cuiuslibet iudicis, sine
dominorum consensu: quod & tradit
Afflictis, *lib.1.constit.rub.42.n.30. Capic.*
decis.9. nu.15. Maranta in pract.4.parte
12. *distinctione, iudicio, num.19.*

153 Limitetur tamen † hæc generalis
conclusio in duobus casibus. Primus
sit, quando Princeps in inuestitura ba-
ronum expressit clausulam, quod eis
concedebat iurisdictionem priuatiue
ad alios iudices, cum clausula irritan-
ti, si aliter fiat: nam tunc propter inue-
stituram, & priuilegium in ea conten-
tum, nó poterunt alij iudices de caus-
sis vasallorum cognoscere, etiamsi va-
salli velint prorogare eorum iurisdi-
ctionem, *argum.l.testamenta omnia, Co-*
dic. de testament. Imo si alij velint de
caussis vasallorum cognoscere: pote-
runt domini petere, vt ad se remittan-
tur, *vt tradit idem Folerius in practica cri-*
154 *minali. pag. 75. num. 63.* Vnde † cum
in regno Neapolitano communiter
concedantur Baronibus inuestituræ,
cum prædictis clausulis; in illis lo-
cum habebit hæc prima limitatio,
quod priuilegium baronibus in re-
gno competere, & illis indistincte ob-
seruari asserit Vincen. de Franc. *de-*
cisio.417. num.2. in 2. parte. Verius ta-
155 men † est baronibus priuilegium non
obseruari in tam ampla forma, quam
verba priuilegij videntur importa-
re, vt asserit Carauita. *in ritibus ma-*
gnæ curiæ titul. 205. num. 3. & bene fa-
ciunt tradita per Ant. Natta. *cons.614.*
à num.7. lib.3.

156 Secunda † limitatio sit, in vasallis
ratione feudorum, hi enim non pos-
sunt prorogare alterius iudicis iuris-
dictionem absque dominorum dire-
ctorum cósensu, ne alias facile collu-
sio in præiudicium dominorum com-
mittatur: *cap. Imperialem. §. præterea,*
si inter duos de prohib. feud. alienat. per
Federi. cap. ceterum, de iudic. cap. ex trans-
missa, & *cap. ex parte de foro competenti,*
& *ibi notat Panormit. num.3. tradit Bart.*
ibi num.1. Bald. l.2. num.4. Cod. de ope-
ris liberto: Angel. Aretin. §. idem iuris.
num.42. instit. de exceptioni. Afflict. decis.
265. n.35. Octauian. decision. Pedemonta.
78. num.12. & n.18. & ampliat notab.
Bossius, *in praxi titul. de Principe, n.261.*
Et ad hos terminos reducẽdi sunt Pa-
normitan. *cons.3. num.5. lib.2. & Soci-*
nus, cons.87. num.2. & consil.99. num.16.
lib.3. ex quibus notab. illationem fa-
cit Panorm. *dict. cap. significasti, nu.12.*

Quę † sane intelligenda sunt, quan- 157
do controuersia mouetur super feu-
do vel illius iuribus: nam si super alia
caussa, respiciente feudum lis mouea-
tur, iuxta regulam generalem admit-
tenda est prorogatio, vt explicat Ia-
son. *dict. §. & post operis. num.13. Felin.*
dict. cap. significasti. num.2. And. de Yser-
nia ad constitut. Neapol. lib.1. rub.50. Ca-
pici. decis. 9. num.8. Folerius ad ll. Regni
titul. de offic. iustitia. num.112. pag.159.
ampliando, vt per Alexand. *cons.1. nu.*
15. lib.5. Et † merito, quia proprieta- 158
rius non cognoscit inter vasallos, nisi
de tangentibus feudum; *cap. Imperia-*
lem. §. præterea, si inter duos, de prohib. feu-
dorum alienat. per Federic. Innocent. &
Panormit. n.13. cap. ceterum, de indic. &
ibi Felin. num.8. late Menoch. cons.2. num.
97. lib.1. Quinimo † & quando agi- 159
tur de feudo, vel eius iuribus, opor-
tet dominum feudi contradicere pro-
rogationi, nam si sciat, & taceat, vale-
bit prorogatio etiam in domini præ-
iudicium, *iuxta regul. l. penul. infra, de*
re iudicat. & in specie sentit, *c. ex trans-*
missa, de foro competenti tradit Bald. dict.
§. si inter duos. num. 19. & ibi Præposit.
col.3. Afflict. n.29. idem Afflict. decis.155.
in fine, quicquid contrarium sentiat
glos. *dict. §. præterea si inter verb. (duos)*

K contra

contrarium defendat Andr. Siculus. *dict.cap. P. & G. num.92.* vtrum autem
160 in † Regno Neapolitaneo domini vasallorum cognoscant de caussis vasallorum Burgensium. Videndi sunt Vincent. de Franc.*decis.417. num.2. in 2.parte* & Amadeus à Ponte *in quæstione quis sit iudex competens in caussa feudali: pag.62.*

Secunda principalis conclusio, quæ deducitur ex dicto cap. *significasti*, ea
161 est: quod † secularis potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine cõsensu superioris: nam cum à regula solum excipiat clericum, clare significat secularem posse prorogare indistincte iurisdictionem alterius sine licentia sui superioris, *notat post alios Ca-*
162 *pic. decis.9.num.1.* Quam † tamen conclusionem limitabat Paulus Castrens. *dicto §. & post operis.num.6.* si iudex prorogatus est subditus eidem Principi, nam si subditus sit alteri Regi, nõ potest subditus illius Regis prorogare iurisdictionem sine licentia sui Principis, cui subditus est: allegat *c.per venerabilem, §. insuper, qui filij sint legitimi,* quod probat idem Paul. *l.1. num.4. C. vbi de crimine agi oporteat Ægidius Bellamera, consl.11. num.3. & consl.33. n.43.* Vbi considerat, quod cum omnes prouinciæ essent subditæ populo Romano, ideo pro regula constitutum fuit, quod quilibet posset prorogare iudicis alterius iurisdictionem: cæterum cum hodie distinctę sint prouinciæ: & sint sub diuersis Regibus, subditus vni Regi non potest prorogare iurisdictionem subditi alteri regi, sine proprij Regis consensu, & licentia, subscribit Gregor.*l.15.tit.1.part.7.verb.respondiendo, in fine.*

163 Cæterum † hæc limitatio non videtur vera, & aperte confundi per *d. cap. significasti*: nam laici respectu Ecclesiasticorum, sub diuerso videntur esse dominio, & tamen possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, sine sui superioris licentia: Et in † specie, quod quis possit proroga- 164
re iurisdictionem iudicis alterius, regni resoluit Alex. *d.§. & post operis.nu.20.* & ibi Claud. ante finem asserit magis receptum, *Capic. decis.9.nu.3.* & in punct. iuris id esse verius fatetur Ioan. Faber. *l. si qui ex consensu. num.6. Codic. de Episcopali audien.* Quamuis asserat consuetudine obseruari vt in iudicem alterius regni non fiat prorogatio, si Princeps contradicat. Et retenta hac opinione, non obstabit text. *dict. cap. per venerabilem, §.insuper qui filij sint legitimi,* quia loquitur in legitimatione, quę est reseruata Principi, & ideo subditi in ea non possunt facere prorogationem sine Principis sui licentia, *vt iam supra dictum est.*

Opinio † tamen Pauli Castrens. si- 165
ne dubio in Regno Portugalliæ recipienda & practicanda est, propter dispositionem ordinationis, *lib.2. tit.1. §. fin. veteris impressionis, & hodie.l.2. tit.1. §.14.noua recopilationis*: quæ prohibet, & vetat laicos prorogare iurisdictionem Ecclesiastici, sub grauibus pœnis, vt supra retulimus: ergo pari ratione non poterit prorogare iurisdictionem iudicis alteri Regi subiecti: nam ideo hęc prohibitio facta fuit, ne alias † fiat Regis iurisdictioni, quam 166
habet in subditos suos, *vt in specie tradit Nauarrus, consl.51. n.4. sub tit. de sententia excommunicationis.* Quæ ratio † 167
pariter militat in prorogatione, quæ fit in iudicem alteri Regi subiectum, ergo idem ius obseruari debet. *l. illud. ff. ad l. aquiliam*: Neque obstat si quis dicat dictam ordinationem, esse pœnalem, & ideo non ęsse extendendam, ad alium casum diuersum, *cap. in pœnis, de reg. iuris in 6.* quia † respondetur, 168
quod dispositio pœnalis semper extenditur ex identitate rationis quoad dispositionem principalem, licet quo-

ad

ad pœnam extensionem non recipiat, *vt post Ioannem Andream tradit Panormit. cap. 1. num. 14. de locato*, imo per argumentum à fortiori, hæc conclu-
169 sio † videtur probari. Nam si inhibetur prorogatio laicorum, facta in iudicem Ecclesiasticum, quæ expresse iure Canonico erat permissa, *cap. significasti de foro competenti*, à fortiori debet videri prohibita, in iudicem alteri Regi subditum; quæ nunquam inuenitur permissa: Cum igitur constet prędictam inhibitionem etiam locum habere in casu, de quo agitur, succedit decis. *l. 2. §. sed etsi iudex, inf. eo-*
170 *dem.* Imo † si Princeps tantum sibi reseruauerit iurisdictionem in certis casibus, non admittetur in illis prorogatio sine Principis licentia, *Socin. consl.87. num.7. lib.3. Maranta in praxi 4. parte 12. distinct. iudiciorum. num.20.*
171 vbi ampliat: Illud autem † indubitabile est in nostris terminis non valere prorogationẽ factam modo designato per Bellameram, *conf.31.n.43.* Item
172 † valere posse, si contractus sit celebratus extra regnum: nam tunc valebit prorogatio facta in iudicem contractus, etsi in extraneo iurisdictionem habeat, vt in simili probatur. *cap. dilecti de foro compet.* & ibi notab. tradit Panormitan. *num. 4.* & statim latius dicemus.

173 Tertia † principalis conclusio ex *d. cap. significasti*, illa est, quod clericus etiam de consensu Episcopi, non potest prorogare iurisdictionem iudicis secularis, concordat auth. *statuimus. C. de Episcop. & cleric. & c. si diligenti de foro competenti notat Angel. Aretin. §. idem iuris. num.42. inst. de except. Capella Tholosana, quæst.128. & prosequitur Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis. num. 14.* Rationem assignat Imol. *d. cap. P. & G. num.90. & Burges. hic. in*
174 *rep. num.28. ad finem.* Sed † verior ratio est: quod clerici sunt exempti à iurisdictione seculari iure diuino, *glos. cap. Imperator verb. discussionem 95. distinctio.* & ideo nõ possunt subiici laicis, etiam per Papæ ordinationem: *Felin. cap. Ecclesia. num.6. de const.* quamuis † in Fran- 175
cia in multis casibus, clerici subiiciantur iurisdictioni seculari, de quibus agunt additio. Capellæ Tholosanæ, *quæst. 126. & Rogerius à Mota. l. hæres absens §. 1. à num.43. inf. eodem.* Et ampliãda est hæc conclusio procedere, etiam in † his quæ pertinent ad vo- 176
luntariam iurisdictionem: neque enim illã clericus celebrare potest coram iudice seculari, *Decius, consl.150. num.4.* Amplia † etiam procedere in tacita 177
prorogatione, & ideo licet clericus patiatur se conueniri coram seculari, non ob id subsistet iudicium, *Panorm. cap. pastoralis. num.16. de except. Iason. l.2. n.39. sup. si quis in ius vocatus. notab. Couar. practicarum q. cap.33. nu.2. Azeuedus. l. 1. titul.5. lib.4. recopil. num.21.* & ad hunc modum † est explicanda or- 178
dinatio Portugalliæ, *lib.3. titul. 37. §. penult.* quæ hodie est, *lib.3. titul. 49. §. 2. noua recopilationis.*

Quarta † & vltima conclusio, quæ 179
deducitur ex *d. cap. significasti*, ea est, quod clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis etiam Ecclesiastici sine consensu proprij Episcopi: concordat, *cap. 1. de foro competenti in antiq. cap. 1. de foro competenti in 6.* & prosequitur Anto. de Matth. *de prorogatione iurisdictionis, num.14.* Et sane est aduertendum: quod *d. c. significasti*, tantum requirit voluntatem proprij Episcopi: vnde † videtur sufficere ta- 180
cita eius voluntas, vt quia sciuit clericum sibi subditum, coram alio iudice Ecclesiastico litigare, & tamen tacuit: nam vbi tantum voluntas exigitur tacita sufficit. *l.2. §. voluntate & ibi Aretin. Iason. & Ripa num.6. inf. solut. matrimon.* & † potest etiam ex post 181
facto interuenire, vt resoluit Ias. † *l. si* 182

quis mihi bona §.*iussum, colum. pen. infra,*
183 *de acquirend hared.* Vnde cauendum †
est à glos. final. *d. cap. significasti*, quæ
requirit expressum consensum proprij
Episcopi, item & ab Andr. Siculo, qui
eam sequitur. *d. cap. P. & G. num. 29.*
& cap. 1. num. 9. de foro compet. expendens
illum textum adiuncta glos. 3.
quæ sentit licentiam proprij Episcopi,
hoc casu esse necessariam. Nam vbi
184 licentia † requiritur, expressus consensus
videtur necessarius, vt resoluit
Alexand. *dict. l.* §. *voluntate, num. 6.* Sed
185 † respondendum est, expositionem *d.*
glos. 3. dict. cap. 1. non esse veram: neque
enim requiritur licentia proprij
Episcopi, sed voluntas, vt clare probat.
dict. cap. significasti in fine. Sed vi-
186 dendum † est quanam ratione ius Canonicum
recedens à dispositione iuris
ciuilis, disposuerit clericum non
posse prorogare alterius iudicis Ecclesiastici
iurisdictionem, absque voluntate
proprij Episcopi? & varias
quidem refert Burgesius, *hic n. 28.* Bart.
187 autem, *hic nu. 1. & 2.* eam † assignauit,
quod Episcopus habet perpetuam iurisdictionem,
& clericus ratione beneficij
tenetur ei præstare censum, iuxta
titulum de censibus, & quando
188 quis habet iurisdictionem † perpetuam
& ei etiam debetur tributum,
non potest is sine illius superioris voluntate
alterius prorogare iurisdictionem,
cap. ex transmissa de foro competenti,
quam rationem repetit idem Bart. *l. 1.*
§. *& post operis. num. 8. infra de noui operis.*
Et subscribit Vantius *de nullitatibus*
titul. quibus modis sententia nulla repara-
189 *ri possit. n. 78.* Quæ tamen † ratio non
est generalis, neque concludens, nam
aperte cessat in clerico non habente
beneficium, vt & aduertit Bart. *d.* §. *&*
post operis in fine: & tamen conclusio,
d. cap. significasti generaliter loquitur,
in quocunque clerico: item, tantum
concludit, in lite quæ moueretur super
censu debito Episcopo: si autem
agatur de re propria clerici, vel de iuribus
beneficij, à cessante ratione, de
qua supra, clericus posset prorogare
iurisdictionem Ecclesiastici, sine voluntate
proprij Episcopi: cuius tamen
contrarium probat generalitas, *dict.*
cap. significasti: Alias tres † rationes 190
differentiæ assignauit glos. *c. inolita 11.*
quæst. 1. quod clericus magis subiectus
est suo Episcopo quam laici suis superioribus:
& ideo clerici difficilius se
subtrahere possūt à iurisdictione proprij
Episcopi, subscribit Panormitan.
dict. cap. significasti. num. 7. ad finem &
ibi Marian. num. 45. Panormit. cap. P.
& G. num. 18. Dominic. cap. 1. in principio.
nu. 4. & ibi Perusin. n. 2. de foro competenti
in 6. Roman. d. §. *& post operis. num. 18. &*
ibi Iason. num. 11. Claud. ad finem.

Sed † neque hæc magis communis 191
ratio differentiæ concludens est: nam
in primis non est probabile clericos
magis subiectos esse suis Episcopis,
quam sint subditi laici suis superioribus,
cum in contrarium sit regula, *cap.*
2. de Maiorit. & obed. & cap. 2. de censibus:
item clerici non habentes † be- 192
neficium, non tenentur præstare iuramentum
fidelitatis proprio Episcopo,
cap. legebatur, de maiorit. & obedien. cap.
nullus de iureiurando. Ergo is non potest
videri magis esse subiectus suo
Episcopo quam laici suis superioribus.
Præterea ratio communis tantum
concluderet, quando ageretur de ordinibus
suis acceptis ab ipso Episcopo,
nos autem agimus, quando lis
mouetur super rebus temporalibus
clericorum, quæ considerantur † tan- 193
quam bona mere temporalia: præterquam
in casibus, in quibus ius Canonicum
expressit cōtrarium, vt resoluit
Felin. *c. Ecclesia. n. 8. & ibi Decius, n. 18.*
de constit. Ita vt verum videatur quod
asserit Imol. *d. cap. P. & G. n. 98. Alexand.*
dict. §. *&* † *post operis. n. 19. in fine,* 194
&

& Felin. d. c. significasti in principio, nullam concludentem rationem huius differentiæ reddi posse, & ideo recurrendum esse ad dictam *l. non omnium, supra, de legibus*.

195 Ego autem ad veram rationem † huius differentię in primis considero, quod cum clericus in sortem Dei vocatus sit, *cap. cleros 21. distinctione:* ef-
196 ficitur res † spiritualis, vt est expressum, *cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6*. Item considero, quod licet etiam in spiritualibus libere sit permissa prorogatio, si fiat in ordinarium, *c. P. & G. de offic. delegati*, & supra diximus, & tradit Anton. Natta *cons. 314. num. 6. lib. 2*. Tamen in spiritualibus sa-
197 cramentalibus non est permissa † hæc libera prorogatio: sed oportet quod fiat cum licentia superioris spiritualis. *cap. omnis de pœnitent. & remissionibus. cap. final. de pœnitent. distin. 6. tradit Panormitanus, d. cap. significasti. num. 15. & Marian. num. 30. Felin. nu. 1.* ad quos terminos reducendus est Innocent. *c. de caussis. num. 4. de offic. delegati. Anton. Nat. conf. 314. num. 7. lib. 2.*

198 Ex † quibus præmissis, inferendo ad nostrum dubium, dicendum est: quod cum clericus censeatur res spiritualis, & subiiciatur Episcopo, à quo ordines suscepit, *cap. nullus de Parochis*: Ordo autem sit vnus de septem Sacramentis Ecclesiæ, *vt per Nauarrum in Manual. cap. 22. sub rub. de Sacramento ordinis*, verum est directe, subditum esse Episcopo ratione rei spiritualis sacramentalis, & ideo merito sine illius licentia, non potest prorogare alterius iurisdictionem, & se eximere à iurisdictione proprij Episcopi.

199 Ex † qua ratione differentiæ, primò infertur saluatio ad rationē communem differentiæ, supra relatam, quod clericus magis subiectus est Episcopo, quam secularis suo superiori, nam potest saluari in eo sensu, quod, clericus subiicitur Episcopo, ratione ordinum, qui ob id censetur res spiritualis sacramentalis, & ideo sine licentia sui superioris nō potest prorogare alterius iurisdictionē, vt dictum est: quæ ratio cessat in secularibus.

Secundò † infertur explicatio ad 200
cap. nullus primus in fine, & cap. Episcopum, in fine 9. quæst. 2. & cap. nullus, de Paroch. in quibus ea regula præscribitur, quod qui non potest aliquem ordinare, non poterit etiam illum iudicare: & etiam per argumentum à contrario sensu probat: quod † qui ali- 201
quem ordinat, potest eum iudicare: notat Hostiens. *in Summa tit. de tempor. ordin. num. 5. Guido Papæ, decis. 449. Iacobinus hic. num. 32.* Quam regulam interpretatur Archidiac. *d. cap. nullus primus. num. 1. & dict. cap. Episcopum post princip.* quod valeat hæc consequentia, quod ille qui non potest voluntariam iurisdictionem in aliquem exercere, nec etiam contra eum potest vti contentiosa iurisdictione, *subscribit Panorm. cap. nullus. num. 2. de Paroch.* 202
Quæ † tamen explicatio non placet: quia multi possunt vti iurisdictione voluntaria in aliquem, & tamen non contentiosa. *l. 2. supra, de offic. pro consul. l. si consul. supra, de adopt.* Ergo non valet consequentia de vna ad aliam.

Quamobrem ex † prædictis ego ita 203
explico: quod ille qui non potest aliquem ordinare, & sic ei ordines conferre, *cap. 2. de tempor. ordinand. lib. 6.* nec potest eum iudicare, scilicet sine licentia Episcopi: qui ei ordines contulit vt dictum est: & per argumentum à contrario sensu, qui ei ordines contulit, potest eum iudicare: quasi per ordinum collationem, ita ei efficitur subditus, vt tantum per illum possit iudicari, vel per alium cum eius licentia. Et est aduertendum iura illa generaliter † loqui: & sic probare 204
quod ordinans non solum potest iu-

dicare de quæstione tangenre ordinis
ſuſceptionem, ſed etiam de quibuſ-
cunque cauſſis ipſorũ clericorũ, quia
205 cũ teneatur ſuo Epiſcopo † quaſi res
ſpiritualis, & ſacramentalis, res ſe-
quuntur perſonæ naturam, & condi-
tionem. *l. iuſtiſſime, ſupra de ædil. edicto Panormit. cap. at ſi clerici in princ. nu.* 21.
de iudic. & quæ Dec. cap. Eccleſia. num. 18.
de conſt. Item probare, quod clericus
etiam per viam prorogationis, non
poteſt ab alio iudicari ſine licẽtia ſui
Epiſcopi, vt clare probat. *d. c. ſignificaſti,* quicquid id neget Imol. *d. cap. P. &
G. num.* 47. *ad fin.*

206 Ex quibus colligendum eſt: quod †
licet quod ad ſpiritualia ſacramenta-
lia à pari procedant: laicus & cleri-
cus: quia nullus poteſt prorogare al-
terius iudicis etiam Eccleſiaſtici iu-
riſdictionem, ſine licentia ſui ſupe-
207 rioris ſpiritualis, vt dictum † eſt, &
probat, *cap. omnis de pœnitentijs,* & re-
miſſio, tamen quoad alia ſpiritualia
ſimpliciter, multum differunt: nam
laicus in illis liberè poteſt prorogare
iuriſdictionem alterius iudicis Eccle-
ſiaſtici, neq; enim iure inuenitur cau-
tum, quod his caſibus teneatur obti-
208 nere licentiam † ſuperioris Eccleſia-
ſtici: quare ſi agatur de iure decima-
rum, vel iure patronatus, poteſt lai-
cus alterius iudicis Eccleſiaſtici pro-
rogare liberè iuriſdictionẽ: & tamen
aliud erit in clerico, qui indiſtincte
non poteſt prorogare iuriſdictionem
Eccleſiaſtici, ſine licentia ſui Epiſco-
pi, vt clare probat generalitas, *dict. cap. ſignificaſti,* & ibi Panorm. *nu.* 15. *Marian. nu.* 30. Felin. *num.* 1. in ſpecie præ-
dictam differentiam conſtituunt. Et
idem Panormit. *d. c. P. & G. num.* 15. *ad
finem* & latè Imol. *n.* 42. in quo cauen-
dũ eſt ab Hoſtienſ. Ioan. Andr. & And.
Sicul. *n.* 112. *dict. c. P. & G.* & Iacobin.
hic num. 32. dum tenent, quod in om-
nibus ſpiritualibus laici non poſſunt
prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſti-
ci, abſque licentia ſui immediati ſu-
perioris.

Similiter licet laici, qui ſubſunt
† iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, quia ha- 209
bitant in terris Eccleſiæ, liberè poſ-
ſint prorogare iuriſdictionẽ alterius
iudicis, iuxta generalem regulam no-
ſtri text. & tradit Anton. *d. cap. P. &
G. in fine,* & ibi *Imol. num.* 73. *Alexand.
l.* 1. *§. & poſt operis, infra, de noui operis.
num.* 22. tantum clericus qui ratione
ordinum ſubijcitur Epiſcopo etiam
in temporalibus non poteſt proroga-
re alterius iuriſdictionem, ſine ſui
Epiſcopi voluntate, vt colligitur ex
generalitate, *dict. cap. ſignificaſti,* & ſu-
pra tradidimus.

Denique eſt aduertendum: quod † 210
dict. cap. ſignificaſti, in prorogatione
facienda per clericum, requirit pro-
prij Epiſcopi voluntatem: in quo ſi-
gnificat, non ſufficere voluntatem al-
terius, etiamſi immediatè in clerico
habeat iuriſdictionẽ, qui tamen non
ſit Epiſcopus, vt ibi notant Ioannes
Andr. & Marianus, *num.* 42. & dicit
receptum Alexand. *dict. §. & poſt ope-
ris. nu.* 19. nam cum ratione ordinum
proprio Epiſcopo teneatur, ſemper
eius voluntas exigitur in prorogatio-
ne, *vt dictum eſt.*

Neque † prædictis repugnat, *cap.* 211
perlectis 25. *diſtinctione,* vbi Archidia-
conus poteſt iudicare clericos, & ta-
men eos ordinare non poteſt, quia
reſpondetur, quod Archidiaconus eſt
vicarius Epiſcopi, *cap.* 1. *de offic. Archi-
diaconi,* & tanquam talis per Epiſco-
pum reuocari poteſt, *argum. l. iudicium
ſoluitur, ſupra, de iudic.* Tradit Præpoſi-
tus, *dict. c. per lectis. num.* 32. Vnde cum
iudicet nomine Epiſcopi ceſſat diffi-
cultas: licet aliter reſpondeat glo. fin.
*cap. nullus de Parochis, & ibi Cardin. &
Panormit.*

Hanc tamen † vltimam concluſio- 212
nem

nem deductam ex dict. *cap. significasti*, quatuor limitabis modis: & primò
213 non † procedere, si clericus mutauit domicilium in alium locum: prout iure communi ei permittitur. *l. cum quædam, supra de iurisdictione omnium iudicum*, nam is potest prorogare iurisdictionem alterius, sine voluntate illius, qui eum ordinauit, dummodo interueniat consensus illius Episcopi, in cuius diœcesi domicilium ha-
214 bet: quia is ex † dispositione iuris, subrogatur loco illius Episcopi, qui clericum ordinauit, vt resoluit Imol.
215 *dict. cap. P. G. num. 46.* Et † hac ratione text. *cap. si quis primas, & c. Episcopum 9. quæst. 2. & cap. nullus de Paroch.* non requirunt voluntatem Episcopi, qui ordinauit clericum, sed consensum illius, qui eum ordinare poterat, si non esset iam ordinatus: quod propriè verificatur in Episcopo, in cuius territorio domicilium habet, is enim tanquam vere subditũ eum ordinare potuit, *cap. nullus de tempor. ordinat. lib. 6.*
216 Secundò † principaliter limita, in clerico primæ tonsuræ. Is enim potest prorogare iurisdictionem alterius, absque voluntate Episcopi, à quo ordines suscepit: nam licet is ordinem
217 † Ecclesiasticum videatur habere, *cap. cum contingat de ætate, & qualit.* tamen non est ordo, quatenus est Sacramentum, nec per illum imprimitur character in anima, *vt tradunt omnes in 4. distinct. 24.* Cum igitur non efficiatur res spiritualis, sacramentalis, cessat ratio, de qua supra, & sumus extra termi-
218 nos. *d. cap. significasti*, & inducetur † regula huius text. & facit optime traditio Guidon. Papæ, *decis. 449.* Quod licet quis non possit promoueri ad sacros ordines, nisi per Episcopum, cui est subditus, *cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6.* tamen laicus potest promoueri ad primam tonsuram, etiam per Episcopum non suum: est tamen cauendum, quia hoc dictum Guidon. est falsum, & contra text. *cap. final. de temporibus ordinat. lib. 6.* & ibi notat glos. verb. *homini Panormitan. cap. nullus, num. 5. de Paroch.* & ita dictum illud Guid. in specie improbat Rebuf. *responso 1. col. 2.* Vnde videtur inferendum, quod prout non potest ordinari ad ordines minores, nisi per proprium Episcopum, neque etiam per alium iudicari potest sine sui Episcopi licentia: vt expressim admittit Guid. Papæ, *cons. 174. num. 2.* Sed longe verius est contrarium per rationem supra assignatam. Et prædictis addendum est, quod Guid. Papæ, *d. decisione 449.* in alio labitur, dum † præsupponit, quod si ordo sacer conferatur non subdito, 219
non valet ordinatio, neque per eum imprimitur character: hoc enim falsum est, quia licet ordinatus malefaceret, & peccet, & etiam puniatur, vt probatur, *cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6.* Tamen valet nihilominus ordinatio mero iure, & character imprimitur, *vt tradunt omnes in 4. distinctione 24. & ibi Maior. quæst. 1.* quamuis verum † sit, 220
quod taliter ordinatus suspendatur ab exercitio ordinum, *cap. vel non est compos, de tempor. ordin. lib. 6.* quamuis hodie per quandam extrauagantem Pij II. sint suspensi ipso iure, & administrantes in sacris, fiant irregulares, *vt tradit Nauarrus, cap. accepta. oppositio. 8. num. 34. de restitutione spoliatorum, & consilio 29. num. 1. de tempor. ordin.* quæ tamen suspensio ipso iure, & irregularitas, non habet locum in laicis ordinatis ad minores ordines per eum, qui non erat suus Episcopus, & fuit ordinatus sine illius literis dimissoriis, vt eleganter probat Nauar. *consilio 29. num. 31. num. 4. de temporibus ordinan.*

Tertiò limita † prædictam conclu- 221
sionem, si clericus conueniatur coram iudice, qui mero iure in eum habebat

bebat iurisdictionem, quamuis aliqua ratione posset declinari: nam si non declinet, ille erit iudex quamuis non accesserit voluntas proprij Episcopi, quia hoc casu non agitur de prorogatione iurisdictionis, sed de tollendo obstaculo ipsius iurisdictionis, ad quod non inuenitur iure cautum, quod sit necessaria voluntas proprij Episcopi, *Panor. consil.25. colum.1. lib.1. Ripa.c.1.n.49. de iudic. Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num.14.*

222 Quartò & vltimò † limita conclusionem de qua supra, quando clericus contraxit in aliquo loco: poterit enim in eo conueniri, & si contractus sit celebratus sine voluntate sui Episcopi, vt probat cap. *dilecti, de foro competenti, tradit Alexand. cons.89. num.1. & 6. lib.7.* Et est ratio, quia hoc immediate non procedit ex voluntate clerici, sed potius ex dispositione iuris, quæ iubet partes etiã inuitas respondere in loco, in quo contraxerunt, *c.1. §. contrahentes. de foro competenti in 6.* Et

223 quando † voluntas clerici non est causa immediata, vt coram alio iudice cõueniatur, sed potius necessitas procedens à dispositione iuris, non est necessaria voluntas proprij Episcopi, *Panormitan. dicto cap. dilecti. num.4. Angel. hic num.5. Iacobin. num.14. Curt. Iun. num.20 Panormit. cap.1. num.21. de iudic. & ibi Rip. n.67. Dec. cap. clerici. col. final. de iudic. Maranta in praxi 4. parte 12. distinct. iudicis. num.18. pagin.230. Nauar. cap. accepta oppositio, 8. nu.5. de re-*

224 *stitut. spoliat.* Quod † adeo verum est, vt in loco contractus conueniri possit: etiamsi ibi non inueniatur, dummodo in contractu illo proprio foro renuntiauerit, iuxta traditionem glos. *2. l.1. supra. si quis in ius vocatus non ierit.* Nam cum hæc renunciatio proprij fori, conueniat ad corroborationem fori inducti per legem, vt aliquid operetur, habebit effectum supra relatum, etsi non accesserit voluntas proprij Episcopi, quod contra Panormit. probat Marian. *cap. dilecti. num.39. de foro competenti.* Subscribit Lancellot. Dec. *l. hæres absens. §.1. colum.1. ad medium, infra eodem, & notab. Ripa. cap.1. num.68. de iudic.* Similiter † si Clericus 225 in certo loco delinquat, in eo conueniri potest sine sui Episcopi voluntate, *cap. final. de foro competenti,* quia militat eadem ratio, quæ in contractu: quod tamen intelligendum est, quoad forum exteriorem, non autem quoad interiorem; neque enim delinquens potest peccatum illud confiteri clerico illius loci, sine licentia proprij Parochi: iuxta regulam generalem, *cap. omnis, de pœnit. & remissio.* tradit glos. penult. *cap. placuit, el 1.16. quæst. 1.* quam cum communi probat Panormitan. *cap. cum contingat, num.29. de foro competenti Imol. dict. cap. P. & G. num. 46. Nauar. cap. placuit, à num.86. de pœnit. distinct.6* licet aliud sit, si mutauerit domicilium: nam tunc poterit peccata confiteri clerico illius loci, ad quem mutauit domicilium, *c. final. de Paroch. cap. cum quis, de sepult.* etiamsi non interueniat prioris parochi licentia, *Imol. d. cap. P. & G. num.46. & supra diximus*

Ex quibus colligitur, quod † si cle- 226 ricus contraxit in aliquo loco, & tamen contulit solutionem in alium locum: quia iuris interpretatione censetur contraxisse in loco, in quem collata fuit solutio, *l.3. infra, de bonis auctor. iudicis possidend. l. contraxisse, infra, de actio. & obligation.* Ampliando, & declarando, vt per Ioannem Baptistam, *l. 1. num.130. Codic. de Summa Trinit.* poterit conueniri in loco, in quem collata fuit solutio, etiamsi voluntas Episcopi non accesserit, quia militat ratio, de qua supra, & ita in specie Ripa. *c.1. num.67. de iudic. Couar. practicarum quæstionũ, c.10. n.5. ad finem,* quic

quicquid volũtatem Epiſcopi in hoc
caſu requirat Speculator, *titul. de iu-
dic. competent. additio.§.1.num.*21. quem
ibi ſequitur Ioan. Andr. Angel. *hic nu.*
5. *Alexand. hic in additio.ad Bart.Curt.*
*Iun. hic num.*20. *Sapia. num.*19. & tan-
quam nouum tentauit Dec.*cap.*1.*in* 1.
*lect.nu.*23.*col.*25. *de iudic.* Contra quos
tamen eſt text. expreſſus, *cap. dilecti, de
foro competenti:* qui fortius probat, quod
ſi clericus promiſit reſpondere in cer-
to loco, poterit ibi conueniri ſine vo-
luntate ſui Epiſcopi.

227 Quamuis, † fateor contra deciſio-
nem, *d.cap. dilecti,* nimis vrgere, quod
228 † qui promittit reſpondere in aliquo
loco: in effectu promittit in eo loco
ſe defendere, & litigare, *arg.l. ſi conue-
nerit, ſupra de iuriſdictione omnium iudi-
cum.* Cum igitur videatur agi de pro-
rogatione hominis, debet locum ha-
bere vltima concluſio *dict. cap. ſignifi-
caſti:* circa quam difficultatem inſi-
ſtunt Panormitan. *dict. cap. dilecti, nu.*
10. *Paul. l. penultim. num.*6. *& ibi Ale-
xand. num.*6. *Iaſon. num.*12. *Dec. num.*
22. *Alciat. num.*10. *Codic. de pactis, Fe-
lin. cap.*1.*num.*7. *& ibi Dec.*2.*lect.col.*10.
*ad finem, Ripa.num.*60.*& Beroius,n.*191.
229 *de indic.* Magis † tamen communiter
Doctores reſoluunt, quod ſi hæc ver-
ba (*promitto reſpondere in certo loco*) ſim-
pliciter proferantur, idem ſignificant,
quod promitto litigare, & me defen-
dere in certo loco, & conſequenter
locus erit deciſioni dict. *cap. ſignificaſti
in fine:* ſi autem quis promittat reſpon-
dere de pecunia, vel de contractu, in
certo loco: tunc verbum (*reſpondere*)
230 accipitur † pro ſoluere. *l. eam quam in
fine. Codic. de fideicommiſſ. & ibi notat
Bald. ante numerum primum. l. cum, qui
C. de procurato. iuncta gloſ.* & in his ter-
minis non eſt neceſſaria volũtas pro-
prij Epiſcopi, vt conueniatur: prout
non requiritur quando promiſit ſol-
uere in certo loco; *vt dictum eſt:* &
ita Alexand. dicta *l. ſi conuenerit. num.*
17. *& ibi Socin. num.* 15. *Felin. cap.* 1.
*num.*17. *de indic. Dec. l. penult. num.*22.
C. de pactis, & in his terminis procedit,
& loquitur text. *dict. cap. dilecti, vt ibi
notauit Felin. in fine, Alex. l. penult. num.*
7. *& ibi Iaſon. num.* 22. *de pactis & aliy.
ſupra citati.*

Cæterum † hęc communiter reſo- 231
lutio non placet, quia illi aperte con-
tradicunt verba *d.cap. dilecti,* nam in eo
verbum (*reſpondere*). fuit ſimpliciter
prolatum: & tamen probat clericum
in eo loco teneri reſpondere, etiamſi
acceſſerit voluntas proprij Epiſcopi.
Item ſi in eo textu verbum (*reſponde-
re*) acciperetur (*pro ſoluere*) verbum
(*ſoluere*) quod etiam fuit expreſſum
per partes, remaneret ſuperfluum, vt
aduertit Iaſon. *l. penultim.num.*12. *Co-
dic. de pactis.*

Verius † ergo reſoluendum eſt, 232
quod dictio (*reſpondere*) duo ſignificat
litigare, item & ſoluere, vt probant
iura ſupra citata, & vtrumque pro-
prie, *Curt. Senior. l. pen. num.*16. *Cod. de
pactis.* Qui igitur promiſit reſpondere
in certo loco, vtrumque videtur pro-
miſiſſe, ſcilicet & litigare, & ſoluere,
*iuxta reg. l. cum lege & ibi Aretin. n.*1. *de
teſtam.* Qua igitur parte promiſit, in
eo loco ſoluere videtur, in eo contra-
here, *vt ſupra dictum eſt:* & promitten-
do poſtea in eodem loco (*reſpondere*) &
litigare in effectu videtur promittere
ſe in eo loco litigaturum coram iudi-
ce competenti, vt ius diſponit: vnde
merito ibi non requiritur voluntas
proprij Epiſcopi, quia ſumus extra
terminos, *d.c. ſignificaſti,* neque etiam
poterit pœnitere, quia in his terminis
aperte ſumus extra terminos. *l. ſi con-
uenerit, ſup. de iuriſd. omnium iud.* & eſt
de mente Paul. Caſtrenſ. *l.* 3. §. *ſi quis
ita, el* 1.*n.*3. *ſupra, de eo quod certo loco,* &
probat ordinat. Portugalliæ, *lib.*3.*tit.*
10.§.1. *& hodie lib.*3.*tit.*6.§.2. *& tit.*11.

233 §.1 *noua recopilationis*. Quamuis † Doctores communiter id non satis perceperint: neque etiam Baldus. *l. eam quam ante numerum primum, Cod. de fi-*
234 *deicommiss.* Et iuxta prædicta † explicandum est, id quod tradit Alexand. *d. l. si conuenerit. num.* 15. *ad finem*, quod in specie, *cap. dilecti de foro competenti.* iudex illius loci erat competens, vtpote delegatus Papæ, & tantum propter priuilegiū poterat declinari eius iurisdictio, in quibus terminis qui promittit soluere aliquo loco, non poterit prædicto priuilegio, neque etiam pœnitere, quia sumus extra ter-
235 minos, *d. l. si conuenerit.* Cæterum † hæc consideratio Alex. licet in se vera sit, & approbata per ordinationem Portugalliæ. *lib.* 3. *tit.* 5. §. 2. *& hodie. lib.* 3. *tit.* 6. §. 2. *noua recopilationis*. Tamen quoad terminos *d. cap. dilecti* non quadrat, quia clericus accipiens mutuum, tantum promisit respondere in loco solutionis, non autem coram legato Papæ, ac ita reducitur ad terminos, *d. l.*
236 *si conuenerit.* Melius † ergo dicetur quod qui promittit respódere in loco, promittit in eo loco, & soluere & litigare, *vt supra dictum est*: Cum igitur ratione solutionis promissæ, videatur in eo loco contrahere: nulla ei infertur iniuria, si in eodem loco coram legato Papæ cogatur litigare: & sic sumus extra terminos *d. l. si conuenerit*, quæ loquitur quando quis promittit respondere coram iudice, alias incompetenti nulla præcedente promissione, per quam in eo loco videatur contrahere: nam si præcederet, habebit locum decisio *d. cap. dilecti*, explicata vt supra.

Denique ex prædictis infertur verum esse dictum Bald. *l. eam quam ante numerum primum Cod. de fideicommiss.* quem ibi probat Corne. *num.* 14.
237 quod † si quis promittit respondere vbicunque locorum, poterit quidem conueniri in quocunque loco inuentus fuerit: quia qui † promittit res- 238
pondere in aliquo loco, non solum videtur intellexisse de responsione iudiciali, sed etiam de responsione extraiudiciali, hoc est, de solutione cum effectu, subscribit Paul. *l.* 3. §. *si quis ita, el* 1. *num.* 3. *supra, de eo quod certo loco*, & quatenus videtur promittere in eo soluere, videtur ibi contraxisse, & sic quod litigaret coram iudice, alias competenti, vt supra diximus: & sic sumus extra terminos dictæ *l. si conuenerit*: quamuis Imol. *cap. significantibus. num.* 25. *de offic. deleg.* existimet quod si quis promittat respondere in aliquo loco, habebit locum decisio dictæ *l. si conuenerit*, quod tamen constar esse falsum ex supra traditis: Decisio igitur dictę *l. si conuenerit*, tantum † pro- 239
cedet, quando quis simpliciter promisit litigare coram certo iudice, *Paul. dicta l.* 3. §. *si quis ita, el* 1. *num.* 2. *supra, de eo quod certo loco*, vel tantum promisit, quod conueniretur in certo loco, & se subiicit iurisdictioni cuiuscunque iudicis, vt aduersus Fulgos. probat Paulus. *l. penultim. num.* 6. *Cod. de pactis Alexand. dicta l. si conuenerit. num.* 17. Et ex his remanet expeditus tertius principalis articulus in materia prorogationis. Succedit igitur quartus articulus principalis in eadem materia, *quæ caussæ non admittant prorogationem.*

ARTICVLVS IV.

De caussis quæ ex sua natura non admittunt prorogationem.

SVMMARIA.

1 *Omnis caussa admittit prorogationem, nisi specialiter inueniatur prohibita prorogatio.*
2 *In caussa criminali licita est prorogatio, &*

& allegat multos hanc opinionem tenentes.

3 *Contraria opinio, quod non sit licita in caussa criminali prorogatio, adducitur, & Doctores qui eam tenent.*

4 *Ponderatur pro hac contraria opinione text. in l. si qui ex consensu, & l. in criminali, C. de iurisdict. omnium iudicum.*

5 *Pro confirmatione contrariæ opinionis argumentis communis respondet.*

6 *Magis communem opinionem amplectitur, & argumentis contrariæ respondet.*

7 *Respondetur ad l. si qui ex consensu C. Episc. audien.*

8 *Agitur de replicatione Curtij Iun. in hac l. 1. num. 39. & Calefat. nu. 78. & eorum dictis respondetur.*

9 *Dicta l. si quis ex consensu, duos habet intellectus, qui ibi referuntur.*

10 *Arbiter de caussa criminali cognoscere non potest.*

11 *Refert secundum intellectum ad d. l. si qui ex consensu.*

12 *Ad argumentum, quod ex eo intellectu, faciunt Doctores, respondet.*

13 *Respondet ad argumentum deductum ex l. in criminali, C. de iurisdictione omnium iudic.*

14 *Tres limitationes ad magis communem cõclusionẽ, de qua supra, assignãtur.*

15 *Non procedit dicta conclusio, quando proceditur contra delinquentem per viã inquisitionis: eo prætextu, quod facta sit prorogatio, secus si per viam accusationis.*

16 *Contra quem inquiritur, non datur consensus verus, sed fictus, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem.*

17 *Si contra delinquentem processum est coram iudice prorogato per viã accusationis, non potest iudex alias competens contra eundem procedere per viam inquisitionis.*

18 *Prorogatio in caussa criminali admittitur quando fit in eum, qui habet merum imperium in subditis: alias non valebit.*

19 *Si quis habeat mixtum imperium in subditos, non valebit prorogatio, vt cognoscat de caussis meri imperij, vel è contra.*

20 *Vt prorogatio valeat, debet fieri de eadem specie iurisdictionis: alias diceretur de nouo concessio.*

21 *Retenta eadem specie, valet prorogatio de infimo gradu iurisdictionis ad supremum gradum illius speciei.*

22 *Si quis habeat merũ imperiũ infimum, potest in eum fieri prorogatio ad supremum gradum meri imperij.*

23 *Prorogatio in caussa criminali valebit in præiudicium illius, qui prorogauit, non autem in præiudicium reipublicæ cui interest, vt delictum puniatur.*

24 *Commodo publico prorogans per suam prorogationem præiudicare non potest.*

25 *Respublica læsa non tenetur stare sententiæ iudicis prorogati, & ea non obstante potest de nouo procedere contra delinquentem, & eum condigna pœna punire.*

26 *In criminalibus non potest fieri prorogatio ad iudicem diuersi regni etiam vtraque parte consentiente.*

27 *Iudex proprius non tenetur habere ratam prorogationem, si contra subditum potest procedere per viam inquisitionis.*

28 *Subditi possunt facere ligas seu conuentiones in præiudicium sui, non autem in præiudicium superioris.*

29 *Respondetur ad regulam cap. de his, de accusationibus.*

30 *Vbi clarè, vel præsumptiuè cõstat, prorogationem factã fuisse in fraudem alienæ iurisdictionis minimè nocet.*

31 *Si per collusionem actũ est coram certo iudice, potest accusatus iterum accusari coram iudice delicti, & per in-*

quisitionẽ contra eum procedi potest.

32 Examinatur illa quaestio Vtrum in reseruatis Principi admittatur prorogatio absque eius consensu,& auctoritate.

33 Prorogationem non admitti hoc casu etiamsi fiat in habentem eandem potestatem, & prarogatiuam probat communis opinio.

34 Extenditur caput per venerabilem, §. insuper, qui filij sint legitimi.

35 Supremam potestatem Principis subditi in alium superiorem transferre non possunt per prorogationem, cum ex ea notabilis iniuria fiat Principi.

36 Assignat conclusionem, qua ex dicto §. insuper, colligenda est.

37 Legitimatio est de reseruatis Principi in signum potestatis regalis non vero de his, quae ei reseruantur in signum supremae potestatis.

38 Tabellionum creatio & nouorum vectigalium impositio, etiã sunt Principi reseruata in signum dignitatis regalis.

39 Potestas legitimandi, & similia praescribuntur saltem tempore immemoriali.

40 Proponit illationem quae fit ex dicto §. insuper.

41 Legitimatio licet pertineat ad voluntariam iurisdictionem, in alieno tamen territorio expediri non potest.

42 Si Princeps aliquod negotium ad se auocauerit, & sua cognitioni reseruauerit, non admittitur prorogatio in alium quemcunque iudicem, nisi ex consensu Principis reseruantis.

43 Exemptus per Papam non potest prorogare iurisdictionem iudicis ordinarij absque licentia ipsius Papae.

44 Prorogatio fieri non potest, si Princeps specialiter eam non inhibuit.

45 Si adsit Principis prohibitio, licet iudex prorogatus iudicet se esse competentem, non ob id efficietur competens.

46 Prorogatio dari non potest, quando ex expressis tacita hac colligitur prohibitio, & exponit exemplum tacitae prohibitionis.

47 Quando iurisdictio conceditur discretiuè, separando eam, ab alijs iurisdictionibus, censetur concessa priuatiuè ad alios iudices.

48 Vbi ex verbis concessionis, colligitur iurisdictionem datam fuisse priuatiuè ad alios iudices, non poterunt alij iudices cognoscere de illis caussis, etiã ex prorogatione partium.

49 Casus, in quibus iurisdictio datur priuatiuè: remissiuè.

50 Illi quibus dati fuerunt iudices priuatiuè, nõ poterunt diuersi iudices prorogare iurisdictionem.

51 Cùm domino feudi priuatiuè sit cõcessa iurisdictio respectu aliorũ iudicum, non poterunt vasalli in illis caussis prorogare iurisdictionem, sine domini directi consensu.

52 Proxima conclusio, nec tuta, nec vera videtur, & eam impugnat.

53 Expendit text. l. in sacris, la secunda, iuncta glo. verb. eas, C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.

54 Expendit etiam pro eadem parte text. in l. penult. C. de pactis.

55 Milites, & scholares, qui renuntiant proprio priuilegio, coguntur respondere coram alijs iudicibus.

56 Quando certi iudices cõceduntur propter personae priuilegium, priuatiuè videntur dati.

57 Illi quibus conceduntur iudices priuatiuè, non ob id videntur inhibiti alterius iudicis prorogare iurisdictionem contra cõmunem, de qua supra.

58 Expendit pro hac parte. l. si per errorem iuncta glo. 1. supra de iurisdict. omnium iudicum.

59 Respondetur ad rationes cõtrariae opinionis.

60 Quando Princeps concedit iudices certos priuatiuè, prohibet ne alij iudices

propria auctoritate in illis caussis se intromittant, non tollit autem potestatem partibus prorogare alterius iurisdictionem.

61 *Respondetur ad l. testamenta omnia, C. de testam.*

62 *Quomodo procedant tradita per glos. cap. 1. §. final. verbo duos, ad finem, de prohibita feudi alienatione per Feder.*

63 *Quo casu procedant tradita supra per Marantam, & alios, in fauorē communis relatos.*

64 *In quibus terminis saluari possit traditio communis, quam impugnat.*

65 *Iurisdictio si priuatiuè concessa est in fauorem subditorum, prout in dubio præsumitur, partes suo fauori renūciare poterūt, & iudicem prorogare.*

66 *Ostendit corruere multa, quæ traduntur per Doctores ad l. testam. omnia, C. de testam.*

67 *Vidua, & pupillus, qui habent certos iudices priuatiuè, possunt si velint, alterius iudicis prorogare iurisdictionem.*

68 *Vidua & pupillus, qui non opponit exceptionem incompetentiæ prorogare videtur.*

69 *Priuilegio concesso miserationis gratia partes renuntiare non possunt.*

70 *Ostendit diuersam esse rationem inter meram renūtiationem priuilegij, & inter eam quæ tacitè ex prorogatione videtur resultare.*

71 *Licet in prorogatione videatur contineri tacita renuntiatio priuilegij, tamen cum aduenìat in cōsequentiam actus liciti, permittitur, & ibi exēpla huius conclusionis traduntur.*

72 *Per clausulam, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, non videtur derogatum priuilegio viduis & pupillis concesso: secus quando verba sunt ita ampla, vt necessario derogationem inducant.*

73 *Examinatur articulus, quando iurisdictio censeatur concessa priuatiuè ad alios iudices.*

74 *Refert opinionem, & resolutionem in hoc articulo Romani, consilio 339. num. 11.*

75 *Dictum Romani non est simpliciter verum, & articulus est nimis intricatus.*

76 *Licet in delegata iurisdictione specialis concessio iurisdictionis delegatæ derogare videatur alij delegatæ generali etiam legati, tamen in iurisdictione ordinaria non idem obseruatur.*

77 *Iurisdictio specialis ordinaria non derogat generali, sed potius videtur cōcessa cumulatiuè, ita vt inter prædictos iudices locus sit præuentioni.*

78 *Proxima conclusio est vera recepta, & magis communis & ratio dicta regulæ traditur.*

79 *Iurisdictiones iure publico fuerunt introductæ.*

80 *Maior fauor publicus est, quod sint plures iudices, qui iustitiam administrent.*

81 *Quid operabitur concessio ordinaria iurisdictionis specialis.*

82 *Reprobat dictum Roman. consil. 393. num. 11. & aliorum, qui putant quod quando iurisdictio vicario fuit concessa vt in eo loco cognoscat de caussis ciuilibus, alijs videtur denegata.*

83 *Respondet ad fundamenta Romani, & in primis ad auth. de defensoribus ciuitatum. §. & iudicare, coll. 3.*

84 *Proponitur alia responsio ad dictam auth. in §. & indicare.*

85 *Respondetur ad regulam l. quod in rerum §. si quid post inf. de leg. 1.*

86 *Iurisdictio ordinaria vni data, alteri non censetur adempta.*

87 *Dictum Romani supra relatum, quo casu admitti potest.*

88 *Si vicario sit concessa iurisdictio priuatiuè respectu ordinarij, tamen nihilo*

hilominus remanet subiectus iurisdictioni ordinarij, & ideo ordinarius de illis caussis per appellationem poterit cognoscere.

89 *Examinatur dictum Angel. l. testamenta omnia, col. 1. C. de testamentis, & de eo latè agitur.*

90 *Reprobatur dictum Angel. & eorum, qui eius opinionem sequuntur.*

91 *Respondetur ad inductionem l. 1. Cod. de officio praefecti urbis.*

92 *In iurisdictione ordinaria per dationem iurisdictionis specialis, non videtur in aliquo derogatum universali iurisdictioni ordinariae.*

93 *Reprobat dictum Angel. l. cum praetor, in principio, num. 3. infra eodem, & aliorum, qui eum sequuntur.*

94 *Qui habet generalem iurisdictionem, etiam de illis caussis specialibus cognoscere potest.*

95 *Respondetur ad reg. l. uxorem. §. felicissimo, infra, de leg. 3.*

96 *Si genus & species concurrant, ex diversis dispositionibus, legum species non derogat generi.*

97 *Reprobat aliud dictum eiusdem Angel. l. cum praetor, in principio, num. 3. inf. eod.*

98 *Refert opinionem illorum, qui tenent, quod si in concessione speciali addatur clausula, ut is solus de illis caussis cognoscat, tunc privativè ei videtur concessa iurisdictio.*

99 *Adducit Doctores contrariam opinionem tenentes, quam ipse, ut veriorem approbat.*

100 *Adducit pro hac parte. l. final. iuncta gloss. fin. C. ubi caussa fiscales & l. 1. C. ubi, & apud quem.*

101 *Respondetur ad primum fundamentum primae opinionis.*

102 *Per dictionem,* solum, *videntur exclusi iudices pares in iurisdictione, vel etiam inferiores, non autem videntur exclusi maiores iudices quibus illi adhuc remanent subiecti.*

103 *Proxima conclusio, dum continet, quod pares iudices videntur exclusi, non est vera.*

104 *Per dictionem,* solus, *excluduntur omnes alij iudices praeter illos quibus antea competebat iurisdictio generalis in eisdem caussis.*

105 *Respondetur ad l. 1. §. de his, infra de separatio. & ad l. testamenta omnia.*

106 *Refert Concordiam ad supradictas opiniones ex Menoch. lib. 1. de arb. q. 40. num. 8. quam sequitur.*

107 *Explicatur text. in l. viros, Codic. diversis officijs lib. 12.*

108 *Si tantum data sit specialis iurisdictio, in dubio non videtur derogatum habenti generalem eodem casu.*

109 *Licet Princeps concesserit aliquibus iurisdictionem privativè, tamen cum illis ipse Princeps concurrere potest, cum semper maiorem potestatem apud se retineat.*

110 *Princeps per viam officij nūquam videtur cōcedere privativè iurisdictionem respectu sui, nec etiā quoad alios ordinarios, sed potius cumulativè.*

111 *Princeps, si per viam officij iurisdictionem concedit privativè, illam revocare potest.*

112 *Si iurisdictio facta sit per Principem privativè in feudum iure patrimonij, vel donata, vel vendita, tunc quoad se privativè videtur concessisse, saltem quoad primas caussas vasallorum, quas ad se avocare non potest, quia feudatarius habens utile dominium debet praeferri.*

113 *Regula l. 1. C. de offic. praefecti urbis 4. mod. lim.*

114 *Si simul & eodem tempore officium generale & special. creata sunt, tunc specialis iurisdictio nunquam videtur inclusa in generali, neque ab ea videtur adempta, sed potius nunquam concessa.*

115 *Clausula generalis posita in eadem dispositione, non comprehendit specialia.*

116 Si-

116 *Si clausula generalis, & specialis prouenient ex diuersis dispositionibus, species non derogat generi, sed simul concurrunt.*

117 *Assignat differentiam inter iurisdictionem, quod conceditur specialiter, vel generaliter, vel simul.*

118 *Vbi administratio iurisdictionis fuit distributa à principio, & diuisa: vnus non debet se intromittere in iurisdictione alterius.*

119 *Pari ratione idem recipiendum est quando de nouo aliquid conceditur magistratui, quod alteri nunquam fuerit concessum.*

120 *In quibus terminis locum sibi vendicet q. Doctorum l. titia textores, infra legat l. 1. quando iurisdictio inuenitur data diuisim, & discretiuè.*

121 *Si duo officiales simul generales creentur, videtur eis concessa iurisdictio cumulatiuè, ita vt inter eos sit locus praeuentioni: & quomodo tunc procedent remissiuè.*

122 *Si iurisdictiones sint distincta per territoria, tunc indistinctè videtur concessa iurisdictio priuatiuè, ita vt aliter non possit se intromittere de caussis alieni territory.*

123 *Quando constat, ea ratione magistratum specialem creatum esse, quia generalis propter multitudinem negotiorum non poterat ea commodè expedire, tunc specialis videtur datus priuatiuè.*

124 *Quando iurisdictio conceditur distributiuè & discretiuè, non potest vnus se intromittere in iurisdictione alterius.*

125 *Quando in ciuitate iurisdictio diuiditur inter iudices per partes, an vnus possit se intromittere in partes alterius.*

126 *Refert dictum Cagnol. l. 2. n. 391. supra, de origin. iuris quod reprobat.*

127 *Agit de declaratione litera legis si per errorem.*

128 *Respondet ad fundamenta Cagnoli, & agit de intellectu. l. 1. Codic. de officio praefecti vrbis.*

129 *Iurisdictioni superioris nunquam videtur praeiudicatum, nisi id clarè exprimatur.*

130 *Impugnat intellectum seu responsionem assignatam proximè ad d. l. 1. C. de officio praef. vrb.*

131 *Assignat aliam responsionem ad dictas ll. primas.*

132 *Si primus generalis remanet superior iudice speciali, tunc sine dubio poterit cognoscere de caussis illis specialibus saltem per viam appellationis.*

133 *Respondet ad l. 2. §. & cum placuisset, sup. orig. iur.*

134 *Conclusio d. l. 1. C. de offic. praefect. vrb. non procedit, quando iurisdictio specialis conceditur per viam priuilegy in fauorem certarũ personarum, quia tunc priuatiuè videtur concessa.*

135 *Quod procedit, quando fuerit vtilitas personae priuilegiatae, cui competit electio, coram quo indice velit respondere.*

136 *Reprobat tradita per Marian. c. cum contingat. num. 8. de foro compet. & ad eius fundamenta respondet.*

137 *Conclusio Marian. tantum admitti potest, quando priuilegium concessum est, non in fauorem personarum, sed caussarum seu rerum.*

138 *Impugnat etiam aliud d. Marian. d. c. cum contingat. num. 8.*

139 *Praescribens iurisdictionem dicitur acquirere priuatiuè respectu eius, cui antea iure communi competebat.*

140 *Explicatur ordinat. Portugal. lib. 3. titul. 11. in fine, hodie lib. 3. tit. 12. in fin. in noua recopil.*

141 *Scholaris potest eligere iudicem ordinarium, vt coram eo conueniatur.*

142 *Auth. habita cum sit facia in fauorem scholarium, non est vero simile eis voluisse aufferre electionem illius iudicis, quem ius cõmune illis tribuebat.*

143 Si

143 *Si sint plures iudices ordinarij & generales, & vni ex illis certum genus caussarum specialiter committatur, videtur concessum priuatiue ad collegam.*

144 *Proponit argumentum contra proximam conclusionem.*

145 *Respondet ad argumentum.*

146 *Si iudici ordinario aliqua caussa specialis committatur, de qua ratione generalis cognoscere non poterat, adhuc priuatiue ei videtur concessa.*

147 *De delictis clarissimorum nullus alius iudex cognoscebat, nisi tantum Princeps, vel ille, cui Princeps id specialiter committebat.*

148 *Præses caussas sibi specialiter commissas alteri delegare poterit.*

1 ET quidem † pro regula con-
stituẽdum est, omnem caus-
sam admittere prorogatio-
nem: vt probat is text. &
cap. *significasti, de foro competenti*, nisi
specialiter inueniatur prohibita, *ar-
gument. l. 1. supra, de testibus, & cap. cum
apud, de sponsalibus*, in terminis Ruin.
2 *cons. 66. num. 7. lib. 3.* & eadem † præ-
supponit ordinat. *lib. 3. tit. 37. §. penult.*
quæ hodie est, *lib. 3. tit. 49. §. 2. noua re-*
Quæstio resol. n.6.
copilationis. Ex qua regula primò infer-
tur, in caussa criminali licitam esse
prorogationem, cum nullibi inueni-
tur prohibita, imo expressim eam per-
mittere videatur. *l. 1. Codic. vbi de cri-
mine agi oporteat, & l. 1. Cod. ad l. Cor-
nel. de Sicarijs*, & ita hanc conclusio-
nem pro constanti tenet glos. *l. 1. Cod.
ad l. Cornel. de Sicarijs, glos. l. valet. Cod.
ad l. Flauian. de Plagiar. glos. l. inter con-
uenientes, & ibi Bart. infra, ad municipal.*
Tradit Bart. *hic num. 9.* & asserit rece-
ptum Paul. *hic num. 20. Iacob. num. 30.
& num. 37. Roger. à Mota num. final. Ca-
gnol. num. 46. Panormit. dict. cap. P. &
G. num. 15. & ibi Imol. num. 48. Maria-
nus dicto cap. significasti. num. 36.* & as-
serit receptum Aretin. *cap. quoniam con-
tra num. 58. de probat. Decian. in tract.
crim. lib. 4. cap. 23. num. 2. & Andr. Gai-
lius de pace publica. lib. 1. cap. 12. nu. 10.
Menchac. quæst. vsufrequentium, cap. 14.
num. 30.* & clare probat. *l. 15. tit. 1. par-
tit. 7.* & ibi notat Gregorius *verbo res-
pondiesse*, multos allegans, quibus ad-
de Aretin. *cap. ad petitionem. num. 15. de
accusationibus, & Iulius Clarus in praxi
crim. §. final. quæstione 24. in principio. Pe-
rez. l. 1. titul. 4. lib. 3. ordinam. veteris, col.
4. vers. quid autem. pag. 528.*

Est † nihilominus aduertendum, 3
quod contrariam opinionem, imo
quod in caussa criminali non sit locus
prorogationi, probat Baldus. *l. si qui
ex consensu. num. 5. Cod. de Episcopali au-
dien.* & defendunt Andr. Sicul. *dict. cap.
P. & G. num. 138. post Cardin. ibi num.
7. Iacobin. hic num. 30.* neque improbat
Alexand. *cons. 216. num. 16.* & probat
Hippolyt. *rep. l. final. num. 202. supra de
iurisdictione omnium iudicum, & in pra-
ctica criminali. §. expedita, num. 67. & tra-
ctat. Bannitorum verb. homines. num. 12.*
Maranta multos alios referens *in pra-
ctica 4. parte 6. dist. iudic. num. 58. pagin.
164.* idque esse irregulare, vt neque
tacite, neque expressim possit proro-
gari iurisdictio in caussa criminali, in
præiudicium iudicis competentis, as-
serit receptum idem Maranta *in praxi
4. parte 12. distinct. iudicio. num. 8. pa-
gin. 227. & Antonius de Matth. de pro-
rogatione iurisdictionis. num. 5.* quibus
addenda est glos. 1. *in fine cap. si diligen-
ti, de foro competenti, & glos. final. cap. ino-
lita 11. quæst. 1.*

Et † pro hac opinione videtur esse 4
text. expressus. *l. si qui ex consensu. Cod.
de Episcopali audientia, ibi (in ciuile dun-
taxat)* item & text. *l. in criminali. Cod.
de iurisdictione omnium iudicum.* Et qui
vellet hanc tenere opinionem, ad ra-
tiones magis cõmunis facile respon-
deri posset: Nam ad primam, quod † 5
proro

prorogatio non inuenitur prohibita in caussa criminali, respondetur, imo inueniri prohibitam in dict. *l. si qui ex consensu. C. de Episc. audien.* Ad 2. de *l.* 1. *C. vbi de crimine agi oporteat*, respondetur, nihil probare, nisi admisso intellectu glos. ibi *verb. inchoata*, cui tamen litera *dict. l.* 1. apertè repugnat, & vera mens illius est, delinquentem posse accusari tam in loco, in quo perfecit delictum, quam in loco, in quo illud inchoauit perpetrare, *vt per Panormitanum. cap. final. num.* 25. *de foro competenti, & Alber.* 4. *parte, statutorum, q.* 79. Ad 3. autem de *l.* 1. *Codic. ad leg. Cornel. de Sicar.* respondetur quod text. agit de homicidio commisso per militem, & sic de delicto communi & graui, quo casu præses prouinciæ est iudex competens ad illud delictum puniendum, etiam à milite commissum, *l. final. inf. de accusatio. l. magisteriæ. C. de iurisdictione omnium iudicum*, & ideo *in dict. l.* 1. nulla fit mentio prorogationis, eo maximè, quia in eo non constat, ambas partes in iudicem consensisse, vnde non potest tractari de prorogatione, *glos. final. l. si per errorem, & ibi Bart. in fine supra de iurisdictione omnium iudicum.*

6 Cæterum † his non obstantibus, non est recedendum à magis recepta opinione, cui non obstat *d. l. si qui ex*
7 *consensu. Cod. de Episcop. audien.* Quia † loquitur in prorogatione, quæ fit in Episcopum, qui de caussis criminalibus cognoscere non potest, *cap. clericis, ne clerici, vel Monachi, cap. in Archiepiscopatum, de raptoribus*, & ideo præsupponitur in caussa criminali in eum non posse fieri prorogationem, vt aduertit Panorm. *d. cap. P. & G. num.* 19.
8 Neque † obstat replicatio Curt. Iun. *hic num.* 39. & Calefat. *num.* 78. quod multæ sunt caussæ criminales, in quibus non agitur de pœna sanguinis, sed tantum de pœna applicanda fisco, iuxta traditionem glos. 3. *in princ. de sepulchro violato*, & tamen *d. l. si qui ex consensu*, generaliter probat, in caussis criminalibus non posse fieri prorogationem † in Episcopum. Nam respon- 9
detur, quod dicta *l. si qui ex consensu*, duos habet intellectus: primus est gl. 2. ibi, quod in eo text. Episcopus cognoscebat de caussa, tanquam arbiter de consensu partium: probat Paulus *ibi num.* 1. Sensit etiam glos. 1. *l. Episcopale, Codic. de Episcopali audien.* Vnde secundum hunc intellectum merito præsupponitur, non posse cognoscere de caussa criminali, quia arbiter † de 10
caussa criminali cognoscere non potest. *l. non distinguemus. §. Iulianus, supra de receptis arbit.* & est de mente glos. *d. l. si qui ex consensu, verbi in ciuili*, dum allegat, *dict. §. Iulianus.*

Secundus † intellectus, quod in eo 11
textu Episcopus cognoscebat virtute prorogationis in eum factæ, & tunc vrget prædicta difficultas: sed facilè respondetur, † ideo præsupponi, de 12
caussa criminali etiam virtute prorogationis Episcopum cognoscere non posse: quia cum in subditos non posset cognoscere de criminibus, *dict. cap. in Archiepiscopatu, de raptor.* neque in prorogantes ea vti potest cognitione, quia regula est, Iudicem prorogatum nō posse alia iurisdictione vti in prorogantes, quam posset exercere in subditos, vt latè diximus in primo articulo huius materiæ: vnde si eam exercere posset in subditos, eā posset etiam exercere in prorogantes, *Bart. l. inter conuenientes, infra ad municip.*

Minus † etiam obstat. *l. in criminali,* 13
C. de iurisd. omnium iud. quia apertè loquitur, quando in casu criminali quis inuitus trahitur ad iudicem incompetentem, & aliud erit, si de consensu partium facta sit prorogatio: neque enim in his terminis inuenitur prohibita, *vt supra diximus.*

14 Hanc † communem conclusionem
ita defensam, limitabis tribus modis:
& primò procedere, quando procedi-
15 tur per viam accusationis: nam † si
contra delinquentem procedatur per
viam inquisitionis, eo prætextu, quod
facta sit prorogatio, non valebit il-
lius processus: & est ratio, quia pro-
rogatio valida non inducitur nisi me-
diante consensu partium, vt probat is
16 textus: qui † consensus non datur in
eo, aduersus quem inquiritur: & si
quis datur, vtique est fictus, qui non
est sufficiens ad inducendam proro-
gationem, vt probauimus in tertio ar-
ticulo, principali, & ita in terminis
Bald. *l. in fine. Cod. vbi de crimine agi opor-
teat, & l. 1. num. 2. Cod. ad l. Cornel. de
Sica. Alexand. cons. 216. num. final. lib. 6.
Socin. cons. 108. num. final. lib. 4. Anton.
Natta. cons. 82. num. 5. lib. 1. Gregor. l. 15.
titul. 1. partit. 7. verb. respondiesse. Iulius
Clarus in praxi criminali. § final. quæst. 42.
num. 3.* quicquid leuiter dissentiat Fol-
lerius *ad constitutiones regni prima part.
in constitutione capitaneorum. nu. 38. pag.
137.* & videndus est Decian. *in tract.
criminali. lib. 4. cap. 23. nmm. 4.*

17 Et † teneas mente, quod si contra
delinquentem coram iudice proroga-
to processum est per viam accusatio-
nis, si alter iudex alias competens, ve-
lit cōtra eundem procedere per viam
inquisitionis, non valeret processus,
iuxta regulam, *cap. de his, de accusat.*
quæ procedit etiam, quando contra
iam accusatum, per viam inquisitio-
nis de nouo proceditur, vt ibi asserit
receptum Beroius. *num.* 20. & Iulius
Clarus *in praxi criminal. § final. quæst. 57.
num. 7.* & clarè expressit Paulus Ca-
strens. *hic num. 20. in fine,* quicquid con-
trarium post Ioannem Andr. teneat
Panormitanus, *cap. si diligenti. num. 15.
de foro competenti, Marian. dicto cap. si-
gnificasti. num. 57. Gregor. leg. 15. tit. 1.
partit. 7. es de seguir. Anton. de Matth. de
prorogatione iurisdictionis. num. 5. & num.
15. ad finem.* & videnda est distinctio
Imol. *d. cap. P. & G. num. 104.*

Secundò principaliter † limita con- 18
clusionem communem, de qua supra,
vt procedat, quando hæc prorogatio
fiat in eum, qui habet merum impe-
rium in subditos, aliàs non valebit,
adeo quidem, vt si † quis habeat mix- 19
tum imperium in subditos, non vale-
bit prorogatio, vt cognoscat de caus-
sis meri imperij, vel è contra: nam † 20
vt valeat prorogatio, debet fieri de
eadem specie iurisdictionis, quia alias
non diceretur prorogatio, sed de no-
uo concessio. *glos. cap. hi qui, verbo spe-
cialiter, de præbent. in 6.* & ita limitat
glos. final. hic & glos. final. *l. 1. Cod. de
iurisd. omnium iudicum,* & alij relati per
Iulium Clarum *in praxi criminali. § fin.
quæst. 42. num. 2.* Et in terminis procul
dubio loquuntur, qui communem
opinionem amplectuntur, vt hic de-
clarant Cagnol. *num. 46. Calefatus. nu.
75. & num. 82. & Marian. cap. signifi-
casti. num. 29. de foro compet. & Andr.
Gailus tract. de pace publica, lib. 1. cap. 12.
num. 10. & sequent. Decian. in tract. cri-
minali, lib. 4. cap. 23. num. 3. & ante eos
tradit Bart. l. inter conuenientes, infra, ad
municip. & Bald. l. ad finem. C. de iurisd.
omnium iudicum. Anchar. cap. P. & G.
num. 4. ad finem. de offic. delegati:* quibus
tamen † addendum est, quod licet non 21
valeat prorogatio de vna specie iuris-
dictionis, ad aliam diuersam, tamen
retenta eadem specie valebit proroga-
tio, de infimo gradu iurisdictionis ad
supremum gradum illius speciei, *arg.
l. de qua re. §. 1. inf. eod.* & tradit Paul.
*l. testamenta omnia. num. 5. Cod. de testa-
mentis & l. final. num. 20. & ibi Cagnol.
num. 46. supra de iurisd. omn. iud. & prius
Bart. l. inter conuenientes, inf. ad munici-
pal.* Vnde si quis † habeat merum im- 22
perium infimum, potest in eum fie-
ri prorogatio ad supremum gradum
meri

meri imperij, *vt est de mente Angel. hic num.11. in fine, & Panormit. c. si diligenti num.14. de foro competenti*, & ideo merito Bart. *l.1. num.3. Cod. vbi de crimine agi oporteat*, tantum requirit, quod ille, in quem fit prorogatio, habeat iurisdictionem criminalem in subditos.

23 Tertiò & vltimò † limita, conclusionem communem, de qua supra, vt procedat in præiudicium illius, qui in caussa criminali alterius prorogauit iurisdictionem, non autem valebit in præiudicium Reipublicæ: nam cum intersit Reipub. læsæ, vt delictum puniatur. *l. licitatio. §. quod illicita, infra de publican. l. ita vulneratus, infra, ad l. Aquiliam*, huic commodo publico proro-
24 gans per suam † prorogationem præiudicare non potuit, *l. iurisgentium, §. si paciscar, supra de pactis*, & quia alias facile aperiretur via maliciis: nam delinquens prorogaret iurisdictionem iudicis amici, qui eum absol-
25 ueret, & sic delictum remaneret † impunitum: quamuis igitur delinquens condemnetur, vel absoluatur, per iudicem, cuius prorogauit iurisdictionem, tamen respublica læsa non tenebitur obseruare hanc sententiam, & ea non obstante potest de nouo procedere contra delinquentem, & eum condigna pœna punire: vt hîc eleganter declarat Paul. *num.20. & l.1. num.4. Cod. vbi de crimine agi oporteat. Card. d. cap. P. & G. num.7. ad finem. & ibi Felin. n.9. ad finem. Marian. d. c. significasti. n.36. Cagnol. hic in fin. & Calefat. n.81. & And. Gailus de pace publica, lib.1. c.12. n.15. & alij relati per Iulium Clarum in praxi criminali §. final. q.24. n.1. in fin. & Menchac. quæstionum vsufrequentium. c.14. num.33. & notab. Dec. tractat. crim. lib.4. c.23. n.2.* quibus adde Bald. *l.1. in fin. B. de iurisdictione omnium iudicum, & l.2. n.4. C. de oper. liberto. & l.1. n.6. C. si à non compet. iud. & notab. Guid. Papæ, consf.174. n.2.* Vnde merito Gregor. *l.15. tit.1. partit.1. verb. respondiendo, in fine*, tradit, quod † in criminalibus non 26 potest fieri prorogatio ad iudicem diuersi regni, supple tu, *etiam vtraque parte consentiente*: quia tali modo reipub. læsæ nullo modo esset satisfactum: si autem fieret in iudicem eiusdem Regni, tolleraretur prorogatio, quia reipub. satisfactum videtur: quinimo dicit idem Greg. *d. l.15. tit.1. part.7. verb. es de seguir*: quod nec iudex † proprius 27 tenetur habere ratam prorogationem, si contra subditum potest procedere per viam inquisitionis: allegat Ioan. Andr. & alios.

Neque nouum videatur, quod valeat prorogatio in præiudicium prorogantis, & non in præiudicium reipub. Nam in † simili videmus quod 28 subditi possunt facere ligas, & conuentiones in præiudicium sui, non autem in præiudiciũ superioris, *vt tradit Curt. Iun. d. debitorum. num.4. C. de pactis*, & in alio casu simili tradit Felin. *cap. ad petitionem, col.9. in princ. de accusat. & Vincent. de herculanis. l. si conuenerit num.1. ad finem, inf. de re iud.* Neque etiam difficultatem faciat, quod si fuit iudicatus per iudicem prorogatum, non potest amplius accusari de eodem delicto, iuxta regulam, *c. de his, de accusat.* nam † ea regula nostris terminis ap- 29 plicari non potest, vt *eleganter ostendit Curt. Iunior. hic num.41.*

Illud certissimum † est, quod si cla- 30 rè, vel præsumptiuè constiterit, prædictam prorogationem fuisse factam in fraudem alienæ iurisdictionis, minimè nocebit, *Bald. cap. de caussis. n.28. de offic. delegati*, generale † enim est, 31 quod si per collusionem actum fuit coram certo iudice, potest accusatus iterum accusari coram iudice delicti: quinimo & per inquisitionem contra eum procedi potest, *cap.2. de collusio. detegend. l.3. inf. de præuaricat. tradit Ang. hic num.11. Paul. n.20. Imol. d. c. P. & G.*

num. 104. & dicemus latius. *l. si quis postea quam, infra eodem.*

32 His ita expeditis † vlterius ex cõclusione posita in princ. infertur ad eam dubiam quæstionem, *vtrum in reseruatis Principi, admittatur prorogatio absque illius consensu, & auctoritate?* Et

Quæstio resol. nu. 33. & 37.

33 communis † opinio probat in his terminis non admitti prorogationem, etiamsi fiat in habentem eandem potestatem, & prærogatiuam, per text. *cap. per venerabilem. §. insuper, qui filij sint legit. adiuncto §. final. in auth. quibus modis natural. efficiantur sui. collat. 7.* & inducendo, vt *per Panormit. d. cap. per venerabilem. num.* 11. & per illum text. hæc est recepta sententia, *vt asserit Imol. d. cap. P. & G. num.* 105. *Felin. cap. significasti. nu.* 3. *de foro compet. Alex. l. 1. §. & post operis. num.* 20. *ff. de noui oper. nunt. & ibi Iaso. in fin. Decius consil.* 150. *num.* 5. *Cassane. cons.* 31. *nu.* 20. *Capic. decis.* 9. *num.* 4. *& num.* 14. *Roland. cons.* 88. *num.* 35. *lib.* 1. *Socin. Iun. cons.* 100. *nu.* 29. *lib.* 2. *Hieron. Gabriel. cons.* 29. *nu.* 9. *lib.* 5.

Est tamen aduertendum, quod *d. §.*

34 *insuper,* prima facie nõ † videtur probare prædictam communem conclusionem: quia loquimur in legitimatione, quæ reseruatur Principi in signum supremæ potestatis, quam habet in subditos: hãc igitur supremam

35 potestatẽ Principis, subditi † in alium superiorẽ transferre non possunt per prorogationem, vt *aduertit Panormit. d. cap. per venerabilem. num.* 23. *Anchar. consil.* 320. *num.* 5. *Crot. l. Gallus. §. & quid si tantum. num.* 178. Quia non posset hæc fieri translatio, absque notabili proprij Principis iniuria, *vt post alios tradit Couarr. de sponsal.* 2. *par. cap.* 8. *§.* 8. *num.* 14. *Anton. Peregrin. de fideicommiss. art.* 23. *num.* 17. Non igitur ex *d. §. insuper,* colligenda est generalis conclusio supra relata, sed tantum ea conclusio, quòd illa, quæ reseruata sunt Principi in signum supremæ potestatis, & subiectionis † vasallorum, non 36

possunt prorogari, absque Principis licentia: Alia igitur quæcũque etiam reseruata ipsi Principi, debent admittere prorogationem, iuxta regulam generalem, de qua supra.

Defendẽdo nihilominus receptam † conclusionẽ aduertendum est, quod 37 legitimatio nõ est de reseruatis Principi in signum supremæ potestatis, & subiectionis vasallorum, vt præsupponitur, sed de reseruatis Principi in signum dignitatis realis, vt scilicet præter Regẽ nullus alius ea vti posset, vt etiam est tabellionum creatio, honorum † vectigalium impositio, vt 38 tradit Panor. *c. quod translationem. nu.* 1. *de offic. deleg. Couar. c. possessor.* 2. *p. §.* 2. *nu.* 7. *vers. tertia species. de regul. iur. in* 6. ex his concludens, quod licet reseruata Principi in signum supremæ potestatis, sint impræscriptibilia. *l. comperit. C. de præscript.* 30. *annorum,* tamen † po- 39 testas legitimandi, & similia præscribuntur, saltem tempore immemoriali, *cap. super quibusdam. §. præterea de verborum signif.* iuxta † quæ dicendũ est, 40 *d. §. insuper,* clarè probare, quod reseruata Principi, in signũ potestatis regalis, & quæ ob id per alium expediri non possunt, *Bald. cap. penult. in fin. de offic. delegati,* non possunt mediante prorogatione in alium, etiam æqualem transferri, propter irreuerentiam quæ videtur proprio Regi irrogari: Vnde eadem ratione idem recipiendum, in reseruatis Principi quacunque alia de caussa: quia est eadem ratio: & hinc est, quod licèt legitimatio pertineat ad voluntariam iurisdictionem, non tamen expediri potest † in 41 altero territorio, quamuis id non satis perceperit Hippol. *l. fin. n.* 12. & ibi Bolognet. *nu.* 18. *supra de iurisdict. omnium iudicum.*

Et pari ratione, si † Princeps ali- 42 quod negotium ad se aduocauerit, &

suæ

suæ cognitioni reseruauerit, non admittetur prorogatio in alium quemcunque iudicem, sine consensu Principis reseruãtis. *c. vt nostrum, de appellat. resoluit Fel. d. c. P. & G. n. 6. in fin. Iacob. l. 2. §. conuenire. num. 2. insr. eo. Soc. cons. 87. n. 3. lib. 3. Alber. Brunus, cons. 47. n. 8. Grammaticus voto 28. num. 8. Roland. cons. 80. num. 8.* ampliando, vt notabiliter per Marant. *in 4. p. 12. distin. iudic.*
43 *num. 20. pag. 230.* Vnde † communiter receptum est, quòd exemptus per Papam non potest prorogare iurisdictionem iudicis ordinarij, absque licentia ipsius Papæ, *vt per Panor. c. significasti. n. 12. de foro comp. & ibi Marian. num. 4. & idem Panor. c. fin. num. 35. eo. tit. Iacob. hic n. 16.* non solum ea ratione procedit, quod clericus non potest prorogare iurisdictionem etiam Ecclesiastici sine voluntate sui superioris, *c. significasti, de foro comp.* Sed etiam, quia eximendo illos à iurisdictione ordinaria, & eorum caussas sibi reseruando, tacitè disposuit, ne illi sine eius voluntate, alterius prorogarent iurisdictionem, vt dictum est.

44 Et à fortiori † non poterit fieri prorogatio, si Princeps specialiter eã inhibuit. *l. 2. §. sed si iudex, inf. eodem,* & in
45 notabil. casu † tradit Anton. Capicius *decis. 9. nu. 15.* Quo casu etiam si iudex prorogatus pronunciet esse iudicem competentem, non ob id efficietur competens: obstante prædicta prohibitione. *l. non dubium, C. de legibus, vt post Antonium tradit Iason. cons. 100. ad finem, lib. 1. & Decius videndus, cons. 18. n. 5. & subscribunt Calefatus hic num. 85. & Ant. Natta cons. 82. à n. 9. lib. 1. & sentit ordin. lib. 3. tit. 37. §. penul. qua hodie est, lib. 3. tit. 49. §. 2. noua recopilationis,* quæ deducta est, ex traditis per Panormitanum, *c. pastoralis. n. 16. de except.* Licèt extra hos terminos aliud sit dicendum, *vbi tradit Georg. Cabet. decis. Lusitan. 22. num. 6. ad finem,* de quo infra agemus: declarando tamen, *vt notabiliter per Afflict. decis. 354. à num. 15. & per Bolognet. l. fin. nu. 51. supra de iurisdictione omnium iudicum.*

Et † amplia prædicta procedere, 46
quando ex expressis tacita hæc colligitur prohibitio: exemplum est, *in l. testamenta omnia. C. de testamentis:* in quo testamenta iubentur insinuari coram magistro census, ex quo tacitè alij iudices videtur inhibiti, ne se intromittant in insinuatione testamentorum: & ideo nõ valebit prorogatio in alios iudices facta, *vt ibi tradit Bald. n. 2. Iason. n. 2. Andr. Sicul. dicto cap. P. & G. n. 46. Capic. decis. 9. num. 16. & vltra alios:* ratio etiam est, quia quando † iurisdi- 47
ctio conceditur discretiuè, separando eam ab aliis iurisdictionibus, censetur cõcessa priuatiuè ad alios iudices, *Bald. auth. habita, num. 32. Cod. ne filius pro patre.* Ergo contra hanc tacitam inhibitionem, alij iudices se intromittere non possunt.

Ex quibus colligitur valde notanda † conclusio in hac materia, quod 48
vbi ex verbis concessionis, colligitur, iurisdictionem datam fuisse † priua- 49
tiuè, vt in casibus, quos congerit Fel. *cap. cæterum. num. 4. de iudic. Ruin. cons. 7. num. 6. lib. 4.* Non poterunt alij iudices cognoscere de illis caussis etiam ex prorogatione partium, *notat Georg. Cabed. decis. Lusitan. 22. num. 2.* Et eadem † ratione, illi quibus dati fuerunt 50
iudices priuatiuè, non poterunt diuersi iudicis prorogare iurisdictionem. Vnde † cùm domino feudi, in 51
caussis feudi, priuatiuè sit concessa iurisdictio, respectu aliorum iudicum, *c. cæterum de iudic. & ibi Panormitan. num. 7. Felinus cap. pastoralis in princip. num. 3. de offic. ordinar.* Non poterunt vasalli in illis caussis prorogare iurisdictionem alterius iudicis, sine domini directi consensu: & ita glos. *cap. 1. §. fin. verb. duos ad finẽ de prohibit. feudi alienat.*

per Federic. & exemplum habes in extrauagant. 1. *parte titul.* 13. *l.* 1. *quæ hodie est, lib.* 1. *titul.* 51. *in princip. nouæ recopilationis, & in ordin. lib.* 1. *titul.* 67. §. *vltimo, quæ hodie est, lib.* 1. *titul.* 87. §. 2. *nouæ recopilationis, & lib.* 2. *tit.* 29. §. 3. *in fine. Et hodie lib* 2. *titul.* 63. §. 2. *nouæ recopilationis*. Est tamen diligenter aduertendum, quod prædicta conclusio per
52 tot Doctores † comprobata: non videtur tuta neque vera: & in contra-
53 rium expendo † textum, *l. in sacris la* 2. *iuncta glos. verb. eos Cod. de proximis sacro. Scrinior. lib.* 12. Nam in principio illius legis dictum fuerat, quod magister officiorum tantum cognosceret de caussis militantium in sacro Palatio, & familiarium eorum, & sic priuatiuè ad alios iudices, & tamen hi possunt aliorum iudicum prorogare iurisdictionem, *vt ibi probatur, & not. Bart. n.* 1. *Aretin. cons.* 102. *num.* 3. Ergo quamuis iurisdictio concedatur priuatiuè, non ob id videtur inhibita prorogatio in alios iudices.

54 Item † expendo textum. *l. penultim. Cod. de pact.* Nam Bart. ibi vtraque lectura, *n.* 1. *Gozad. in princ.* & alij communiter exemplificant, illum text. in
55 milite † & scholari, qui renuntiantes proprio priuilegio, coguntur respondere corã aliis iudicibus, quod & tradit Bart. *l. si conuenerit, n.* 1. *supra de iurisdictione omnium iudicum, Bald. l. si quis in conscribendo, num.* 2. *Cod. de Episcop. & Cleric.* Ergo pari ratione prædicti de renuntiando proprio priuilegio, poterunt prorogare aliorum iudicum iurisdictionem, & in specie probat, *l.* 1. *cum glos. C. ad l. Cornel. de Sicar.* Neque dicat aliquis, militibus, & scholaribus non fuisse datos iudices priuatiuè: nam imo proculdubio videntur
56 eis dari priuatiuè. Nam quando † certi iudices conceduntur propter personæ priuilegium, priuatiuè videntur dati: ita vt alij iudices non possint se intromittere in illis caussis. *l. nec quicquam, vers.* 1. *supra, de offic. proconsult.* Tradit Bald. *l. vnica*, §. *vbi autem. num.* 7. *Codic. de caducis tollendis, Paul. Castrens. l. si quis cum procuratorio.* §. *final. num.* 2. *supra, de procurat. Felin. cap. pastoralis. col.* 3. *ad finem. vers.* 5. *limita. do offic. iud. ordin. Aretin. cons.* 102. *num.* 1. *Corne. cons.* 30. *num.* 4. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 7. *num.* 6. *lib.* 4. *Afflict. decis.* 41. *ad finem, Garcia tractat. nobilitatis, glos.* 1. *num.* 5. *vers. fuit pro hac*: quicquid hanc opinionem sibi non placere dicat Lancellot Dec. *l. cum prætor. col.* 2. *infra eodem.* Ergo clarè ex prædictis † constat: 57
quod hi, quibus conceduntur iudices priuatiuè non ob id videntur inhibiti alterius iudicis prorogare iurisdictionem: expendo † etiam, *l. si per errorem,* 58
iuncta glos. 1. *supra de iurisdictione omnium iudicum,* & conferunt supra tradita, *in* 1. *parte à num.* 73. & probat. *l.* 1. *C. de iurisdictione omnium iudicum.*

Et † retenta hac opinione ad ra- 59
tiones contrariæ opinionis, facilè responderi potest. Nam ad primum respondetur: quando † Princeps conce- 60
dit aliquibus iudices certos priuatiuè, videtur quidem prohibuisse, ne alij iudices propria auctoritate, in illis caussis se intromittant: non videtur autem tollere potestatem partibus, vt si velint non possint prorogare alterius iudicis iurisdictionem: *dicta l. in sacris, la* 2. *iuncta glos. verb. eos C. de proxim. sacror. Scrinio, lib.* 12. *& post Yserniam fere in terminis tradit Afflict. lib.* 1. *constit. rub.* 37. §. 1. *num.* 36. *& in simili tradit Imola dicto cap. P. & G. num.* 47. *ad finem. & Salycet. l. certa. num.* 2. *Cod. quando prouocare non est necesse. Aretin. c. quoniam contra num.* 61. *de probat.* & colligitur ex ordinatione bene expensa. *lib.* 5. *tit.* 58. §. 2. *quæ hodie est, lib.* 1. *tit.* 5. §. 8. *nouæ recopilationis,* & probat Cabedus, *decis. Lusit.* 22. *num.* 5.

Non † obstat secundò, *dicta l. testa-* 61
menta

menta omnia. C. de testament. quia quod
testamenta insinuarentur coram ma-
gistro census, principaliter fuit indu-
ctum in fauorem magistratus propter
longæuam consuetudinem, quam
magistratus ille pro se habebat: &
ideo in præiudicium magistratus, cui
lex fauebat, non permittitur proro-
gatio partium in alium iudicem cum
eius præiudicio, *vt tradit Afflictis decis.*
62 *55. num. final.* Et † hac etiam ratione
procedet traditio *glos. cap. 1. §. fin. verb.*
duos ad finem, de prohib. feud. alienat. per
Federicum, nam in fauorem domini
feudi iurisdictio priuatiuè ei concessa
est, *vt aduertit Bald. cap. 1. num. 7. de*
inuestit. in maritum facta, & hac etiam
ratione procedunt tradita per Maran-
tam in *praxi 4. parte 12. distinct. iudic.*
63 *num. 20.* Ad hunc † etiam modum est
explicandus Bald. *l. vnica §. vbi autem*
num. 6. in fin. Cod. de caduc. tollend. dum
respondet ad *d. l. testamenta omnia*, &
64 in his tantum † terminis saluari potest
communis traditio, quam impugna-
65 mus. Cæterum † si iurisdictio priua-
tiuè concessa est in fauorem subdito-
rum (vt in dubio credendum esse tra-
dit Ruin. *in lectur. l. 1. §. 1. n. 31. inf. de no-*
ui operis nuntiat.) nihil impedit partes
renuntiantes suo fauori & priuilegio,
posse prorogare alterius iudicis iuris-
dictionem, ad quem modum poterunt
concordari dissidentes opiniones.

66 Ex qua consideratione † corruunt
multa, quæ per *d. l. omnia testamenta*,
tradunt Doctores, quos refert Van-
tius, *de nullitat. titul. de nullitat. ex defe-*
ctu iurisdictionis ordinariæ nu. 52. Et con-
67 sequitur, quod vidua, & pupillus † qui
habent certos iudices priuatiuè, *l. vni-*
ca. C. quando Imperator inter pupillos, &
viduas, possunt, si velint, alterius iu-
dicis prorogare iurisdictionem, quod
ita pro constanti tenet Aretin. *l. Titia*
textores, col. fin. infra. de leg. 1. & cons. 102.
num. 1. in fine, quicquid indecisum id
reliquerit Marian. *cap. significasti num.*
30. in fine de foro competenti. Et ideo re-
gulariter ille, qui non opponit exce-
ptionem incompetentiæ, sibi præiudi-
cat: quia videtur prorogare ob ratio-
nem deductam, *ex Panorm. cap. pasto-*
ralis. num. 16. de except. & ideo eam am-
plius † opponere non potest, *ordin. lib.* 68
3. titul. 39. §. penult. quæ hodie est lib. 5. tit.
49. §. 2. nouæ recopilationis. Georg. Cabe-
dus decis. Lusitan. 22. num. 9.

Nec obstat, quod † hoc priuilegium 69
fuit prædictis concessum miserationis
gratia, & ideo partes illi renuntiare
non possunt, *glos. dict. l. vnica. verb. exce-*
dere, Cod. quando Imperator: quam ibi
notat Bald. Iason *l. penultim. num. 11. in*
fine. C. de pactis, Fel. cap. si diligenti. nu. 16.
de foro competenti. Guilerm. cap. Raynut.
verb. qui cum alia. num. 134. Ergo cum
prorogando alterius iurisdictionem,
proprio priuilegio videantur renun-
tiare: non debet valere prædicta pro-
rogatio: Nam † respondetur diuer- 70
sam esse rationem, inter meram re-
nuntiationem priuilegij, & inter eam,
quæ tacitè ex prorogatione videtur
resultare. Nam mera renuntiatio pri-
uilegij, si valida esset, importaret præ-
dictos etiam inuitos trahi posse ad
alios iudices, quod ius in eorum fa-
uorem, non vult admittere, sed per
prorogationem tantum voluntariè
respondet coram iudice prorogato,
quod non est prohibitum, imo per-
missum, iuxta regulam generalem hu-
ius text. Et aduertit Arer. *cons. 102. n.*
2. ad finem, & num. 3. Et quia licet † in 71
prorogatione videatur contineri taci-
ta renuntiatio proprij priuilegij, ta-
men cum id veniat in consequentiam
actus liciti, permittitur, *argument. l. inf.*
de auctoritate tutorum, provt si pupillus,
& vidua promittant respondere in
certo loco: quia tunc videntur in eo
contrahere, *vt diximus in articulo praece-*
denti. Cogetur in eo loco respondere,
etiamsi

etiamsi in consequentiam videantur renuntiasse proprio priuilegio, vt probatur, *cap. dilecti de foro competenti*, & in Regno Portugalliæ, in terminis disponit ordin. *lib. 3. tit. 5. §. 2. & hodie est, lib. 3. titul. 6. §. 2. nouæ recopilationis*. Il-
72 lud † vtique verum est, quod per clausulam (*non obstantibus quibuscunque priuilegijs*) non videtur derogatum priuilegio viduis, & pupillis concesso, *vt tradit Cynus, l. Vnica, Cod. quando Imperator, Felin. cap. nonnulli in principio. num. 19. de rescriptis*, nisi verba derogatoria fuerint ita ampla, vt necessariò etiam prædicto priuilegio videantur derogasse, *Albe. dicta. l. vnica & post eum Afflict. lib. 1. constit. rub. 37. §. 1. num. 10.*

73 Ad perfectam autem † explicationem prædictorum, & istius articuli illud restat inquirendum, quando iurisdictio censeatur concessa priuatiuè ad alios iudices? In quo articulo Ro- *Reso-lut. n. 8.*
74 man. *cons. 339. num. 11.* pro † regula constituit, quod licèt certæ caussæ, vel etiam caussæ certarum personarum, alicui iudici committantur, non videtur ei concessa iurisdictio priuatiuè, nisi ex verbis concessionis id clarè colligatur, subscribit Felin. *c. cæterum. num. 4. in fine de iudic. Ruin. cons. 7. num. 6. lib. 4. Afflict. lib. 1. constit. rub. 4. n. 31.* Neque enim in dubio iurisdictio debet videri priuatiuè concessa: *Bald. l. vnica §. vbi autem num. 6. in fine Cod. de*
75 *cadu*r. *tollendis*. Veruntamen, quia † id non est simpliciter verum, & is articulus est nimis intricatus, vt fatetur Angel. *dicta l. testamenta omnia post principium. & cons. 375. num. 30. Felin. cap. pastoralis num. 2. de offic. ordinar. Andr. Sicul. cap. 2. num. 27. de officio legati*, & in eo variæ sunt doctorum opiniones, *vt refert Corne. cons. 30. à num. 4. lib. 2. Aret. cons. 102. num. 1. & clarius Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumptio. 18.* latius circa illius veram resolutionem insistemus.

Et regula † in nostro proposito vi- 76
detur constituenda, quod licet in delegata iurisdictione specialis concessio iurisdictionis delegatæ, derogare videatur alij delegatæ generali etiam legati, *cap. 2. de officio legati*: tamen in
iurisdictione ordinaria non idem † 77
obseruatur. Neque enim iurisdictio specialis ordinaria, derogat generali, sed potius videtur concessa cumulatiuè, ita vt inter prædictos iudices locus sit præuentioni. *l. 1. Cod. de officio præfecti vrbis, & ibi notat. Bart. & notab. inducit Angel. cons. 375. num. 2.* Et hanc regulam constituit Roman. *cons. 242. num. 1.* Quam etiam videtur probare textus *l. final. C. de iurisdictione omnium iudicum & ibi notat Bald. probat etiam l. vnica C. de Metropoli Berito. lib. 11.* probat etiam *cap. per hoc de hæreticis in 6. & ibi notat Ancharanus 3. notab. & Perus. nu. 3.* & multa alia iura ad comprobationẽ huius conclusionis allegat Roman. *cons. 393. num. 1.* & receptam esse conclusionem asserit Paulus Castrens. *l. cum prætor. in princip. n. 5. inf. eod.* quam probat idem Paul. *l. testamenta omnia. num. 6. Cod. de testament. Panormitan. cap. cæterum. num. 7. de iudic. & cap. excommunicamus à n. 1. num. 4. ad finem de hæreticis Iason. l. quod in rerum §. si quis post num. 8. inf. de leg. 1. Sapia. hic num. 2. Minsinger. in decisione cameræ centuria 6. obseruat. 99. à num. 5.* Adde Hieronym. Verium. *l. ex facto. §. 1. num. 7. inf. de vulgari Rip. de peste tit. de remedijs præseruatiuis, num. 6.* Crauetta *in ritibus magnæ curiæ ritu 46. num. 37. & ritu 295. num. 17. Thomas Grammatic. decis. 30. num. 2. & n. 9. Decian. cons. 118. à num. 22. lib. 3. Roland. cons. 80. num. 7. lib. 2. Menoch. lib. 1. de arbit. quæst. 40. à num. 3. & de præsumpt. lib. 2. præsump. 18. num. 8. & num. 26. Ioan. Garcia tract. nobilitat. glos. 1. n. 5.* quibus adde Signorolum. *l. nemo num. 20. Cod. de Sacrosanct. Ecclesijs Præpositum, cap. perlectis. num. 37. distin. 25.* &

Bald.

Bald. notab. loquentem, *conf.* 253. *Visis num.* 1. *lib.* 5. *& Cabedum, decis.* 13. *à nu.* 1. *in* 2. *parte.*

78 Ex quibus † manifestè patet, hanc esse veram & magis receptam conclusionem: quicquid contrariam regulam, & conclusionem constituant Angel. & Iacobin. *l. cum prætor. in princip. inf. eodem Andr. Sicul. c.* 2. *n.* 44. *de officio legati*, & alij relati per Dec. *cap. cæterum num.* 5. *de iudic.* quibus Adde Alexand. *l. Gallus.* §. *ille casus num.* 11.

79 Ratio † autem receptæ regulæ, & conclusionis est: quod iurisdictiones iure publico fuerunt introductæ *l. supra, de iurisdictione omnium iudicum &*

80 *ibi glos.* Porrò † maior fauor publicus est, quod sint plures iudices, qui iustitiam administrent, *Bald. l. vnica.* §. *vbi autem, num.* 6. *in fine, Cod. de caduc. tollend. & conf.* 253. *Visis num.* 2. *lib.* 5. *Angelus dicta l. testamenta omnia, col.* 1. *ad finem. Aretin, conf.* 102. *num.* 1. Et ideò dixit Bald. per illum textum *l. sæpè audini* 1. *notab. supra, de officio præsidis*, quod Princeps nunquam videtur velle diminuere iurisdictionem ordinariam, neque illi derogare. Aliam etiam rationem prædictæ conclusionis affert Signorolus. *l. nemo num.* 20. *C. de sacro-*

81 *sanct. Eccles.* Concessio † igitur ordinariæ iurisdictionis specialis, illud tantum operabitur, vt huic specialius incumbat vera cognoscendi de prædictis caussis, & qui habet generalem, facilius possit se excusare, si in illis se non intromittat, *vt tradit Benedictus de Plumbino. l. thais.* §. *fin. in fine infr. de fideicom. libertat.*

82 Et ex hac regula † & conclusione ita comprobata multa inferuntur in hac materia: in quibus Doctores hallucinati sunt. Et primò infertur annotatio ad dictum Romani, *conf.* 393. *nu.* 11. quod si in aliqua villa constituatur vicarius, qui cognoscat de caussis ciuilibus, tunc generalis potestas ordinariè de illis caussis cognoscere non poterit: allegat auth. *de defensoribus ciuitatum*, §. *& iudicare collat.* 3. & quia cum iurisdictio vicario sit concessa, vt in eo loco cognoscat de caussis ciuilibus, aliis videtur denegata, *l. quod in rerum.* §. *si quis post. infra, de leg.* 1. *& subscribit Grammatic. decis.* 30. *num.* 9. *Caravita in ritibus magnæ curiæ ritu* 295. *nu.* 18. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *num.* 11. *& n.* 15. & consonat decisio Felin. *cap. cæterum. num.* 4. *ad finem de iudic.* quod si vni concedatur iurisdictio in certa parte territorij, censetur data ei ea iurisdictio priuatiuè.

Cæterum hæ traditiones ex regula, & conclusione supra firmata, apertè confunduntur, & de illis merito dubitat Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 16. & contrarium pro regula proponit Angel. *conf.* 375. *columm. final.* Neque rationes † Romani in aliquo obstant, quia ad primum de auth. 83
de defensoribus ciuitatum, §. *& iudicare, column.* 3. respondetur, quod licèt dicat defensores ciuitatum cognoscere de caussis ciuilibus, vsque ad trecentos aureos; non tamen negat præsides prouinciæ etiam de illis caussis cognoscere posse vt aduertit Angel. *d. l. testamenta omnia, column.* 1. *ad finem Corne. conf.* 30. *num.* 2. *lib.* 2. *Aretin. conf.* 102. *num.* 1. Sed non placet: quia imo, *d.* §. *& iudicare,* apertè probat, præsides de prædictis caussis non posse cognoscere, ne aliàs partes vexentur, si extrahantur extra proprium locum: *vt aduertit Thomas Grammatic. decis.* 30. *num.* 4. Et † ideo melius respondetur, ideo 84
præsidem non potuisse se in illis caussis intromittere, quia id ita expressè fuit declaratum in *d.* §. *& iudicare,* ob rationes in eo expressas: Si igitur contrarium non fuisset expressum, etiam præses de illis caussis cognoscere posset: quod probat, *l. placet, la* 1. *iuncta glos.* 1. *Codic. de Pedam. iudicibus*, & in

terminis ita respondet Aretin. *l. ex facto*, §. 1. *col.* 1. ad medium & ibi verius,
85 *num.6. infra, de vulgari.* Non † obstat
secūda regula, *l. quod in rerum*, §. *si quid post. infra, de leg.* 1. quia procedit in re, quæ attenta voluntate testatoris, vni tantum debetur: tunc enim locum habet regula deducta ex eo textu, vt aduertit Signorol. *l. nemo. num.* 20. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Vnde igitur inferri non potest, ad iurisdictionem, quæ pluribus competere potest, *l.* 1. *supra, de offic. consul.* & in terminis Bald. *consil.* 253. *Visis. nu.* 1. *ad fin. lib.* 5. Et propter-
86 ea iurisdictio † ordinaria vni data, al-
teri non censetur adempta, *d. l.* 1. *C. de offic. praefecti vrbis, l. fin. C. de iurisdictione*
87 *omnium iudicum.* Tantum † igitur di-
ctum Romani admitti potest, quando in assignatione illius vicarij, expressa fuerunt verba, ex quibus constet, iurisdictionem illi priuatiuè fuisse concessam, *argumento l.* 1. §. *de his autem, infra, de separatio.* & ita dictum Romani interpretatur Felin. *cap. pastoralis in principio, col.* 2. *vers. limita, primo de officio ordinariè Carauitta ritu* 295. *num.* 18. & sentit Angel. *consil.* 275.

Neque in hoc articulo omittendum est, dictum Bart. per illum text. *l. tam collatores in fine. C. de re militar. lib.*
88 12. quod etiamsi vicario sit † con-
cessa iurisdictio priuatiuè, respectu ordinarij, tamen nihilominus remanet subiectus iurisdictioni ordinarij, & ideo ordinarius de illis caussis poterit cognoscere per appellationem, extollit Romanus, *consil.* 293. *ad finem & singul.* 21. notabilem ex hoc faciens illationem: *subscribit Andr. Sicul. cap.* 2. *à num.* 46. *de officio legati, Capicius decis.* 27. *num.* 38. *ad fin.* quicquid inuoluat Felin. *d. cap. pastoralis in princ. col.* 2. *vers. limita primo, de offic. ordin.*

89 Secundò principaliter † ex cōclu-
sione, de qua supra, infertur, annotatio ad dictum Angel. *l. testamenta omnia, col.* 1. *Codic. de testament.* quod si plures habeant iurisdictionem vniuersalē, & vnus ex illis habeat etiam specialem ad certum genus caussarum contentum sub illo vniuerso, cognitio illarum caussarum specialium videtur denegata illi, qui tantum habet iurisdictionem vniuersalem, nisi aliud sit expressum, ad quod allegat, & inducit. *l.* 1. *Cod. de offic. praefecti vrbis,* quam inductionem facit etiam idem Angel. *l. cum prætor, in principio, num.* 2. *infra, eodem,* & probat Imola, *l. Titia textores in fine, infra, de legat.* 1. *Hippolyt. Rimináldus, dicta l.* 1. *num.* 158. *& num.* 160. *supra, de offic. eius Ruin. cons.* 7. *num.* 6. *lib.* 4. *Vincentius de Franchis, de-*
cis. 417. *num.* 2. *in* 2. *parte.* Adde † Ang. 90
idem sentientem, *consil.* 375. *col. final.* Cæterum hæc opinio omnino reij-
cienda est ex † supra traditis: neque 91
repugnat dict. *l.* 1. *Cod. de offic. praefecti vrbis,* quia tantum dicit; ideo Imperatorem reseruasse iurisdictionē præfecto vrbis, ne videatur derogasse eius iurisdictioni: quæ ratio generalis est, & omnibus similibus casibus adaptari potest, vt aduertit Aretin. *l. quod in rerum*, §. *si quid post, col.* 2. *ad fin. inf. de leg.* 1. & generale est, quod in iurisdictione ordinaria, per dationem
iurisdictionis † specialis non videtur 92
in aliquo derogatum vniuersali iurisdictioni ordinariæ. *l.* 1. *ad fin. Cod. ne liceat potentio. cap. per hoc de haeret. in* 6. *facit ratio auth. defuncti, seu funera.* §. 1. *vers. oportet collat.* 5.

Tertiò infertur, non † esse verum 93
dictum Angel. *l. cum prætor in princip. num.* 3. *infra, eodem,* quem ibi sequitur Iacobin. *num.* 5. *& l. si per errorem* 1. *lect. num.* 6. *sup. de iurisdictione omnium iudicum Felin. cap. pastoralis, coll.* 3. *vers. limita* 4. *de offic. ordin. Ioan. Garcia tract. nobilitatis, gloss.* 1. *num.* 5. *vers. facit pro hac.* quod si alicui concedatur iurisdictio generalis, & alteri concedatur

certa

certa species negotiorum, contenta sub eo genere, non potest habens generalem iurisdictionem se intromittere in ea certa specie negotiorum, quia species derogat generi. *l. vxorem §. felicissimo, infra, de leg. 3.* nam etiam hoc dictum ex supra dictis confundi-
94 tur, imo qui habet † generalem iurisdictionem, etiam de illis caussis specialibus cognoscere potest, *dicta l. 1.*
95 *C. de offic. praefecti vrbis.* Neque † obstat regula *d. §. felicissimo,* quia ea non habet locum in iurisdictionum concessionibus, *vt supra dictum est* & rationem assignat Bald. *l. vnica, §. vbi autem. num. 6. ad fin. Cod. de caduc. tollend. Paul. Castrens. l. qui cum procuratorio, §. Iulianus. num. 2. supra, de procurat. Afflictis, decis. 41. num. 2.* Item regula, *dict. §. felicissimo,* procedit in vltimis voluntatibus, non autem in aliis dispositio-
96 nibus. Vnde † si genus, & species concurrat ex diuersis dispositionibus legum, species non derogat generi, *l. 1. §. 1. & ibi Bart. infra, de noui oper. nunc. l. sanctio legum, infra, de poenis.* Aduertit Aretin. *l. quod in rerum. §. si quid post col. 2. ad finem, infra, de legat. 1.* Cui addendus est Signorol. *rep. l. nemo. num. 22. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* pariter ex praedictis corruit aliud dictum eius-
97 dem † Angel. *l. cum praetor. in principio. num. 3. infra eodem,* probatum à Iacobin. *ibi num. 6.* quod si creatur vnus iudex generalis, & deinde alius iudex etiam generalis, primus in totum censebitur reuocatus, nam contrarium colligitur ex supra traditis, imo erunt duo iudices generales, *iuxta legem primam de offic. consulis. & tenet Beroius, consil. 22. num. 42. lib. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 18. nu. 8.* Neque hoc nouum est, imo saepius in iure inuenitur dispositum: vt prosequitur Capicius, *decis. 27. nu. 39.* quo casu obseruabitur inter eos, id quod tradit Bald. *auth. Sed nouo iure. num. 9. C. de seruis fugitiuis Vincent. l. si vni. num. 16. inf. de re iud.*

Conclusionem † hanc ita explicatam limitant quidam non procedere, si in cōcessione speciali, addatur clausula, vt is solus de illis caussis cognoscat: nam tunc vt verbum (*solus*) aliquid operetur, dicendum est, in illis caussis priuatiuè ei fuisse concessam iurisdictionem: Ita limitat And. Sicul. *consil. 1. col. fin. ad medium lib. 4,* adducit dictum Angel. *l. 1. C. vbi & apud quem,* quam limitationem per praedictū dictum Angel. assignauit etiam Felin. *cap. pastoralis in principio, col. 3. vers. limita. 3. de offic. ordinar. Iacobin. l. si per errorem 1. lect. nu. 7. sup. de iurisdict. omnium iudic. Afflict. lib. 3. constit. rub. 5. num. 64. Crotus l. si constante 1. lectur. num. 66. inf. solut. Matrim. Rip. de peste, tit. de remedys praeseruatiuis. num. 62. Hippol. Rimnald. l. 1. num. 159. sup. de offic. eius:* quibus addendus est And. Sicul. *cap. 2. num. 37. de offic. legati. Ruin. rep. l. 1. §. 1. nu. 84. inf. de noui oper. nunciat. & ante eos Paul. Castr. in rep. l. 1. nu. 3. C. de iurisdict. omn. iud. & alij relati per Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 18. nu. 15.* & pro illis videtur vrgere *l. 1. §. de his, inf. de separatio. & l. testamenta omnia. C. de testament.* Ex qua Bald. *l. vnica. §. vbi autem. num. 6. C. de caduc. tollend.* colligit, quod vbi vnus solus iudex cognoscit de insinuationibus, alij se intromittere non possunt. 98 Quaestio Resolutur. n. 104. & 106.

Est tamen aduertendū, quod † contrarium, imo quod decisio. *l. 1. C. de off. praefecti vrbis,* procedat, etiamsi in concessione addatur dictio taxatiua (*solus*) vel (*tantum*) Pro constanti tenet Bald. *consil. 253. Visis num. 2. lib. 5. Iason. l. quod in rerum. §. si quid post. num. 9. & l. Titia textores. num. 29. infra, de leg. 1. Decius, consil. 3. num. 3. & 7. Grammatic. consil. 2. post decisiones. num. 8. Hieronymus Verius. l. ex facto. §. 1. num. 9. inf. de vulgari Roland. consil. 8. num. 10. lib. 2. Decian. consil. 118. num. 3. lib. 3. Pacian. de probat.* 99

lib.1.c.31. à n.56. Menoch.lib.1.de arbitrar.q.40.n.8.Ioan.Garcia tract.nobilitat. glos.1.n.5.vers.pro qua, quibus adde Paul. Castrens. cons.318.n.2. post med. lib.1.

100 Et pro hac sententia † adducitur.l. fin. iuncta glos. fin. Codic. vbi caussæ fiscal. & l.1.Cod.vbi & apud quem, iunctis ibi traditis per Angelum. Neque obstant
101 † adducta pro contraria opinione: nam ad primum, quod alias verbum (solus) nihil operaretur, respondetur ex traditis per Baldum, cons.253. Visis nu.
102 2.lib.5. quod † per eam dictionem videntur exclusi iudices pares in iurisdictione, vel etiam inferiores, non autem videntur exclusi maiores iudices quibus illi adhuc remanent subiecti. l.1.Cod.de offic. præfecti vrbis, subscribit Decius, cons.3. num.3. Grammaticus, decis.30. num.2. & cons.2.num.8. post decisiones Roland. cons.80.num.7. & num. 10. lib.2. Decian.cons.118.num.23.lib.3. & cons.35.num.60.lib.2.& poterit confirmari hæc responsio ex variis decisionibus Doctorum, quas refert Corne. cons.30. num.4. lib.2. & adde Bald. idem sentientem, l. si in aliquam. num. 5. sup.de offic. proconsul. & cap.2. num.2. de offic. legati.

Tamen est considerandum, quod quatenus hoc dictum præsupponit, superiores iudices speciales non videri exclusos, verum esse in se: tamen
103 dum etiam † continet, quod pares videntur exclusi: non est verum, quia contrarium colligitur ex l.1. C.de offic. præfecti vrbis, & sentit Bald.l.testamenta omnia. num.6. Cod. de testamentis & cap. vno delegatorum. num.5. de offic. delegati, & ita Doctores generaliter loquuntur in hoc articulo non distinguentes, vtrum habẽs iurisdictionem generalem, remaneat superior habentis specialem, vel etiam æqualis. Me-
104 lius † ergo respondetur per illam dictionem (solus) excludi omnes alios iudices, præter illos, quibus antea competebat iurisdictio generalis in eisdem caussis: vt colligitur ex l.1. C. de offic. præfecti vrbis, & l.1.Cod.vbi & apud quem, & rationem reddit Bald.l.sæpe,1. notab.supra, de offic. præsid. non obstat 2. dicto Angel.l.1.C.vbi & apud quem, quia imo Angel. bene expensus tenet hanc eandem opinionem, quam nos probamus, & malè allegatur ad contrarium, vt in terminis aduertit Dec.cons. 3. num. 3. & Menoch. lib.1. de arbitrar. quæst.40.num.8.Ioan.Garcia de nobilitate glos.1.num.5. vers. præterea facit. Minus
etiam † obstat. l.1.§. de his, infra, de se- 105
paratio.& l.testamenta omnia. Cod. de testam. Quia illa iura procedunt, quando expressum est, vt nullus alius iudex se de illis caussis intromitteret, tunc enim stabimus expresso, auth. de defensoribus ciuitatum.§.audient. collat.3. l.cum clericis, & ibi Bald. num.2. Codic. de Episcop. & cleric. Sed quando id clarè expressum non est, sed tantum id volumus colligere ex natura dictionis taxatiuè, (solus) verius est, per illam dictionem non videri exclusos eos, qui antea habebant iurisdictionem generalem, in illis casibus, dicta l.1.C. de offic. præfecti vrbis, & tunc specialis magis videtur inducta ad adiuuandam generalem, Bald. cap. vno delegatorum, num.5. de offic. deleg. & cap.2.nu.
2.de offic. legati. Inuenio † tamen quod 106
has opiniones ad concordiam reducit Menoch. lib.1. de arb. quæst.40. num.8. Quod si in concessione tantum expressa sit dictio taxatiua, per eam non videtur exclusus ille, cui antea competebat iurisdictio generalis cognoscendi de eisdem caussis. l.1. Codic. de offic. præfecti vrbis Angel. l.1. Codic. vbi & apud quem. Sed si † vlterius addantur ea verba expressa, quod nullus alius de illis caussis cognoscat propter verba expressa, & generalia, etiam videbitur exclusus ille, qui ex generali iurisdictione etiam de illis cognoscebat.

gnoſcebat. *l.* 1. §. *de his inf. de ſeparatio. l. cum clericis, & ibi Bald. num.* 2. *Codic. de Epiſcop. & cleric.* declarando tamen, vt colligitur ex text. *l. fin. iuncta gloſ. final. Cod. vbi cauſſæ fiſcales.*

107 Et iuxta † hæc venit explicandus text. *l. viros. C. de diuerſis officijs, lib.* 12. ex quo Bart. ibi *num.* 1. collegit, quod ſi adimatur iuriſdictio aliquibus iudicibus, & addatur quod in illis cauſſis certus tantum iudex cognoſcat, non videtur illis adempta ea iuriſdictio, quę antea per conſuetudinē eis competebat. *Argum. cap.* 1. *de conſtit. in* 6. & ſic ſentit, quod ea, quæ competebat iure communi, videtur adempta, *vt expendit Andr. Sicul. c.* 2. *num.* 37. *de offic. legati. Felin. cap. paſtoralis in princip. colum.* 3. *verſ. limita* 3. *de officio ordinar. Ioannes Garcia tract. nobilitat. gloſ.* 1. *num.* 5. *verſ. facit.* Sed ex prædictis dicendum eſt: quod Bart. loquitur, quando expreſſim adempta fuit iuriſdictio aliis, & fuit conceſſa iuriſdictio vni tantum: vnde cum ſimus in caſu claro, ceſ-
108 ſat † diſputatio. Cæterum ſi tantum data ſit ſpecialis iuriſdictio, in dubio non videtur derogatum habenti generalem eodem caſu, *vt dictum eſt.* Quinimo & in caſu expreſſæ ademptionis notabile eſt dictum Bart. *d. l. viros. nu.* 1. quod non videtur derogatum illi iuriſdictioni, quæ competebat ex conſuetudine, *tradit Iaſon. l.* 2. *num.* 11. *inf. de vulgari. Aymon. tract. de antiquit. temporis, pag.* 8. *num.* 41. *Menoch. de præſumption. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *num.* 15.

109 Illud certum eſt, quod † licet Princeps conceſſerit aliquibus iuriſdictionem priuatiuè, tamen cum illis ipſe Princeps concurrere poteſt: quia ſemper maiorē poteſtatem videtur apud ſe retinuiſſe, *cap. dudum, §. nos igitur de præbendis in* 6. & in notabili caſu tradit Brunus, *conſ.* 47. *num.* 3. & proſequitur Grammatic. *conſ. crimin.* 6. *à num.* 21. *& Voto* 28. *num.* 4. *Roland. conſ.* 80. *lib.* 2. *per totum. Menoch. de præſumptionibus, lib.* 2. *præſumpt.* 18. *à num.* 1. *Cabedus, deciſ.* 13. *num.* 2. *in* 2. *parte & num.* 3. declarando tamen per Thomam Grammaticum, *deciſ.* 30 *num.* 7.

Et eſt † ratio quia Princeps per 110
viam officij, nunquam videtur concedere priuatiuè iuriſdictionem reſpectu ſui, nec etiam quoad alios ordinarios, ſed potius cumulatiuè, *d. l.* 1. *Cod. de officio eius,* & tradit Minſing. *in deciſ. cameræ centuria* 6. *obſeruat.* 99. Et ideo non ſolum Princeps concurrere † po- 111
teſt cum eo, cui conceſſit prædictam iuriſdictionem priuatiuè, ſed etiam, & illam reuocare poteſt, *l. iudicium ſoluitur infra eodem.* Quod ſanè intelligendum eſt, quando prædicta conceſſio facta eſt per viam officij, *vt ſupra diximus.* Nam ſi in † feudum facta 112
fuerit conceſſio iure patrimonij, vel etiam donata fuit, vel vendita cum ſua iuriſdictione, tunc etiam quoad ſe priuatiuè videtur conceſſiſſe iuriſdictionem: ſaltem quoad primas cauſſas vaſallorum, quas non poteſt ad ſe aduocare, quia feudatarius habens vtile dominium debet præferri, *l. ſi cum procuratore* 55. *ſupra, de procuratoribus.* Tradit notabiliter Bald. *l.* 1. *num.* 35. *ſupra de rerum diuiſio. Brunus, conſ.* 47. *num.* 7. *Grammatic. deciſ.* 30. *nu.* 11. *latè Roland. conſil.* 48. *à num.* 22. *lib.* 2. *& notabilius Aymon. conſil.* 411. *num.* 36. *lib.* 3. *& num.* 28. Et ampliat Decian. *conſil.* 35 *num.* 60. *lib.* 2. & ita prædictos caſus diſtinguit in ſpecie Carol. Molineus, *l.* 1. §. *ſi ſtipulanti, num.* 31. *infra, de verborum obligat. Menoch. de præſumpt. regul.* 2 *præſumpt.* 18. *num.* 1. *& num.* 5. Quibus adde Aymon. notab. loquentem, *conſ.* 411. *num.* 29. *lib.* 3. *& Beroium, conſ.* 65. *num.* 98. *lib.* 1. *& Cabedum, deciſ.* 13. *num.* 12. *in* 2. *parte & num.* 11.

His ita explicatis, & redeundo † ad 113
declarationem regulæ, *d. l.* 1. *C. de officio*

præfecti vrbis, illam quatuor limitabis modis. Prima limitatio fit, regulam procedere, quando alicui prius competebat iurisdictio generalis,& postea aliqua species illius generis fuit alteri concessa: Nam in terminis loquitur dicta *l.* 1. vt explicat Alexand. *l. Titia textores num.7. inf. de leg.1. Felin. cap. pastoralis, col.3. post principium, de offic.*
114 *ordinar.* Nam † si simul,& eodem tempore, officium generale, & speciale creata sint: tunc specialis nunquam videtur inclusa in generali, neque ab eo videtur adempta, sed potius nunquam concessa, *argumento, l. si ita scriptum, infra, de leg.1.* Id quod sentit Bal. *auth. habita. num.32. Codic. ne filius pro patre*, dum dicit, quod quando à principio iurisdictio discretiuè fuit concessa: vnus non potest se intromittere in iurisdictione alterius, *l. testamenta omnia. Codic. de testamentis*, subscribunt Andr. Sicul. *cap.2. num.30. de offic. legati & aly relati per Menoch. de præsumptio. 3. parte præsumpt.18. num.12. & not ab. Carauitta in ritibus magna curia ritu 47. num.1 facit. l. quoniam augerio iuncta glos. verb. mand. u. s. Cod. de conueniendis fisci debitoribus lib.10.* & confirmatur Bart. *l.1. §.1. num.7. infra, de noui oper. nunciat.*
115 quod † in eadem dispositione, clausula generalis, non comprehendit specialia. *l. doli clausula. infra, de verborum obligatione l. sanctio legum, infra, de pœnis.* Imo tunc speciale derogat generali, *l. vxorem. §. felicissimo, infra, de leg.3. & subscribit Ruinus ibi in repet. num.84.* Sed
116 si † clausula generalis,& specialis proueniunt ex diuersis dispositionibus, species non derogat generi, sed simul concurrunt, *l. senatus, infra, de accusat.*
117 Sic igitur, & in † proposito: quando concessio iurisdictionis generalis, & specialis concurrunt eodem tempore, & fiunt in vna dispositione, generalis non includit specialem, & sic habens generalem, de illa speciali cognoscere non poterit, sed quando diuerso tempore, & ex diuersis concessionibus competant, tunc possunt concurrere, neque species derogat generi: & in his terminis procedit *l. 1. Codic. de offic. præfect. vrb. cum similibus*, & aduertit Aretin. *l. quod in reum. §. si quid post, col.2. ante finem, supra, de leg.1. Carol. l.1. §. si stipulanti, num.30. infra, de verborum obligat.* Et ideo merito Bal. *consi.253. Visis. num.1. ad finem, lib.5.* eleganter tradit, quod † vbi 118
administratio iurisdictionis à principio fuit diuisa, siue distributa, vnus non debet se intromittere in iurisdictione alterius. *l. solemus, §. latrunculator, infra, eodem. l. quæro, infra, de solut. l. 2. Codic. de executoribus, & exactoribus lib.12. l.4. C. de numerat. & actuarys eod. lib.12.* & † pari ratione idem recipien- 119
dum est: quando de nouo aliquid conceditur magistratui, quod alteri nunquam fuerat concessum: *Bald. d. auth. habita, num.32. C. ne filius pro patre per l. omnia testamenta. Cod. de testam.* & in † 120
his propriè terminis, sibi locum vendicat quæstio Doctorum *l. Titia textores, infra, de leg.1.* si iurisdictio sit data diuisim, discretiuè, & inuenitur caussa, quæ habito respectu ad qualitatem caussæ, pertineat ad vnum ex his iudicibus,& attenta qualitate personæ pertineat ad iudicem: quæ ex istis qualitatibus præualere debeat, de qua ibi agunt Alexand. *num.27. Iason. num.29. Felin. cap. pastoralis, col.3. post princ. de offic. ordinar.* & de eadem agit Bald. *consil.253. Visis à num.4. lib.5. & Ruin. l.1. §.1. à num.83. infra, de noui oper. nuntiat. Menoch. de præsumpt. reg.2. præsumpt.18. num.19.*

Est sanè † aduertendum, prædicta 121
procedere, quando eodem tempore creati sunt duo officiales, vnus generalis,& alter specialis: nam si duo officiales simul generales creentur, videtur eis concessa iurisdictio cumulatiuè,

uè, ita vt inter eos sit locus præuentioni. *l.1.supra,de offic. consulis* *Beroi.cons.* 22. *num.*42. *lib.*1. *Menoch. de præsumpt.* 2.*p. præsumpt.*18.*n.*8. *& elegantius Vantius de nullit. ex defectu iurisdictionis ordinaria.num.*177. *& Carauitta ritu* 295.*n.* 18.& qualiter tunc hi iudices debeant procedere: explicat Bald.*l.vnica.*§. *vbi autem. num.*6. *Cod. de caduc. tollend. Iason. l. si vni. num.*5. *inf. de re iudicat.* &
122 tenebis mente, quod † si iurisdictiones sint distinctæ per territoria, tunc indistinctè videtur concessa iurisdictio priuatiuè, ita vt alter non possit se intromittere de caussis alieni territorij,vt eleganter probat Aymon,*cons.* 411. *à num.*28. *lib.*3.

Secundò principaliter limita decisionem.*d.l.*1.*Cod. de offic. præfecti vrbis,*
123 non † procedere,si constaret ea ratione, magistratum specialem creatum esse: quia generalis propter multitudinem negotiorum, non poterat illa commodè expedire:nam tunc specialis videbitur datus priuatiuè ad generalem,quia aliter non esset succursum necessitati publicæ,propter quā creatus est: ita colligitur ex *l.*2. §. *& cum placuisset, sup.de orig.iuris*,vbi quia prætor vrbanus nō poterat expedire commodè omnia negotia,creatus est prætor peregrinus, qui peregrinis ius diceret, & exinde prætor vrbanus non poterat se intromittere in negotiis peregrinorum,vel è contra:vt probat, *l. si per errorem. supra. de iurisd. omn. iud.* exemplificando illa cum glos. 1. ibi communiter recepta: in prætore vr-
124 bano, & peregrino: cum † enim prædicta iurisdictio concessa fuerit distributiuè,& discretiuè,nō potuit vnus se intromittere in iurisdictione alterius, *Bald. auth. habita.num.*32. *Cod. ne filius pro patre.*& subscribit Andr. Sicul.*cap.* 2.*num.*30.*de offic. legati*: consonat traditio eiusdem Bald. *l.testamenta omnia. Cod. de testam.num.*3. quam ibi probat Corne. *num.* 5. quod si iurisdictio ciuitatis sit diuisa inter Iudices per portas ciuitatis, iudex † vnius portæ non 125
potest se intromittere, de caussis pertinentibus ad iudices aliarum portarum: quæ tamen traditio ita generaliter accepta, vera non est,vt confunditur per generalitatem & rationem expressam,*d.l.*1. *Cod de offic. præfecti vrbis*, & ideo tantum admitti potest, quando propter consuetudinem negotiorum facta fuit prædicta distributio, vt dictum est.

Neque † est omittendum,quod Cagnol. *l.*2. *num.*391. *supra, de origine iuris*, etiam in prædictis terminis, non admittit prædictam limitationē,contendens, quod Prætor vrbanus poterat cognoscere, de caussis peregrinorum,& è contra quod & tentauit Aretin.*l.quod in rerum.* §. *si quid post column.* 3. *ad finem,inf.de leg.*1. & Iason. *l. si per errorem. num.*8. *in fine, supra. de iurisdictione omnium iudicum.* 126

Et † si quis vellet hanc defendere 127
opinionem,ad *d.l.si per errorem*,respondere posset:textum non esse exemplificandum in prætore vrbano, & peregrino, vt glos.1.ibi exemplificat: quia in re tam notoria, non est verisimile partes errasse, & ideo cum Goueano ibi esse exemplificandum in prætore præposito repetundis, quem partes existimarunt per errorem, de aliis diuersis caussis cognoscere posse.

Cæterum quia Doctores communiter in *d.l.si per errorem.* probant,glos. 1.ibi exemplificantem textum in prætore vrbano, & peregrino, non est recedendum à communi traditione.Neque obstant rationes Cagnol. in contrarium, quia ad *l.*1. *Cod. de offic. præfecti vrbis*, respondetur, quod procedit, quando † ille iudex specialis remanet 128
subiectus habenti generalē:Nam tunc iudex specialis, quia remanet superior,de illis † casibus specialibus etiam 129
cognoscet:

cognoſcet:quia nunquã videtur præ-
iudicatũ iuriſdictioni ſuperioris, niſi
id clarè exprimatur, *dict.l.1. C. de offic.
præfecti vrbis.& l.1.in fine. Cod. ne liceat
potentioribus.* Sed ſi iudex ſpecialis re-
manet æqualis iudici generali, tunc
non procedit, *dict.l.1.Cod. de offic. præ-
fecti vrbis,ex Bald.conſil.253. Viſit.num.
1.poſt principium,lib.5.& idem Bald.l.1.
col. 1. verſ. extra, quæro, ſupra de offic.
conſulis, & l. ne quicquam, n.5. ſupra, de
offic.proconſul. & cap.2.n.2. de offic.legati.
Cornel. conſil.30. num.4. lib.2.* & in no-
tab. caſu defendit Auend. *lib.1. de ex-
ſequendis mandatis, cap.19. num.37. &
Meſſia de taxa panis prima concluſione.*
130 *nu.52.* Sed † non eſt admittenda hæc
reſponſio:quam iam ſupra reiecimus:
nam generalitas *d.l.1. Cod.de offic. præ-
fecti vrbis:* procedit etiam,quando iu-
dex ſpecialis remanet æqualis gene-
rali, vt colligitur ex eius ratione: &
131 ideo melius † reſpondetur, regulam
dictæ, *l.1.* non procedere,quãdo pro-
pter multitudinem negotiorum crea-
tus fuit iudex ſpecialis, nam tunc iu-
riſdictio videtur data priuatiuè ex ſu-
pra traditis.

132 Quamuis fatear, quod † ſi primus
generalis remanet ſuperior iudicis
ſpecialis, tunc ſine dubio poſſet co-
gnoſcere de cauſſis illis ſpecialibus
ſaltem per viam appellationis. *Bart.l.
tam collatores, in fin. C. de re milit.lib.12.
Roman.ſing.21. & ſupra diximus.* Non
133 † obſtat 2. *de l.2.§. & cum placuiſſet.ſup.
de orig. iur.* Nam dum præſupponit,
prætorem vrbanum poſſe cognoſcere
de cauſſis peregrinorum, & è contra,
falſum eſt, niſi mediante prorogatio-
ne partium: vt præſupponit *d. l. ſi per
errorem.* & in ſpecie Bald.auth. *habita.
num.32.C.ne filius pro patre.*

Tertiò limita concluſionem, *d.l.1.
C. de offic. præfecti vrbis*, vt non proce-
134 dat,quãdo iuriſdictio † ſpecialis con-
ceditur per viam priuilegij in fauo-
rem certarum perſonarum:nam tunc
vt priuilegium aliquid operetur, cre-
dendum eſt iuriſdictionem datã fuiſſe
priuatiuè ad alios iudices,& non cu-
mulatiuè. Ita videtur probare text. *l.
nec quiſquam,verſ.1.ſupra, de offic.procon-
ſul.* Tradit Bald. *l.vnica.§.vbi autem.nu.
7.C.de caduc.tollend.& notab. conſil.476.
lib.2. Angel.conſ.135.col.fin. Paul.l.ſi cum
procuratores.§.Iulianus.num.2. de procur.
& in notab.caſu Ruin.conſ.7.num.6.lib.4.
& in alio nõ minus notab. Afflict.deciſ.41.
à n.2. & Vincent. de Franchis deciſ.417.
num.7.in 2.p.* & probant alij quos re-
ferunt Menoch. *de præſumpt.lib.2.præ-
ſumpt.18. num.18. & Ioan.Garcia,tract.
de nobilit.glo.1.num.6.verſ.item facit.*

Hanc tamen † limitationẽ reſtrin- 135
gebat Angel. *l. teſtamenta omnia, col. 1.
ad medium,C.de teſtamentis*, quãdo fue-
rit vtilitas perſonæ priuilegiatę,quod
videatur exempta à iuriſdictione or-
dinaria: alias ſecus, *Angel.l.quod fauo-
re.Cod.de legibus*, & videtur text. auth.
habita,C.ne filius pro patre, & ſubſcribit
Aretin. *conſil. 102. num. 1.* declarans,
quod hoc caſu priuilegiato competit
electio, coram quo iudice reſpõdeat:
iuxta ea quæ habentur, *dict. auth. ha-
bita,& ſequitur Felin.cap.paſtoralis,col.3.
ad finem, verſ. limita.5. de offic. ordin.* &
in Portugallia probat Ordin. *lib.3.tit.
4.§.1. & hodie,lib.3.tit.5.§.3. noua reco-
pilationis.*

Et iuxta † prædicta veniunt emen- 136
danda tradita per Marianum, *cap. cum
contingat.num.8.de foro competenti*, quod
ſi iuriſdictio conceſſa ſit in vim pri-
uilegij, vel alias cõſuetudine ſit quæ-
ſita, nũquam videtur competere pri-
uatiuè, ſed magis cumulatiuè,allegat.
l.1.C.de offic.præfecti vrbis, nam ex præ-
dictis reſoluendum eſt,quod dum lo-
quitur in iuriſdictione cõceſſa in vim
priuilegij, falſa eſt declaratio, nam
videtur competere priuatiuè per pro-
ximè dicta: & tantum admitti po-
teſt

137 test † prædicta conclusio, quando pri-
uilegium concessum est, non in fauo-
rem personarũ, sed in fauorem caus-
sarum, seu rerum, hãc enim verum est
videri datam cumulatiuè, *iuxta d.l.*1.
C.de offic.præfecti vrbis, & ibi Bart.Paul.
l.si cum procuratore,§.Iulianus.num.2.su-
*pra,de procurator. Afflict.decis.*41.*num.*3.
138 *in fine*: Præterea † dum Marianus di-
cit, quod iurisdictio acquisita per cõ-
suetudinẽ dicitur cumulatiuè acqui-
sita, non videtur verum, quia præscri-
139 bens † iurisdictionem, dicitur acqui-
rere priuatiuè, respectu eius, cui antea
iure cõmuni competebat, *cap. auditis,*
*de præscript.& ibi notat Panormit.num.*7.
& tradit idem Panorm. cap.Pastoralis in
*princ.num.*7. *& ibi Felin.num.*5. *de offic.*
*ordi. Menoch.de præsumpt.lib.*2.*præsumpt.*
18.*num.*24. *Parlador.rerum quotid. lib.*2.
*c.*7.*nu.*15.*ante fin.* Item & iuxta prædi-
cta venit explicãda ordinatio Portu-
galliæ, *lib.*3.*tit.*11,*in fine*, dũ dicit, quod
140 scholaris debet † conueniri corã suo
conseruatore, quæ hodie est, *lib.*3.*tit.*
1.*in fin.in noua recopilatione*, nam dicen-
dum est, in electione sua esse, coram
quo iudice agat, vel conueniatur: iux-
141 ta † tradita, *d. auth.habita*, & in specie
tradit Angel. *sup. relatus*, adeo quod
possit eligere iudicem ordinarium, vt
coram eo conueniatur: vt probatur
in proœm.ff.§.fin. per quem debet sup-
pleri *d.auth. habita*, quæ cum facta sit
in fauorem scholarium, non est veri-
simile eis voluisse auferre electionem
illius iudicis, quem ius commune eis
tribuebat, vt tradit glos. *d.auth. habi-*
142 *ta*, † *verb.dedimus, & ibi Bolog. nu.*227.
de quo videndus est Anton.de Matth.
*de prorogatione iurisdict.num.*37.*vers.*3.
143 Quarta & vltima, † limitatio ad
conclusionem. *d.l.*1. *C. de offic. præfecti*
vrbis, ea sit, quod si sint plures iudices
ordinarij, & generales, & vni ex illis
certum genus caussarum specialiter
committatur, videtur concessum pri-
uatiuè ad collegam: nam cum prædi-
ctus ex sua generali potestate, posset
de illis cognoscere, vt commissio illa
specialis aliquid operetur, debet spe-
cialis commissio censeri facta priua-
tiuè, *l.quoniã augeri, iuncta gl.verb. man-*
datum. C. de conueniend. fisci debitoribus,
*lib.*10.*facit.l.in sacris, la* 2.*iuncta gl.verb.*
*eos, & ibi Bart. num.*2.*C. de proximis sa-*
*crorum scriniorum, lib.*12. facit etiam. *l.*
*thais.§.fin.& ibi notat Plumbinus, num.*3.
inf. de fideicommis.libertatib. Et ita hanc
limitationem assignauit Angel.*l.testa-*
menta omnia post princ.C.de testam. Aret.
*l.quod in rerum.§.si quis post, col.*3.*ad fin.*
*inf.de leg.*1. *Felin. c.pastoralis, col,*3. *vers.*
*limit.*4.*de offic.ord. Andr.Sicul.c.*2.*nu.*27.
*de offic.legati. Menoch.de præsumpt. lib.*2.
*præsumpt.*18. *num.*12.
Neque † obstat, si quis huic limi- 144
tationi opponat, quod licet in iuris-
dictione delegata, commissio specia-
lis deroget generali, *c.*2. *de offic. legati*,
tamen diuersum est in iurisdictione
ordinaria. Neque enim per dationem
specialis iurisdictionis in aliquo de-
rogatur iurisdictioni ordinariæ gene-
rali, sed potius iurisdictio specialis,
censetur data cumulatiuè, *l.* 1. *C. offic.*
*præfecti prætor.tradit Bald.cons.*253.*Visis,*
*nu.*1.*ad fin.lib.*5.*Rom.cons.*242.*num.*1.
Quia † respondetur communem 145
illam traditionem circa ordinariam
iurisdictioné, procedere duobus con-
currentibus: primum quod alicui cõ-
petebat iurisdictio generalis, & dein-
de alteri specialis, fuit concessa circa
contenta in generali: secundò quod
generalis cõcessa est alteri: cui antea
nulla competebat iurisdictio genera-
lis, his enim duobus concurrentibus
procedit decisio. *l.*1. *C. de offic. præfecti*
vrbis. Sed in casu præfatæ limitatio-
nis proponitur casus, in quo duo ha-
bebant generalem iurisdictionem, &
postea vni cõcessa est iurisdictio spe-
cialis, quoad certũ genus caussarum:

nam cum is virtute iurisdictionis generalis, poterat de prædictis caussis cognoscere, vt commissio specialis aliquid operetur, dicendum est eas caussas speciales priuatiuè eis fuisse concessas respectu collegæ, vt dictum
146 est. Quinimò si † iudici ordinario aliqua caussa specialis committatur: de qua ratione generalis cognoscere nô poterat: adhuc priuatiuè ei videtur concessa, ita colligitur ex *l. 1. iuncta gloss. penult. C. ne liceat potentio.* & ibi declarat Paulus Castrens. *num. 3.* Nam licèt Aretin. *l. Titia textores, col. fin. & ibi Iason. num. 29. infra de leg. 1.* dicant text. illum non aperire, quod alij iudices de ea caussa specialiter commissa non possint cognoscere: tamen verius est hoc sentire, vt ibi expressit Bald. *in fine.* Et patet: quia ille text. agit de delictis clarissimorum, de qui-
147 bus nullus certus † iudex cognoscebat, sed tantum Princeps, vel ille cui Princeps id specialiter committebat, *l. fin. C. vbi Senatores, vel clarissimi,* dum igitur, *d. l. in fine. C. ne liceat potentio.* disponit præsidem posse cognoscere aduersus clarissimos, de delicto ibi expresso, satis significat nullû alium iudicem de eo cognoscere posse: cum nullus de prædictis delictis cognoscat, nisi ex speciali Principis commissione, vt dictum est. Quinimò ne-
148 que † præses eam caussam sibi specialiter commissam alteri delegare poterit, propter regulam, *l. 1. supra, de offic. eius.* Tenet gloss. fin. *dict. l. 1. C. ne liceat potent. Purpurat. l. 1. num. 398. supra, de offic. eius, quibus adde gloss. l. hæres absens. §. 1. verb.* ibi *post princ. inf. eodem.* Et ex his remanet expeditus is quartus articulus principalis in materia prorogationis: succedit igitur quintus & vltimus articulus principalis, in prædicta materia prorogationum.

ARTICVLVS V.

De viribus, & effectibus prorogationum.

SVMMARIA.

1 *Gesta coram iudice prorogato eodem modo valent, & eundem effectum producunt, quem haberent, si iudex ille à principio fuisset competens.*

2 *Iudex ordinarius; cui prorogata est iurisdictio, caussas, quas ex prorogatione determinare potest, eas si velit, alteri delegare potest.*

3 *Quod prorogatum est, censetur idem cum prorogato.*

4 *Si laicus proroget iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, debet eam caussam determinare secundum ius Canonicum, & nô secundum ius ciuile.*

5 *Prout côuentus coram iudice ordinario poterat aduersarium reconuenire coram eodem iudice: pariter & coram iudice prorogato eum reconuenire potest.*

6 *Refert Doctores, qui supra positam cômunem resolutionem impugnant, & eorum fundamenta.*

7 *Pro concordia opinionum resolutionem adducit.*

8 *Si par, vel maior subijciat se sponte iurisdictioni alterius, poterit corâ prorogato fieri reconuentio.*

9 *Si quis aliquem conueniat coram iudice competente, & côuentus, tacitè, vel expressim proroget eius iurisdictionem, poterit coram eo iudice fieri reconuentio.*

10 *Si communi consensu partium eligatur iudex, cuius prorogetur iurisdictio, non poterit coram eo fieri reconuentio.*

11 *Iudex, qui inter subditos summariè cognoscebat, eodem modo in caussa prorogata procedet.*

12 *Partes prorogantes semper in prorogatione videntur respexisse ad qualitates*

litates iudicis, cuius prorogarunt iurisdictionem.

13 *Si index prorogatus cognoscebat inter subditos appellatione remota, non poterant prorogantes ab eius sententia appellare.*

14 *Quamuis prorogantes non possint appellare à sententijs suorum iudicum competentium, tamen poterunt appellare à sententijs iudicis prorogati, si eius subditi poterant ab eius sententijs appellare.*

15 *Opponitur contra proximam resolutionem. d. l. Episc. Cod. Epis. aud. de cuius intellectu ibi agitur.*

16 *Subditi Episcop. ab eorum sententia appellare possunt.*

17 *Assignat responsionem Bar. ad l. Episcop. & refert doctores, ex quibus illa responsio communis dicitur.*

18 *Reprobat communem responsionem.*

19 *Refert responsionem Curt. Iun. in hac l.1 .num.6. & Doctores, qui eum sequuntur.*

20 *Examinatur pro responsione. Curt. Iunior. dict. l. Episcopale, & eius considerationem reprobat.*

21 *Assignat optimam responsionem ad dict. l. Episcopale, quæ, & vera est.*

22 *Correcta ratione legis & ipsa lex censetur correcta.*

23 *Clerici prorogantes iurisdictionem Episcopi, poterunt nihilominus à sententia appellare, etiam obstante. d. l. Episcopale.*

24 *Dispositio secularis non potest clericos ligare.*

25 *Laici prorogantes iurisdictionem Episcopi, ab eius sententia appellare possunt, contra id quod ex Bar. tradit. num. 18.*

26 *Iudex de consensu partium ab ipsis partibus recusari non potest tanquam suspectus, tamen ab eius sententia partes appellare possunt, non obstante eorum consensu.*

27 *Episcopus poterit cognoscere de caussis laicorum ex speciali cōmissione principis, quo casu ab ipso ad ipsum principem appellari potest, cum caussa sit merè secularis.*

28 *Iudex prorogatus, qui tulit sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, eam executioni mandare non potest, sed iudex ordinarius partium, qui prorogauerunt: verum hanc doctrinam impugnat. num. 28.*

29 *Iudex prorogatus poterit suam sententiam executioni mandare, in quo reprobat proximam doctrinam, & doctores eam tenentes, & eorum fundamentis respondet.*

30 *Respondet ad dict. l. Episcopale, in fine, pro contraria parte allegata.*

31 *Sententia lata per iudicem alterius territorij, non potest mandari executioni in alio territorio, nisi ad literas requisitorias iudicis, qui tulit sententiam.*

32 *Sententia lata per iudicem, qui non habet territorium, non potest mandari executioni absque literis requisitorijs iudicis qui eam tulit, & territorium non habet: quod contra multos defendit.*

33 *Licèt ille, qui tulit sententiam in proprio territorio, teneatur eam exequi per se, tamen si non habet territorium, neque familiam, debet eam exequi per alium præcedentibus literis requisitorijs.*

34 *Hodie habet Episcopus territorium, ac ideo poterunt sententias latas ex vi prorogationis executioni mandare, prout eas exequitur contra proprios subditos.*

IN quinto & vltimo †articulo pro regula constituendum est, quod gesta coram iudice prorogato, eodem modo valent, & eundem effectum producunt, quem 1

haberent, si iudex ille à principio fuisset competens. Quam regulam constituerunt Albericus, *hic num.*10. *Bald. d.l.*1. *num.*2. *Cod. ad l. Cornel. de Sicar. Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis. num.*77. Ex quibus consequitur, quod iudex prorogatus eandem videtur habere potestatem in prorogantes, quam habet in proprios sub-
2 ditos: Vnde † si esset ordinarius, & prorogetur eius iurisdictio, quemadmodum is caussas subditorum posset delegare, *l. à iudice. Cod. de iud.* pariter, & caussas, quas ex prorogatione determinare potest, cas si velit, alteri delegare potest: *expressè Panorm. cons.*61. *num.*2. *lib.*1. *Ant. Gama. decis.* 221. *nu.*
3 12. Nam quod † prorogatum est, censetur idem cum prorogato. *l. legem. Cod. locato, prosequitur Iason. l.*1. §. *& post operis. num.*6. *infra, de noui operis nuntiat. Tiraq. lib.*2. *retract.* §. 1. *glos.*7. *à num.*26.

Et † ex his infert Panorm. *cap. quod*
4 *clericis, num.*14. *de foro competenti*, quod si laicus proroget iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, iuxta decisionem text. *in l. si qui ex consensu. C. de Episcopali audient. cap. significasti, de foro competenti.* debet eam caussam determinare, secundum ius Canonicum, & non secundum ius ciuile, cùm eandem acquirat iurisdictionem in prorogantes, quam habet in subditos: & est verum, quicquid post Anton. contrarium teneat Andr. Sicul. *cap. P. & G. num.*75. *de offic. delegati*, quicquid distinguat Marian. *cap. significasti nu.*53. *de foro competenti.*

Item † ex prædictis infertur, quod
5 prout conuentus coram iudice ordinario poterat aduersarium reconuenire coram eodem iudice, *l. cum Papinianus. Cod. de sententijs*, pariter & coram iudice prorogato eum reconuenire potest: quod expressè tenet glos. final *l. receptum, supra, de iurisd. omnium iud. & ibi Iacob.* 1 *lect. num.*10 Extollit

*Quæstio resol. num.*7.

Roman. *singul.*142. & probat Marian. *d. cap. significasti, num.*53. *& cap.*1. *nu.*13. *de mutuis petit. Afflict. decis.*27. *Iafred. Balb. decis.*115. *Maran. in praxi* 4. *p.*12. *dist. iudic. num.*11.

Sed nihilominus hanc receptam † conclusionem, impugnat Curt. Iun. 6
dicta. l. est receptum. num. 10. & pro eo videtur vrgere, quod prorogatio fit communi consensu partium, *l.* 2. *inf. eodem.* Alias prorogatio considerari non potest, *glos. fin. l. si per errorem, & ibi Bart. ad finem, sup. de iurisd. omnium iudicum.* Ergo coram eo non potest fieri reconuentio, prout neque fieri potest coram arbitro, *cap. cum dilectus, de arbit.* Quia communi consensu partium eligitur, *Bart. auth. & consequenter ad finem. Cod. de sentent. & interlocut. Panorm. cap.*1. *num.*3. *de mutuis petition.* probat ordinatio Portugalliæ, *lib.*3. *tit.* 24. §. *finali & hodie lib.* 3. *tit.* 33. §. *fin. noua recopilationis.*

Pro concordia tamen resoluendum
† est: quod si par vel maior, subiiciat 7
se sponte iurisdictioni alterius, iuxta terminos. *l. est receptum, supra de iurisdictione omn. iud.* † poterit coram pro- 8
rogato fieri reconuentio, quia in his terminis militat ratio, *dict. l. cum Papinianus.* Et pari ratione, si quis aliquem conueniat † coram iudice competen- 9
te, & conuentus tacitè, vel expressim proroget eius iurisdictionem, poterit coram eo iudice fieri recõuentio, quia militat ratio. *d. l. cum Papinianus*, & expressim Afflictis, *decis.*27. Cæterum † 10
si communi cõsensu partium eligatur iudex, cuius prorogetur iurisdictio, non poterit coram eo fieri reconuentio: quia incipit militare ratio, *c. cum dilectus, de arbit.* & ita opiniones concordat Marant. *in praxi* 3. *part.*6. *distinct. iudiciorum. num.*14. *pag.*143.

Vlterius ex prędictis infertur, quod
† si iudex, cuius iurisdictio proroga- 11
tur, inter subditos cognoscebat summariè

mariè & de plano, eodem etiam modo poterit procedere in caussa prorogata: in hac enim materia non debet haberi respectus ad qualitatem iudicis partium, qui alterius prorogarunt iurisdictionem, sed potius ad qualitatem iudicis, cuius prorogatur iurisdictio,
12 quia semper partes prorogantes † videntur respexisse ad qualitates iudicis, cuius prorogarūt iurisdictionem, *l. Episcopale. C. de Episcop. audient.* Ex quā id collegerunt, Bart. ibi & Paul. *nu. 2. Panorm. cap. caussam num. 2. de re iudicat. Deci. cons. 3. num. 8. & cons. 25. ad finem extollit Roman. sing. 11. Iason. l. si quis aduersus. num. 3. C. de precibus. Imperator. offerend. & antè eos glos. fin. ad finem, cap. P. & G. de offic. delegati, & ibi notat Andr.*
13 *Sicul. n. 77.* Similiter † si iudex prorogatus inter subitos cognoscebat appellatione remota, non poterunt prorogantes ab eius sententiis appellare, *Paul. hic. n. 4. Iacob in. n. 11. Curt. Iun. n. 3. Cagnol. n. 6. Anton. Gam. decis. 222. n. 11.* & per contrarium quamuis proroganrogan-
14 tes non † possint appellare à sententiis suorum iudicum competentium, tamen poterunt appellare à sententiis iudicis prorogati, si eius subditi poterant ab eius sententiis appellare, *tradit Albericus, hic n. 10. Imola dicto cap. P. & G. n. 67. Marian. cap. significasti, nu. 78. & 58. de foro competenti,* & in notab. casu tradit Gama. *decis. 222. num. 10. ad finem* & prosequitur Decian. *in practica criminali lib. 4. cap. 23. à num. 7.*
15 Est tamen † aduertendum, quod in contrarium vrget, *l. Episcopale, de Episcop. audient.* in qua prorogantes iurisdictionem Episcopi non possunt appellare ab illius sententia, de quo vide Decian. *tract. criminal. lib. 4. cap. 23. à num. 7.* Et tamen certum est, subditos
16 veros † ab illius sententia appellare posse, *auth. si quis litigantium, C. de Episc. audien. cap. pastoralis, de offic. ordina. cap. Romana §. debet. de appellation. in 6.* Sed huic difficultati respondet Bart. *l. ex consensu. num. 1. inf. de appellat.* speciale esse † in laicis prorogantibus iuris- 17
dictionem Episcopi Ecclesiastici, vt ab eius sententia appellare non possint: quantumcunque veri subditi ab illius sentētia appellare possint, quam specialitatem agnoscunt etiam Albericus, *hic num. 10. Paul. Castrens. n. 5. & Iacob in. n. 12.* & asserit receptum Cur. Iun. *hic num. 8. Calefatus. num. 18. & subscribit Panorm. cap. caussam quæ nu. 3. de re iudicat. & ibi Felin. num. 1. agnoscit etiam Andr. Sicul. dict. cap. P. & G. num. 77. & ibi Felin. num. 8. Maranta in praxi 2. parte vltima partis. num. 245. pag. 611.* Quæ † tamen communis responsio admit- 18
ti non debet, quia non assignatur congrua ratio huius specialitatis, & specialia non sunt facilè admittenda, *glos. l. filium, quem. C. famil. hercisund.*

Quare Curt. Iun. *hic num. 6.* contendit, prorogantes † iurisdictionem 19
Episcopi posse appellare ab eius sententiis, provt poterant veri subditi, iuxta regulam supra propositam: & subscribit Antonius de Matthæis *de prorogatione iurisdictionis. nu. 77.* Neque (secundum † eos) obstat text. *dict. l.* 20
Episcopale. quia tantum probat, sententię Episcopi eandem reuerentiam esse exhibendam, quæ tribuitur sententiæ præfecti prætorio, non tamen exprimit, quod ab eius sententia appellari non possit: sed non placet hęc responsio, quia auctoritas, quæ exhibetur sententiæ præfecti prętorio, in eo maximè consistit, quod ab ea appellari non possit. *l. vnica, sup. de officio præfecti prato. l. præfecti, sub. de minoribus.* Si ergo sentētiæ Episcopi eadem exhibenda est reuerentia, clarè significatur, ab eius sententia appellari non posse, & agnoscit glos. pen. *d. l. vnica, sup. de offic. præfecti prætor.* Probando igitur prædictorum sententiam, quæ verior videtur, ad *d. l. Episcopale,* melius † respon- 21
detur:

detur : quod tempore,quo fuit condi-
ta, veri ſubditi,non poterant appella-
re ab Epiſcopi ſententia : quod clarè
ex eo apparet, quod iure authentico-
rum nouè inductum fuit, vt veri ſub-
diti , à ſententia Epiſcopi appellare
poſſent, *auth. ſi quis litigantium.Cod.de
Epiſcop. audien.* Nihil igitur mirum, ſi
d.l.Epiſcopale probet : etiam proroga n-
tes non poſſe appellare ab Epiſcopi
ſententia. Cęterum cum id hodie mu-
tatum ſit quoad veros ſubditos,per d.
auth.*ſi quis litigantium*,pariter & debet
videri mutatum , quoad prorogantes
Epiſcopi iuriſdictionem:quod ita tra-
dit & probat Salyc. *d.l. Epiſcop.n.3. in
fin.& ibi Paul.n.1 .in fin. Imol.d.c.P.& G.
n.69.Cagnol.l.cum quadam in princ.n.26.
ad fin.ſup. de iuriſd.omn.iud. Felin.c.cauſ-
ſam.n.1. de re iudica. Maria.d.c.ſignifica-
ſti.n.58. de for. comp.*quibus adde Bald.
*auth.ſi quis litigantium in fine,& ibi Paul.
n.3.Cod.de Epiſc.audien.* & eſt vera reſ-
ponſio,quia correcta ratione legis, &
22 ipſa lex † cenſetur correcta gl.recepta
*in l.1 .inf.de leg.tutorib.*quicquid in con-
trarium nitantur And. Sicul. *d.c.P.&
G.n.77.ad fin.* & Caleſatus *hic num.*18.
23 Vnde inferas, quod prout † etiam
ſtante diſpoſitione, *d.l. Epiſcopale*, cle-
rici prorogantes iuriſdictionem Epi-
ſcopi poterant nihilominus ab eius
ſententia appellare;quia diſpoſitio ſe-
cularis de qua in *d.l.Epiſcopale*,non po-
24 terat clericos † litigare,*vt in ſpecie tra-
dunt Panor.c.cauſſam quæ n.3. & ibi Feli.
n.1. de re iudica. Feli.d.cap.P. & G. n.8.*
Curt.Iun.*hic 8. in fin. Dec.l.cum quadam
n.7.ſup. de iuriſd.omn.iud. Ant. de Mat-
thais, de prorogatio. iuriſdictionis.n.77.* à
25 fortiori † idem poterunt hodie face-
re laici prorogantes iuriſd. Epiſcopi:
quia hodie *d. l. Epiſcopale* , generaliter
correcta eſt,vt *ſupr.probauimus*. Quare
26 † in hoc artic. reſoluendum eſt.quod
licèt iudicem datum de conſenſu par-
tium non poſſint quidem partes recu-
ſare, tanquam ſuſpectum, *gloſ.cap. ſup.
quæſtionum.§.verum verb. aſſenſu de offic.
delegati*,tamen ab eius ſententia appel-
lare poterunt , nihil obſtante eorum
conſenſu. *l. ex conſenſu in pr. inf. de ap-
pellation. c. cauſſam de re iud. & ibi notat
Panorm. num.3. rationem differentiæ aſſi-
gnat Rom. conſ.228. num.15.*
Et † pro complemento articuli, vl- 27
timo addendum eſt , quod & Epiſco-
pus poterit cognoſcere de cauſſis lai-
corum,ex ſpeciali commiſſione prin-
cipis ſecularis , quo caſu ab Epiſcopo
ad ipſum principem appellandum eſt,
quia non cenſetur cauſſa Eccleſiaſti-
ca , ſed merè ſecularis : vt probat d.
auth.*ſi quis litigantium in fine,& ibi tra-
dit Bald.4. notab.C.de Epiſc. audien.ſub-
ſcribit Andr.Sicul.d.cap.P.& G.num.77.
ad finem Felin. in rub. de appellat. col.an-
tep. ad finem.*
Neque † eſt omittendum in noſtra 28
propria materia:quod licèt iudex pro- *Quæſtio*
rogatus ferat ſententiam, quæ tranſi- *Reſo-*
uerit in rem iudicatam , tamen ipſe *lut. n.*
non poterit eam executioni manda- *29.*
re:ſed iudex ordinarius partium, quæ
prorogauerunt iuriſdictionem Epi-
ſcopi , debet eam mandare executio-
ni, quia iudex prorogatus : qui tollit
ſententiam functus videtur ſuo offi-
cio, & ita videtur probare text.*dicta l.
Epiſcopale, ad finem , & ibi notat gloſ. fin.
Iacob. Butrica. & Bald. num.2.* Extollit
Guid.Papæ aſſerens eſſe receptum,*de-
ciſ.77. num.4. Alex.l.cum quædam,num.
6. & ibi Iaſ. num.5. Claud.num. 10. ſup.
de iuriſdictione omnium iudicum Alex.l. à
Diuo Pio.§.1 .nu.6.inf.de re iud. Fel.cap.
poſtulaſti. n.11. verſ.3 .de foro comp. Ma-
ranta in praxi 4.parte 12.diſtinct.iudicio.
num.13. pag.229. Anton. de Matth. de
prorogatione iuriſdictionis n.5. verſ. quin-
tum exemplum.*
Sed † cauendum eſt : quia imo ve- 29
rius & receptius eſt,quod iudex pro-
rogatus poterit ſuam ſententiam man-
dare

date executioni: cum enim in prorogantes acquirat eandem iurisdictionem, quam habet in subditos, *vt dictum est*. Nulla ratio quæ impediat, quod ipse sententiam latam aduersus prorogantes, non possit mandare executioni, quod ita contra sup. allegatos resoluit, & defendit Dec. *l. cum quad.in.num.7.& ibi Curt. Iun.num.*18. *Cagnol.num.26.sup. de iurisd. omn. iud.* Et tandem id magis probat Alex.*d.l.à Diuo Pio* §.1.*nu.6. ad finem & Curt.Iun. hic nu.*8. Et ita ex stylo seruari fatetur Guid. Papæ, *decis.77. num.*4.

30 Et † retenta hac opinione non obstabit text. in contrarium allegatus,*d. l.Episcopal.ad finem*, quia vt ibi aduertit Bal. *num.*2. non ex eo procedit, quod iudex prorogatus lata sententia functus sit officio suo, vt supra allegati existimarunt: sed potius quia Episcopus quoad laicos, nullum habebat territoriũ, & ideo ordinarius debet eam
31 executioni mandare, ex † hoc inferens, quod licet sententia lata à Iudice qui habet territorium, non possit exequi per iudicem alterius territorij, nisi ad litteras requisitorias iudicis, qui tulit prædictam sententiam.*l. 1. à Diuo Pio*.§.1.*de re iud.* Tamen si lata sit à iudice qui non habet territorium, iudex ordinarius loci in quo lata est sententia, poterit eam mandare executioni absque illius literis requisitoriis, subscribit Rogerius à Mota.*l. heres absens*.§.1.*nu.*71. *ad finem, inf. eod.*
32 Sed † non placet hæc traditio, quia verius est & receptius, non posse mandari executioni prædicta sententia, absque literis requisitoriis illius, qui eam tulit, & territorium non habebat, iuxta generalitatem *d.l.à Diuo Pio* §.1. *inf.de re iud.vt tradit Panor.c. si quis contra num.*31. *& ibi Andr. Sicul.nu.64. de foro competenti.* Et ita in specie à prædictorum traditione recedit Alex. *d.l. à Diuo Pio* §.1. *num.6. inf. de re iudicata*, ad quem se refert Iason. *l.properandum* §.*fin. autem reus.n.3.C.de iudic.* & probat Rebuf.2.*tom.ad ll. Gallicas.tit.de litteris requisit.glos.2.n.3.& Felin.c.postulasti nu.*11.*vers.3.de foro comp.* Neque pro Bald.opinione facit,*d.l.Episc.ad finem*: quia respondetur quod tempore illius legis, Episcopi nullum habebant territorium quoad temporalia, neque familiam per quam possent exequi sententias suas: & ideo necessario per alium illas exequi debebant, *vt ibi tradunt Bald. num.2. Paul.num.3.* & in simili considerat Panorm.*dict.cap.si quis contra num.* 31. *de foro competenti.* Eritque textus † notabilis in *d.l. Episcopale*, probans, quod licèt ille qui tulit 33
sententiam in proprio territorio teneatur eam exequi per se, tamen si non habet territorium, neque familiam, debet eam exequi per alium: intellige tu præcedentibus litteris requisitoriis illius, qui tulit sententiam iuxta supra tradita, hodie sane cum Episcopi habeant territorium & familiam *c.1. de offic. ordinar c.cùm contingat de foro competenti*, poterit sententias latas ex vi prorogationis, executioni mandare: prout & eas exequitur contra proprios subditos, vt est de mente supra allegatorum, & pro constanti præsupponit Marian.*c.significasti nu.52.de foro competenti.* Et hæc satis in materia prorogationis. Et quia,*l.2. in principio,inf.eodem*, iam supra explicata fuit, ideo peculiaris illius omittitur interpretatio. Incipiemus igitur ab interpretatione, *l.2.*§.*legatis, infra eodem.*

L. II.

§. *Legatis. ff. de Iudicijs.*

SVMMARIA.

1 *Agitur in hoc tex. de materia legatorum ad principem missorum.*

2 *Pro*

2 *Pro negotijs alibi gestis potest quis cõueniri in propria patria, siue patria cõsideretur ratione propriæ originis, quia eo loco natus est, siue etiam originis paternæ.*

3 *Si pater fuit natus in certo loco, deinde mutauit domicilium, & in loco domicilij filius natus est. is quidem censebitur ciuis in loco, in quo natus est.*

4 *Propria origo immutabilis est, à qua, nemo potest se eximere propria voluntate vel facto.*

5 *Assignat rationem differentiæ inter forum ratione originis, vel domicilij.*

6 *Qui in loco originis non habet bona, tenebitur subire honores, & onera personalia prædicti loci, non autem tenebitur ad onera realia, vel mixta, ad quæ tamẽ tenebitur in loco domicilij.*

7 *In propria origine sortitur quis forum, & ibi conueniri potest, dummodo ibi reperiatur.*

8 *In foro domicilij potest quis conueniri, etsi ibi non reperiatur.*

9 *Quomodo sunt interpretandi doctores, qui dicunt, quem sortiri forum ratione domicilij & originis, & ob id in vtroque foro conueniri posse.*

10 *Si quis inueniatur Romæ poterit in ea conueniri, tanquam in propria patria, pro contractibus alibi gestis.*

11 *Roma respectu omnium subditorum censetur esse communis patria.*

12 *Romæ quilibet conueniri potest pro contractibus alibi gestis, quia est patria communis, non vero ex eo, quod præsumatur in ea habere domicilium.*

13 *Examinatur illa quæstio, quamobrem Roma dicta fuerit patria communis.*

14 *Refert opinionem Antonij de Butrio, & doctores in hac quæstione, quæ doctrina communis est.*

15 *Roma erat caput orbis, & sic habebat locum principis, vnde tanquam in curia principis quilibet ibi conueniri poterat.*

16 *Hodie Roma non est caput orbis, nec habet locum principis, cum omne ius, quod in ea princeps habebat, translatum sit in summos Pontifices, per donationem Constantini.*

17 *Iam hodie Roma non est patria communis, nec in ea quilibet conueniri potest.*

18 *Ostendit communem rationem concludentem non esse.*

19 *Translatio facta per Constantinum, debet videri facta eodem modo, quo ille ius habebat Romæ.*

20 *Assignatur vera resolutio suprapositæ quæstioni.*

21 *Per constitutionem Antonini Pij omnes, qui in orbe Romano continerentur, ciues Romani sunt effecti.*

22 *Litera l. in orbe, supra, de statu hominum, quomodo sit explicanda.*

23 *Postquam subditi Romano imperio fuerunt electi in ciues Romanos, merito ratione illorum Roma dicitur patria communis.*

24 *Tempore Ciceronis non poterat dici Roma patria communis & quomodo eius dictum intelligendum sit.*

25 *Reprobat dictum Imol. & aliorum, qui dicunt, & hodie Romam dici caput orbis & patria communis, & eorum fundamentis respondet.*

26 *Hodie imperium Romanum non est totius orbis, nec Roma dicitur præcipua ciuitas imperij, ac ideo cessante caussa, cessabit etiam ipsa appellatio.*

27 *Reprobat dictum glos. 2. ad medium l. ciues. Cod. incolis. lib. 10. & Bart. l. Roma. inf. ad municip. & illius fundamentis respondet.*

28 *Expropriatio ab imperio de vrbe Roma admissa fuit, quia erat facta in fauorem Ecclesiæ vniuersalis.*

29 *Hodie subditi imperio non possunt appellari ciues Romani.*

30 *Explicat aliter, quam supra, num. 22. l. in orbe sup. de statu hominis.*

31 *Cum cessauerit nomen & effectus, vt communis patria Roma diceretur,*

principes loco illius excogitarunt, & subrogarunt nouum forum, vt censeretur communis patria locus ille, in quo princeps resideret cum sua curia.

32 *Cunctus mundus dicitur territorium Papæ, & potest concurrere cum quolibet ordinario.*

33 *Sedes Apostolica potest dici communis patria quoad Ecclesiasticos qui subsunt Papæ, non autem quoad laicos nisi viuant in terris Ecclesiæ, vel alijs caussis in foro Ecclesiastico teneantur respondere.*

34 *In quo differat nouus forus à foro dict. l. Roma. cuius loco subrogatus est, & assignat primam differentiam.*

35 *Secunda differentia in eo versatur, quod etiamsi Imperator Romæ non resideret cum sua curia, poterat tamen quilibet in ea conueniri, hodie verò solùm quilibet ibi poterit conueniri, si ibi reperiatur Papa cum sua curia.*

36 *Vbicunque Papa resideret, dicetur ibi residere Sedem Apostolicam, & consequenter ibi tanquam in patria communi quilibet Ecclesiasticus conueniri potest, & dicuntur esse hic limina Apostolorum.*

37 *Si Papa resideat in aliquo loco, etiam sine conciliarijs, ibi dicetur esse Sedes Apostolica, & consequenter communis patria.*

38 *Ostendit lapsum fuisse Couar. pract. cap. 4. num. 10. & eius fundamento respondet.*

39 *Non solum dicitur Sedes Apostolica in loco, in quo Papa residet, sed etiam locus, in quo resident officiales, & Conciliarij supremæ curiæ, qui res iustitiæ, & gratiæ administrent.*

40 *Inductum est per Reges, quod in loco, in quo ipsi residerent vel Conciliarij supremi, dicitur esse Curia; & ibi subditi possint conueniri tanquam in communi patria.*

41 *Ecclesiastici vniuersi orbis in Curia Papæ conueniri poterunt, seculares verò solùm in curia Regis, vel Imperatoris, cui subditi sunt.*

42 *Reprobat traditionem Bald. in rubrica, n. 11. C. qui accusare non possunt, & Dec. c. 1. n. 12. de præbend. dum existimant, quod Constantinopolitana vrbs dicitur communis patria.*

43 *Verius est, quod Constantinopoli omnes subditi illius imperio, ibi poterant conueniri, quod Imperator ibi residebat.*

44 *Quomodo sit intelligendum dictum Cumani consil. 72. in fin. dum dicit, ciuitatem Venetam esse communem patriam.*

45 *Explicatur l. 4. titul. 3. partit. 3.*

46 *Pro criminibus alibi commissis non potest etiam subditus in Curia Regis accusari seu puniri.*

47 *Pro delictis alibi commissis in loco originis, delinquens accusari non potest.*

48 *Quid colligatur ex isto text. per locum ab speciali.*

49 *Legatus non potest conueniri in Curia Romana, vel Imperatoris, vel Regis, dum durat legatio, non solùm pro contractibus alibi gestis, sed etiam neque pro contractibus gestis in ipsa Curia, antequam legatus fieret.*

50 *Priuilegio legatorum, de quo in proxima conclusione, ideo fuit introductum, ne per conuentiones ipsi impedirentur ab officio legationis quod pro republica susceperant, & sic impediretur publica vtilitas.*

51 *Priuilegium concessum legatis, non est introductum in fauorem ipsorum, sed in fauorem publicum.*

52 *Legati huic priuilegio renuntiare non possunt.*

53 *Allegat Doctores contrariam opinionem tenentes.*

54 *Assignat concordiam inter supra dictas proximas opiniones.*

55 *Priuilegium legatorum in duobus consistit,*

P

sistit, scilicet, quod nulla eis molestia, vel importunitas inferatur, item ne aliquid fiat, per quod impediatur legatio.

56 *Prima pars priuilegij cum respiciat fauorem personæ, renuntiatione tolli non potest, secunda vero pars cum ad fauorem publicum pertineat, renuntiatione tolli non potest.*

57 *Quando in dispositione concurrunt simul fauor publicus, & priuatus, qui tamen separationem recipiunt, valet renuntiatio, quatenus respicit priuatum, & non quatenus publicum.*

58 *Examinat illam quæstionem, Vtrum si caussa talis sit, cuius tractatio nullum praeiudicium afferat legationi si inuitus cogetur legatus in ea respondere.*

59 *Refert Doctores partem affirmatiuam tenentes.*

60 *Contrariam opinionem longè veriorem esse declarat, & ad argumenta respondet.*

61 *Ex litibus molestia & importunitas nascitur.*

62 *Legationi fit impedimentum propter lites à communiter accidentibus.*

63 *Vt habeat locum regula, cessante caussa, oportet quod caussa cesset vniuersaliter, respectu certi generis personarum.*

64 *Respondet ad secundum argumentum opinionis affirmatiuæ adductum ex l. quid enim, infra eodem, & de intellectu illius legis agit.*

65 *Respondet ad text. l. si legatus 30. infra ad Trebellian. & de inductione text. agit.*

66 *Examinat illam quæstionem, vtrum hoc priuilegium competat legato, quis per ambitionem, & modos prohibitos procurauit eligi in legatum.*

67 *Refert Doctores partem negatiuam tenentes.*

68 *Contrariæ opinionis auctores refert.*

69 *Resolutionem sup. positam pro concordia opinionum adducit.*

70 *Tractatur illa quæstio, vtrum exceptio competens legato, sit dilatoria, vel peremptoria.*

71 *Refert Doctores, qui eam exceptionem dilatoriam existimant, ac ideo allegata ante litis contestationem esse opponendam.*

72 *Auctores contrariæ opinionis refert.*

73 *Concordiam ad opiniones ex supra resolutis assignat.*

74 *Processus factus scienter per iudicem contra legatum, qui omisit opponere prædictam exceptionem, ab ipso iure censebitur nullus.*

75 *Assignat ad hunc text. quatuor ampliationes, & totidem limitationes.*

76 *Priuilegium, quod competit legatis non solum illis competit iure communi, sed etiam iure Regni Portugalliæ & iure Regni Castellæ.*

77 *Declaratur l. 4. tit. 11. lib. 2. ordinamenti, quæ hodie est. l. 11. tit. 7. lib. 6. ordin.*

78 *Hoc priuilegium non solum competit legato, quem Princeps supremus mittit ad alium, vel quem mittit ciuitas ad suum Principem, sed etiam in legato, quē vna ciuitas mittit ad aliam caussam rerum publicarum.*

79 *Expenditur text. in l. qui mittitur §. sed etsi supra, ex quibus caussis maiores.*

80 *Refert opinionem gl. 1. hic & aliorum iurium, & Doctores, qui sentiunt legatis, qui mittuntur de vna ciuitate ad aliam propriè legatos non dici, & eis priuilegium legatorum non competere, sed solum restitutio.*

81 *Concordia inter has opiniones assignat.*

82 *Verbum, respublica, solum propriè ad rempublicam Romanam applicari potest, nam aliæ ciuitates impropriè, & abusiuè respublicæ appellantur.*

83 *Omnes ciuitates excepta Romana considerātur tanquam personæ priuatæ.*

84 *Vbi fit mentio absentium caussa reipub. absentes caussa suarum ciuitatum, non comprehenduntur per vim comprehen*

prehensiuam, sed tantum per interpretationem extensiuam, si eadem fuerit ratio.

85 Iura loquentia de absentibus caussa reipub. extenduntur ex identitate rationis ad absentes caussa suarum ciuitatum.

86 Iura exorbitantia non recipiunt extensionem etiam ex identitate rationis, & ob id necessaria fuit Principis constitutio, vt absentes caussa ciuitatis, restituerentur vti absentes caussa reipub.

87 Qui negotia publica suae ciuitatis venit tractare, licet ab ea non sit missus, dicitur abesse caussa reipublicae.

88 Electus per ciuitatem, & missus pro modicis negotijs ciuitatis, & sic vt sua negotia magis principaliter tractaret, non videtur abesse caussa reipublicae, secus si principaliter agat de rebus ciuitatis, & de suis incidenter.

89 Qui defendit ciuitatem in iudicio, non dicitur legatus, sed syndicus.

90 Si lis contestata sit cum aliquo, & postea creatus sit legatus, supersedendum est in caussa, donec duret legatio.

91 Refert Iason contrarium tenentem, sed eius opinionem impugnat, & fundamentis respondet.

92 Explicat. l. penult. §. 1. supra de legat.

93 Legatus finita legatione tenetur se defendere de litibus motis.

94 Argumentatur contra tertiam ampliationem ex l. si quis postea quam 7. inf. eodem.

95 Propter superuenientiam priuilegij, non mutatur forus, neque quoad cognitionem caussae, neque quoad executionem: & à fortiori non mutabitur, si post litem contestatam superuenit.

96 Refert, & examinat distinctionem glos. dict. l. si quis postea quam & glos. 1. l. qui autem, in principio, supra, si quis Cautio.

97 Clausula motu proprio generaliter concepta censetur referri ad caussam, quae antea pendebat, & in qua praeuenta erat iurisdictio, quae tamen conclusio impugnatur.

98 Impugnat proximè positam conclusionem.

99 Clausula motu proprio, non censetur relata ad lites antea pendentes.

100 Princeps iuri tertij, nunquam videtur voluisse praeiudicare etiam in minimo.

101 Si clarè constet Principem tertio voluisse praeiudicare, interpretabimur in minimo.

102 Assignatur vera responsio ad supra dicta.

103 Difficilius admittitur mutatio siue peremptio fori, quam caussae persequendae dilatio.

104 Effectus legatus, etiam pro contractibus Romae celebratis ante legationem Romae conuenire non potest.

105 Nec pro delictis commissis Romae, ante legationem Romae accusari potest.

106 In hac materia contractus, & delicta à pari procedunt.

107 Legati iure gentium sunt immunes ab omni poena & punitione.

108 Explicat text. in vers. item si extra, infra hac lege, & de eius intellectu agit.

109 Reprobat intellectum Paul. Castrens. ad dictum. §. item si extra.

110 Approbat intellectum glos. in dict. §. item si extra.

111 Quomodo explicabitur litera d. §. item si extra.

112 Qui reuocat domum praesupponit se in proprio domicilio necessario esse conueniendum pro praedicto contractu, vel saltem coram praeside, sub cuius iurisdictione habet domicilium.

113 Ostendit falsam esse supra proximam illationem.

114 Argumentatur contra supra positam ampliationem ex cap. dilecti de foro competenti.

115 Respondet obiectioni procedere, quando quis habet priuilegium particu-

lare & non inclusum in corpore iuris, prout est legati.

116 *Priuilegium corpore iuris clausum, fortius censetur, & sic difficilius tollitur.*

117 *Clausula non obstante quocunque priuilegio, non comprehendit priuilegia in corpore iuris inclusa.*

118 *Ostendit communem responsionem tutam non esse, idq́, exemplo viduæ pupilli & militis confirmat.*

119 *Miles habet priuilegium in corpore iuris clausum, & tamen in loco contractus conueniri potest.*

120 *Assignat optimam responsionem ad dictum cap. dilecti, de foro competenti.*

121 *Qui aliquid promisit, & promissionem contulit in tẽpus, quo iam esset factus legatus, potest conueniri in loco promissionis, ac si iam factus legatus dictam promissionem fecisset.*

122 *Legatus pro contractibus quos fecit, dum iam esset legatus, nullum habet priuilegium.*

123 *Legatus durante legatione est prohibitus tractare propria negotia, vel aliena.*

124 *Factum cõtra prohibitionem senatusconsulti non valet.*

125 *Respondet ad difficultatem proximè positam.*

126 *Iura semper sunt intelligenda præsuppositis terminis habilibus.*

127 *Si legatus contrahat cũ licentia Principis valebit contractus, cùm Princeps contra prohibitionem videatur dispensare.*

128 *Iura quæ dicunt, legatum durante legatione posse contrahere, intelligenda sunt, dũmodo interueniat Principis licentia.*

129 *Si legatus contrahat cum Principis licentia, potest Romæ conueniri, vt in patria cõmuni pro contractibus vbicunque gestis.*

130 *Si legatus post legationem contraxit in sua prouincia, vel etiam in aliena, per procuratorem, adhuc gaudet priuilegio legati, & habet ius reuocandi domum, sed pro contractibus Romæ, vel in Italia celebratis poterit Romæ conueniri.*

131 *Assignat concordiam ad supra positas opiniones, & distinguendo quæstiones procedit.*

132 *Agit de interpretatione legis cum furiosus. §. fin. inf. eod.*

133 *Propositã expositionem ad dict. l. cum furiosus reijcit, &c.*

134 *Opinionem relatam proximè. nu. 130. amplectitur tanquam in his terminis veriorem.*

135 *Pro hac opinione expendit verba dict. §. itẽ si extra, ibi licet non ita Italia.*

136 *Ponderat verba Titi Liuij, lib. 7. decad. pag. 155.*

137 *Italia tota consideratur tãquam ager Romanus, & tanquam Roma territorium.*

138 *Contractus in territorio Romano celebratus, iuris interpretatione, censebitur Romæ celebratus.*

139 *Cum Roma sit caput Italiæ, iuris interpretatione contractus celebratus in Italia, in capite videtur factus.*

140 *Contrahens in quacunque parte prouinciæ coram præside conuenitur, qui caput prouinciæ dicitur, & in ea tota habet iurisdictionem, & est ea tota eius territorium.*

141 *Agit de intellectu l. eum qui §. 1. inf. de constituta pecunia.*

142 *Cõsiderationes Auctoris ad assignandam congruam rationem differentiæ de qua in intellectu dict. l. eum qui.*

143 *Contractus constituti habet ex natura sua relationem ad tam debitum: ab alijs promissionibus, quæ de nouo fiunt ad obligandum.*

144 *Refert secundam conclusionem dict. l. eum qui.*

145 *Expendit pro hac conclusione text.* in

in l. si quis in legatione 8. inf. eodem.

146 *Constitutum principaliter inuentum est ad corroborandum debitum præcedens, ita vt ad id petendum competat noua actio, quæ dicitur de constituta.*

147 *Faciens actum corroboratiuum debiti præcedentis, propter hoc non sortitur forum in loco, in quo actum corroboratiuum præcedentis fecit.*

148 *Reprobat laborem glos. dict. l. eum qui §. 1. verbo quod, & verum, dum quatuor concordias assignat.*

149 *Licet quis in prouincia existens constituat se Romæ soluturum, ac proinde iuris interpretatione Romæ videatur constituisse, non ob id videtur forum sortiri quoad effectum, vt eo loco conueniatur per actionem de constituta.*

150 *Si quis legatus Romæ existens constituat se Romæ soluturum, dabitur aduersus eum actio de constitutione, vt Romæ cogatur soluere, prout promisit.*

151 *Vt hæc conclusio locum habeat, duo copulatiuè requiruntur: quod legatus Romæ existat: item quod constituat se Romæ soluturum, & altero ex his deficiente non procedet conclusio.*

152 *Si legatus Romæ existens constituet simpliciter, se soluturum quod debet, & non exprimat, quod Romæ soluet, ex constituto non poterit Romæ conueniri.*

153 *Si legatus non existens Romæ constituat se soluturum Romæ, ex constituto in ea conueniri non potest.*

154 *Qui constituit se soluturum Romæ, durante legatione amisisse videtur priuilegium legationis.*

155 *Quod procedit, siue legatus constituat se soluturum id quod debebat, siue quod debebat alia persona diuersa.*

156 *Excepta promissione constituti, in aliis promissionibus, qui promisit soluere Romæ, tenebitur in ea respondere, & quia est communis patria [illegible]m quod ibi de nouo videtur contraxisse.*

157 *Si iam legatus conueniatur pro contractu, ante legationem conueniri Romæ non potest, secus si conuentum sit, quod tempore legationis teneatur soluere.*

158 *Iuri adhuc non competenti nemo renuntiare videtur.*

159 *Agit de intellectu l. si vxor, inf. eodem.*

160 *Assignat communem responsionem ad rationem dubitandi.*

161 *Communis intellectus proximè assignatus reyciendus est.*

162 *Assignat secundam responsionem ad rationem dubitandi dictæ l. si vxor ex glos. ibi.*

163 *Reycit proximam responsionem.*

164 *In hac materia non debet attendi locus, in quo conditio fuit adimpleta, sed potius locus, in quo contractus conditionalis fuerit celebratus.*

165 *Reprobat intellectum Marian. in cap. dilecti. num. 33. de foro competenti.*

166 *Adducit intellectum Antonij de Butr. in cap. 1. ad fin. de spons. quem vt veriorem approbat.*

167 *Probat optimo argumento in dicta l. si vxor, consensum mariti interuenisse.*

168 *Eo modo, quo quis forum sortitur in loco contractus, eodem modo eum sortitur, in loco distractus.*

169 *In terminis ad l. si vxor, si matrimonium dirimeretur morte vxoris, non habet locum decisio dictæ legis.*

170 *Ratione distractus, qui Romæ de diuortio factus est, post legationem poterit Romæ conueniri, non obstante priuilegio: si verò in alio loco matrimonium sit distractum, vide distinctionem, de qua ibidem.*

171 *Agitur de intellectu. l. de eo, inf. eodem, & rationem dubitandi assignat, & responsionem glos.*

172 *Responsionem glos. hic verbo, dummodo, reycit.*

173 *Legatus amittit priuilegium legati, propter quasi contractum celebratum post legationem.*
174 *Reprobat solutiones glos. in dicta l. de eo, in verbo actionem.*
175 *Refert responsionem Cyni in auth. si qua in prouincia, n. 9. C. vbi de crim. agi oporteat, quam tamen reijcit.*
176 *Respondet ad fundamenta Cyni vbi proximè.*
177 *Traditur responsio Angel. d. l. de eo, in fin. & aliorum, qui tamen reijcitur.*
178 *Pro vera resolutione intellectus dicta l. de eo, aliqua præmittit.*
179 *Lex constituit, ne possit legatus conueniri per creditores hæreditarios, vel legatarios, ne sic facilè impediatur publicum officium legationis.*
180 *Idem quando ei restituitur hæreditas ex Trebelliano.*
181 *Legatus his casibus iubetur satisdare creditoribus & legatarijs, alias iubentur prædicti mitti in possessionem rerum hæreditarium.*
182 *In alijs personis transactis sex mensibus à die aditionis hæreditatis, creditores & legatarij solent mitti in possessionem, etiam bonorum hæredis adeuntis.*
183 *Refert & impugnat dictum Curt. Iun. in §. sed etsi dubitetur, inf. hac l.*
184 *Agit contra dictum Curtij ex l. de eo, in fin. inf. eod.*
185 *Heres non conuenitur in loco aditionis, nisi ibi sit maior pars hæreditatis.*
186 *Ostendit quomodo Bart. l. de eo inf. eodem non loquatur in terminis, pro quibus eum adducit Cur. Iun. supra.*
187 *Dictum Bart. quod creditoribus hæres non teneatur ex quasi contractu, quem tempore aditionis cum illis censetur celebrasse, est communiter receptum.*
188 *Respondetur ad l. Iulian. §. fin. infra, quibus ex causis in possessorem eatur, quæ num. proximo fuit allegata.*
189 *Reprobat dictum Bart. de quo supra. num. 87. & veram resolutionem assignat.*
190 *Priuilegium legati tantum durat, quantum durat legatio. nam finito officio legationis cessat prædictum priuilegium.*
191 *Priuilegium reuocãdi domum tantum durat, quantum ea necessitas durat.*
192 *Etiam finita legatione durat priuilegium intra illud tempus, quod est necessarium ad ordinandam perfectionem.*
193 *Ordinatio Portugalliæ lib. 3. tit. 4. in fine, hoc ad decem dies restringit post finitum tempus legationis.*
194 *Post finitum officium denegabitur legato legatiuum.*
195 *Si legatus teneatur aliqua actione temporali, cogetur saltem litem contestare, ne alias pereat actio temporalis creditoris.*
196 *Actio temporalis transacto tempore extinguitur, etiamsi ille, cui competit, impeditus sit de iure aduersus actorem agere, nisi ad litis contestationem processum sit.*
197 *Opponit contra proximam conclusionem d. l. 1. §. final. Cod. de annali exceptione.*
198 *Contra impeditum de iure agere nulla currit præscriptio.*
199 *Respondetur ad l. sed etsi restituatur §. penultim. infra, eodem.*
200 *Lex final. Codic. de præscriptione triginta, etiam locum habet in actionibus temporalibus.*
201 *Reprobat responsionem ad dictam l. sed etsi restituatur §. penultim. de qua proximè, & opinionem Paul. Castrens. approbat. de qua num. 196.*
202 *Respondetur ad reg. legis primæ §. fin. Cod. de annali exceptione.*
203 *In actionibus temporalibus propriè non cadit præscriptio.*
204 *Hodie actiones temporales extinguuntur tempore, non obstante mala fide debitoris.*

205 Respon

205 *Respondetur ad l. nec non §. si cum supra, ex quibus caussis maiores.*

206 *Respondetur ad Auth. de sanctissimis Episcopis. §. si Episcopus, vers. si vero. collatione. 9.*

207 *Explicatur text. in §. penultim. vers. in omnibus, infra hac l.*

208 *Quando in aliquo casu erat dubium, vtrum in eo competat legato priuilegium reuocandi domum, interim ipso iure non curret tempus actionis temporalis.*

209 *In huiusmodi caussis tantum est procedendum vsq; ad litis contestationem, quae regulariter sufficit ad perpetuandam actionem temporalem.*

210 *Si actio temporalis talis sit, vt ad eius conseruationem nō sufficiat litis contestatio, vlterius erit procedendum, & ponit exemplum in actione de dolo.*

211 *In actione de dolo proceditur vsque ad decisionem caussae.*

212 *Quando periculum est in mora, permittitur agi aduersus legatum, ac si non esset priuilegiatus.*

213 *Quando lis contestatur super actione temporali, caussae decisio remittenda est ad iudicem competentem ipsius legati, qui ex eisdem actis eam terminabit finita legatione.*

214 *Mirabile hoc casu contingit, quod lis contestetur apud vnum iudicem, & causa coram alio diuerso decidatur.*

215 *Si legatus aliquem conueniat pro contractu gesto ante legationē per viam reconuentionis cogetur alijs respondere, quamuis durat adhuc legatio.*

216 *Expenditur ad text. in § sed si agant, infra hac l. ex quo deducitur, quod si legatus agat, potest ab omnibus creditoribus reconueniri, non obstante priuilegio legationis.*

217 *Si quis impetrat ius iniquum aduersus vnum creditorem, retorcutione iuris iniqui omnes eius creditores possunt vti.*

218 *Probat contrariam opinionem, quod si legatus vnum conueniat, ab eo reconueniri possit non vero ab alijs.*

219 *Reprobat responsionem glos. in auth. de sanctissimis Episcopis, §. si quis Episcopus, vers. reuerendissimi, collat. 9. in verbo, solis, & eius fundamento respondet.*

220 *Adducit contra communem traditionem glos. d. l. sed etsi restituatur.*

221 *Finis conuentionis, quam fecit legatus, non potest tollere ius iam quaesitum alijs creditoribus, reconueniendi eum.*

222 *Opinionem aduersus magis communem probat in regno Castellae, l. 4. tit. 3. par. 3. & in regno Portugalliae ord. lib. 3. tit. 4. post princ.*

223 *Respondetur ad rationes quas magis communis pro se adducit.*

224 *Respondetur ad §. sed etsi agant, infra, hac l. pro magis communi expeditur.*

225 *Expenditur text. in l. non distinguemus. §. item quis Romae, in fin. sup. de receptis arbitris.*

226 *Respondetur ad communem resolutionem leg. 3. §. hac poena, supra quod quisque iuris, & affert magis communem resolutionem ad regulam illius text.*

227 *Materia tituli, quod quisque iuris, multum differt ab ea, de qua in praesenti.*

228 *Legatus qui impetrat à Principe, quod debitores suos possit conuenire, non impetrat ius iniquum sed iustissimum, & ideo solū ab illis, quos conuenit, recōueniri poterit & non ab alijs.*

229 *Non est generaliter verum, quod si legatus aliquem conueniat, possit ab eodem reconueniri, & exempla adducit, in quibus regula fallit.*

230 *Si quis accuset aliquem criminaliter, non poterit ab eo reconueniri ciuiliter, quam tamen collectionem impugnat.*

231 *Conclusio quae colligitur ex d. §. sed etsi agant,*

agant, in fin. ea verior est, quod si legatus ratione delicti aliquem conueniat ciuiliter, non poterit per eum reconueniri, nec ciuiliter, nec criminaliter.

232 *Refert Curtium Iuniorem dict. §. sed etsi agant, num. 4. hanc collectionem impugnantem, quam tamen sequendam putat, & ad argumenta Curtij respondet.*

233 *Respondet ad argumētum deductum ex l. cum Papinianus. C. de sentētijs.*

234 *Actor dici non potest iudicem elegisse, cum reum teneatur conuenire coram suo iudice.*

235 *In qualibet dispositione origo semper attenditur.*

236 *In d. l. Papinianus, attento initio dicendum est actorem voluntariè elegisse iudicem rei, & ob id non debet denegare eundem esse iudicem contra se, & rationem huius resolutionis assignat.*

237 *Quo casu cōcludant rationes expressæ in §. sed etsi agant.*

238 *Quomodo sit intelligendus text. in l. Paul. la 2. inf. de legationibus.*

239 *Si ante legationem legatus passus sit damnum, & pro eo recipiendo agat in legatione, non poterit reconueniri.*

240 *Disputat illam quæstionem verum in caussa criminali locus sit reconuentioni.*

241 *Refert Doctores, & iura partem negatiuam sequentes.*

242 *Refert item qui cōtrariam opinionem tenent.*

243 *Pro concordia opinionum resolutionem assignat.*

244 *Ostendit in illa quæst. duas includi, & eas proponit.*

245 *In caussa criminali locum non habet l. cum Papinianus. C. de sententijs. Secunda quæst. est, vtrum pendente prima accusatione.*

246 *Reus potest accusare suum accusatorem de alio delicto diuerso coram iudice competente. In qua quæstione pars affirmatiua sequenda est, obseruata distinctione legis deneganda C. qui accusare non possunt.*

247 *Reaccusatio hoc modo considerata, nihil commune habet cum reconuentione, de qua in d. l. cum Papinianus, & rationes diuersitatis assignat.*

248 *In reconuentione coguntur partes diuersi fori coram eodem iudice agere, & respondere, & vtraque caussa debet eadem sententia terminari.*

249 *Reaccusatio diuersi delicti non fit coram eodem iudice, sed potius coram iudice competenti primi accusatoris, nec accusatio, nec reaccusatio debent eadem sententia terminari.*

250 *Refert dictum Panormitani, cap. 1. num. 22. ad fin. de mutuis petitionibus, quem tamen cum distinctione modificat.*

251 *Spoliator reus potest recōnuenire actorem de alio spolio contra se per eum commisso.*

252 *Priuilegiatus aduersus pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio.*

253 *Quomodo sit intelligendus Panormit. vbi sup. num. 250.*

254 *Pendente accusatione reus non potest accusare suum accusatorem de pari crimine, si suam iniuriam, vel suorum non prosequatur.*

255 *Si suam iniuriam prosequatur, licet admittenda sit reconuentio, non tamen fieri poterit corā iudice incompetenti accusatoris.*

256 *Si iudex coram quo fit reconuentio, est vtriusque partis competens, tunc de reaccusatione, & de accusatione cognoscere poterit, & ratio ibi traditur.*

257 *Iudex competens hoc casu debet obseruare decisionem auth. & consequenter C. de sententijs.*

258 *Explicatur text. cap. fin. de ord. cog.*

259 *Licet non admittatur propria reconuentio, etiam si pro delicto ciuiliter agatur,*

agatur, tamen in terminis, de quibus supra, poterit alius pro delicto in se commisso etiam ciuiliter agere.

260 *Si actor agat ciuiliter ratione contractus, poterit conueniri indistinctè coram eodem iudice etiam ratione delicti ciuiliter intentati, hic non cadit propriè reconuentio.*

261 *Explicatur ordinat. Portugalliæ lib. 3. tit. 33. §. 4. nouæ recopilationis.*

262 *In caussa criminali non admittitur reconuentio in illis casibus, in quibus parte læsa non accusante iudex nihilominus procedit ex officio ad punitionem delicti.*

263 *Supradictos casus enumerat Ordin. Portugalliæ lib. 5. tit. 42. veteris impressionis, & hodie lib. 5. tit. 117. in principio.*

264 *In publicis criminibus non admittitur reconuentio.*

265 *Adducit rationem Mariani, num. 88. c. 1. de mutuis petitionibus, in vers. aut non venit, cui tamen respondet.*

266 *Regulariter nemo inuitus agere compellitur.*

267 *In criminibus, in quibus parte non accusante finitur iudicium, & iudex non potest procedere ex officio, locus erit reconuentioni.*

268 *In criminibus in quibus parte non accusante iudex subit partes accusatoris, indistinctè non est locus reconuentioni, & elegans ratio ibi traditur.*

269 *Si agatur de criminibus, in quibus parte non accusante permittitur iudicium, nec iudex in illis potest procedere ex officio, tunc locus erit reconuentioni, non quidem in eo sensu, vt inuitus cogatur respondere coram iudice accusati, quia in criminali non admittitur.*

270 *Si iudex accusati sit competens vtriusque partis, locus erit reconuentioni in eo sensu, quod vtraque accusatio paribus passibus procedat, & vtraque eadem sententia terminabitur.*

271 *Examinat illam quæstionem, vtrum si accusator reconueniatur pro alia caussa ciuili, admittenda sit reconuentio? & pro parte negatiua quæstionem determinat.*

272 *Si accusator renuntiat priuilegio suspensiuo, & patiatur se reconueniri ciuiliter, reconuentio prædicta admittenda est.*

273 *Refert Panormitanum, cap. 1. nu. 23. ad fin. de mutuis petitionibus, contrarium tenentem, sed illius fundamentum satisfacit.*

274 *Quæ distinctio in supradictis casibus admittatur in regno Portugalliæ iuxta supra allegatam ordinat.*

275 *Si olim quis reperiebatur Romæ tanquam in communi patria, & hodie inueniatur in curia Romana, vel in curia Principis, & tamen venerit ex aliqua necessaria caussa, si in prædictis locis reperiatur, & ibi conueniatur tanquam in communi patria, habet priuilegium reuocandi domum.*

276 *Tradit iura & Doctores, qui rationem huius priuilegij assignant.*

277 *In hac materia duobis modis caussa necessaria consideratur, scilicet præcisè, vel etiam caussatiuè.*

278 *Prima patris ponit exemplum, quando quis venit Romam, vel ad curiam principis, & per superiorem euocatus.*

279 *Superioribus tenetur vnusquisque obedire.*

280 *Quãdo quis euocatus fuerit Romam, caussa testimonij ferendi, ex caussa necessaria dicetur Romam venisse.*

281 *Item quando quis vocatur, vt iudicandi munus suscipiat, etiam dicetur vocatus ex caussa necessaria duplici nomine.*

282 *Si quis destinatus est ad prouinciam caussa reipublicæ, etiam si cursim transeat per Romam ad locum, ad*

quem destinatus est, non poterit Romæ conueniri.

283 *Destinatus ad prouinciam, etiamsi ratione contractus Romæ possit conueniri, non tamen si transeat per Romam, ibi conueniri potest.*

284 *Qui habent ius reuocandi domum, si Romæ contraxerunt, priuilegium amittunt, tamen si transiuerint per Romam, cursim conueniri ibi non possunt.*

285 *Qui vocatus est per superiorem ad reddendam rationem tutelæ quam in prouincia administrarat, ex necessitate venire dicetur: ac proinde non poterit Romæ conueniri pro alia diuersa tutela.*

286 *Qui à sententia in prouincia lata appellauit, & caussa appellationis Romam venit, non poterit Romæ conueniri.*

287 *Tradit differentiam quæ versatur inter hoc vltimum exemplum ab aliis, de quibus supra.*

288 *Necessitas de qua in hoc vltimo exemplo non præcisa, sed tãtum caussatiua est, ne alias inuitus amittat ius suũ.*

289 *Non omnis necessitas caussatiua tribuit hoc priuilegium reuocandi domum, sed oportet quod non possit reparari, nisi per recursum ad superiorem.*

290 *Necessitas caussatiua quæ in eo, contra quem lata est sententia, & ab ea appellauit, consideratur, ad hoc vt ei priuilegium reuocandi domum competat, in victore locum non habet.*

291 *Iudex appellationis tenetur de iure victoris cognoscere, & pronuntiare, etiamsi victor præsens non sit.*

292 *Victor cum voluntariè Romam videatur venisse, ei priuilegium reuocandi domum non competit.*

293 *Quando quis citatur, vt per se vel per procuratorem compareat, si is veniat, voluntariè dicetur venire.*

294 *Quando quis citatur, si sua putauerit interesse, & venit, voluntariè dicetur venire.*

295 *Vocatus si sua putauerit interesse, magis videtur vocatus ad voluntatem suam explicandam quam defendendam caussam.*

296 *Coram iudice appellationis non admittitur reconuentio, quia appellans non voluntariè eum elegit, sed propter iniuriam quam credidit sibi factam per primum iudicem superiorem, habuit recursum.*

297 *Si victor veniat ad defendendam sententiam pro se latam, reconueniri potest coram iudice appellationis.*

298 *Vt hoc vltimum exemplum procedat, oportet quod appellans peregrinatus sit, hoc est, persecutus fuerit appellationem extra locum proprij domicilij.*

299 *Si iudex appellationis resideat in loco, in quo appellans habet domicilium, habet ius reuocandi domum.*

300 *Opponit contradictam resolutionem de text. in vers. ei quoque, infra hac l. cui respondet.*

301 *Si de appellatione cognoscitur intra prouinciam appellantis, vel in loco originis propriæ, vel paternæ, extra tamen domicilium appellantis, competet ei priuilegium reuocandi domum.*

302 *Licet appellans non possit reconueniri coram iudice appellationis, si tamen iudex appellationis residet in loco domicilij appellantis, coram eo potest reconueniri.*

303 *Refert Paul. Castrens. hic, num. 4. ante fin. contrarium tenentem, & Doctores qui eum sequuntur.*

304 *Examinat illam quæstionem, vtrum priuilegium reuocandi domum, locum etiam habeat quando quis reperitur Romæ propter iustam caussam & probabilem.*

305 *Refert circa hanc quæstionem opinionem gloss. verbo, venit, quæ pro parte*

parte affirmatiua respondet, vt ex exemplis quæ adducit, colligitur.

306 *Patri qui iuit ad visitandum filium in studio existentem competit dictum priuilegium reuocandi domum. sed hoc falsum esse ostenditur, n.334.*

307 *Priuilegium reuocandi domum iuxta opinionem supra d. glos. videtur locum habere in omnibus personis de quibus agitur in tit. sup. ex qq. caussis maiores.*

308 *Supra d. glos. opinionem impugnat ex text. expresso, quem ad id expendit in cap. fin. de foro compet.*

309 *Agit de vero intellectu cap. fin. de foro competenti.*

310 *In d. cap. fin. vt priuilegium reuocandi domum competat, requiritur copulatiuè caussa iusta & necessaria.*

311 *Dictum cap. fin. loquitur in Episcopis & personis Ecclesiasticis, quæ secundum dispositionem iuris Canonici, non possunt abesse à suis beneficijs absque iusta & necessaria caussa.*

312 *Pro eo quod quis pœnam meretur, non debet præmium siue priuilegium habere.*

313 *In sæcularibus non militat ratio d. cap. fin. ac ideo aliud dicendum est.*

314 *Licet à caussa iusta incipiatur, illa non sufficit ad hoc priuilegium, nisi etiam ex caussa necessaria corroboretur.*

315 *Si vero incipiemus à necessaria, tunc illa sola sufficit.*

316 *Refert circa dictam distinctionem dictum Io. And. d. cap. fin. de foro compet. quam exemplificat in caussa minoris qui fuit victus, & sua facilitate appellauit à sententia.*

317 *Dictum Io. And. proximè relatum commu. recipitur.*

318 *Si minor ex caussa necessaria venit Romam, habet priuilegium reuocandi domum.*

319 *Quod tamen priuilegium non conceditur solum iusta & probabili caussa, nisi ea quoque fuerit necessaria.*

320 *In hac materia iusta & probabilis caussa, magis pro mere voluntaria habetur, licet in alijs materijs probabilis caussa necessariæ soleat æquiparari.*

321 *Reprobat opinionem Doctorum supra relatam, dum materiam, de qua in præsenti connexerunt cum tit. supra ex quibus causs. maior. & rationem differentiæ assignat.*

322 *In titulo supra, ex quibus causs. maiores, agitur de damno vitando, & ideo facilius eis succurritur.*

323 *Quando agitur de priuilegio reuocandi domum, de lucro acquirendo tractatur, cum per id lis mouenda impediatur, & caussa ad iudicem domicilij conuenti remittatur.*

324 *Absenti ex caussa studij conceditur resolutio, & tamen existenti in studio non conceditur priuilegium reuocandi domum.*

325 *Tractat illam quæstionem, vtrum qui reperitur Romæ vel curia ex caussa iusta, vel probabili habeat priuilegium reuocandi domum.*

326 *Magis communis opinio tenet partem affirmatiuam, sed contrarium verius videtur.*

327 *Explicatur text. in hoc §. huius l. 2. in vers. ei quoque.*

328 *Explicat glos. traditionem hic, verbo, venit, de qua egit num. 305. quæ est communiter recepta.*

329 *Examinat, an exempla posita per d. glos. sint in se vera.*

330 *Anima cunctis rebus est præferenda.*

331 *Caussa indulgentiarum & peregrinationis, licèt digna sit omni fauore, tamen ad concedendum priuilegium reuocandi domum, non est sufficiens, cum non sit ex caussa necessaria.*

332 *Quando alio modo parti potuit esse consultum, si Romam veniat, voluntariè videtur venire.*

333 *Caussa iusta & probabilis regulariter non tribuit dictum priuilegium.*

334 *Reprobatur glos. verbo, venit, de qua, supra n.305. in exemplo patris qui i uit ad visitandum filium scholarem & contrarium verius esse ostendit.*

335 *Doctores qui tenent ob caussam iustam & probabilem concedi ius reuocandi domum, & conclusionem limitant, nisi absens ex caussa probabili diu in eo loco moraturus, nam praedictum ius tunc eis non conceditur, ne creditores diu sint in suspenso.*

336 *Reprobat dictum Doctorum qui praesupponunt scholaribus non competere priuilegium reuocandi domum, quia diu sunt moraturi in loco studij.*

337 *Priuilegia concessa scholaribus intelliguntur, quando illi in loco study inueniuntur.*

338 *Scholares habent certos iudices coram quibus conueniendi sunt, etiam pro contractibus alibi gestis.*

339 *Scholares si non reperiantur in loco studij, in loco, in quo inueniuntur, tenentur respondere coram ordinario illius loci, quo casu eis concedi debet ius reuocandi domum, si ibi reperiuntur ex caussa iusta & necessaria.*

340 *Respondet ad ea quae contra hanc conclusionẽ tradita sunt, n.335. in fine.*

341 *Scholaris non videtur habere domicilium in loco study.*

342 *Cum hodie scholares secundum statuta vniuersitatũ debeãt remitti ad locum studij ad conseruatorẽ, frustra tractabitur de priuilegio reuocandi domũ.*

343 *Reprehendit Doctores quos enumerauit, num.335. qui putant hoc priuilegium mercatoribus non competere, quia diu in loco sunt moraturi, & veram rationem assignat.*

344 *Consideratio vtrum diu moraturi sint in loco, magis exemplificabitur in traditis per Rotam decisione vltima de foro competenti in antiquis.*

345 *De stylo quod decisione proxima tradit, merito dubitari potest, cum in contrarium sit decis. cap. fin. de foro competenti.*

346 *Concordat dictas decisiones distinguendo casus.*

347 *Qualiter hoc priuilegium in regno Neapolitano praedicetur, vide ibi remissiuè.*

348 *Priuilegium cõpetens scholaribus, communicatur his qui veniunt ad eos visitandos in studio ex aliqua probabili caussa.*

349 *Pater qui filium scholarem visitat, non poterit capi pro repraesalicis, nec etiã nuntius qui ad scholarẽ propter aliquam caussam probabilem mittitur.*

350 *Nec capientur in locis, per quae praedicti necessario debent transire, vt perueniant ad locum studij.*

351 *Hodie ex consuetudine indistinctè omnes capiuntur pro repraesalijs, praeter legatos publicos quibus parcitur ob rationem, de qua ibi.*

352 *Reperti in curia ex caussa iusta, & necessaria poterunt ibi conueniri, si ibi contraxerunt, nec non tunc eis competit priuilegium reuocandi domum.*

353 *Rationem conclusionis assignat ex gl. hic, verbo, contraxerunt, quam latè ampliat.*

354 *Adducit doctrinam glos. hic, verbo, destinati, contra rationem glos. supra relatam.*

355 *Si appellatio tractatur in alio loco & non Romae, appellans habet ius reuocandi domũ, & tantum alio loco non poterit conueniri, nisi ibi contraxisset.*

356 *Reprobat dictam traditionem, & expendit text. in vers. omnes autem, infra hac lege.*

357 *Declarat quomodo sit intelligendus text. in vers. ei quoque, huius legis.*

358 *Forus contractus fortior est priuilegio, cum procedat ex immediato consensu partium.*

359 *Conclusio d.§. omnes autem, huius legis ita generalis est, vt solum ab ea excipiatur legatus, qui Romae contraxerit*

xerit ante legationem, tantum competit ei ius reuocandi domum.

360 *Si legatus Romæ post legationem contraxit, tunc ratione contractus Romæ conueniri potest, nec habebit dictum priuilegium.*

361 *Priuilegium reuocandi domum, non competit illi qui cõtraxit extra prouinciam, & rationem conclusionis ibi tradit.*

362 *Si verò in prouincia contraxit habebit locum priuilegium.*

363 *Si Romæ, vel in Italia contraxerit, tunc Romæ conuenietur, & cessabit priuilegium.*

364 *Iudex cui pars priuilegium dictũ opposuit, & ideo eum ad iudicem domicilij remittit, potest parti statuere terminum intra quem compareat in loco domicilij, accepta ab eo cautione de iudicio sisti.*

365 *Iudex etiam incompetens cuius declinatur iurisdictio ex dicto priuilegio, poterit remissio assignare terminum, intra quem compareat coram iudice competente.*

366 *Reprobat Matth. de Afflict. lib. 1. cõst. rubrica 95. num. 17. contrarium tenentem.*

367 *Iudex incompetens non potest assignare parti terminum ad prosequendam caussam, & od eam terminandam.*

368 *Agit de differentia, quæ versatur inter terminum assignatum ad comparẽdum per iudicem competentem mero iure, vel per omnino incompetentem.*

369 *Primo casu tenetur præstare cautionem de iudicio sisti.*

370 *Pœnam vero promittere non tenetur, etiam in præstatione cautionis, sufficit remissum promittere de sistendo.*

371 *Quando iubetur stari curatoria cautioni alicuius, ille nihilominus debet bona sua hypothecare, in præsenti vero sufficit simplex promissio de sistendo.*

372 *In secundo casu quando terminus assignatur à iudice omnino incompetenti, non tenetur remissus promittere de sistendo & si non compareat, non potest contra eum procedi.*

373 *Iudex competens procedit contra supradictum, tanquam contra contumacem, quia non comparuit in termino assignato per primum iudicem quantumcunque incompetentem.*

GITVR in hoc text. de materia Legatorum ad † 1 Principem missorum, de quibus agit Cabed. *Decis. Lusitana* 116. *à num.* 1. *in* 2. *parte.* Et ad intellectum huius materiæ, † illud 2 præmittendum est, pro negotiis alibi gestis posse quem conueniri in propria patria: siue patria consideretur ratione propriæ originis, quia eo loco natus est, *l. incola, 29. iuncta glos. penult. inf. ad municip.* siue etiam ratione originis paternæ, *l. assumptio, 6. §. filius. inf. ad municip. l. filios. C. de municip. & origin. lib.* 10. *tradit Panor. c. significauit, num.* 7. *de Paroch. Felin. c. postulasti, num.* 1. *ad fin. de foro compet.* & ita Doctores communiter alternatiuè dicunt, quem conueniri posse in loco originis propriæ, vel paternæ, *gloss.* 1. *l.* 1. *inf. ad municip. Specul. tit. de compet. iudicis aditio. §.* 1. *nu.* 33. *Bart. l. assumptio. §.* 1. *nu.* 2. *ad fin. inf. ad municip. Paul. l.* 2. *num.* 5. *C. de iurisd. omn. iud.* Si ergo † ponas patrem fuisse 3 natum in certo loco, deinde mutasse domicilium: & in loco domicilij filium natum fuisse, is quidem censebitur ciuis loci, in quo pater natus est: quia etsi domicilium mutauerit, non ob id † mutauit propriam origi- 4 nem, quæ immutabilis est: & à qua nullus possit se eximere propria voluntate siue facto, *l. origine. C. de municip. & originar. lib.* 10. *l. assumptio. in prin. inf. ad municip.* Tradit Ruin. *cons.* 120.

5 *num.1.lib.4.* quamuis † in eo sit diffe-
6 rentia inter forum ratione originis † vel domicilij: Quod si in loco originis nō habeat bona, tenebitur subire honores & onera personalia prædicti loci, nō autem tenebitur ad onera realia, vel mixta, ad quæ tamē tenebitur in foro domicilij, *Bart.l.assump.§.filius. nu.2.post medium. inf. ad municip. notab. Ruin.d.cons.120.num.5.limit 4.* Item &
7 in alio est differentia, † quod in propria origine sortitur quis forū, & ibi conueniri potest, dummodo ibi reperiatur, Bart.*l.assumpt.§ filius,nu.2.in fin. inf.ad municip. Panormit.cap.significauit, de parochijs. Paul.l.2.num.6. C. de iurisd. omn.iud. Alexand.cons.157. num.13.lib. 2.& Afflict.decis.384.num.6.* & asserit receptum Decius *l. cum quædam, nu.5. sup.de iurisdict.omn.iud.* quamuis quem posse conueniri in loco propriæ originis, & si ibi non reperiatur, falso asserat esse receptum Marian. *in rubr. num.15. de foro compet.* In foro autem
8 domicilij, potest quis conueniri, † & si ibi non reperiatur, *l.si hæres absens.§. fin. inf.eod.* & ibi dicemus latiùs, & ad hunc modum sunt interpretandi illi,
9 qui simpliciter dicunt, † quem sortiri forū ratione domicilij & ratione originis, & ob id in vtroque foro conueniri posse, *l ciues, C.de incolis, lib.10.adiuncta l. filios.C. de municip. & origin.lib. 10.tradit Dominicus cap.3.num.10.& ibi Perusin. num.3. de tempor. ord. lib.6.*

10 Secundò est præmittendum, † quod si quis inueniatur Romæ, poterit in ea conueniri tanquam in propria patria, pro cōtractibus alibi gestis, prout & in vera & propria patria conueniretur, si ibi esset repertus, vt dictū est.
11 Et est ratio †, quia Roma respectu omnium subditorum, censetur esse communis patria, *l. Roma, 33. inf. ad municip. l. sed & reprobari, 7.§. fin. inf. de excusat. tutor. notauit glos.§. fin. verb. accipere, infra hac lege, glos. in l. si fideicommissum; verbo, hic puto, inf. eod. glos.l.fin. supra, de officio proconsul. glos. cap.1.§.nec etiam, verb. defendere, in fine, de foro competenti, in 6.glos.fin. cap fin. de foro competenti. & ibi Marian. num. 63. tradit etiam Paulus Castrens.l. eum qui, §.1.nu. 3. inf. de constituta pecun.l.2.num.5.C.de iurisdict. omn. iudic. Alexan. l. si legatus, in princ. inf. ad Trebellianum. Iason. l. de quibus, num.6. supra, de legibus:* quibus addo auctoritatem Ciceronis in *Orat. 2. de l. Agraria aduersus Rullum* dicentis, Romam esse omnium nostrum patriam.

Ex quibus inferebat † glos. *d.l. Ro-* 12
ma, infra, ad municip. quod prout quilibet in propria patria conueniri potest pro contractibus alibi gestis, *vt dictum est:* ita etiam Romæ conueniri potest, quia est patria communis respectu subditorum: & ibi subscribit Bart. idem tradit glos.*l.si hæres absens.§. pen. verb. defendere, inf. eod.* & est text. elegans *l.nec non.§ si cum, iuncta gl.verb. potuit, supra. quibus ex caus. maiores.* Non igitur subditi imperio Romano, Romæ conueniri poterant, quasi in ea censerentur habere domicilium, vt malè existimauit glos. *§. fin. verb. accipere, infra hac l. glos. l. si fideicommissum. §.1. verb. hic puto, infra eodem.* Sed potius, quia Roma est patria communis, & ideo in ea quilibet subditus, tanquam in propria patria conueniri potest, *iuxta supra tradita*, & satis probat textus per locum ab speciali.

Insurgit autem iuxta prædicta † no- 13
tabilis quæstio, *quamobrem Roma dicta* *Quæstio*
sit communis patria? Cui quæstioni † *resol.*
satisfacit Ant. de Butr.*c.p fin.num.23.* *n.21.*
& ibi Panorm num.45. de foro comp. iu- *& 25.*
quientes, † quod Roma erat caput 14
orbis, & si habebat locum Principis, 15 *Resol.*
l. 1. vers sed etsi. Cod. de veteri iure enu- 16.
cleando. Vnde tanquam in curia Principis, quilibet ibi conueniri poterat, *c. fin. de foro compet.* Ex hoc enim inferentes,

16 tes, † quod cum hodie Roma non sit
caput orbis, neque habeat locũ Prin-
cipis, quia omne ius,quod in ea habe-
bat Princeps translatum fuit in Sum-
17 mos Põtifices per†donationem Con-
stantini, *cap. fundamenta, de electio. in 6.*
Iam hodie appellati non potest com-
munis patria , & consequenter in ea
non poterit hodie quilibet conueniri,
quod asserit receptum Felin. *d.cap.fin.*
num.25. & pro constanti tenet Socin.
l.qui Romæ,in principio,num.1.& ibi glos.
Iason. num.12. inf. de verbor. obligat.

Cæterum hęc communis ratio,non
18 est concludens:†quia dato, quod Ro-
ma esset caput orbis, non ob id sequi-
tur quod haberet locũ Principis,cum
certum sit populum Romanum,omne
ius suum transtulisse in Principem, *l.*
1. in fin. ff. de constit. Principum , tradit
glos.2. cap. lex est,2 distinct. Item neque
est vera dum præsupponit : quod cum
per Imperatorem Constantinum om-
ne ius translatum fuerit in Summos
Pontifices, quod id hodie non potest
dici communis patria : neque habere
19 locum Principis, † quia translatio fa-
cta per Constantinũ in Summos Pon-
tifices, debet videri facta eodem mo-
do quo ille Romæ ius habebat : vt ad-
uertit Andreas Sicul. *d.cap.fin.num.75.*
de foro competenti.

20 Reiecta igitur prædicta † commu-
ni ratione, verior ratio est : quod Im-
21 perator Antoninus Pius , per suam †
Cõstitutionem induxit, quod illi qui
in orbe Romano continerentur , Ro-
mani ciues essent, *l in orbe, supra, de sta-*
tu hominum. secundum veram literam,
quæ reperitur in Pandectis Floren-
tinis, & eam reposuit Alciat. *lib.2. di-*
spunctio.c.22. & lib.4. parergon.c.5. Ant.
Angus lib.10. singular. ad Modestinum,
pag.320. & Costal.d.l. in orbe, & prædi-
ctæ Constitutionis Antonini, memi-
nit Iustinianus *in auth vt liberti, de cete-*
ro, §. fin. collat.6. Quicquid reluctetur
Vasconcelius, † *lib.3.var.cap.16. n.10.* 22
Est igitur litera *d.l.in orbe* ad hũc mo-
dum explicanda,quod illi dicũtur esse
in orbe Romano,qui subditi erant il-
lius imperio & ei parebant, vt expo-
nit glos. fin. *l.item in potestate, sup. de his*
qui sunt sui, glos. §. 1. verb. Romanorum.
Instit.de patria potest.notab.Ignetus l.neces-
sarias.§. non alias 3.parte, num.64. inf.ad
Syllanian. Cum igitur subditi Roma-
no imperio fuerint adiecti in ciues
Romanos, † meritò ratione illorum, 23
Roma dicetur communis patria, *l. ci-*
ues, & ibi notauit glos.2. ad medium C.de
incol.lib.10. quam explicationem,& ra-
tionem perstrinxit Couarruuias *Pra-*
cticarum quæstionum, cap.5. num.1. quic-
quid repugnat Vasconcel. *d. lib. 3. di-*
uersorum, c.16. num.10. & num.15.

Ex qua vera ratione infertur anno-
tatio ad id, quod dicit † Cicero, *Orat.* 24
2.de lege Agraria aduersus Rullum, quod
supra retulimus,nam cum eo tempore
Antoninus natus non esset, ea aucto-
ritas debet referri ad ciues,qui vel ra-
tione originis,vel domicilij,vel etiam
ex priuilegio erant ciues,his enim Ro-
ma erat patria communis : cæterum
post legem Antonini omnes subditi
fuerunt effecti ciues , & sic omnibus
Roma incepit esse patria communis,
d.l. Romæ, infra, ad municip.

Secundò infertur annotatio ad tra-
dita † per Imolam, *cap.fin num.2.& ibi* 25
And.Sicul.n.75.de foro compet.Perusin.&
Dec. n.5.c. meminimus. de appellat. dum
dicũt,etiam hodie Romam dici com-
munem patriam, cum hoc non inue-
niatur correctum : & quia licet fuerit
translata iurisdictio in Summos Pon-
tifices,debet videri translata cum om-
nibus suis priuilegiis, vt scil appella-
retur caput orbis, *l.1 §.sed etsi C.de vet.*
iure enucl. Hæc enim opinio est contra
magis communem opinionem supra
relatam, quod hodie cũ Roma omni-
no sit translata in Summos Pontifices:

Roma

Roma nō potest dici caput orbis, neque patria communis, vt aduertit Felin. *d.cap.fin.num.25.de foro compet.* Neque obstant rationes in contrarium adductæ: nam ad primum respondetur, quod nunquam legitur in priuilegium fuisse Romæ cōcessum, quod appellaretur caput orbis, neque quod esset communis patria, sed potius ea appellatio ei cœpit competere, quia re vera imperium Romanum dicebatur esse Imperium totius orbis, *l. deprecatio, sup. ad l. Rhodiam de iact.* & quia Roma erat præcipua ciuitas, & sedes
26 Imperij: † dicta fuit esse caput orbis; Cæterum hodie cum neq; imperium Romanum sit totius orbis, neq; Roma dicatur esse præcipua ciuitas imperij, cum nō pertineat ad imperium, sed ad Summos Pontifices, cessante caussa prædictæ appellationis, cessabit etiam & ipsa appellatio, cap. cum cessante appellatio. latè Tiraq. tract. *cessante caussa, 1. parte, à num. 210.* & eodem modo potest responderi ad secundam rationem, & conferunt tradita per Bossium, *in Practica criminali, tit. de Principe, num. 344.*

Tertiò ex prædictis infertur anno-
27 tatio † ad tradita per gl. 2. *ad medium, l. ciues, C. de incol. lib. 10. Bart. l. Roma, inf. ad municip.* quod etiam hodie omnes subditi imperio Romano, dicentur ciues Romani, & consequenter quoad eos Roma dicetur patria communis; quod ampliat Bart. *l. hostes, nu. 6. inf. de captiuis*, etiam quoad non subditos imperio Romano, qui tamen recognoscant Imperatorem esse dominum totius orbis: nam hæc opinio ex supradictis confunditur, nam cum ea ratione Roma dicatur patria communis, quia per legem Antonini omnes subditi imperio Romano fuerunt effecti ciues Romani, *vt supra dictum est*, & hæc ratio hodie cessat, quia Roma non pertinet ad imperium: quia per donationem Constantini omnino separata & expropriata fuit ab imperio, & fuit translata in Summos Pontifices, *cap. fundamenta, de elect. in 6.* quæ † expropriatio ab imperio, ad- 28
missa fuit, quia erat facta in fauorem Ecclesiæ vniuersalis, *gloss. l. 1. §. cum vrbem, supra de offic. præfect. vrbis. Bald. in proœmio Codicis, num. 7. & notab. Paul. Castrens. consil. 70. num. 7. lib. 1.* Cum igitur † propter dictā expropriationem 29
Roma nō pertineat ad imperium, neque etiā subditi hodie imperio, possunt appellari ciues Romani, iuxta doctrinam glo. receptæ, *l. 1. inf. de legit. tutor.* nisi eos salues, quia cum adhuc durat appellatio Romani imperij, nō dicentur ciues Romani simpliciter, sed ciues Romani imperij. Verius tamen † dicetur, quod propter prædi- 30
ctam rationem hodie non procedat vera litera, *d. l. in orbe, sup. de statu hom.* Sed potius littera, quæ in multis libris inuenitur, scilicet (*in vrbe Romana qui sunt, ciues Romani sunt*) quam litteram agnoscit & probat glo. 1. *l. prouinciales, 188. inf. de verb. signif. gloss. auth. vt liberti de cætero, §. fin. verb. donauit. collat. 6. de quo videndus est Vasconcel. d. lib. 3. vari. cap. 16. num. 15.*

Ad complementum † autem præ- 31
dictorum, est aduertēdum, quod cum in cōfesso esset apud omnes scribentes & Principes, rationem propter quam Roma olim dicebatur communis patria, hodie manifestè cessare, loco illius excogitarūt, & subrogarunt nouum forum: vt censeretur cōmunis patria, locus ille, in quo Princeps resideret, cum sua curia: vt probat *cap. fin. de foro competenti.* & ibi notant Panorm. *num. 45.* & Felin. *num. 15.* inquientes, † rationem illius text. esse, 32
quod cunctus mundus dicitur territorium Papæ, *cap. cuncta per mundum, 9. quæst. 3.* & potest concurrere cum quolibet ordinario, *cap. dudum, de præbend.*

bend. in 6. & not. gloss.fin.in fine, cap.1.de
33 *offic. legati, lib.6.* Vnde merito Sedes † Apostolica potest dici communis patria, respectu omnium, *vt aduertit Paul. Castr.l.2. num.5. C. de iurisdict. omn.iud. Iacobin. hic, num.4.* Quæ tamen ratio non est generalis, nam tantum concludit quoad Ecclesiasticos qui subsunt Papæ, non autem quoad laicos, qui illi regulariter non subsunt: *vt aduertit Anton. d. cap. fin. num. 23. & ibi Felin. num.25.* Quicquid Andr. Sicul. *d.cap.fin. n.2.* contendat, etiam quoad laicos censeri communem patriam, nisi eum salues in laicis qui degunt in terris Ecclesiæ, vel aliis caussis tenentur respondere in foro Ecclesiastico.

34 Præterea est aduertendum, † quod is nouus forus, in aliquibus differt à foro, *d.l. Roma,* cuius loco subrogatus est: quia in dicta *l. Roma,* cum omnes subditi imperio essent effecti ciues Romani: omnes Romæ poterant conueniri, & ideo *l. Roma infra, ad municip.* dicit, quod Roma est communis patria nostra, scilicet qui sumus subiecti eius imperio. Quæ ratio cum hodie cesset, *vt supra dictum est:* tantum subditi Papæ in ea conueniri poterant, non autem non subditi. Secun-
35 do differunt in eo, † quod in terminis. *d.l. Romæ,* quilibet in ea poterat conueniri, etiamsi in ea Imperator non resideret cum sua curia, vt colligitur ex generalitate *d.l. Roma,* adiuncta *l. in orbe, supra, de statu hominum,* & tamen Romæ hodie non poterit conueniri quilibet tanquam in communi patria, nisi ibi resideat Papa cum sua curia, *d. cap.fin. de foro competenti.*

Vnde pro regula constituitur, quod
36 vbicunque † Papa resederit, dicitur ibi residere Sedem Apostolicam, & consequenter ibi tanquam in patria cōmuni quilibet Ecclesiasticus conueniri potest: vt colligitur ex *cap.2.de prabend.in 6. & ibi notat Dominic. nu.5.* *tradunt Bald.& Iacobin.hic,num.4. Curt. Iun.num.8. Dec.cap.meminimus, num.2. de appellat. extollit Roman. sing.145. Gomez. §.fuerat.nu.5. Instit.de actio.* & pari ratione ibi dicuntur esse limina Apostolorum, *c.ego enim, de iureiurando, & ibi tradit Innoc.in fin.Felin.num 9.*

Et ex his infertur, quod si † Papa 37
resideat in aliquo loco etiā sine Consiliariis, ibi dicetur esse Sedes Apostolica, & consequenter communis
patria. In quo apertè labitur † Couar- 38
ruuias, *practic.quæst.cap.4.num.10.* dum existimat, quod vt dicatur Sedes Apostolica debet Papa in eo loco residere cum Consiliariis. allegat *Clem. ne Romani, §. sanè, de elect.* qui tamen text. non probat, quia loquitur, quando Papa moritur in alio loco, proceditur ad electionem noui Pontificis: nam tunc exigitur, quod Papa in loco, in quo decessit, ibi resederit cum Consiliariis, sed extra hunc casum ibi dicetur Sedes Apostolica, vbi Papa resederit etiam sine Consiliariis. argumento *l.eum in diuersis supra, de religiosis & sumptibus funerum,* & in specie tradit glossator *ad regulam Cancellariæ S. Innocentij VIII.* Melius igitur ex dicto *§. sanè,* colligetur, quod non so-
lùm dicetur Sedes † Apostolica in lo- 39
co, in quo Papa residet, sed etiam locus, in quo residēt officiales, & Consiliarij supremæ curiæ, qui res iustitiæ, & gratiæ administrant, *notat Afflictis, lib.1.const.rub.95.num.14* & in cu-
ria † Regum, idem probat *l.4.titul.3.* 40
partit.3. & lex Portugalliæ, *lib.3.tit.3. in princ. veteris impressio. & lib.3.tit.3.in princ. noua recopilationis,* nam & Reges induxerunt, quod in loco, in quo ipsi resederint, vel Consiliarij supremi, ibi dicatur esse curia, & vbi subditi possent conueniri tanquam in communi patria. *Anton.c.fin.nu.23. de foro compet. Perusin. cap.meminimus, n.4 de appellat. Iacobin.hic,nu.4.Couarr.pract.quæst.c.15.*

in princ. & notab. Tir.iq.tract.notabiluat. cap.30.num.4.

41 Illud nihilominus aduertendum, † eam esse differentiam inter curiam Papæ, & curiam Imperatoris siue Regis; quod cum Papæ Ecclesiastici totius orbis sint subditi, *c.cuncta per mundum.9.q.3.* in curia Papæ quilibet Ecclesiasticus conueniri potest, etiam si regionis sit remotissimæ: quia omnes sunt eius subditi, vt supra diximus. Cæterum in curia Imperatoris, vel Regis qui restrictiorem habent iurisdictionem, tantum subditi illorum, in curia conueniri poterunt, *vt dictum est.*

42 Et iuxta hæc accipiendum est, † quod tradit Bald. *in rub. num.11.C.qui accusare non possunt. Dec. cap.1. n.12. de præbend.* quod vrbs Constantinopolitana dicebatur etiam esse communis patria: & in qua quilibet conueniri potest, quia dicebatur noua Roma, *l.1. §. sed etsi. C. de veteri iure enucl. auth. de quæstore, in princ. collatione 6.* Hæc enim opinio vera non est, nam Roma ideo dicebatur communis patria, *l. Roma. inf. ad municipal.* quia per Constitutionem Antonij Pij, omnes subditi effecti sunt ciues Romani, *l. in orbe, supra, de statu hominum.* quod non legitur fuisse constitutum, circa subditos im-

43 perio Constantinopolitano. † ideo verius dicendum est, quod Constantinopoli omnes subditi eius imperio, poterant ibi conueniri, quia Imperator ibi residebat, & in ea habebat curiam, vt aduertit Gomez. *§. fuerat. n.5. Institut. de actionibus.*

Et ad hunc modum est explicandus

44 † Cumanus *consf.72. in fine*, dum dicit, ciuitatem Venetiarum esse communem patriam, nam est intelligendum quoad subditos, vt dictum est: & infertur explicatio ad *l.4. tit.3. partit.3.* dum generaliter dicit, quod in curia Regis quilibet conueniri potest tanquam in patria communi: nam est restringenda ad subditos Regis, ratione regni Castellæ, vel etiam ad non subditos: qui tamen ratione contractus, vel delicti, in regno Castellano conueniri poterant: nam & hi in curia Regis conueniri possunt, vt declarat elegans ordinatio † Portugalliæ, *lib.3. tit. 3. post princ.* Nam si sint extranei, & non 45
subditi, neque vlla ratione in regno conueniri poterant: non possunt in curia Regis conueniri, cùm respectu eorum, curia Regis non possit appellari communis patria: Et quia, vt supra diximus in terminis *cap. fin. de foro compet.* vt quis conueniatur in curia Romana, oportet, quod ille, qui ibi conueniendus est, sit subditus Papæ, quoad iurisdictionem: pariter igitur aliter pro contractibus, vel delictis extra Regnum commissis, in curia Regis conueniri nullo modo possunt: Illud certum est, † quod pro crimini- 46
bus alibi commissis, non potest etiam subditus in curia Regis accusari vel puniri, vt constat ex *l.15. tit.1. partit.7.* quæ referens loca, in quibus delinquens accusari potest, tantum facit mentionem domicilij, & loci, in quo delictum commissum est, tacite excludens locum originis, † quasi pro deli- 47
ctis alibi commissis in loco originis accusari non possit, *vt ibi notat Gregor. in glos fin.* Et fuit opinio multorum, quos refert Thesaurus *decis. Pedemont. 90. in fin.* Si ergo in propria patria non accusatur, à fortiori neque in curia Regis, quæ dicitur patria communis *l. Roma, inf. ad municip.*

His ita præmissis ex isto † text. col- 48
ligendum est per locum ab speciali, quod Romæ quilibet cōueniri potest, etiam pro contractibus alibi gestis: & est ratio, quia Roma erat communis patria, *l. Roma, inf. ad municip.* declarando vt supra. Ab hac tamen regula & conclusione certæ personæ excipiuntur, quæ si Romæ conueniantur, habent

habent ius reuocandi domum: inter quas principatum habent personæ legatorum ad Principem missorum.

49 Sit igitur conclusio. Legatus † non potest conueniri in curia Romana, vel Imperatoris, vel Regis, dum durat legatio, non solum pro contractibus alibi gestis, vt sentit is text. & exprimit *l. 4. tit. 3. part. 3.* sed etiam neque pro contractibus gestis in ipsa curia, antequam legatus fieret, vt clarè probat is text. *in principio.*

Videndum tamen est de ratione, propter quam hoc priuilegium legatis concessum est? Et respondendum est:

50 ea ratione id fuisse concessum: † ne per conuentiones ipse impediretur ab officio legationis, quod pro Repub. suscepit, & sic impediretur publica vtilitas, vel illi inferretur præiudicium, *l. non alias, §. 1. in fin. & l. de eo, inf. eo. & l. si legatus, 30. in princ. inf. ad Trebellia. & tradit glos. 1.* hic addo tex. elegantem auth. *de sanctiss. Episcop. §. si quis Episcopus aut clericus, vers. si vero, collat. 9.* probans, quod legatis non inferatur molestia, vel importunitas per aliquam personam: ne scilicet fiat præiudicium vel impedimentum ipsi legationi publicæ.

51 Ex † quibus iuribus manifestè colligitur, hoc priuilegium non fuisse concessum legatis, in fauorem ipsorũ, sed potius ob publicum fauorem legationis, quod agnoscit Bart. *auth. & consequenter, num. 19. ad fin. C. de senten. & interlocutio. Curt. Iun. §. sed si agant, nu. 8. infra hac l.* ex quo consequitur, legatum huic priuilegio renunciare non

52 posse, † iuxta regulam, *l. ius publicum. supra, de pactis & cap. si diligenti, de foro competenti*, & quia ius reipubl. pacto mutari non potest, *l. 2. §. ius reipubl. infra, de administrat. rerum ad ciuitatem pertinentium*, quod ita pro constanti tenet Felin. *cap. fin. num. 25. in princ. de foro competenti.* Vbi tamen Marian. Socin. *num. 89.* contrarium resoluit †, per 53 regulam generalem, *l. penult. Cod. de pactis*, quod & sentit Felin. *cap. cum ordinem, num. 15. de rescript.* idque etiam tanquam verum præsupponit *glos. fin. l. cum furiosus, infra eodem, Gregor. l. 4. tit. 3. partit. 3. verb. sobre pleito, ad finem. & Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num. 49. vers. dummodo*, pro qua opinione videtur text. *l. non distinguemus. §. item si quis Romæ, ibi (si iudicium sponte susceperunt) supra. de recept. arbit.* Item & *l. 3. in fine, infra, de legatio.* in qua præsupponitur valere pactum, quod legatus existens in legatione soluere teneatur.

Pro concordia autem harum † opinionum considerandum est, hoc priuilegium legatorum, in duobus præsertim consistere, scilicet quod nulla eis molestia, † vel importunitas inferatur, *auth. de sanctiss. Episcop. §. si quis Episcopus vel clericus, vers. si vero, collat. 9.* item neque aliquid fiat per quod † impediatur legatio, *l. non alias, §. 1. & l. de eo. inf. eo.* Prima igitur pars priuilegij, cum magis respiciat fauorem personæ legati, eius renuntiatione tolli potest, iuxta regul. *l. pen. C. de pact.* Secunda autem pars priuilegij, quia principaliter respicit in fauorem publicum legationis, renuntiatione legati non tolletur *l. ius publicum, sup. de pact.* etiamsi minimum præiudicium legationi inferatur, arg. *l. cum tale, §. si arbitratu, inf. de condit. & demonst.* quæ consideratio, & distinctio colligitur ex mente glos. 1. *l. legatus antequam inf. de legat.* & comprobatur ex eo, † quia quando in dispositione concurrunt simul fauor publicus & priuatus, qui tamen recipiunt separationem, valet renuntiatio, quatenus respicit fauorem priuatum, & non valet, quatenus respicit fauorem publicum, *l. iurisgentium, §. si paciscar, sup. de pact.* & est doctrina Bar. *l. pen. num. 3. C. de pact.* neque his

R 2

54 55 56 57

his repugnãt *l.non distinguemus.§.item si quis Romæ sup. de recept. arbit.* neque *l.3.in fin. infr. de legatio.* quia verus intellectus illarum aperietur in prima limitatione huius conclusionis.

Ex his infertur vera resolutio ad
58 aliam † controuersam quæstioné Doctorum in hac materia: *vtrum si caussa talis sit, cuius tractatio nullũ afferat præiudicium legationi? si inuitus cogetur le-*
59 *gatus in ea respondere?* Nam videtur † dicendum, cogendum esse respondere per *l. quid enim, infra eod. & ibi notauit gloss.fin.* & idem videtur probare text. *l.si legatus,30.in princ.& ibi notat Paul. & Alexand. num 3. inf. ad Trebell.* & in specie hanc conclusionem proponit,
60 & probat Rota † *decis.1. & 2. de foro compet. in antiquis. Felin. cap.fin. de foro compet.col.penult. ad fin.* vbi tamen Marian.*num.*486. contendit, legatum inuitum conueniri non posse, etiam in caussa, ex cuius tractatione nullum præiudicium inferatur officio legationis, quæ opinio lóge verior est, per text.*l.sed et si restituatur,§.1.inf eod.* Neque obstãt rationes adductæ pro contraria opinione, nam ad primum respondetur, priuilegium legationis in duobus præsertim consistere: quod nulla molestia vel importunitas legato inferatur: item quod non fiat impedimentum legationi *vt dictum est,* quamuis igitur in casu proposito videatur cessare secunda pars priuilegij, tamen adhuc durat prima pars priui-
61 legij: nam ex litibus † constat molestiam, & importunitatem inferri, *l.minorib.6.supra de minorib.* Vnde propter hoc adhuc videtur durare priuilegiũ, argum. *l.quoties duplici,inf.de reg.iur.* & in simili obseruat Alex.*l.si legatus,n.3. in fin. inf. ad Trebell.* & ideo legatus in his terminis non cogetur inuitus stare in iudicio, argum. *l.quamuis, sup.de*
62 *in ius vocando:* Item respódetur, † quod cum à communiter accidétibus propter lites fiat impedimentum legationi, *l.si de eo,§.1.inf.eod.* quamuis ex accidenti in aliqua caussa particulari videatur cessare prædictum impedimentum, nó ob id cessat priuilegium, argum. *l.nam ad ea, sup. de legib.* Nam vt habeat locum regula, quod cessante caussa cessat effectus, oportet quod
caussa cesset vniuersaliter † respectu 63
certi generis personarum, *l.adigere, §. quamuis.inf.de iure patronat. l.si maritus, 15. §. legis Iuliæ, inf.de adulter.* Nam si in casu particulari tantum ex accidéti videatur cessare caussa, non ob id cessat priuilegium, *l.si frater, iunctis ibi traditis per Paul. Castrens. C. qui testam. facere possunt, tradit Aretin.l.2.col.7.inf.de vulgari. Curt.Iun. l. posthumo nato. C. de bon.possess.contra tab. & l.transigere,nu.6. C.de transactionib. Couarr. cap. cum esses, num.9. de testamentis.* quamuis id non satis perceperit gloss. fin. *l. quid enim, inf.eod.*

Non obstat † 2. *l. quid enim, infra eo-* 64
dem, quia in casu ibi proposito, non solum non inferebatur impedimentum legationi per illum actum momentaneum, mittendi legatarios in possessionem bonorum, quia eis non cauebatur, sed etiam cessabat molestia & importunitas legati, quia nulla erat lis, sed simplex præceptum prætoris, vt nisi satisdaretur, legatarij interim essent in possessione & custodia bonorum. Vnde ex illo text. illud tantum colligendum est, quod vbi cessat simul & impedimentum legationis, & molestia & importunitas legati, cessat ipsius legati priuilegium, vt apertè colligitur ex ratione expressa in *d. l. quid enim, infra eod.* ad quem modum explicandus est Paul. Castrens. *consil. 307. num.2. ad fin. l.1.* Sed si vtrunque non cessaret: sed tantum vnum, adhuc locus esset priuilegio, *vt dictum est:* & eodem modo re-
spondetur ad † *l. si legatus.30. infra ad* 65
Trebell.

Quæstio resol. n.60.

Trebell. Nam in eo text.nō solùm cessabat impedimentum legationis: vt ibi aduertunt Alexand. *nu.3. Marian. cap.fin.num.86.de foro compet.* sed etiam cessabat molestia & importunitas legati. nam cum diceret suspectam hæreditatem, nulla ei molestia infertur, si cogatur actum momentaneum aditionis facere, ne aliàs intercedat fideicommissum.

66 Præterea & iuxta prædicta venit † resoluenda alia Doctorum cōtrouersia in hac materia. Vtrum hoc priuilegium competat legato, qui per aditionem & modos prohibitos procu-

q. resolut. n.69.

67 rauit eligi in legatum? † In qua quæstione Andr. Sicul. *cap.fin.à num.76.de foro compet.* existimat, non competere, allegat *l.& qui data, supra quib. ex caus. maior.* & text. expressum *l. legati, C. de legatio.lib.*10. quod etiam sentit glo.1. *l.qui autem, in princ.sup.si quis cautio.* &

68 conferunt cumulata per † Felinum, *cap.fin.num.3. de testib.* Contrariam tamen opinionem, imò & his competere priuilegium, ne aliàs impediatur officium legationis, cum detrimento Reipub. tenet Felin. *d.cap.fin. num.25. post princip. de foro compet. & Anton. de Matth.de prorogatione iurisdict.num.48. vers. redeundo.*

Ex prædictis autem resoluendum

69 est, † quod ea pars priuilegij, quod legato non inferatur molestia & importunitas, non competet prædicto legato: illa autem pars, quod non debeat ei afferri aliquod impedimentum in officio legationis, etiam in prædicto locum habebit, ne aliàs inferatur præiudicium Reip. quæ eum misit.

70 Denique & iuxta prædicta venit † resoluenda alia Doctorum controuersia in hac materia, *Vtrum exceptio competens legato sit dilatoria, vel peremptoria?* In qua quæstione cap.fin.*de foro compet.*

71 *verbo, tunc,* videtur sentire, † dilatoriam esse, ac ob id à legato esse opponendam ante litis contestationem, & ibi notauit Marian. *num.6.& num.67. Felin. col. antepen. ad fin. idem Felin. cap. cum ordinem, num.15.de rescript. Afflict. lib.1. constit. rub.95. num.8. & num.13. & securè Gregor. l.4. tit.3. partit.3. verb. sobre pleito, in fin.* Cæterum † Andr.Sicul. *d. cap.fin.num.*14. contendit imo, prædictam exceptionem esse peremptoriam. Sed ex prædictis concordandæ † sunt opiniones: quod si ille, qui conuenitur in curia, reperiretur ibi ex caussa necessaria, sine dubio exceptio huic competens est dilatoria, *d. cap.fin. de foro competenti.* Sed si conueniatur legatus (*de quo nos agimus*) pro ea parte priuilegij, ne molestiis vexetur, exceptio ei competens erit dilatoria: pro ea vero parte, ne legationi impedimentum fiat, exceptio erit peremptoria, cum legatus quoad hanc partem, neque expressim neque tacitè possit priuilegio renuntiare, *vt dictum est:* & ita in effectu has opiniones reducit ad concordiam, Anton. de Matth. *de prorogat. iurisdict.num.55. ad finem.* 72 73

Quinimo † processus factus scienter per iudicem contra legatum, qui omisit opponere prædictam exceptionem, ipso iure censebitur nullus, vt probat Felin. *cap. cum ordinem, num.15. de rescript.* 74

His ita explicatis ad perfectionem † materiæ: conclusionem huius text. dum loquitur de legato, quatuor ampliabis modis, & aliis quatuor limitabis: ac ita plene remanebit explicata, & expedita. 75

Prima igitur ampliatio sit, † vt hoc priuilegium legatis, non solum competat iure communi, sed & iure regni Portugalliæ, vt probat Ordinatio, *lib. 3.tit.3. veteris impress. & lib.3.tit.4.nouæ recopilationis.* Item iure regni Castellæ, vt probat *l.4. tit.3. partit.3. & l.25. tit. 9.lib.7.ordinamenti.* Neque his † repu- 76 77

gnat *l.4.tit.11.lib.2.ordinamenti*, *quæ hodie est lib.11.tit.7.lib.ordinamenti*, dum probat quod legatus ciuitatis, potest cõueniri pro propriis debitis, & eius persona capi, qua intricatur Gregor. *l.4.tit.3.partit.3. verb. sobre pleno*, nam respondendum est, quod licet stante litera legis antiquæ ordinamenti, de hoc potuit probabiliter dubitari, vt etiam agnoscit Percz. *l.4 tit.11. lib.2. ordinam.* tamen hodie stante noua litera, *l.11.tit.7.lib.6. nouæ recopilationis.* cessat omnis difficultas, quia in ea adduntur ea verba *(en caso que aya lugar conforme a derecho)* per quæ aperte significatur, legatum non posse conueniri durante legatione, nisi in casibus in iure expressis, de quibus agetur inf. in limitationibus, id quod etiã clariùs expressit *l.10. tit.7. lib.6. noui ordinamenti*, & adde tradita per Greg. *l.25.tit.18.partit.3. in glo.1.* cui adde *l.25.tit.9.partit.7.& l.4.tit.16.partit.2.*

78 Secũda ampliatio sit, † vt hoc priuilegium, non solum competat legato, quem Princeps supremus mittit ad alium, vel quem mittit ciuitas ad suũ Principem, in quibus caussis hoc priuilegium expressim concedit, *l.fin. §.legati, inf. de muner. & honor. & l.10. tit.7.lib.6.nouæ recopilat.ordin. Portugalliæ, lib.3.tit.4 §.1. Cabedus decis.l.6.nu.3. in 2.parte.* Sed etiam in legato, quem vna ciuitas mittit ad aliam, caussa rerum publicarum: nam & huic competere priuilegium legati, tradit Albertic. *hic, col.2.vers.quærit, Guid.& Ia-*

79 *cobin.hic, num.7. Curt.Iun.ad si.* † & pro illis videtur text. *l. qui mittuntur. §.sed etsi, sup. quib. ex cauf. maio.* dum probat, quod si quis mittitur à sua ciuitate caussa reip quãuis per vrbem (scilicet *Romanam*) trãsiens, debeat iter facere, videtur abesse caussa reipub. in quo significat, quod si ciuitas mittat legatũ, non ad Romam, vbi Princeps residet, sed ad aliam ciuitatem, videtur is legatus abesse caussa reipub. ac proinde quamuis per vrbem Romanã iter faciat, non poterit ibi conueniri, quasi in communi patria, quia cùm ille legatus censeatur abesse caussa reipubl. competit ei priuilegium huius text. & expressit hic *verb. destinati*, & Odofred. quamuis glo. *d.l.qui mittuntur.§.sed etsi. verb. per vrbem*, aliter explicet.

Non tamen est omittendum, † quod 80 glos.1. hic sentit, quod si legatus mittatur de vna ciuitate ad aliam, propriè non dicetur legatus, neque etiam propriè dicetur abesse caussa reipublicæ, ac ob id illud tantum ei conceditur priuilegium, vt tanquam absenti ex iusta caussa, ei concedatur restitutio ex clausula generali, vt est expressum *l.sed etsi per prætorem.§.fin.vers.multi enim sup. ex quibus caus.maior.* per quem hoc probat glos. *d.l.qui mittuntur. §. sed etsi verb. profectus. & glos.1. l. si legatus 30. inf. ad Trebellia.* quod & videtur probare text. *l. legatis, supra quibus ex caus. maior.* vbi legatis missis de ciuitate ad aliam (vt ibi intellexit *glos. 1. & 2.*) succurritur ex quadam Imperatoris constitutione, & sic præsupponit, non videri abesse caussa reipublicæ, alias superflua fuisset prædicti Imperatoris constitutio: vt ibi expedit Alber. † Pro 81 concordia dicendum est. hoc verbum (*Rempublicam*) propriè significare † 82 rempublicam Romanam: nam aliæ ciuitates impropriè & abusiuè appellantur Reipub. *l.bona ciuitatis. infra, de verbor. significat.* & notat glos. *l.1.verb. aut publica, supra, de rerum diuisio. & glos. fin. l. penult. inf. de priuileg. creditor. glos. l. sed etsi per prætorem. §. fin. verb. absit. supra, quibus ex caus. maior. & glos.1. l. respublica. cod. quibus ex caus. maior.* adeo quod pro † regula constituatur, om- 83 nes ciuitates (excepta ciuitate Romana) magis considerari tanquam personas quasdam priuatas, *l. eum qui vectigal, 16. in fin. de verbor. signif. l. nihil*

nihil interest, inf. ad Macedonian. l. 1. §. illud. cum glos. sup. de edil. edicto. glos. elegans in rub. C. de iure reipub. lib. 11. ac ob
84 id, vbi † fit mentio absentium caussa reipublicæ, non videtur per vim comprehensiuam contineri absentes, caussa suarum ciuitatum. Sed tantum per interpretationem extensiuam, si eadem fuerit ratio, *vt aduertit Cuiatius, lib. 19. obseruat. cap. 14.* Et hac ratione
85 iura † loquentia de absentibus caussa reipub. ex identitate rationis extenduntur ad absentes caussa suarum ciuitatum, vt est expressum *l. sed etsi per praetorem. §. fin. sup. quibus ex caus. maio. vers. multi enim.* Cum autem iura exor-
86 bitantia † non soleant recipere extensionem, etiam ex identitate rationis, *cap. quae à iure. de reg. iur. in 6.* in hac materia priuilegiatiua, necessaria fuit Principis cõstitutio, vt absentes caussa municipij, vel ciuitatis restituerentur, quasi absentes caussa reipublicæ, vt est expressum *l. legatis, sup. ex quibus caus. maior.*

87 Et hac etiam ratione, † si quis veniat ad tractanda negotia publica ciuitatis, quamuis ab ea non sit missus, tamen ob similitudinem rationis dicetur abesse caussa reipublicæ, ita colligitur ex tex. *auth. de sanctiss. Episcopis. §. si quis Episcopus vel clericus, vers. si vero, collat. 9. tradit Innoc. cap. fin. col. 2. post princ. & ibi Panorm. n. 46. Marian. n 66. de foro competenti*, & per contrarium;
88 † si quis sit electus, & missus per ciuitatem pro modicis negotiis ciuitatis, & sic vt sua negotia magis principaliter tractaret: non videtur abesse caussa reipublicæ, *l. reipublicae caussa, & l. non vere. supra quibus ex caus. maior. eleganter Rebuff. l. eum qui vectigal. col. fin. infra, de verbor. signif.* Si autem principaliter agat de rebus ciuitatis, etiamsi incidenter agat de aliquo negotio suo
89 particulari, coram † Principe, vel in eius curia, dicetur abesse caussa reipublicæ, *l. 1. iuncta glos. 2. C. de legatio lib. 10.* quamuis is, qui defendit ciuitatem in iudicio, non dicatur legatus, sed syndicus, *l. fin. §. defensores. inf. de muneribus & honoribus*, & explicat notab. Ruin. *cons. 116. num. 19. lib. 4.*

Tertia ampliatio ad prædictam conclusionem sit, † quod si lis contestata 90 sit cum aliquo, & postea creatus sit legatus, supersedendum est in prædicta caussa, donec durat legatio: ita clarè probat text. *l. non distinguemus. § item si quis Romae. sup. de recept. arbit. notat glos. §. item si extra, infra hac l. & glos. 1. l. qui autem. in princ. sup. si quis cautio. Marian. cap. fin. num. 67. de foro compet.* Inuenio tamen quod Iason. *l. si quis quenquam, num. 6. sup. si quis cautio.* contrarium † tenet per *l. penult. §. 1. inf. de* 91 *legatio.* quam ad id ibi notat Alber. *in fine.* Sed mirum est, non fuisse memores *d. l. non distinguemus. §. item si quis Romae*, quæ clarè probat, conclusionem supra firmatam. † Neque repu- 92 gnat text. *d. l. pen. §. 1. inf. de legatio.* qui tantum probat, quod si mota sit lis ante legationem susceptam, tenetur legatus se defendere, quia ante susceptam legationem non censetur esse verus legatus: sed post eam susceptam non tenetur se defendere: intellige tu, etiam ratione litis antea motæ: vt est expressum *in d. §. item si quis Romae*: nisi prædictus † legatus fungatur; *d. l. pe-* 93 *nult. §. 1. inf. a, de legatio.* hoc est, functus sit officio legationis, vt ibi exponit glos. fin. quia exinde tenetur se defendere, cum iam non sit legatus.

Sed aduersus hanc tertiam ampliationem videtur vrgere regula *si quis postea quam, 7. inf. eodem*, vbi post citationem, † propter superuenientiam 94 priuilegij non mutatur forus: † neque 95 quoad cognitionem caussæ, neque quoad executionem *l. cum quadam, in princ. supra, de iurisd. omn. iudic. & ibi tradit Cagnol. num. 23.* Ergo à fortiori idem

idem erit, si post litem contestatam superuenit priuilegium. Sed huic difficultati respondet glos. *d. l. si quis postea*
96 *quam*, † & glos. l. 1. *l. qui autem, in princ. supra, si quis cautio.* in hac difficultate distinguendum esse: nam si ad postulationem partis concedatur priuilegium, locum habebit decisio *d. l. si quis postea quam.* Si autem motu proprio Princeps concedat priuilegium, vel quis inuitus cogatur suscipere officium, cui sit annexum priuilegium, tunc priuilegium proderit etiam ad caussas antea motas, *l. qui autem, in principio, supra, si quis cautio, & l. si reus infra iudicatum solui*, & in his terminis procedet nostra ampliatio, prout in simili hos casus distinguit *l. 3. in princ. supra, quod quisque iuris.* Et hanc resolutionem probat Paulus *d. l. si quis quenquam, num. 2. supra, si quis cautio.* ex ea
97 colligens, quod † clausula *(motu proprio)* generaliter concepta, censetur referri etiam ad caussam, quæ antea pendebat, & in qua præuenta erat iurisdictio, subscribit Alexan. *ibi, num. 3. & l. cum quædam, num. 7. supra, de iurisdict. omn. iud. vbi Cagnol. num. 26.* Id tanquam receptum probat & asserit receptum Ripa, *cap. 1. in fin. de rescriptis. Anton. Gabriel. lib. 2. communium, tit. de iudic. conclus. 4. num. 20.*

98 Cæterum hanc communem † resolutionem impugnat Iason, *l. si quis quenquam 1. num. 5. sup. si quis cautionibus & l. 2. num. 2. C. vt lite pendente. Ruinus cons. 80. in fine. lib. 5.* Ea ratione, quia
99 clausula † *(motu proprio)* non censetur relata ad lites antea pendentes, *Clement. fin. vt lite pendente*, quia Princeps
100 † iuri tertij nunquam videtur voluisse præiudicare, *l. 2. §. si quis à Principe, infra, ne quid in loco publico*, & in terminis tradit Innoc. *cap. caussam quæ, de testibus:* cui rationi non satisfacit responsio Curt. Iun. *d. l. cum quædam, num. 12,* & ibi *Cagnol. num. 27.* quod in mutatione fori videtur agi de paruo præiudicio, & ideo non debet esse in consideratione, *l. scio supra, de in integ. rest.* quia replicabitur, in hac materia veram esse resolutionem, quod in dubio Princeps non videtur voluisse tertio præiudicare † etiam in minimo, *d. §. si* 101
quis à Principe: quod si clarè constet Principem tertio voluisse præiudicare, interpretabimur in minimo voluisse præiudicare, non autem magnum damnum tertio voluisse inferre, *glos. fin. si cum ab hærede, inf. ad Trebellia.* Tradit Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumptio 11. num. 4.* Cùm igitur in nostro casu, non appareat de mente Principis, dicendum est, neque in minimo voluisse † præiudicare tertio, & ideo 102
verior responsio est, quod in nostro casu non mutatur forus, sed remanet idem forus, qui ante priuilegium suberat, sed propter priuilegium legationis, interim differtur prosecutio caussæ, dum durat legatio, planè difficilius admittitur mutatio, † siue per- 103
emptio fori, quam caussæ prosequendæ dilatio, *l. deberi, C. de fideicom. libert.* & in specie aduertit Aret. *in cap. caussam quæ, el 2. num. 9. de testibus* quicquid prædictos casus æquiparet Castrens. *d. l. si quis quenquam, num. 2.* de quo articulo latius agemus in *l. si quis postea quam, infra eodem.*

Quartò & vltimò amplia † con- 104
clusionem huius tex. procedere, etiam in contractibus Romæ celebratis ante legationem, nam effectus legatus, etiam pro illis Romæ conueniri non potest, vt probat is tex. *in pr. & in vers. cæterũ. & l. nõ distinguemus, §. item si quis Romæ sup. de recept. arbit. & notat glos. hic verb. destinati. & verb. dummodo. glos. eum qui. §. 1. verbo denegatur, infra de constit. pecun.* & probat Ordin. † Portugalliæ, 105
lib. 3. tit. 4. §. 1. Imo nec pro delictis cõmissis Romæ, ante legationem Romæ accusari potest, *l. non alias, vers. legati, inf.*

inf. eodem, à contrario sensu, & quia in
106 hac materia contractus,† delicta à pari procedunt, *l. omnem obligationem, cum glos. inf. eod.* & in specie probat *l. 10. tit. 7. lib. 6. nouæ recopilationis*, *Ordinatio Portugalliæ, lib. 3. tit. 4. §. finali.* sunt enim
107 legati† iuregentium immunes ab omni pœna & punitione, *l. sanctum, supra de rerum diuis. l. fin. infra de legatio. cap. iusgentium 1. dist. tradit Bart. l. 1. infra ad leg. Iul. maiest.*
108 Et iuxta prædicta venit explicandus † text. vers. *item si extra*, *infra hac lege*, quem Curt. Iun. *ibi num. 3.* intellexit loqui in legato: & iuxta hunc sensum probat ille text. quod id quod dictum est, legatum non posse conueniri Romæ pro contractibus ibi celebratis ante legationem, debet intelligi de contractibus celebratis in domicilio, vel saltem in prouincia, in qua habebat domicilium: nam si in alio loco cessat prædictum priuilegium, & sic pro illis Romę conueniri potest, etiam durante legatione, qui intellectus est etiam de mente Pauli Castrens. & Lancel. Dec. ibi & Socin. *regula* 102.
109 *nu. 5.* Qui tamen † intellectus est omnino reiciendus: quia si pro contractibus Romæ celebratis non potest Romæ conueniri, postquam legatus effectus est, quamuis duplici nomine ibi videatur forum sortiri, scilicet ratione contractus in ea celebrati: & quia est communis patria, à fortiori conueniri non poterit Romę pro contractibus extra prouinciam gestis ante legationem, cum tunc tantum vna ratione Romæ forum sortiatur, scilicet quod Roma sit communis patria, vt aduertit glos. *d. §. autem si extra.* Qua-
110 re † magis probandus est intellectus gl. *d. §. item si extra*, quod text. ille non loquatur in legato, sed in eo, qui repertus Romæ propter aliquam necessitatem: nam si is Romæ conueniatur, habet priuilegium reuocãdi domum, vt postea dicemus: is enim habebit hoc priuilegium reuocandi domum, si Romæ conueniatur, pro contractibus gestis in loco domicilij, vel saltem in prouincia, in qua habet domicilium: pro aliis autem Romæ conueniri non potest: nam cum hoc priuilegium, ei tantum concedat ius reuocandi domum, non potest adaptari ad contractus gestos extra prouinciam, in qua domicilium non habet, quem glos. intellectum asserit receptum Alberic. §. *omnes, col. 1. ad medium, infra eodem*, & tandem eum, tãquam veriorem agnoscit Curt. Iun. *d. §. item si extra ad finem.* & receptum † esse fatetur Lancellotus Dec. *ibi* & *Couar. pract. quæst. cap. 5. num. 2. Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num. 40.* & iuxta hunc intellectum litera *d. § item si extra*, ita explicanda est: & dictum fuerat *§. omnes*, *infra hac l.* quod si illi, quibus competit ius reuocandi domum, Romæ contraxerunt, pro his contractibus non possunt vti prædicto priuilegio, nisi iure legationis competat prædictum priuilegium; nam tunc etiam pro contractibus gestis Romæ habent ius reuocandi domum, vt dictum est: Sed pone prædictos, qui extra caussam, quam legationis, habebant ius reuocandi domum, non contraxisse quidem Romæ, sed in alio loco, vtrum pro his contractibus possint Romæ conueniri? An vero eis competat prædictum priuilegium reuocandi domum? Cui quæstioni respondet Iureconsult. *in d. §. item si extra*, cum distinctione, quod pro contractibus gestis intra prouinciam domicilij, poterit vti prædicto priuilegio; sed pro gestis † extra prouinciam 112
illo non vtetur, & tradunt Innoc. & Panorm. *num. 46. cap. fin. de foro comp. & ibi Marian. num. 76. Socin. reg. 102. num. 5.* Et est ratio huius distinctionis, quia qui reuocat domum, præ-

S supponit

ſupponit ſe in proprio domicilio neceſſario eſſe conueniendum pro prædicto contractu, *glo. hic, verb. iux dicat, & glo. cap. fin. verb. priuilegium, de dilatio.* vel ſaltem coram præſide, ſub cuius iuriſdictione habet domicilium, qui in tota prouincia exercet iuriſdictionem, *l. 3. ſup. de offi præſid.* Sed quia hoc
113 notoriè eſt falſum, † quia etiam & in loco contractus conueniri poteſt, *c. 1. §. contrahentes, de foro comp. in 6. l. heres abſens. §. proinde, inf. eod.* quaſi non verificentur per omnia verba priuilegij, eis non conceditur hoc caſu ius reuocandi domum: ſed Romæ tãquam in propria patria conueniri permittitur, vt aduertit glo. *cap. fin. verb. priuilegium, de dilat.* & hunc eſſe communem intellectum *d. §. item ſi extra, aſſerit Couarruu. practic. quæſt. cap. 5. num. 2. & eſt de mente Marian. cap. fin. num. 76. de foro comp.* Et ſic ceſſat prædicta difficultas.

114 Non eſt tamen omittendum, † quod dum is text. probat, legatum pro contractibus geſtis Romæ ante legationem, non poſſe Romæ conueniri poſt legationem, in contrarium nimis videtur vrgere *cap. dilecti, de foro comp.* dum probat, quod ſi quis habet priuilegium, vt non conueniatur, niſi in certo loco, & coram certo iudice, ſi in alio loco contraxerit, poterit in loco contractus conueniri, non obſtante
115 prædicto priuilegio, quod etiam † probat *cap. 1. de priuileg. in 6. ord. Portugalliæ, lib. 3. tit. 5. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 2. §. 2. noua recopilat.* Huic tamen obiectioni communiter reſpondetur, obiectionem procedere, quando quis habet priuilegium particulare, & non clauſum in corpore iuris, & ideo non obſtante prędicto priuilegio in loco contractus conueniri poteſt: Sed ſi habet priuilegium corpore iuris clauſum (vt habet legatus) etſi contrahat in alio loco, tamen nihilominus in eo vti poteſt † prædicto priuilegio, quia priui- 116
legium corpore iuris clauſum fortius cenſetur: & ſic difficilius etiam tollitur. Et ita gl. hic, *verb. non compellitur,* quam probat Bart. *in fine.* Paul. Caſtr. *§. omnes, num. 4. inf. hac l. & ibi Curt. Iun. n. 14. Felin. c. fin. n. 5. de foro comp. Iaſ. l. 1. n. 16. ſup. de conſtit. princ. Rebuff. de priuileg. ſcholarium. priuileg. 179.* Qua ratione clauſula (*non obſtante † quocunque* 117
priuilegio) non comprehendit priuilegia in corpore iuris clauſa, *gloſ. l. 3. C. de ſilentia. lib. 12. Dec. cap. 1. num. 9. ad fin. de reſcript. Galeaul. l. centurio. n. 168. inf. de vulgari.* Quæ tamen † communis 118
reſponſio tuta non eſt, quia ſi vera eſſet, ſequeretur, quod pupillus & vidua, qui habent fori priuilegium corpore iuris clauſum, *l. vnica. C. quando Imperator inter viduam,* non poſſent in eo loco contractus conueniri, quod tamen eſt contra mentem omnium, & contra ordin. Portugalliæ, *lib. 3. tit. 6. §. 2.* Item miles habet † priuilegium in 119
corpore iuris clauſum, de quo *l. tam collatores, in princ. C. de re milit. lib. 12. l. magiſteria. C. de iur. omn. iud.* & tamen loco contractus conueniri poſſunt, *l. pen. cum ibi not. C. de pact.* Et in ſpecie, quod non obſtante priuilegio in corpore iuris clauſo, quod quis loco contractus conueniatur, probat *l. interdum, 36. §. fin. & ibi notat. Fulgoſ. infra eodem.*

Melius ergo ad † dictum *cap. dilecti,* 120
reſpondetur, procedere in eo, qui tempore contractus iam habeat priuilegium, qui tacite videtur renunciaſſe, quoad eum effectum, vt in loco contractus conueniri poſſit: nos autem loquimur, quãdo tempore contractus quis non habet priuilegium, cum poſtea fuerit effectus legatus. Neque enim contrahendo poteſt videri renuntiaſſe priuilegio, quod nondum ſibi competebat, *l. mater decedens, de inoff. teſtam.* Et hac ratione procedit noſtra

ſtra ampliatio. Quare ſi tempore contractus, quis iam eſſet legatus, non obſtante priuilegio legationis: poſſet in loco contractus conueniri: vt dicemus in prima limitatione. Quinimo ſi pro-
121 miſſio eſſet collata † in tempus, quo promittens eſſet iam legatus, poſſet conueniri in loco promiſſionis, ac ſi iam factus legatus prędictam promiſſionem feciſſet, iuxta regulam legis *quod C. de donat. ante nupt.* & probat expreſſim *l. 3. in fin. inf. de legat. notat gl. hic. verb. non compelluntur. in fine.* & in ſimili ita etiam diſtinguit text. *l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio, ſupra, de recept. arb.*

122 Expeditis ampliationibus, † deueniendum eſt ad limitationes noſtræ concluſionis. Prima igitur ſit limitatio, quod legatus pro contractibus, quos fecit, dum eſſet iam legatus, nullum habet priuilegium, & pro illis Romæ, vel alio loco idoneo, conueniri poteſt. Ita probat text. *verb cæterum. & l. non alias, in princ. inf. eod. l. non diſtinguemus, §. item ſi quis Romæ, ſupra, de recept. arbit. tradit gloſ. hic, verb. dummodo Socin. reg. 102 in princ. probat l 10. tit. 7. lib. 6. nouæ recopilationis, & l. 4. tit. 3. part. tit. 3. Ordinat. Portugalliæ. lib. 3 tit. 3. §. 1. & hodie lib. 3. tit. 4 § 2. nouæ recopilationis.* Ratio aſſignatur *l. interdum. 36. §. fin. infra eod.* quod huic obligationi ſiue oneri legatus ſponte videtur ſe ſubiicere, & licet text. ille loquatur in ſenatore, tamen idem eſſe obſeruandum in legato, qui durante legatione contraxit, probat *l. cum furioſus, §. fin inf. eod.*

123 Cui tamen rationi nimis videtur † obſtare, quod legatus non poteſt ſpontanée renuntiare ſuo priuilegio, ne impediatur legatio cum detrimento Reipub. *vt ſupra tradidimus.* Sed pro reſponſione conſiderandum eſt, quod legatus durante legatione eſt prohibitus tractare propria negotia, vel aliena, *l. Paul. la 2. §. fin. & l. legatus antequã, infra de legatio.* Vnde videtur quod ſi legatus tractauit propria negotia, contra prohibitionem legis, contractus erit nullus: & conſequenter legatus non poterit pro illo conueniri, contra id quod pręſupponunt iura ſupra citata. Neque ſatisfacit huic difficultati, reſponſio Marian. *cap. fin. num. 75. ad finem.* & Felin. *ibid. colum. penult. ad finem, de foro compet.* quod licèt legatus contra prohibitionem contraxerit, tamen nihilominus pro eo poteſt legatus conueniri: nam replicabitur, hanc reſponſionem directo non ſatiſfacere difficultati, eo modo quo facta eſt. Item & confundi per tex. *l. legatus creatus, infra, de legatio.* dum probat, ſenatuſconſultum prohibuiſſe, ne legati durante legatione aliquem actum † facerent, & quod fit contra prohi- 124
bitionem ſenatuſconſulti, valere non poteſt, *l. à Diuo Pio, ſupra, de ritu nupt. & ibi gloſ. recepta.*

Melius igitur reſpondebitur prędi-
ctæ difficultati, † prædicta iura eſſe in- 125
telligenda, quando legatus contraxit, præhabita Principis licentia, vt probat text. *l. ſi quis in legatione, infra, de obligationibus.* Semper enim † iura ſunt 126
intelligenda, præſuppoſitis terminis habilibus, *l. qui teſtamento, §. 1. ſupr. de teſtamentis,* Quamuis igitur legati non poſſint contrahere, etſi nihilominus contrahant, † nihil valeat contractus, 127
vt ſupra dictum eſt. Tamen ſi factus ſit cum licentia Principis, valebit, quia tunc Princeps contra prohibitionem videtur diſpenſare, *l. quidam conſulebat, in fine, infra, de re iudicata.* Et etſi quis replicet, quod adhuc remanet ea difficultas, quod legatus non poteſt renuntiare proprio priuilegio, ne impediatur legatio: facile reſpondetur, credendum eſſe, quod Princeps non concederet prædictam licentiam, ſi propter eam impedimentum afferretur legationi: & ita in effectu

Lancellot. Decius §. *sed si agant. col.* 1. *ad mediũ, inf. hac l. & ibi Curt. Iun. nu.* 8. *Anton. de Matth. de prorog. iurisd. nu.* 51.

128 & ad hunc † modum debet declarari *l. cum furiosus*, §. *fin. inf. eod.* dum dicit, legatum durante legatione posse fideiubere pro alio, item, & *l. non distinguemus.* §. *item si quis Roma, sup. de recept. arbitr.* dum probat, valere compromissum, si legatus compromittat, nam debet intelligi præhabita Principis licentia, *ex supra traditis.*

129 Item ex prædictis infertur, † quod pro contractibus celebratis durante legatione cum Principis licentia, *vt supra dictum est:* non solum conuenietur, si eos contractus Romæ celebrauerit, sed & pro quibuscunque aliis quocunque loco celebratis: nam cum contrahens in legatione nullum habeat priuilegiũ pro contractibus quocunque loco celebratis, poterit Romæ conueniri tanquam in communi patria.

130 Contrarium nihilominus † tenet Aldricus glossator antiquus relatus per Accursium, §. *item si extra, inf. hac l. concludens*, quod si legatus post legationem contraxit in sua prouincia, vel etiam in aliena per procuratorem, adhuc gaudet priuilegio legati; & habet ius reuocandi domum. Sed pro contractibus Romæ, vel in Italia celebratis, potest Romæ conueniri, allegat *l. cum furiosus*, §. *fin. inf. eod.* & Aldrici opinionem existimat veriorem Couarr. *practicarum quæstionum cap.* 25. *num.* 2. *ad fin.* sed huic Aldrici opinioni apertè repugnant supra tradita.

Quare pro vera resolutione aduer-
131 tendum est: † in hoc articulo duas occurrere quæstiones diuersas. Prima est, *Vtrum pro contractibus factis durante legatione, possit Roma conueniri, tanquam in communi patria.* Secunda est, *Vtrum ratione contractus in Italia celebrati possit Roma conueniri, ac si interpretatione iuris, ille contractus esset Roma celebratus?* Et quoad primam quæstionem respondendum est, posse legatum Romæ conueniri tanquam in communi patria: pro contractibus quocunque loco celebratis durante legatione, *vt dictum est:* intelligenda sanè, quando hi contractus celebrati sunt cum Principis licentia, *vt supra probauimus.* Quoad secundã quæstionem respondendum est, quod vt ratione contractus conueniatur Romæ, ac si Romæ fuisset celebratus, oportet quod vel Romæ sit celebratus, vel saltem in Italia: nam si in prouincia, vel extra fuerit celebratus, pro his contractibus poterit quidem Romæ conueniri, tanquam in communi patria: non autem quasi ibi iuris interpretatione contractum † sit: nisi reuera Ro- 132 mæ, vel in Italia celebratus sit. Ita clarè videtur probare text. *l. cum furiosus*, §. *fin. infra eod.* Nam licet gloss. fin. ibi exponat *(in Italia)* hoc est Romæ, quæ est caput Italiæ: & receptam dicat Iacobin. *in fin.* §. *omnes, inf. hac l.* & secutè Paul. §. *item si extra inf. hac l.*

Tamen reijcienda est hæc exposi-tio, † quæ apertè corrumpit literam, 133 *d. l. cum furiosus*, §. *fin. inf. eod.* vt aduertit † Marianus *cap. fin. num.* 76. *de foro* 134 *competenti*, & sic in his terminis opinionem Aldrici relatam per Accursium, *d.* §. *item si extra*, tanquam veriorem probat Fulgos. *d. l. cum furiosus*, §. *fin. infra eod.* & Couarruuias *practicarum, cap.* 5. *num.* 2. *ad finem.* & Marian. *d. cap. fin. num.* 7. *de foro compet.* quem sequitur Anton. de Matth. *de prorogatione iurisdictionis, num.* 49. Pro quorum sententia ego expendo verba *d.* §. *si extra, infra hac l. ibi. (Licet in Italia)* † Sentit enim, quod si in Italia con- 135 tractum esset, sine dubio Romæ conueniri posset, ac si iuris interpretatione in ea contraxisset: licet si extra Italiam

liam contraxisset, obseruanda sit distinctio ibi tradita. Cuius distinctio-
136 nis veram rationem colligo † ex notabilibus verbis Titi Liuij, *lib.7. decadis tertiæ, pag.155.* dicentis, *Patres negabant dictatorem dici posse extra Romanum agrum, eum autẽ in Italia terminari,*
137 in quo apertè significatur, totã † Italiam considerari, tãquam agrum Romanum, & tanquam Romæ territorium. Vnde facilè contractus in ter-
138 ritorio celebratus, † iuris interpretatione censebitur Romæ celebratus, *argum. l. qui ex vico, infra, ad municip. & l. pupillus 237. §. territorium, infra, de ver-*
139 *borum signific.* & quia cum † Roma sit caput Italiæ, contractus celebratus in Italia iuris interpretatione in capite potest videri factus, *argum. l.3. C. de na-*
140 *turalibus liber.* Prout contrahens, † in quacunque parte prouinciæ, coram præside conuenitur, vt præsupponit *§. item si extra, inf. hac l.* quia præses est caput prouinciæ, & in tota ea habet iurisdictionem, *l.3. sup. de offic. præsid. l. nec quicquam, in princ. sup. de offic. proconsul.* & sic tota ea, eius est territorium, *vt tradit Bologni. auth. habita, num. 207. C. ne filius pro patre, & Thesaurus decis. Pedemont. 220. num. 7.*

Ex quibus ita explicatis infertur
141 intellectus † ad plures textus in hac materia, qui eam difficilem reddunt: & primo infertur intellectus ad *l. eum qui, §.1. infra, de constit. pecun.* quæ constituit differentiã, vtrum legatus Romæ existens, constituat se soluturum Romæ: & hoc casu per actionem de constituta, cogetur Romæ soluere, prout promisit: si autem in prouincia constituat se Romæ soluturum, id quod alias debebat, non poterit Romæ conueniri per actionem de constituta, vt in ea soluat id, quod promisit, vt ibi intelligunt Fulgos. Castr. & Salyc. Marian. *cap. fin. num.7. de foro compet. Iason §. plus, nu.15. ad fin. Inst. de actio. Cuiat. lib.3 obseruat. cap.17.* Nullus tamen assignat congruam rationem † huius differentiæ: Ego autẽ ad eam reddendam imprimis cõsidero: in hoc 142
articulo † distinguendum esse contractum constituti habere ex natura 143
sua relationem ad iam debitũ, ab aliis promissionibus, quæ de nouo fiunt ad obligandum: vt distinguit Iureconsf. *in l. 1. §. eum qui, infra de constitut. pecun.* Item considero, quod licet Iureconsult. *l. eum qui, §.1.* duas proponat conclusiones supra relatas, tamen ad faciliorem declarationem quæsiti, conuerso ordine Iureconsulti à secunda conclusione incipiendum est: & deinde deueniatur ad primam. Secunda igitur conclusio dict. *l. eum qui, § 1.* ea est, † quod si quis adhuc in prouincia 144
existens, constituit id, quod acceperat in prouincia, Romæ se soluturum, non dabitur aduersus eũ Romæ actio de constituta: & ratio est, quia cum adhuc non esset legatus, sed in prouincia existeret, non potest videri renuntiasse priuilegio legati, quod adhuc sibi non competebat. Vnde Romæ conueniri non potest, per actionem de constituta, quia opponet de priuilegio legati postea sibi superueniente. Ampliatur hæc conclusio per *l. si quis in legatione, 8. inf. eo.* in qua probatur, † quod licet quis iam legatus, 145
& Romæ existens, constituat se soluturum id, quod ante legationem debebat; adhuc actio de constituta in eum non dabitur. Et est ratio, quia cum constitutum necessariam habeat relationẽ ad id, quod debebatur ante legationem, naturã principalis sequitur: vt sic durãte legatione pro eo non conueniatur, nisi clarè expressum sit quod eo tẽpore legationis illud † te- 146
neatur soluere, vt probat *l.3. in fin. inf. de legatio* Item est alia ratio, quia constitutum principaliter inuẽtum est ad corroborandum debitum præcedens.

Ita vt ad petendum competat noua actio prætoria, quæ dicitur de constituta, §. *de constituta. Instit. de actio.* Et
147 faciens † actũ corroboratiuum debiti præcedentis, propter hoc non sortitur forum in loco, in quo actum corroboratiuum præcedentis fecit, vt ex mente dictæ *l. si quis in delegatione*, collegit Roman. *l. 3. infra eod. extollit Iason. l. more, num. 29. sub. de iurisdict. omn. iud. And. Gail. pract. obseruat. lib. 2. cap. 1. num. 4.*
148 Ex quibus infertur, † inanem esse laborem glo. *l. eum qui, §. 1. verb. quod & verum, inf. de constit. pecun.* Nam opponens contra eum text. de *l. si quis in legatione, 8. infra eod.* quatuor assignat concordias, circa quas insistit Salyc. ibi. & Marian. *cap. fin. num. 76. de foro compet.* Nam ex prædictis constat, tantum abesse, quod prædicta iura inter se aduersentur, vt potius vnum veniat ad ampliationem alterius, *vt supra dictum est.*
149 Infertur etiam, quod licet quis in prouincia existens, constituit se Romæ soluturum, atque proinde iuris interpretatione Romæ videatur constituisse, *l. contraxisse, inf. de act. & oblig.* quicquid id neget Ant. de Matth. *de prorogat. iurisdict. num. 49. vers. & nota in prædictis*, tamen non ob id videtur forum sortiri, quoad effectum, vt eo loco conueniatur, per actionem de constituta, propter rationem supra allegatam.
150 Hanc conclusionem † ita explicatam limitabis, si quis legatus Romæ existens, constituat se Romæ soluturum: nam tunc actio de cõstituta, aduersus eum dabitur, vt Romæ cogatur soluere, prout promisit, vt clarè probat *d. l. eum qui, §. 1. inf. de constit. pecun. in 1. conclus.* & rationem huius limitationis assignat Fulgos. ibi, & aliam Salycet. *num. 2.*
151 Ego autem aduerto, † quod vt hæc limitatio locum habeat, duo copulatiuè debent cõcurrere, & quod legatus Romæ existat, item quod constituat se soluturũ Romæ, *vt d. l. eum qui, §. 1.* intelligit gl. *verb. quod & verum in 3. solut.* quam ibi probant Fulgos. Paul. Castr. & Salyc. Altero † autem ex his 152
deficiente, non procedet limitatio, & ideo si legatus Romæ existens, constituat simpliciter se soluturum, id quod debet, & nõ exprimat quod Romæ soluet, ex constituto non poterit Romæ conueniri, quia cessat vnum ex prædictis requisitis: quod clarè probat *l. si quis in legatione, 8. inf. eod.* Similiter, † si legatus non existens Romæ 153
constituat se soluturũ Romæ, ex constituto in ea cõueniri non potest, quia deficit primum requisitum, & ita clarè probat *d. l. eum qui, §. 1. in 2. respons. inf. de constit. pecun. & ibi notat glo. verb. quod & verum, in 3. solut.* Duobus autem prædictis simul interuenientibus Romæ, poterit per actionem de constituta cõueniri, quia licèt per constitutum non consequatur nouum forum ratione constituti facti ob rationem, de qua supra, tamen quia constituit † se soluturum Romæ, durante 154
legatione, amisisse priuilegium legationis, iuxta §. *caterum, inf. hac l. & supra tradita in hac 1. limitat.* Vnde Romæ tanquam in communi patria liberè conueniri poterit, tam respectu debiti antiqui & principalis, quam ratione constituti facti post legationem, quod habet relationem, aut debitum antiquum, *vt dictum est.* Quamobrem id procedit siue † constituerit 155
in his terminis se soluturum id, quod debebat alia persona diuersa, quia vtroq; casu militat eadem ratio, quicquid contrarium existimat Cuiat. *lib. 13. obseruat. cap. 17.*

Et hæc de constituto. † In aliis autem promissionibus de nouo debito 156
factis dicendum est, quod cum illis cessat

cessat ea particularis ratio: quæ militar in constituto, qui promisit soluere Romæ, tenebitur in ea respondere, non solum ea ratione, quod Roma sit cõmunis patria, sed quia promittendo ibi de nouo videtur contraxisse, *l. contraxisse, de actio. & oblig c. dilecti, de foro compet.* & est text. *l. cum furiosus, §. fin.*
157 *infra eod.* & in materia est † optimus text. *l. 3. inf. de legatio.* Quod si iam legatus conueniatur pro cõtractu ante legationem gesto, conueniri Romæ nõ potest, vt etiam probat *l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, sup de recept. arbit.* & tamen conuenitur, si conuentum sit, quod tempore legationis teneatur soluere, *l. 3. infra de legat. notat Cuiat. 3. tractat. ad Africanum, pag. 30.* Et est aduertendum, quod ideo text. ille requirit eo casu conuentionem, quod tẽpore legationis soluatur, quia agebatur de cõtractu gesto ante legationem; neque enim qui simpliciter promittit soluere, videtur promittere, etiamsi postea fiat legatus; quia huic
158 iuri adhuc non competenti, † non videtur renuntiasse, nisi id exprimatur: *vt tradit Paul. Castr. l. eum qui, §. 1. nu. 3. inf. de constu. pecu.* Quare si iam legatus promittat soluere Romę, ratione promissionis poterit conueniri: quia cum tanquam legatus promiserit, videtur promittere soluere in eo loco, in quo fecit promissionem, *l. heres absens, §. proinde, infra eod. l. si cum dies. § si arbiter, sup. de recept. arbit.* & sic in eõ loco promissionis poterit conueniri tanquam in loco contractus, etiam durante legatione, etsi nihil aliud fuerit expressum, vt sentit glos. hic, *verb. non compelluntur, in fine.*

Secundò principaliter ex prædictis
159 infertur intellectus † ad text. *l. si vxor, inf. eod.* vbi vxor diuertit à marito, qui erat legatus Romæ, & potest maritum cõuenire pro restitutione dotis, non obstante priuilegio legationis, in quo eũ text. reputat singularem Ang. *l. 1. num. 6. ante fin. inf. solut. matrim.* Obstant tamen illi decisioni ea, quæ supra diximus, quod pro ante gestis nõ conuenitur legatus durante legatione. Communis tamen responsio est, † quod maritus & vxor contraxerunt 160 matrimonium Romæ, & ibi vxor marito tradidit dotem, & hac ratione si etiam diuortium fiat Romæ, poterit maritus ad dotis restitutionem Romæ conueniri, non obstante priuilegio legationis, & ita respondent gl. & Bart. *d. l. si vxor.* & tanquam receptum intellectũ probat Roland. *de lucro dotis, q. 21. num. 4. Art. de Matth. de prorogatione iurisdict. num. 55.* quibus addo Præpositum *cap. 1. num. 9. post medium, de sponsalib.* Sed is communis † intel- 161 lectus est reijciendus, tum quia diuinat, tum etiam quia non videtur in se verus: quia cum prędicta fuerint facta, antequã maritus esset legatus, si postea efficiatur legatus, aduersus ea poterit se defendere priuilegio legationis, *l. non distinguemus, § item si quis Romæ, supra, de recept. arbitr.* declarando, vt per text. *l. 3. infra, de legat.*

Secundo igitur modo respondet † glo. *d. l. si vxor*, speciale esse fauore 162 dotis restituendæ, vt maritus possit conueniri pro dotis restitutione, non obstante priuilegio legationis, *subscribit Marian. cap. fin. num. 88. & ibi Felin. in fine, de foro compet. Præpositus cap. 1. num. 9. ad fin. de sponsalib. Bald. nouellus l. 1. num. fin. infra soluto matrimonio.* Sed etiam non placet, quia † specia- 163 lia non sunt facilè admittenda, *gloss. l. filium. C. famil. hereiscun.* & quia licèt Romæ conditio restituendi dotẽ fuerit impleta, † tamen regula est, quod 164 in hac materia non debet attendi locus, in quo conditio fuit adimpleta, sed potius locus, in quo contractus conditionalis fuerit celebratus: *vt tradit gloss. dict. l. si vxor, & probat Panorm.*

cap.

cap.1. in fin. de sponsalibus Marian. cap. dilecti, num.33. de foro compet. Ergo maritus pro restitutione dotis, non potuit Romæ conueniri, contra id, quod
165 clarè probat *d.l.si vxor.* Quare † Marian. *d. cap. dilecti, num.33. de foro competen.* Respondet, quod ideo in terminis *d.l.si vxor*, maritus conuenitur Romæ: quia Roma est communis patria: neque aduertit, quod legatus non potest conueniri Romæ, tanquam in communi patria, vt probat *§.caterum, inf. hac l.* Probabilior igitur est intel-
166 lectus Anto. de Butreo † *cap.1. ad fin. de sponsalibus.* quod ideo in specie *d.l.si vxor*, maritus pro dotis restitutione Romæ conuenitur, non obstante priuilegio legationis, quia matrimonium illud fuit dirempium Romæ de consensu mariti, & sic interueniente facto ipsius mariti: & cum illud factum interuenerit post legationem, merito quoad illud cessat priuilegium legationis, *§.caterum. infra hac l.* & subscribunt Paul. Castrens. & Iacobin. *d.l.si vxor. Curt. Iun. §. omnes, num.6. ad fin. inf. hac l. Bapt.l.1.num.129.ad medium. C.de summa trinit. Ruin.conf.58. num.13. lib.3. Roland. de lucro dotis, q.21. num.5.*
167 Pro quo intellectu facit, † quia si vxor diuerteret à marito inuito, sine iusta caussa, amitteret dotem, *l. consensu. Cod. de repud.* & sic frustra quæreretur de restitutione dotis, quare necessario intelligendum est, quod de communi consensu factum fuit diuortium, vel saltem propter culpam mariti. Cùm igitur durante legatione interuenerit factum legati diremptiuum matrimonij, succedit regula, quod eo modo, quo quis forum sor-
168 titur in loco † contractus, eodem modo eum sortitur in loco distractus, *l. qui certo loco, supra, de eo, quod certo loco. l.2. Codic. vbi & apud quem*, eleganter Bal. *nouellus l.1. num. fin. inf. soluto matrimonio.*

Vnde infertur, † quod si in terminis *d.l.si vxor.* morte vxoris fuisset diremptum matrimonium, quia cessat ratio, *de qua supra*, non habet locum decisio *d.l.si vxor*, sed maritus, quoad restitutionem dotis, vtetur priuilegio legati, quod apertè agnoscũt probantes intellectum proximè relatum. 169

Infertur etiam † quod cum diuortium fuerit Romæ celebratum, & sic 170
interuenerit distractus post legationem, poterit Romæ conueniri, ratione distractus Romæ celebrati, non obstante priuilegio legati per proximè tradita: Quod si matrimonium esset diremptum in alio loco, tunc ratione distractus non posset Romæ conueniri, bene tamẽ in ea posset conueniri tanquam in communi patria, & in loco, in quo distractum est, vt posset maritus in eo conueniri tanquam in loco distractus: non tamen posset in eo conueniri tanquam in communi patria: quia hoc priuilegium tantum Romæ competit, si ibi conueniatur. Neque obstat quod propter factum post legationem, amisit maritus priuilegium legati, *§.caterum, infra hac l.* Neque enim propter hoc poterit conueniri in loco, in quo alias attenta dispositione iuris communis non sortiebatur forum, *Paulus Castrensis & Iacobinus in l.si vxor, infra eodem.*

Tertiò principaliter ex supra traditis † infertur. Intellectus ad *l.de eo, in-* 171
fra eodem, vbi legatus post legationem adiuit hæreditatem, in qua fuerat institutus, & sic quasi contraxit cum creditoribus hæreditariis & legatariis, *§. heres. instit. de obligatio. qua ex quasi contractu*, & tamen legatus potest conueniri per creditores & legatarios dum durat legatio, quod apertè repugnat supra traditis. Cui difficultati respondet glos. *hic, verb. dummodo*, supra tradita procedere in contractibus celebratis cum legato post legatio-

nem.

nem, limitari tamen, si legatus quasi contraxerit post legationem. Nam ni-
172 hilominus retinebit † priuilegium *d. l. de eo, infra eodem iuncto, d. §. hæres.* Sed reiicienda est hæc responsio, quia imo
173 legatum † amittere priuilegium propter quasi cōtractum celebratum post legationem, probat *l. interdum, 36. §. fin. iuncta glos. fin. infra eodem.*
174 Quare † glos. *l. de eo, infra eod. verb. actionem*, alias refert solutiones: quæ tamen difficultati non satisfaciunt *vt ostendit Curt. Iun. §. omnes, num. 11. in-*
175 *fra hac l.* Cynus † autem *in auth. qua in prouincia, num. 9. Cod. vbi de crimine agi oporteat*; respondet quod si in quasi contractu interuenit factum legati post legationem, tunc in loco quasi contractus conueniri potest, *d. l. interdum, §. fin. infra eodem.* Si vero solus animus legati interuenit, vt contingit in aditione hæreditatis, *§. fin. instit. de hæred. qualitat.* tunc procedit *l. de eo, infra eodem subscribunt Bart. & Fulgos. ibi,*
176 *num. 1.* Sed & hæc † resolutio confunditur *per l. sed etsi restituatur, infra eodem,* quæ probat, quod si legato sit restituta hæreditas ex fideicommisso, & sic interuenit factum legati restitutionem acceptantis, tamen dum durat legatio, non potest conueniri à creditoribus & legatariis, qui alias aduersus fideicommissarium actionem ha-
177 bent. Quare † alio modo respondet Angel. *d. l. de eo, in fin. inf. eo*, quod si quasi contractus celebretur cum certa persona, locum habebit *l. interdum, §. fin. infra eodem.* Sed si cum persona incerta procedet *d. l. de eo, infra eodem,* subscribunt Marian. *cap. fin. num. 77. & ibi Felin. col. penult. post medium, de foro competenti. Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, nu. 68 ad finem.* Sed non assignant congruam rationem huius differentiæ, quicquid eam conetur assignare Paul. Castrens. *l. non alias, col. 1. ad finem, infra eodem.*

Vnde pro vera resolutione † me- 178
morandum est, quod diximus *supra,* quod legatus potest renuntiare suo priuilegio, quatenus respicit vtilitatem suam principaliter, non autem quando propter hoc præiudicaretur vtilitati publicæ ciuitatis, cuius legatus est: ac proinde si in legatione negotium aliquod particulare gerat, & conueniri potest: quia hoc magis videtur respicere damnum particulare ipsius legati. Nam à communiter accidentibus propter vnum negotium particulare, non infertur præiudicium, per quod impediatur publica vtilitas legationis: & per contrarium, quādo aditur hæreditas multa insunt onera, & multæ mouentur lites, *l. si hæreditatem, supra, mandati,* propter quas facile impedietur publicum officium legationis, & ideo habito respe-
ctu ad communiter accidentia, † lex 179
constituit, ne posset legatus conueniri per creditores hæreditarios, vel legatarios: ne sic facile impediatur publicum officium legationis, vt clarè deducitur ex litera *l. de eo, infra eodem,* & † pariter quando ei restituitur hæ- 180
reditas ex Trebelliano: quia eadem militat ratio *l. sed etsi restituatur, infra eod. coniuncta l. fin. Cod. ad Trebellian.* Iubetur autem † his casibus legatus sa- 181
tisdare creditoribus & legatariis, alias iubentur prædicti mitti in possessionem rerum hæreditariarum, *l. de eo, inf. eod.* Quia hoc magis respicit ad damnum particulare legati, quam afferat impedimentum officio legationis, *l. quid enim,* vbi assignatur ratio, *inf. eod.* Potuit igitur legatus adeundo sibi præiudicare, non autem publico officio legationis, *l. iurisgent. §. si paciscar, sup. de pact.* & ideo legati iubentur satisdare: alias mittūtur prædicti in possessionem bonorum hæreditariorum: quę per aditionem de nouo acquiruntur legato cum prædicto onere, non

autem mittuntur in poſſeſſionem bonorum ipſius legati, quia ſic inferetur impedimentũ officio legationis, quod in legato generaliter accipiẽdum eſt.

182 Quamuis in aliis † perſonis trãſactis ſex menſibus à die aditionis, ſoleant mitti creditores & legatarij, etiam in poſſeſſionem bonorum hæredis adeuntis, *l. certa eſt forma. C. vt in poſſeſſ. legato.* notauit glo. fin. *l. de eo, inf. eod.* ad quem modum eſt explicãdus Anton. de Matth. *de prorogatione iuriſdictionis, num. 68. ante finem.*

183 Et ex his cauendum eſt, † à traditis per Curtium Iun. *§. ſed et ſi dubitetur, num. 5. inf. hac leg.* dum dicit Bart. *l. de eo, infra eod* dubitare. Quare hæres non poſſit conueniri in loco aditionis, in quo videtur quaſi contrahere cum creditoribus & legatariis, *§. hæres Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contract.* & aſſerit Bart. reſpondere, quod creditoribus non tenetur ex quaſi contractu, ſed potius ex contractu defuncti, cuius perſonam hæres repræſentat, de qua tamen reſponſione dicit ſe dubitare, propter deciſionem text. *l. apud Iulianum, §. fin. infra, quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.*

184 Sed circa hæc dicta † Curt. Iun. in primis eſt aduertendum, quod dicta *l. de eo, infra eodem*, non probat hæredem non poſſe conueniri in loco aditionis per creditores, imo magis contrarium innuit: cum hæredem tantum liberet propter officium legatio-

185 nis: quamuis in ſe verum ſit, quod † hæres non conuenitur in loco aditionis, niſi maior pars hæreditatis, *Paul. Caſtrenſ. l. ſi fideicommiſſum, num. 3. infra*

186 *eod.* Præterea eſt aduertẽdum, † quod Bartolus in his terminis non mouet quæſtionem, quam recitat Curt. Iun. ſed loquitur in aliis terminis diuerſis aſſignando rationem, propter quam creditores non poſſunt conuenire legatum, qui adiuit hæreditatem? Et reſpondet, quod legatus illis non tenetur ex quaſi contractu, ſed potius ex perſona defuncti, cuius perſonam repræſentat. Vnde cum reſpectu creditorum, nihil de nouo videatur feciſſe, merito à creditoribus non conuenitur. Quæ quidem Bartoli † ratio 187
non eſt tuta, vt ſtatim dicemus. Denique eſt aduertendum, quod prædictum dictum Bartoli communiter eſt receptum, quod creditoribus hæres non tenetur ex quaſi contractu: ſed potius ex contractu defuncti, legatariis autem tenetur ex quaſi contractu: quem tẽpore aditionis cum illis cenſetur celebraſſe *§. hæres. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu.* reſoluit Iaſ. *l. cum res, num. penult. infra, de legat. 1. Decius l. qui cum alio, num. 6. infra, de regul. iur. Coſta cap. ſi pater, 2. parte, verb. Trebellianicæ, num. 10. de teſtam. in 6.* Neque repugnat *l. apud Iulianum. §. fin. infra, quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* ex qua Bart. ibi collegit, quod hæres videatur etiã quaſi contrahere cum creditoribus, & ſubſcribunt Alber. & Fulgoſ. *l. de eo, inf. eod. Iaſon l. nemo poteſt, 2. lect. num. 19. inf. de leg. 1.*

Nam reſpondetur, † prædicta ita 188
eſſe componenda: vt cum creditoribus etiam videatur quaſi contrahere, diuerſo tamen modo, quam cum legatariis: nam cum creditoribus videtur quaſi contrahere, non vt de nouo eis videatur obligari, ex prædicto quaſi contractu: ſed potius quod eis teneatur eodem modo, & eadem obligatione, quã defunctus illis tenebatur, cuius perſonam repræſentat, *l. 2. §. ex his, inf. de verbor. oblig.* ex quo conſtat, † rationem Bartoli ſupra relatam 189
non eſſe concludentem: cum verius ſit, & cum creditoribus hæredẽ quaſi contrahere, vt eſt expreſſum *d. l. apud Iulianum. §. fin.* Quamuis ex illo directo, & immediatè non obligetur, ſed modo, de quo ſupra. Cum legatariis autem

autem videtur quasi contrahere, vt ex illo quasi contractu, eis de nouo incipiat obligari, quamuis defunctus ex sua persona eis minime fuisset obligatus, quicquid aliter explicet Costa, *d. verb. Trebellianica*, *num.*10. Quare ad dictam *l. de eo*, *infra eodem.* verior est ratio supra assignata. Et hæc de prima limitatione principali.

190 Succedit igitur † secunda limitatio principalis, vt tantum locum habeat priuilegium durante legatione: nam finito officio legationis, cessat prædictum priuilegium, vt probat is text. *vers. plane*, tradit Bart. per illum text. *l. mercatores, in fine. C. de commerc. mercator.* Nam & priuilegium reuocandi do-
191 mum, † quod cōpetit illi, qui ex caussa necessaria Romæ reperitur, vt statim dicemus, tantum durat quantum ea necessitas durat, & ea cessante Romæ cum effectu conuenietur, *Afflict. lib.*1. *constit. rub.*95. *num.*3. Quod ta-
192 men intellexit glos. hic, † verb. *perfecta*, vt & finita legatione duret priuilegium, intra illud tempus, quod est necessarium ad properandum & ornandam profectionem, argumento *l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, sup. quib. ex causs. maior*, quod & probat glos. l. *qui mittuntur. §. sed etsi. verb. agere, eodem tit. Panormitanus d. cap. finali, in fine. & ibi Marianus, num.*87. *Felinus colum. penult. in fine, de foro competenti. Socinus regul.* 102. *num.* 4. *Anton. de Mattb. de prorogat. iurisdict. nu.*50. Quod ordina-
193 tio † Portugalliæ, *lib.*3. *tit.*4. *in fine.* restringit ad decem dies post finitum tempus legationis, quinimo & post
194 finitum officium denegabitur † legato legatiuum, cuius inuenitur facta mentio, *l. fin. §. legati, infra, de muner. & honoribus* & in terminis tradit Orianus, *l.*1 *num.*126. *supra, de offic. eius.* Et hæc de secunda limitatione.

195 Succedit igitur tertia principalis † limitatio ad conclusionem, de qua supra, vt si legatus teneatur aliqua actione temporali, cogetur saltem litem contestari, ne alias pereat actio temporalis creditoris, quod probat *l. sed etsi restituatur. §. penult. infra eodem.* Ex qua limitatione primo colligendum est, † actionem temporalem extingui 196
transacto tempore, etiamsi ille, qui competit, impeditus sit de iure aduersus actorem agere, nisi ad litis contestationem processum sit: nam hoc casu actor erat impeditus de iure agere aduersus legatum, & tamen tex. præsupponit, nihilominus extingui actionem temporalem, nisi lis sit contestata super ea: quod notat Angel. *l. sed etsi restituatur. §. adium nomine, infra eodem. Paul. Castrens. & Iacobinus in omnib. inf. hac l.* Sed vrget † contrarium reg. *l.*1. 197
§. fin. C. de annali exceptio. quod † ad- 198
uersus impeditum de iure agere, nulla currit præscriptio, & in terminis tradit Aretin. *consf.*101. *post princ.* & in specie videtur text. *l. nec non. §. si cum supra, quibus ex caus. maior.* & clarior authen. *de sanctissimis Episcopis, §. si quis Episcopus, vers. si vero, collat.*9. *& ibi notauit glos. verbo, propter.* Et ita hanc secundam opinionem primæ contrariam, probat Curtius Iun. *§. sed si dubitet, ad finem, infra hac lege.*

Et ad text. † *l. sed etsi restituatur, §. pe-* 199
nult. inf. eodem, respondet, quod ibi non requiritur litis contestatio, ad impediendam præscriptionem: sed potius ad perpetuandam actionem vsque ad 40 † annos, *iuxta l. fin. Cod. de præscript.* 200
triginta annor. quæ etiam locum habet in actionibus temporalibus, vt post alios resoluit Couar. *cap. possessor. de reg. iur. in* 6. 2. *part.* §. 12. *num.*6. Quæ † 201
tamen responsio non placet, quia *d. l. sed si restituatur. §. penult. inf. eod.* aperte requirit litis contestationem, ne alias actio temporalis extinguatur, & probat ordinatio Portugalliæ, *lib.* 3. *tit.* 4. *post principium*, ac ita verior

videtur opinio Pauli Castrens. Cui
202 non † obstant iura adducta in † con-
203 trarium, nam ad primum *de regul.* 1. §. *fin. C. de annali except.* respondetur quod in actionibus temporalibus propriè non cadit præscriptio: neque enim quid quęritur debitori, sed potius ipsæ actiones temporales ex suapte natura pereunt, & extinguuntur transacto tempore, vt declarat Paul. *l. sequitur, §. si viam, num. 6. inf. de vsucap. Panorm. cap. fin. num.* 10. *ad finem, de præscript.* & sic sumus extra terminos regulæ *d. l.* 1. §. *fin. C. de annali except.* Qua etiam ra-
204 tione † receptum est, quod non obstante mala fide debitoris, etiam hodie actiones tẽporales extinguuntur tempore, quia cum propriè non agatur de præscriptione, sumus extra terminos, *cap. fin. de præscript. vbi Panorm. num.* 11. *Felin. num.* 8. *Paris. num.* 19. *ita resoluunt. & Crot. l. omnes populi, num.* 75. *supra, de iustitia & iure, & alijs quos refert Couar. cap. possessor, secunda parte, §.* 11. *num.* 5. declarando tamen *vt per Menchacam de successio. creat. §.* 10. *num.* 37.

205 Non obstat etiam *l. nec non. §. si cum supra, ex quibus caus. maiores.* quia loquitur in anno, qui datur absenti caussa reipublicæ ad petẽdam restitutionem in integrum: nam cum annus ille sit vtilis, *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.*
206 quodlibet impedimentum † impedit illius cursum, *l.* 1. *infra de diuers. tempor. præscript.* Non obstat tertium de authen. *de sanctissimis Episcopis. §. si quis Episcopus, versic. si vero, collat.* 9. quia specialirer procedit in Episcopis, vel clericis, qui non funguntur officio legationis pro Ecclesia, vel ciuitate. His enim vult Imperator nullam molestiam, vel importunitatem inferri, ac proinde disponit, quod non cogantur litem contestari super actione temporali: & licet in hoc grauentur creditores, in alio eos releuauit, disponendo, vt contra ipsos tempus actionis temporalis ipso iure non curreret: in aliis autem legatis procedunt supra tradita.

Et secundùm hæc venit explicandus † text. §. *penult. vers. in omnibus, infra hac l.* dum probat, actionum temporalium tempora, non currere ipso iure, aduersus impeditos. Nam loqui- 207
tur, † quando in aliquo casu erat dubium, vtrum in eo priuilegium competeret legato reuocãdi domum: nam dum pendet hoc dubium, interim ipso iure non curret tempus actionis temporalis, vt ibi declarat Paulus Castrensis, & Iacobinus, facit *l. cum ipse, infra, de excusatio. tutor. l. cum quidam, infra, de bonor. possess. l. contra maiores. Cod. de inoffic. testamen.* poterit etiam responderi ad dict. versic. *in omnibus per tradita per Baldum, l. quoties, num.* 3. *ad medium. Cod. de precibus Imperator. offerendis.* quem probat Aretinus *consilio* 101. *post principium, Ruin. l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, num.* 15. *ad fin. infra de noui oper. nuntiatione.* 208

Vlterius ex † dicta *l. sed etsi restituatur. §. pen. infra eod.* colligendum est, in 209
huiusmodi caussis, tantum esse † procedendum vsque ad litis contestationem. Nam cũ necessitas suadeat hanc caussam agitari, ne alias actio temporalis pereat: non est vlterius procedendum, quam necessitas illa exigat, *l. senatus, sup. de offic. præsid.* Notat Paulus Castrens. *l. non alias, num.* 7. *infra eodem,* exornat Dec. *l. si donatione. à num.* 17. *Cod. de collation.* & litis contestatio regulariter sufficit ad perpetuandam actionem temporalem, *& l.* 1. *& 2. Cod. quando libellus Principi datus?* Quare si actio † temporalis talis esset, vt ad 210
eius conseruationem non sufficeret litis contestatio, tunc esset procedendum vltra litis contestationem: exemplum est in actione de dolo, quæ non perpetuatur per litis contestationem,

l. fin.

211 *l. fin. C. de dolo.* Nam † in hoc procede-
tur vsque ad decisionem caussæ, *Bart.*
l sed etsi restituatur. § pen. inf. eodem. Ma-
rian. cap. fin. num. 83. de foro competenti.
Anton. de Matth. de prorogatione iuris-
212 *dictionis, nu. 52.* Prout † & quando pe-
riculum est in mora, permittitur agi
aduersus legatum, ac si non esset pri-
uilegiatus, *l. sed etsi restituatur, §. 1. vers.*
adium nomine. & ibi Angel. in eo.
213 Vltimo † ex dicta *l. sed etsi restitua-*
tur. §. pen. infra eodem, colligendum est,
quod quando lis contestatur super
actione temporali, caussæ principalis
decisio remittenda est ad iudicẽ com-
petentem ipsius legati, qui ex eisdem
actis eam terminabit finita legatione,
notat Angel. d. l. sed etsi restituatur. §.
adium nomine, n. 2. infra eod. Et sic con-
214 tingit mirabile, † quod lis conteste-
tur apud vnum iudicem, & caussa co-
ram alio diuerso decidatur, *notat Paul.*
Castrens. l. vbi acceptam, num. 4. infra
eodem. Et hæc de tertia limitatione
principali.
215 Succedit igitur quarta & vltima †
q. resolut. num. 270. & 222. limitatio ad conclusionem, de qua su-
pra, vt si legatus aliquem conueniat
pro contractu gesto ante legationem,
per viam reconuentionis cogetur aliis
respondere, quamuis adhuc duret le-
gatio, ita probat text. §. *sed si agant, in-*
fra hac l. & l. qui non cogitur inf. eod. & l.
non distinguemus. §. item si quis Romæ, vers.
illud supra de recept. arbit. Et ad prædi-
ctam conclusionem prædicta iura no-
tat Imo. *l. 1. §. hac stipulatio. num. 10. in-*
fra, sicut plusquam per l. falcid. Iason. in l.
3. in princip. supra, quod quisque iuris. Gre-
gor. l. 7. tit. 6. partit. 6. glos. 2. ad finem. &
ampliat Fulgos. *l. fin. §. sin vero post-*
quam, in princ. C. de iure deliberandi.
216 Et est expendendum, † quod d. *vers.*
sed si agant, videtur probare, quod si
legatus vnum solum conueniat, potest
ab aliis omnibus creditoribus recon-
ueniri, non obstante priuilegio lega-
tionis: quod ibi tenet glos. verb. *com-*
pellemur. & ibi Castrens. num. 2. Paul. &
Iacobin. l. qui non cogitur, inf. eod. Ma-
rian. cap. fin. num. 75. de foro compet. &
esse receptam sententiam, asserit Co-
uarru. *practic. cap. 5. num. fin.* quibus ad-
denda est gl *d. §. item si quis Romæ, verb.*
item. & verb. defendat.
Et pro hac sententia, † quod si quis 217
impetrat ius iniquum aduersus vnum
creditorem retorcutione iuris iniqui,
omnes eius creditores possunt vti, *l. ra-*
tas. C. de rescind. vend. l. 3. §. hac pœna, su-
pra, quod quisque iuris, & ibi post Fulgos.
defendit Iason, à num. 4.
Contrariam tamen sentẽtiam, imo
quod † si legatus vnum conueniat, ab 218
eo quidem reconueniri posse, non au-
tem ab aliis, tenent aliqui, quos refert
glos. d. *verb. sed si agant, verb. compel-*
lentur, in fin. quorum opinionem tan-
quam veriorem probarũt antiquiores,
quos refert Alber. ibi. probat etiam
Ant. de Matth. *de prorogatione iurisdict.*
num. 51. vers. 7. quorum opinio vide-
tur verior per *l. non cogetur. inf. eod.* &
perclarum auth. *de sanctiss. Episcopis.*
vers. reuerendissimi, collat. 9. Cui non sa-
tisfacit responsio glos. ibi verb. † *solis,* 219
quod text. ille loquatur in curatore,
qui alium conuenit nomine absentis,
nam replicabitur, quod si procura-
tor habuit mandatum ad conuenien-
dum illum tertium: perinde haberi
debet, ac si dominus illum conuenis-
set, *cap. qui per alium, de regul. iuris in*
6. Ac ita si verum esset, quod si domi-
nus vnum debitorem conueniret, pos-
set ab omnibus creditoribus reconue-
niri, idem vtique esset admittendum,
si procurator prædictum conueniret,
cuius tamen contrarium probat præ-
dictus text. facit *l. 3. §. si procurator, sup.*
quod quisque iuris, item & aduersus
communem † vrget traditio glos. *l. sed* 220
etsi restituatur, infra eod. quæ vult, lega-
tum posse ab aliis creditoribus recon-

ueniri, dum durat prima reconuentio facta per legatum, nam ea finita, per alios reconueniri non potest: quam ibi sequuntur Angel. & Iacobin. *in fine, Marian. cap. fin. n. 75. de foro compet.* quod & voluit glos. *d. verb. sed si agant, verb. compellentur, in princ.* & resoluit Ant. de Matth. *de prorogatione iurisdictionis, nu. 51. vers. 3.* Nam non esset vera prædicta opinio, si communem admitteremus:
221 † neque enim finis conuentionis, quam fecit legatus, potuit tollere ius iam quæsitum aliis creditoribus, reconueniendi eum, argum. *l. si post mortem §. fin. inf. de bono possessor. contra tab. & l. fin. supra, de pactis,* quod est absurdum, vt dictum est. Et ita hanc opinionem ad-
222 uersus magis communem † in regno Castellæ probat *l. 4. titul. 3. partit. 3.* & in regno Portugalliæ probat ordinatio *lib. 3. tit. 4. §. 3. post princ.*
223 Et retenta hac opinione, † non obstant rationes, quas magis communis
224 pro se adducit: Nam ad primum † de *§. sed etsi agant, inf. hac l.* respondetur, quod dum text. dicit, quod si legatus aliquem debitorem conuenit, debuit aduersus omnes se defendere, expo-
225 nendum est † scilicet quos conuenit: pro qua expositione expendo text. *l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, in fin. sup. de recept. arbit.* dum probat, quod si quis compromisit, & postea efficiatur legatus, cogitur arbiter sententiam ferre, dummodo legatus defendat se aduersus omnes, vt ibi addit glos. verb. *item, & verb. defendat:* quod tamen necessario referendum est ad omnes, qui in compromisso erant comprehensi: nam aduersus alios, legatus neque tenetur, neque potest coram
226 arbitro se defendere. Non † obstat secundo de communi resolutione *l. 3 §. hac pœna, supra quod quisque iuris,* nam in primis est aduertendum, quod in ea materia, hæc est verior, & magis communis resolutio, quod si impetratio iuris iniqui specialis fuit contra certam personam, illa tantum potest vti iure retorcutionis. Si vero impetratio iuris iniqui sit generalis contra omnes debitores, tunc aduersus eum omnes creditores poterunt vti iure extorcutionis, etiamsi impetrans ius iniquum aduersus vnum tantum, iure iniquo vsus fuerit, quia satis est impetrationem iuris iniqui generalem omnibus creditoribus nocere potuisse, *l. ratas, Cod. de rescind. vend.* resoluit Curtius Iun. *l. 3. §. hac pœna, nu. 2. sup. quod quisque iuris.* & probat ordinatio Portugalliæ, *lib. 3. tit. 80. §. 2. & 3. veteris impressionis, & hodie lib. 3. tit. 83. §. 1. nouæ recopilationis.* Sic igitur in nostro proposito erit dicendum, quod cum legatus non possit aliquem conuenire absque Principis licentia, *l. is qui legatione, infra, de legationibus* & sic cum conueniat tanquam particularem, retorquetur argumentum. Item
respondetur, † materiam tituli, *quod* 227
quisque iuris, multum differre à no-
stra: nam † legatus qui impetrat à 228
Principe, quod debitores suos possit conuenire, non impetrat ius iniquum, imo impetrat ius iustissimum: ac ob id licet possit reconueniri ab illis, quos conuenit iuxta rationes, *l. cum Papinianus, Cod. de sentent. & interlocutio.* Non tamen poterint reconueniri ab illis, quos legatus minime conuenit, *argument. l. fin. §. sin vero postquam. Cod. de iure deliberan. aduertit Curt. Iun. l. 3. in princip. num. 5. supra, quod quisque iuris.*

Quinimo non est generaliter ve-
rum, quod † si legatus aliquem con 229
ueniat, possit ab eodem reconueniri: nam in primis non poterit reconueniri ab eo, qui legato iniuriam fecit, vel etiam damnum intulit in bonis legati, *l. Paul. la 2. l. legatus antequam, infra, de legatio l. 4. tit. 3 partit. 3. & l. 10. tit. 7. lib. 6. nouæ recopilationis, & ordinatio Portugalliæ,*

tugalliæ, lib.3. tit.4. post princ. Id quod etiam clare probat *dict.§.si agant, infra*
230 *hac lege*, assignans † rationem huius conclusionis, ex qua Bartolus ibi collegit, quod si quis accusat aliquem criminaliter, non poterit ab eo reconueniri ciuiliter: quæ tamen collectio non videtur vera: nam legatus petens damni satisfactionem, ciuiliter agit, & non criminaliter, *l. fin. infra, de priuatis delictis:* nam cum satisfactio damni legato applicari debeat, & non fisco, ciuiliter videtur actum, iuxta doctrinam glos. receptæ, *l.3 in princ. infra, de sepulcro violato.* Non probat ergo tex. id, quod existimat Bartolus, sed potius, quod accusans aliquem ciuiliter, non poterit ab eo reconueniri, neque ciuiliter, neque criminaliter, vt ibi aduertit Lancellot. Decius *post principium. Curtius Iunior, num.2.* Melius ergo cum Paulo Castrens. *d. §. sed etsi agant, in fine*, colligendum est, quod
231 si legatus † ratione delicti, in se vel bona commissi, aliquem conueniat ciuiliter, non tamen poterit per eum reconueniri, nec ciuiliter, nec criminaliter, ob rationem in eo text. expressam, quam conclusionem probat glos. *penult. ad finem, cap. relatum, §. fin. de iure patronat. Bartol. auth. & consequenter, num.7. & ibi Salycetus, num.9. Cod. de sentent. Bald. cap.1. num.5. ad finem, de controuers. feudi apud pares terminanda. Panormitanus, cap.1. num.25. de mutuis petit. Maranta in praxi 4. part.6. distinct. iudiciorum, in fine pag.164.*

232 Sed & hanc collectionem † impugnat Curtius Iun. *in d.§. sed etsi agant, num.4.* ea ratione: quia ratio expressa *d.l. cum Papinianus, Cod. de senten.* etiam locum habet, quando legatus ratione delicti in se commissi, ciuiliter agit, allegat etiam Bart. *d. auth. & consequenter, num.7.* qui, vt ipse refert, tradit, quod in casibus, in quibus locus est reconuentioni, illi locus est, etiamsi de crimine ciuiliter agatur.

Sed non est recedendum à communi collectione. Nec † obstant Curtij 233
Iun. obiectiones. Nam ad primum de ratione *d.l. cum Papinianus*, respondetur, rationem illius text. ita communiter explicari, quod cum actor elegerit iudicem, coram quo reum conueniat: non potest dedignari, quod coram eodem iudice reconueniatur, per prædictum reum: & ita Bart. d. auth. *& consequenter, num.5. in fine. Panormitanus, cap.1. num.25. de mutuis petitionibus*, probat expressim ordinatio Portugalliæ, *lib.3. tit.24. §. item se o Reo, veteris impressionis, & lib.3. tit.33 §.5. nouæ recopilationis.* Quæ explicatio prima facie non † videtur iuridica: neque 234
actor potest dici elegisse iudicem, cum certum sit, quod secundum iuris regulas necessario reum tenebatur conuenire coram suo iudice, *l.2. C. de iurisdictione omnium iudicum, cap. cum sit generale, de foro competenti*, & in specie aduertit Paulus dicto §. *sed etsi agant, ad finem, Ancharan. cap. ea quæ, num.19. quæstio 14. de regulis iuris, in 6. Decius cap. at si clerici, in principio col.18. in principio, de iudic.*

Sed nihilominus saluando communem explicationem, considerandum est, quod licet verum sit, quod actor necessario teneatur sequi forum rei, tamen hæc necessitas habuit initium à facto voluntario actoris, *argumento l. sicut. C. de action. & obligat.* Cum igitur in † qualibet dispositione origo sem- 235
per attendenda sit, *l. qui id quod, infra, de donat. l. clam possidere, in princ. ff. de acquiren. possess. l.1. C. de imponenda lucratiua, descript. lib.10.* Attento initio dicemus, † actorem voluntatie elegis- 236
se iudicem rei, ac ob id non debet dedignari eundem esse iudicem contra se, vt est de mente Panormitani, *cap. at si clerici, in princip. num.22. post medium, de iudicijs, & cap.1. n.25. de mutuis*

petitio

petitionibus. Quæ ratio aperte cessat, quando actor passus est aliquod damnum, & ratione illius ciuiliter agit. Nam hoc casu nullum factum voluntarium interuenit actoris, sed fuit mera passio. Cum igitur initium non fuerit voluntarium, manifeste cessat ratio expressa *d.l. cum Papinianus*, explicata, vt supra, & consequenter actor inuitus coram eodem iudice non reconuenitur, *Bart. d. auth. & consequenter, num.7.* quem male ad contrarium adducebat Curtius Iun. supra relatus, & iuxta hanc explicationem optime

237 concludunt rationes † expressæ *in d.§. sed etsi agant*. Nam præsupposito, quod illis casibus nullum factum voluntarium interuenerit: illæ rationes concludentes sunt: quicquid aliter expli-

238 cet † Paul. *ibi, num.3*. Item & iuxta prædicta venit intelligendus text. *l. Paul. la 2. inf. de legatio*. dum probat, quod si legatus passus est damnum, potest petere damnum sibi resarciri: glos. ibi addit, quod similiter poterit reconueniri, quod tamen est falsum, & contra text. expressum *in d.§. sed etsi*

239 *agant*. Quinimo, † etiam si ante legationem damnum passus sit, & pro eo resarciendo agat in legatione, non poterit reconueniri, quia adhuc militat ratio supra assignata.

240 Denique iuxta prædicta † venit componenda resolutio, *num. 244.* ea Doctorum controuersia, *Vtrum in caussa criminali locus sit reconuentioni?* In qua

241 † quæstione glos.2. *cap. cum dilectus, de arbit. glos.2. cap. etsi clerici, in princ. de iudic. glos. cap.2. verb. aut condemnare, de foro competenti, & glos. penult. in fin. cap. 1. de mutuis petitionibus. & glos.1. cap. dilectorum, de testibus cogend.* in ea sunt opinione, vt existiment, in caussa criminali non esse locum reconuentioni,

242 † & admittit Socin. *regul. 332. ad finem.*

243 Contrariam tamen † opinionem: imo etiam in caussa criminali locum habere reconuentionem, probauit *glos. 2. in d. auth. & consequenter*, & tanquam receptum pro regula tradit Maranta *in praxi 4. parte. 6. distinct. num. 47. pag. 160.*

Pro concordia harum opinionum † resoluendum est: in hac quæstione 244 duas diuersas includi quæstiones. Prima † est: *vtrum in caussa criminali locum* 245 *habeat reconuentio in eo sensu, vt accusator reconuentus teneatur respondere coram iudice, coram quo accusat reum, etiam si ille index respectu accusatoris alias sit incompetens?* Et consequenter *vtrum in caussa criminali locum habeat decisio l. cum Papinianus, Cod. de sententiis?* Et respondendum est, illi locum non esse, quia obstat ratio dict. §. *sed si agant*, explicata, vt supra, quod clare sentit Bart. *d. auth. & consequenter, num.7.* & agnoscit Maranta *in 4. parte d.6. distin. iudic. nu. 51. pag. 161.* Est & secunda † quæstio, 246 *Vtrum pendente prima accusatione reus possit accusare suum reaccusatorem de alio delicto diuerso, coram iudice competenti?* Et respondendum est, posse, obseruata distinctione *l. neganda. Cod. qui accusare non possunt*, quam eleganter explicat Iulius Clarus *in praxi crimin. §. fin. quæst. 14. num 12.* & in terminis admittunt Bart. *d. auth. & consequenter, num.7. Panormit. cap. 1. num. 22. post princ. de mutuis petitionibus* dummodo intelligas † reaccusationem hoc modo considе- 247 ratam, nihil habere commune cum reconuentione, de qua fit mentio *d.l. cum Papinianus, & auth. seq.* Nam in prædicta reconuentione, † etiamsi partes 248 sint diuersi fori, coguntur coram eodem iudice agere, & respondere, & vtraque caussa debet eadem sententia terminari, *d. auth. & consequenter*, & tamen in terminis primæ quæstionis nihil tale obseruatur. Nam reaccusatio † diuersi delicti non fit coram eo- 249 dem iudice, sed potius coram iudice competenti primi accusatoris, quem reus

reus reaccusare vult, & consequenter non debet accusatio, & reaccusatio terminari eadem sententia, sed quilibet iudex contra suum subditum, separatam feret sententiam, vt constat ex supra traditis.

250 Ex quibus ita resolutis, infertur † annotatio ad ea, quæ post Federic. tradit Panormitanus, *c. 1. n. 22. ad finem, de mutuis petitionib.* & ibi Marianus *n. 84. ad finem*, quod si duo mutuo se iniu-
251 ria affecerunt, † locus erit inter eos conuentioni, *argumento cap. fin. de ordin. cognitio.* vbi spoliator reus potest reconuenire actorem de alio spolio, contra se per eum commisso: & ibi Panormitan. *n. 11.* rationem assignat,
252 & quia † priuilegiatus aduersus pariter priuilegiatum, non vtitur priuilegio, *l. sed & milites, infra, de excusat. tutor.* & cessante priuilegio, debet obseruari regul. *d. auth. & consequenter.* Nam
253 ex prædictis † dicendum est: quod si Panormitanus intellexit, hoc casu locum esse reconuentioni in eo sensu, vt actor teneatur respondere coram iudice, alias incompetenti, iuxta decisionem *d. l. cum Papinian.* nõ est verùm, per text. & eius rationem d. §. *sed et si iudex, infra.* Hac l. autem Panormit. intelligit, quod reus possit reaccusare accusatorem coram iudice, qui est competens vtriusque partis, & adhuc eius dictum nõ est simpliciter verum:
254 quia pendente accusatione, † reus non potest reaccusare suum accusatorem de pari crimine, si suam iniuriam, vel suorum non persequatur *d. l. neganda.*
255 Quod † si eam persequatur, licet admittenda sit reconuentio *in d. l. neganda,* non tamen fieri poterit coram iudice incompetenti accusatoris, vt dictum est, & tradit Bart. *d. auth. & consequenter, num. 7. & Panormit. cap. 1. num. 22. de mutuis petitionibus.* Si vero
256 iudex, coram † quo fit reconuentio, est vtriusque partis competens, tunc de accusatione & reaccusatione cognoscere poterit, non quidem in vim priuilegij reconuentionis: sed quia ex accidenti iudex erat competẽs vtriusque partis. Quo tamen casu † videtur, 257
quod ille iudex competens vtriusque partis, debet obseruare decisionem auth. *& consequenter, C. de sententijs,* propter rationes Panorm. quæ in his terminis proprie videntur militare: & quia in criminalibus proceditur ad modum ciuilium, *l. absentem, infra, de pœn.* & agnoscit Bart. *d. auth. & consequenter, num. 13.*

Et iuxta hæc venit explicandus † 258
text. *cap. fin. de ordin. cognitio.* nam est dicendum, fieri reconuentionem de alio spolio, coram iudice competenti actoris: ita, vt si idem sit iudex competens vtriusque partis, coram eodem debet fieri reconuentio, alias secus, *Bartol. d. auth. & consequenter, num. 13.* quo casu iudex competens debet in vtroque procedere iuxta formam d. auth. *& consequenter, vt supra diximus.* Similiter † & licet nõ admittatur pro 259
pria reconuentio, etiamsi pro delicto ciuiliter agatur, *d. §. et si iudex,* tamen in terminis, de quibus supra, poterit alius pro delicto in se commisso, etiam ciuiliter agere, *iuxta supradicta.* Quinimo si actor agat † ciuiliter ratione con 260
tractus, poterit conueniri indistincte coram eodem iudice, etiam ratione delicti ciuiliter intentati, quia in his terminis militat ratio *d. l. cum Papinianus,* & sic nihil est, quod impediat reconuentionem etiam proprie sumptam, tradit Bart. *d. auth. & consequenter. num. 7. Panormit. cap. 1. num. 25. de mutuis petit. & ibi Maran. num. 88. Maranta in praxi, 4. parte, 6. distinct. iudic. à num. 59. pag. 164.*

Vltimò ex prædictis infertur explicatio † ad ordinat. Portugalliæ, *lib. 3.* 261
tit. 24. § item se o Reo, veteris impressionis, quæ hodie est lib. 3. tit. 33. § 4. nouæ recompilationis.

262 *pilationis.* Ex qua in nostro † proposito, duæ colliguntur conclusiones. Prima est, quod in caussa criminali non
263 admittitur reconuentio † in illis casibus, in quibus parte læsa non accusante iudex nihilominus procedit ex officio ad punitionem delicti: Quod in eo regno procedit, in quibusdam delictis enormibus, quæ enumerantur per ordinat. *lib. 5. tit. 42. in princ. veteris impress. & hodie lib. 5. tit. 117. in princ. nouæ recopilationis.* Quæ ordinatio in hac conclusione apertè probat etiam in publicis criminibus, non admitti re-
264 conuentionem, quæ fuit opinio † Barr. *d. auth. & consequenter, num. 7.* quicquid post Anton. contrarium teneat Panormitan. *cap. 1. num. 22. post medium, & ibi Marian. num. 84. ad fin. vers. aut non ve-*
265 *nit, de mutuis petitionibus.* Ea † ratione, quod in prædictis criminibus accusator nulla necessitate coactus accusat, sed eam fecit voluntariè. Vnde videtur militare ratio *d. l. cum Papinian.* explicata, vt supra. Sed facilè respondetur in hac materia attendendum esse initium, vtrum fuerit voluntarium, vel necessarium, *vt supra diximus,* non autem est attendendum, vtrum ex voluntate venerit ad iudicium, vel ex
266 necessitate: † nam regulariter nemo inuitus compellitur, *l. vnica, Cod. nemo inuitus.* Cum igitur in nostro casu initium non fuerit voluntarium, & accusator necessario debeat sequi forum accusati, *l. cum criminali. C. de iurisdict. omn. iudic.* cessat ratio *d. l. cum Papinianus,* explicata vt supra.

267 Secunda conclusio † ex dicta ordinatione à contrario sensu ea est, quod in criminibus, in quibus parte non accusāte finitur iudicium, & iudex non potest procedere ex officio, locus erit reconuentioni: quæ tamen conclusio videtur repugnare supra resolutis. Sed
268 resoluendum est, † quod in criminibus, in quibus parte non accusante iudex, subit partes accusatoris, *vt l. penult. in princ. inf. de public. iudic.* indistinctè non est locus reconuentioni, neque quoad terminos *d. l. cum Papinianus,* neque quoad terminos *dict. authent. & consequenter.* Ratio est, quia cum prædictus accusator non sit perfectus accusator, quia eo non accusante procedit iudex ex officio: & quia tunc certum est, iudicem non posse reconueniri, indistinctè negatur reconuentio, ne aliàs vna & eadem accusatio diuerso iure censeatur contra regulam *l. cum qui ædes, infra, de vsucapionibus.* Si autem agatur de criminibus, † in quibus parte non accusante 269
non permittitur iudicium, neque iudex in illis potest procedere ex officio: tunc erit locus reconuentioni, non quidem in eo sensu, vt inuitus cogatur respondere coram iudice accusati, quia hoc in caussa criminali non admittitur, *§. sed etsi iudex, infra hac l.* Si tamen iudex accusati, sit iudex † 270
competens vtriusque partis, locus erit reconuentioni in eo sensu, quod vtraque accusatio paribus passibus procedet, & vtraque eadem sententia terminabitur, *dict. auth. & consequenter,* quæ in his terminis locum habet, vt supra probauimus. Iuxta quæ venit etiam componenda ea controuersia Doctorum, † *Vtrum si accusator reconue-* 271
niatur pro alia caussa ciuili admittenda sit reconuentio? Et certum est, non posse admitti reconuentionem ciuilem propter regulam *l. fin. Cod. de ordin. iudicio.* & admonet Bart. *d. authen. & consequenter, num. 10.* Si autem accusator † renuntiet priuilegio suspensiuo *d. l.* 272
fin. & patiatur se reconueniri ciuiliter Bart. *d. authen. & consequenter, num. 7. ad finem,* sentit hoc casu admittendam esse prædictam reconuentionem, sed contrarium tenet Panorm. *cap. 1. num. 23. ad finem, de mutuis petitionibus,* † 273
quia admissa opinione Bartoli impediretur

diretur & suspenderetur punitio delicti: cum tamen publicè intersit crimina, quam celerrimè puniri, *l. cum reis. Cod. de pœnis.* Sed opinio Bartoli verior videtur: quia dicta *l. cum reis*, loquitur in reis condemnatis: Sed quod dum pendet accusatio, interim non impediatur propter reconuentionem, non inuenitur prohibitum. In regno autem Portugalliæ distinguetur iuxta ordinationem supra citatam, vt in delictis, in quibus parte non accusan-
274 te iudex procedit ex officio, † non admittitur reconuentio, propter quam accusatio suspendatur. Nam hoc casu propriè procedunt rationes Panorm. supra relatæ: in aliis autem accusationibus admittetur reconuentio modo supra declarato: & ex his perfectè remanet explicatus is textus, dum loquitur in legato, & eius priuilegio.

Cæterùm, quia in hoc text. fit mentio alterius materiæ omnino diuersæ à præcedenti, de ea separatim agemus, vt nihil intactum remaneat: Prima igitur sit conclusio in hac noua mate-
275 ria, † quod si olim quis reperiebatur Romæ, tanquam in communi patria, & hodie inuenatur in curia Romana, vel in curia Principis, & tamen venerit ex aliqua necessaria caussa, quod in prædictis locis reperiatur, & ibi conueniatur tanquam in communi patria, habet priuilegium reuocandi domum, concordat *cap. fin. de foro compet. l. 4. tit. 16. partit. 2. & l. 4. tit. 3. partit. 3. & in regno Portugalliæ lib. 3. tit. 3. ad fi-*
276 *nem noua recopilationis*, & ratione † huius priuilegij assignat glos. hic verb. *testimonij.* Alia colligitur ex *cap. fin. de dilatio.* quam notauit Lancellot. Dec. *hic, post princ.* & Rebuff. *de priuileg. scholarum, priuileg. 77.* & ex eo notabilem conclusionem collegit Bart. *l. 3. §. transfugas, ad fin. inf. de sicarijs. Hippol. tractat. Bann. verb. capti, num. 14.* Quare etiam ex mente huius text. & exemplis in eo propositis, colligitur in hac materia duobus modis considerari caussam † necessariam, scilicet præcisè ne- 277
cessariam, vel etiam caussatiuè: Primæ partis exemplum est, quando † quis 278
venit Romam, vel ad curiam Principis euocatus per superiorem: nam superioribus tenemur † præcisè obedi- 279
re, *l. vel vti, supra, de iustitia & iure. cap. 2. de maiorat. & obedien.* Is autem dicetur Romæ inueniri propter caussam præcisè necessariam, *Afflict. lib. 1. constit. rubr. 95. num. 4.* Et hac eadem ratione probat is text. quod si quis † 280
euocatus fuerit Romam, caussa testimonij ferendi, iuxta *l. si quando, Cod. de testib.* ex caussa necessaria dicetur Romam venisse, iuxta *tit. de testibus cogend.* & concordat *l. sed etsi per prætorem. §. penult. vers. item puto, sup. quibus ex caussis maior. l. 4. tit. 3. partit. 3.* Et eadem ratione † procedit aliud exemplum in 281
hoc text. propositum: quando quis caussa iudicandi accersitus fuit: hoc est, quando vocatus est, vt iudicandi munus susciperet, *vt hic exponit Alberic.* is enim dicitur Romæ esse, ex necessaria caussa, duplici nomine, & quia euocatus est à superiore, & quia vocatus est ad suscipiendum munus iudicandi, quod necessario subeundum est, *l. fin. §. iudicandi, infra, de munerib. & honoribus vt exponit Duarenus in commentarijs ad hunc tit. in rub. de foro competenti, col. 6. ad finem.*

Additur & in hoc tex. tertiũ exemplum, † quando quis destinatus est ad 282
prouinciam, caussa scilicet Reipub. nam etsi cursim transeat per Romam ad locum, ad quem destinatus est, non poterit Romæ conueniri, vt probat *l. qui mittuntur, §. sed & supra, quibus ex caus. maior.* & explicat glos. *hic, verb. destinati*, communiter recepta. Et est ratio, quia cum destinata sit per rempublicam ad certum locum, ex

necessaria caussa dicetur Romæ con-
283 ueniri:quinimo,etsi ratione † contra-
ctus Romæ posset conueniri,tamen si
cursim transeat per Romam, ibi con-
ueniri potest, nam licet qui habet ius
reuocandi domum, si Romæ contra-
284 xerunt,†amittant prædictum priuile-
gium,§.*omnes,infra hac l.*tamen si tran-
sit cursim per Romam, conueniri ibi
non potest, *l. hæres absens,§.proinde, in-
fra eod.* & ibi latius dicemus.

Proponitur & in hoc text. aliud
285 exemplum,† quando quis vocatus est
per superiorem ad reddendas rationes
certæ tutelæ, quam in prouincia ad
ministrat: nam cum is propter iussum
superioris ex necessitate venerit, non
poterit Romæ conueniri pro alia di-
uersa tutela,ad cuius rationes redden-
das auocatus non est:vt probat is text.
verb. nam & diuus.

Vltimum exemplum propositum
286 in†hoc text.quando sententia in pro-
uincia lata fuit contra aliquem, à qua
ipse appellauit: nam dum durat caus-
sa appellationis,Romæ conueniri non
potest, sed habet ius reuocandi do-
mum, concordat *l. sed etsi per prætorem,
§.fin. supra, ex quibus causs. maior. l. ad
cognitionem, inf. ex quibus caus. in possess.
eatur. l. 4. tit.3. partit.3. ordinat. Portu-
galliæ, lib.3. tit.4. in princ. & prosequitur
Anton de Matth. de prorogat. iurisdict.
num.*48.

Cæterum circa explicationem hu-
287 ius vltimi † exempli,ad tria est aduer-
tendum. Primum,quod hoc vltimum
exemplum in eo differt à primis, quia
in illis necessitas est præcisa, *l.1. supra
si quis ius dicenti non obtemperaue.* Sed in
hoc vltimo exemplo, non adest talis
288 necessitas, sed tantum est necessitas †
caussatiua, ne alias victus amittat ius
suum,*vt hic explicat Paulus Castrens.nu.
4. Angel. Aretin. l. 1. num.1. infra, eum
qui appellauit in prouincia defendit. Ma-
rianus cap.fin.num.66. de foro compet.* vbi
Panorm. *num.46.* hanc caussam quasi
necessariam appellat:& est addēdum,
† quod non omnis necessitas caussati- 289
ua,tribuit hoc priuilegium reuocandi
domum, sed oportet, quod non pos-
sit reparari,nisi per recursum ad supe-
riorem,quem victus adiuit, iuxta hoc
vltimum exemplum: alias non vide-
tur recedendum a regula *l.Roma,infra,
ad municip.*

Secundum est aduertendum, quod
Iureconsultus in hoc vltimo exemplo
restringit se ad eum,qui appellauit ad
superiorem,vt etiam fecit *l.4 tit.3.par-
tit.3.* & lex Portugalliæ, *lib.3. tit.3.
nouæ recopil.*In hoc enim exemplo con-
siderari potest prædicta † necessitas 290
caussatiua.Non procedet igitur in vi-
ctore, qui pro se obtinuit sententiam,
nam si is veniat ad defendendam sen-
tentiam pro se relatam, Romæ pote-
rit conueniri, neque habebit priuile-
gium reuocandi domum: quia in eo
considerari nō potest necessitas caus-
satiua,de qua supra,quia etsi non ades-
set, † tamen ex præcepto legis iudex 291
appellationis, tenetur de eius iure co-
gnoscere, & pronuntiare, *l.fin.in pr.C.
de appellat.* Magis † igitur hoc casu vo- 292
luntarie videtur venisse, ac proinde ei
non competet priuilegium reuocandi
domum, quod sentit Panorm. *cap.fin.
num.46. ad fin.de foro compet.* & colligi-
tur ex traditione glos. fin. *l. ea quidem.
Cod.si mancipium ita fuerit alienat.* Quod
si quis citetur ad caussam, † vt veniat 293
per se vel per procuratorem, si volue-
rit,si is ad caussam veniat,dicetur vo-
luntarie venisse, quia modus citatio-
nis eum ad veniendum non arctabat,
quia venire in eius ponebat volunta-
te.Quinimo,si quis fuerit citatus cum
clausula † *(si sua putauerit interesse)* vo- 294
luntarie dicetur venire,cum forma ci-
tationis id remiserit ad eius opinio-
nem & voluntatem, *Paul. Castrens.l. si
libertus, la 2. in fin.sup.de in ius vocan. Ias.*
l.de

l. de pupillo. §. 1. num. 4. ad fin. inf. de noui
oper. nuntiat. Afflict. decis. 2. num. 9. notab.
Dec. cap. cum inter, num. 16. de except. Ro-
land. cons. 29. num. 12. lib. 2. Quoniam, vt
inquit Bald. l. testam. omnia, num. 5. C. de
295 testam. hoc casu magis videtur † voca-
tus ad explicādum voluntatem suam,
quam ad caussam defendendam, sub-
scribit Felin. cap. fin. num. 3. de foro comp.
& Matienso l. 15. tit. 4. lib 5. noua recopi-
lat. glos. 3 n. 2. & ibi Azeued. n. 8. Ergo
à fortiori dicetur voluntarie venisse,
qui non vocatus venit ad defenden-
dam sententiam, pro se latam absque
vlla necessitate. Et comprobatur opti-
296 mo simili, † quia coram iudice appel-
lationis non admittitur reconuentio:
quia appellans nō voluntarie eum ele-
git, sed propter iniuriam, quam credit
sibi factam per primum iudicem, sed
ad superiorem habuit recursum, vnde
cessat reconuentio, §. sed si agant, infra
hac l. tradit Bart. auth. & consequenter
num. 15. communiter receptus, & asse-
rit Maranta in praxi, 4. parte, 6. distin-
ctione iudicio num. 15. pag. 143. & tamen
297 † si victor veniat ad defendendam sen-
tentiam pro se latam, reconueniri pō-
test coram iudice appellationis: quia
tunc manifeste cessat ratio Bart. supra
relata.
298 Tertium est aduertendum, † quod
vt hoc vltimum exemplum procedat,
oportet quod appellans peregrinatus
sit, hoc est, prosecutus fuerit appella-
tionem extra locum proprij domici-
lij, vt probat l. sed etsi per prætorem. §. fin.
supra, ex quibus causs. maior. & colligi-
tur ex l. 1. infra. eum qui appellauerit in
prouincia defendi, & l. ad cognitionem, in-
fra, quibus ex causs. in possess. eatur. tradit
Marian. cap. fin. num. 62. de foro compet.
299 Vnde si iudex, † qui debet de appella-
tione cognoscere, resideat in loco, in
quo appellās habeat domicilium, non
habet ius reuocandi domum, cum in
ea sit, Angel. hic, num. 5. ad finem. Cui
tamen videtur obstare text. vers. † ei 300
quoque, infra hac lege, qui clare probat,
priuilegium reuocandi domum com-
petere non solum, quando de appella-
tione est Romæ cognoscendum, sed
& in quocunque alio loco, notat Felin.
cap. fin. num. 25. vers. considera duo, de
foro competenti. Sed pro responsione † 301
resoluendum est, quod si de appella-
tione cognoscitur intra prouinciam
appellantis, vel in loco originis pro-
priæ vel paternæ, extra tamen domi-
cilium appellantis, competet ei priui-
legium reuocandi domum, quia his
casibus militat eius ratio, quod pro-
bant Paul. Castrens. hic, num. 6. Iacobin.
ad finem. Marian. cap. fin. num. 63. ad
fin. de foro comp. Anton. de Matth. de
prorog. iurisdict. num. 48. vers. quod ius, &
in his terminis procedet generalitas vers. ei
quoque, infra hac l. Cæterum, si non
egrediatur proprium domicilium, nō
habebit prædictum priuilegium, cum
in loco domicilij sit: & sic non fuerit
peregrinatus.
Quinimo sentit Angel. hic, num. 5.
ad finem, † quod licet appellans non 302
possit conueniri coram iudice appel-
lationis, Bart. receptus, d. auth. & con-
sequenter, num. 15. Tamen si iudex ap-
pellationis residet in loco domicilij
appellātis, coram eo potest reconueni-
ri: quam opinionem dixit veram Alex.
ad Bart. d. auth. & consequenter, num. 15.
litera C. & Angel. Aretin. l. 1. num. 5. in-
fra eum qui appellauit in prouincia defendi:
Contrarium tamen tenet † Paul. hic, 303
n. 4. ante fin. cuius opinionem dixit ve-
riorem Greg. l. 4 tit. 3. partit. 3. in gl. pen.
Et merito, quia ratio Bar communiter
recepta, d. auth. & consequenter. num. 15.
etiam hoc casu militat.
Ad perfectam autē explicationem
huius materiæ, illud venit in quæstio-
nem, Vtrum hoc priuilegium † reuocandi 304
domum, locum etiam habeat quando quis
reperitur Romæ propter suam caussam &

probabilem? Et gl.hic,verb.*venit*,apertè
305 sentit, † etiam hoc casu locum habere prædictũ priuilegium, dum exemplificat text. in eo, qui Romæ reperitur caussa religionis, hoc est, caussa cõsequendarum indulgentiarum, vel caussa peregrinationis, quam ex deuotione suscepit, *vt hic exponit Bart. num.3. Panorm.c.fin num.46.de foro compet.Peregrin. de fideicommiss. art.53.nu.7.* quam resolutionem reprobat *inf.num. 331.* & sequens exemplum etiam reprobat, *ibi,num.334.*

306 Item dum etiã exemplificat † text. in patre,qui iuit ad visitandum filium in studio existentem:is enim non dicitur abesse ob caussam necessariam; sed potius ob probabilem, & nihilominus ei competit prædictum priuilegium, *arg.l.nec non. in princ.supr.quib. ex causs.maior.*& huic gl.expositioni & opinioni subscribunt Paul. *hic,num.4. Curt.n 3.c.fin.n.46. & ibi Marian.n.66. de foro comp.Socin.reg.102.Rebuff.de priuil.scholar.priuil.77.Couarr.pract. q.c.25.*
307 *num.1.ad fin.* ita,vt hoc † priuilegium videatur locum habere in omnibus personis, de quibus agitur *in tit.supra, quibus ex causs.maior.* vt expressè tenet Speculator, *tit.de reo,num.13.*quod tamen reprobatur *inf.num.321.*

308 Sed subsistendum est: † quia contra prædictorum opinionem, videtur text.expressus,*cap.fin.de foro compet.*vbi ad obtinendũ priuilegium reuocandi domum, requiritur quòd ius reperiatur in curia ex caussa iusta & necessaria:Ergo nõ sufficit ex sola iusta caussa siue probabili,vt ibi expendit And. Sicul. *num.81.* & magis probat Felin. *ibid. col.antepenult. vers. tamen pro impugnatione prædicta*,& probat securè Costalius, *l. in orbe, in fin. supra, de statu hominum.*

309 Ad veram resolutionem † agẽdum nobis est de vero intellectu dict. cap. fin. *de foro competenti*, circa cuius veram interpretationem, in primis est aduertendum, quod text. *d.cap.fin.* videtur probare,quod vt competat priuilegium † reuocandi domum, copu- 310
latiuè requiritur, quod venerit ad locum, in quo conuenitur ex iusta & necessaria caussa, & sic videtur probare, non sufficere venisse ex caussa necessaria, nisi illa quoque fuerit iusta, quod tamen repugnat supra traditis. Ex quibus constat, nihil aliud requiri, quam quod venerit ex necessitate præcisa vel caussatiua. Sed huic difficultati respondetur duobus modis: Primò, quod *d. cap. fin.* loquitur in Episcopo & personis Ecclesiasticis,
† qui secundum dispositionem 311
iuris Canonici, non possunt abesse à suis beneficiis absque iusta & necessaria caussa,text.expressus *c. inter quatuor, de cleric. non residen.* Si † ergo ab- 312
sint à suis beneficiis absque iusta & necessaria caussa:pro eo quod pœnam merentur, non debent commodum siue priuilegium habere, *c.ex tenore.de rescript.* & ideo requiritur, quod vt prædicti habeant priuilegium reuocandi domum, Romam venerint ex iusta caussa & necessaria. Et aliud dicendum est in sæcularibus, † in qui- 313
bus non militat prædicta ratio: hos enim satis est venisse pro caussa necessaria,alio non requisito.

Secundò respondeo, quod aut incipimus † à caussa iusta: & illa non 314
sufficiet, nisi etiã ex caussa necessaria corroboretur, vt est expressum in *d.c. fin.* Si verò † incipimus à caussa ne- 315
cessaria:& tunc illa sola sufficiet iuxta sup. tradita. Exemplum habemus per
† Io.And. *d.c.fin.de foro compet.* quod si 316
minor in caussa fuit victus: & facilitate sua non appellauit,si venerit Romam ad petendam in integrum restitutionem, distinguendum est: nam si iudex,qui tulit sententiã, non poterat eam in integrũ restitutionem concedere,

dere, iuxta dictionem *l. fin. Cod. vbi & apud quem. c. fin. de in integ. rest.* quasi minor Romam venerit ex caussa necessaria, si ab alio conueniatur, habebit ius reuocandi domum: si vero iudex, qui tulit sententiam, habebat potestatem concedendi restitutionem: quasi minor voluntariè Romam venerit, non
317 habebit ius † reuocandi domum: quod dictum communiter recipitur, vt asserit Felin. *d. c. fin. col. antepen. vers. tamen pro impugnatione. & Marian. num. 66. Anton. de Math. de prorog. iurisdict. n. 48. vers. aliud exemplum.*

Ex quo dicto Io. Andr. communiter recepto, duo colliguntur valde no-
318 tanda in hac materia, † quod si minor ex caussa necessaria venerit Romam, habet priuilegium reuocādi domum, quicquid negauerit Panorm. *d. cap.*
319 *fin. nu. 48. ad fin.* Secundò † colligitur, quod, vt quis habeat priuilegium reuocandi domum, non sufficit ex iusta & probabili caussa Romā venisse, nisi
320 ea quoque fuerit necessaria: † ac ita quoad nostram materiam iusta & probabilis caussa, magis pro merè voluntaria haberi debet, licet in aliis materiis probabilis caussa, necessariæ soleat æquiparari, *vt tradit gl. fin. l. fin. supra, de in integr. rest. & ibi explicant Bar. n. 4. Bal. col. 1. And. Sicul. c. consultationib. n. 14. de offic. delegati. Ias. §. rursus, in princ. & ibi Gom. num. 4. Instit. de act.*

321 Ex quibus infertur, † non esse veram communem traditionem DD. supra relatam, dum materiam nostram coniunxerunt cum tit. *supra, quib. ex causs. maior.* nam in eo casu ad concedendam restitutionem sufficit, quem abesse ex iusta caussa & probabili, *l. nec non, in princ. sup. quib. ex caus. maior.* In nostra autem materia non sufficit caussa iusta & probabilis, nisi simul sit necessaria, *d. c. fin. de foro comp. explicatum, vt supra.*
322 Et est ratio huius differentiæ, † quia in tit. *supra, quibus ex caus. maior.* agitur de damno vitando, *l. sciendum, eo. tit.* & ideo facilius eis succurritur: in nostra
autem † materia magis videtur agi de 323
lucro acquirendo: quia per hoc priuilegium non impeditur lis mouenda, & remittitur ad iudicem domicilij illius, qui habet ius reuocandi domum, & non est eadem ratio lucri & damni, *l. fin. C. de codicil.* Vnde absenti ex caussa
studij † conceditur restitutio, *l. nec non,* 324
in princ. supr. quib. ex causs. maior. & tamen existenti in studio non conceditur priuilegium reuocandi domum, *Alber. hic, col. 1. ad fin. Curt. Iun. num. 4. Bologmn. auth. habita. num. 207. Cod. ne filius pro patre.*

Secundò, ex prædictis † principali- 325
ter infertur vera resolutio ad eā controuersam quæstionem: *Vtrum ei, qui reperitur Romæ, vel in curia, ex caussa iusta & probabili, competat priuilegium reuocandi domum?* In qua quæst. magis † com- 326
munis opinio tenet cōpetere per text. nostrum, *vers. ei quoque, inf. hac l. ibi, (ob aliam caussam) & ibi notat glos. verbo, venit:* sed contrarium videtur verius per *c. fin. de foro comp.* quod concedendum priuilegium reuocandi domum, requirit iustam caussam & necessariam, *& supra diximus,* notat Peregrin. *de fideicommiss. artic. 53. num. 7.*

Nec repugnat text. noster † vers. *ei* 327
quoque inf. hac lege. neque enim dicit, quod ius reuocandi domum dicatur competere ob caussam necessariam, vel aliam caussam, vt malè intellexit gl. hic, *verb. venit,* sed potius, quod ille, qui habet ius reuocandi domum, quia venit Romam ex caussa necessaria, ibi non reconuenitur: quia ob aliam caussam, scilicet necessariam venit Romam, diuersam ab ea, pro qua nunc conuenitur, & sic nihil facit pro communi opinione.

Tertiò principaliter infertur expli-
catio ad † traditionem gl. hic, *verb ve-* 328
nit, quæ intelligēs tex. probare, propter solam

solam iustam caussam, vel probabilem, competere priuilegium reuocādi domum, exemplificat caussam iustam vel probabilem esse, quando quis reperitur Romæ ob caussam religionis, hoc est, gratia consequendarum indulgentiarum, vel ex caussa peregrinationis, quam ex voto suscepit, vt hic exponit Bart. *num.3. & supra retulimus*, vt subscribit Anton. Peregrin. *de fideicom. art.53. nu.7.* Item dum exemplificat in patre, qui iuit ad visitādum filium in studio: is enim, etsi ex probabili caussa iuerit, non ex necessaria, tamen habebit ius reuocādi domum, *arg. l. nec non, in princ. sup. ex quib. causs. maior.* Nam hæc traditio glo. in dicto principali, licet sit communiter recepta, tamen verius est, ob hanc solum caussam non competere priuilegium reuocandi domum, nisi simul sit necessaria, vt supra probauimus.

329 Vtrum autem exempla proposita †
per glo. sint in se vera, discutiendum
est? Et videtur respondendum, prima
duo videri esse vera in se, cum agatur
330 de fauore animæ, † quæ cunctis rebus
est præferenda, *l. sancimus, C. de sacro-
sanct. Eccles. & facit auth. omnes peregrini,
C. commun. de successio. & cap. 1. cum gloss.
de cler. peregrinantibus.* Sed licet hæc
331 caussa † nimis pia sit, & digna omni fa-
uore, tamen quoad nostrā materiam,
nō videtur esse sufficiens, vt his con-
cedatur priuilegium reuocandi do-
mum. quia licet caussa sit iusta, & pro-
babilis, tamen non potest negari non
esse necessariam, vel saltem magis tra-
here à voluntario, quam à necessario.
Vnde habito respectu ad id, quod est
principalius, tanquam voluntarium
cōsiderabitur, *argum. l. quæritur, supra, de
332 statu homin.* Et quia quando alio † mo-
do potuit parti esse consultum: si Ro-
mam veniat, voluntariè videtur ve-
nire, neque ei competit ius reuocandi
domū: vt colligitur ex doctrina Ioan.
And. *cap. fin. de foro compet.* quam supra
retulimus, & his peregrinis etiam
circa remissionem peccatorum aliis
modis potuit esse consultum. Vnde
tanquā voluntariè Romam venienti,
non debet concedi ius reuocandi † 333
domū: regulariter enim iusta & pro-
babilis caussa sola non tribuit prædi-
ctum priuilegium, vt probauimus:
*facit l. sed etsi per prætorem. §. fin. supra,
quibus ex caus. maior. & ibi post Guilh.
tradit Bald. in 1. & 2. lect. & l. fin. col. 1.
ad fin. supra, de in integrum restitut. &
Martian. cap. fin. num. 66 ad finem, de foro
competenti, & sentit ordinatio Portugalliæ,
lib. 3. tit. 3. nouæ recopilationis.*

Denique infertur annotatio ad † 334
vltimum exemplum gloss. hic, verbo,
venit, in fine, dum patri visitanti filium
in studio, concedit ius reuocandi do-
mum: quia communiter sequuntur
Doctores. Contrarium enim verius
est, ex supra resolutis. Nam licet hæc
caussa sit probabilis, & multum vti-
lis, vt sic pater videat, vtrum filius
proficiat in studio & literis incum-
bat, vt debet, & ob id patri ius reuo-
candi domum pro contractibus alibi
gestis concedat, *Rebuff. de priuileg. scho-
larium, priuileg. 77.* tamen cum nō fue-
rit necessaria, sed magis trahat à vo-
luntate, vel vtilitate, non debet patri
concedi prædictum priuilegium re-
uocandi domum, *per supra tradita.*

Neque est in hac materia † omit- 335
tendum, quod & illi, qui tenent, ob
caussam vel probabilem concedi ius
reuocandi domum: id limitant, nisi
absens ex caussa probabili, diu in eo
loco est moraturus: nam tunc prædi-
ctum ius eis non concedetur: ne alias
creditores diu sint in suspenso, & fa-
cilè fraudentur per debitores, *& ita
Alber. hic, col. 1. ad finem. subscribit Cur-
tius Iun. hic, num. 4. Afflict. lib. 1. constit.
rub. 95. num. 1. Bolognin. authent. habita,
num. 208. Cod. ne filius pro patre Rebuff.*
de

de priuileg. scholarium, priuil. 77. qui hoc exemplificat in scholaribus & mercatoribus, qui diu debēt manere in loco.

336 Sed circa hæc dicta Doctorum, † est aduertendum, quod dum præsupponunt, scholaribus non competere priuilegium reuocandi domum, quia diu sunt moraturi in loco studij, inad-
337 uertenter † videtur dictum: quia priuilegia concessa scholaribus, intelliguntur, quando illi in loco studij inueniuntur, & ibi debent conueniri, *vt sentit auth. habita. Cod. ne filius pro patre, & ibi notant Salycetus, num. 18. & Bolo-*
338 *gninus, num. 207.* quo † casu cum coram certis iudicibus sint conueniendi, quos exprimit d. auth. *habita*, etiam si conueniantur pro contractibus alibi gestis *Rebuf. de priuileg. scholarium, priuileg. 121.* Quare si hoc casu coram certis iudicibus conueniēdi sunt, frustra quæritur, vtrum eis competat pri-
339 uilegium † reuocandi domum? Cæterum, si non reperiantur in loco studij, & ideo alibi conueniantur, cessat dispositio dict. auth. *habita*, & in loco, in quo inueniuntur, tenentur respondere coram ordinario illius loci, *Bart. l. fin. in fine. Cod. de agentibus in rebus. lib. 12.* quo casu non video rationem, cur ei debeat concedi ius reuocandi domum, si ibi reperiantur ex caussa iusta
340 & necessaria. Neque obstat, † quod diu moraturus est in loco studij, quia nos loquimur, quando extra locum studij conuenitur, quo casu nullus habetur respectus ad studium, quinimo
341 cum scholaris non videatur † habere domicilium in loco studij, *l. 2. Cod. de incolis, lib. 10. Felin. cap. dilectus filius, el 2. num. 12. vers. secunda declaratio, de rescriptis*, remittetur ad domicilium,
342 quod habet in patria: † hodie sane, quoniam secundum statuta vniuersitatum, scholares debent remitti ad locum studij, & ad conseruatorem vniuersitatis, *vt per Rebuf. de priuilegijs scholarium priuileg. 152. ad finem.* Frustra tractabitur de priuilegiis reuocandi domum, cum ad locum studij necessario remittendi sunt.

Vlterius est aduertendum, † quod 343
dum prædicti hoc etiam exemplificant in mercatoribus, qui diu sunt moraturi in loco infra, considerate etiam videtur dictum. Nam mercatores non ea ratione habent prædictum priuilegium, quia diu moraturi sunt in loco, vt prædicti præsupponunt, sed potius quia videntur abesse ex caussa voluntaria, *gloss. fin. l. fin. supra, de in integ. restit. & ibi Bald. col. 1. ad fin.* & absentibus ex caussa voluntaria non competit hoc priuilegium: neque aliter eis succurritur, *l. sed etsi per prætorem, §. fin. supra, ex quibus caus. maiores.*

Magis igitur prædicta consideratio, † *Vtrum diu moraturi sint in loco?* 344
exēplificabitur in traditis per Rotam decis. *de foro comp. in antiquis*, dum concludit, de stylo curiæ, quod qui in ea reperiuntur, etiam ex caussa iusta & necessaria, coguntur in ea respondere, neque eis conceditur priuilegium reuocandi domum, *subscribit Octauian. de stylo curiæ, lib. 4. cap. 1. num. 2. Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ, num. 85.* De cuius tamen styli validitate merito dubitari potest, † cum in 345
contrarium sit expressa decisio, *cap. fin. de foro competenti*, quam obseruari in curia Romana asserit Innocent. *ibi, Angel. hic num. 4. Rota decis. 2. de foro compet. in antiquis*, vel concordandæ sunt opiniones cum † Felino, *cap. fin. col.* 346
fin. ante finem, de foro competenti, quod ille, qui reperitur in curia, ex caussa necessaria, dum pendet necessitas, habet ius reuocādi domum, si vero constat, quod etiam finita necessitate in curia sit moraturus, tunc denegabitur ei prædictum priuilegium, quod optime confirmatur ex *supra traditis.*

Qualiter autem hoc priuilegium † in 347

regno Neapolitano practicetur, tradit Afflictis *lib.1.constit.rubr.95.num 6.*

Neque est omittendum, quod dum glos. hic, verbo, *venit, ad finem.* propo-
348 nit exemplum † in patre, visitante filium in studio, aperiè sentit, quod priuilegium competés scholaribus communicatur his, qui veniunt ad eos visitandos in studio ex aliqua probabili caussa, *notat Bald. in auth. habita nu.* 18. *Cod. ne filius pro patre Tiraquel. in legib. connubial. glos. 2. num 57. Horatius Lucius de priuileg. scholarium, priuileg.* 80. Vnde prout scholaris non potest capi pro repræsaliis, *dicta authen habita. & ibi notat Bald. num.*4. Pariter pater qui
349 filium visitat, † non poterit capi pro repræsaliis, neque enim nuntius qui propter aliquam probabilem caussam mittitur ad scholarem: *vt ex mente glos. collegit Bart. hic, num.*4. *Lancellot. Dec. in fin. Panormit. cap. fin. num.*47. *de foro competenti. Bologn. d. auth. habita, nu.* 199. *Rebuff. de priuileg. scholarium, priuileg.* 78. pariter, neque capientur in
350 locis, per quæ prædicti † necessariò debent transire, vt perueniant ad locum studij, *argument. l. oratio, supra de sponsalibus* & optimè facit is text. iuncta glos. *verbo, destinati,* & in specie Lancellor. Decius, *hic, col.* 1. *ad medium.* Est tamen aduertendum, quod licet prædicta vera sint in terminis iuris
351 communis, † *vt hic tradit Angel. num.* 3. *& Bartolus tracta. de repræsaliis, quæstione* 7. *num.* 7. Tamen, vt ipsi testantur, consuetudine generali non obseruantur, sed indistinctè omnes capiuntur pro repræsaliis, præter legatos publicos, quibus parcitur ob rationem expressam. *l. fin. infra, de legatio. & subscribunt Paul. Castrens. hic, num.*4. *Iacobin. num.*3. *Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num.* 48. *vers. exemplum.*

Illud autem in hac materia certum
352 † est, repertis in curia ex caussa iusta & necessaria, poterunt ibi conueniri, si ibi contraxerunt, neque enim tunc eis competit priuilegium reuocandi domum; vt clarè probat §. *omnes autem, infra hac lege,* & probat Ordinatio Portugalliæ, *lib.*3. *cap.* 2. *in principio, nouæ recopilationis.* Et ratio est ex gl. hic, verbo, † *contraxerunt.* quia Roma poterat 353
conueniri, tanquam in communi patria, & præterea ratione contractus in ea conueniri poterat: Propter igitur hanc geminatam caussam, denegatur priuilegium reuocádi domum. Ex qua ratione inferri videtur, quod si in loco, in quo contraxit, remoto contractu non poterat conueniri, cum tunc tantum ratione contractus ibi conueniatur, si ibi reperiatur ex caussa iusta & necessaria, habebit ius reuocandi domum: quia in his terminis cessat ratio glos. supra relata, & tenet glos. hic, verbo, † *destinati.*, & videtur text. 354
vers. *et quoque, infra hac lege, ibi, (vel alio loco)* nam sentit, † quod si appellatio 355
tractatur in alio loco, & non Romæ, appellans habet ius reuocandi domum, & tamen alio loco non poterat conueniri, nisi ibi contraxisset, vt expendit Marianus *cap. fin. num.*63. *ad finem, de foro competenti,* & probant Paul. Castrens. & Iacobin. *vterque num.* 3. *& omnes infra hac l. & Couarruuias practicarum quæstion. cap.* 5. *num.* 3. *vers. quid ergo.*

Sed cauendum est: quia hæc † tra- 356
ditio manifestè confunditur per generalitatem, vers. *omnes autem, infra hac l.* qui tantum considerat, vtrum ille, qui reperitur in loco ex caussa iusta & necessaria, antea in eo loco contraxit: tunc enim indistinctè ei denegat priuilegium reuocandi domum: vt aduertit Felinus *dicto cap. finali, colum antepen. ad finem, de foro competenti, & Anton. de Matth. de prorogatione iurisdict. num.* 48. *vers. & hac* & probat *l.*25. *ad finem tit.*9. *partit.*7. Neque prædictis † 357
contra

contradicit vers. *ei quoque, huius l.* quia debet intelligi quando conuenitur in loco originis propriæ vel paternæ, prout potest, vt probauimus *in principio huius §.* Is enim, si ibi fuit repertus, ex caussa iusta & necessaria, habebit ius reuocandi domum. Cæterùm, si conueniatur in loco contractus, non habebit locum prædicta conclusio: quia *§. omnes autem, huius l.* generaliter cõstituit, quod si inuenirentur in loco contractus, non haberent priuilegium re-
358 uocandi domum: † quia forus contractus fortior est priuilegio: quia procedit ex immediato consensu partium, *vt adnerit Curt. Iun. §. omnes autem, nu. 3. infra hac l.* A qua generali conclusio-
359 ne, † solus excipitur legatus: qui licet Romæ contraxerit ante legationem, tamen competit ei ius reuocandi domum, *d. vers. omnes autem, infra hac l.* qui apertè scribit, quod licet legatus duplici nomine forum sortiatur, scilicet Romæ, tanquam in communi patria, & etiam ratione contractus in ea celebrati, tamen ei competit priuilegium reuocandi domum: quod si
360 † Romæ contraxit post legationem, tunc ratione solius contractus Romæ conueniri potest, neque habebit priuilegium reuocandi domum, vt clarè probat *l. non alias, in princ. inf. eod. & d. vers. omnes autem, huius l.* quamuis Curt. Iun. ibidem non satis mentem Iureconsulti perceperit, & videndus est Gregor. *l. 4. tit. 16. partit. 2. in glos. 1.*

Item & illud certum est in hac ma-
361 teria, priuilegium † reuocãdi domum, non competere illi, qui contraxit extra prouinciam. Nam si pro hoc contractu Romæ conueniatur, non concedetur ei priuileg um do[illegible] m reuocandi, vt clarè probat *d. §. item si extra, inf. hac l.* Et est ratio, q[illegible] n[illegible]lla est ratio, ob quam magis debeat remitti ad locum domicilij, quam ad locum contractus, & ideo cum omnino non adaptentur verba priuilegij, † illud hoc 362
casu non concedetur, & diximus supra: si autem in prouincia contraxerit, habebit locum priuilegium: quia tunc locus contractus & domicilij confunduntur, & sic adaptantur verba priuilegij, † quod si Romæ, vel in 363
Italia contraxerit, tunc Romæ conuenietur, nec habebit ius reuocandi domum, perinde ac si Romæ vtroque casu ex interpretatione iuris fuisset contractum, vt iam supra explicauimus.

Et ad complementum prædictorum, † addendum est, quod in casu, in 364
quo ius reuocandi domum, iure competit, iudex qui eum remittit ad iudicem domicilij, potest parti statuere terminum, intra quem compareat in loco domicilij, accepta ab eo cautione de iudicio sisti: ita probat text. *vers. sed si dubitetur, infra hac l. notat Panorm. cap. fin. num. 49. & ibi Marian. num. 90. de foro comp. notab. Paul. cons. 397. num. 2. lib. 1. & literam D. vers. sed si dubitetur, huius l.* declarat Anton. Augustin. *l. 4. emendatio. cap. 8. pag. 231.*

Et vltimò est aduertendum, quod in terminis dicti *§. sed si dubitetur*, iudex remittens erat mero iure competens: cum quilibet possit conueniri Romæ, tanquam in communi patria, & tantum ex priuilegio fuit declinata eius iurisdictio. Vnde insurgit quæstio: *Vtrum idem sit recipiendum, quando iudex remittens, erat omnino incompetens?* Et Bart. † *l. præses, num. 4. per illum text.* 365
C. de appellat. existimat, iudicem etiam omnino incompetentem, posse remisso assignare terminum, intra quem compareat coram iudice competenti, quod & probat Paul. Castrens. *§. sed si index, num. 5. inf. hac l. Alexand. l. 2. nu. 2. infra, de re iudicata. Felin. cap. cum contingat, in fine, de rescriptis, & cap. cum sit Romana, num. 3. de appellatio.*

Dec. l. qui iurisdictioni, num.6. supra, de iurisdictione omnium iudicum. Hippolyt. l. de unoquoque, num.206. infra, de re iudicata. Suarez, tit. de los emplazamientos. §. 3. num.7.

Ex quibus cauendum est à Matth.
366 de Afflictis † *lib.1. consil. rub.95. num.*
17. qui negabat iudicem incompe-
tentem posse assignare prædictũ ter-
minum, allegando Bart. *l.2. num.2. infra, de re iudicata*, qui tamen non lo-
quitur de termino assignato, intra
quem compareat remissus coram iu-
367 dice † competenti: sed de termino as-
signato ad prosequendam caussam, &
ad eam terminandam, hoc enim iu-
dex omnino incompetens facere non
potest: quia in effectu esset, se intro-
mittere in iurisdictionem alterius, &
quasi iudici competenti legem impo-
nere, quod non est permissum, *cap. ex insinuatione, de appellatio.* & eleganter
explicat Alexand. *l.2. num.3. & ibi Iason, num.12. Ripa, num.15. infra de re iudicata. Felin. d. cap. cum sit Romana, nu. 3. Decius cap. ex insinuatione, num.3. de appellat.*
368 Est nihilominus † differentia inter
terminum assignatum ad comparen-
dum per iudicem competentem mero
iure, vel per omnino incompetentem:
quia primo casu ille qui remittitur,
369 tenetur præstare cautionem † de iudi-
cio sisti, vt probatur §. *sed si dubitetur, huius l.* Quinimo teneri etiam pœnam
promittere, si in termino assignato
non sistat, tenet gloss. *ibi, verb. sola, & Paulus Castrens. in fine. & idem cons.397. num.2. lib.1.* sed falsum, & communi-
370 ter reprobatur. Neque enim tenetur †
pœnam promittere, cum d. §. *sed si dubitetur,* ad hoc eum non obliget, *vt resoluit Curt. Iun. hic, num.7. Iason, l. sancimus, num.2. Cod. de verborum significat. Marian. cap. fin. num.90. de foro competen.* & in præstatione cautionis,
sufficiet remissum promittere de si-
stendo, vt probat d. §. *sed si dubitetur,*
ita, vt licet, quando iubetur † stari iu- 371
ratoriæ cautioni alicuius, ille nihilo-
minus debeat bona sua hypothecare,
l. supra, vt legato, seu fideicommissionis
nomine, tamen hoc casu sufficit sim-
plex promissio de sistendo, cum dicto
§. *sed si dubitetur*, hypothecam bono-
rum non requirat, *Bald. l. fin. Cod vbi in rem actio. & l. diffamari, num. penult. C. de ingen. & manumiss.* Si autem † præ- 372
dictus terminus assignaretur à iudice
omnino incompetente, non tenetur
remissus promittere de sistendo in iu-
dicio: quia hoc iure cautum non in-
uenitur, *gloss. d. §. sed si dubitetur, verbo, accipere. & ibi Paulus, num. 6. Iacobin. num. 8. Curt. Iun. ad finem.* Si ergo is
in termino non compareat, non po-
test contra eum procedi, ob non ob-
seruatam promissionem, quam non
tenebatur facere: † sed iudex compe- 373
tens procedet contra eum, tanquam
contra contumacem: quia non com-
paruit in primo termino assignato,
per primum iudicem quantumcun-
que incompetentem, vt est de mente
supra allegatorum, & probat Ordi-
natio Portugalliæ, *lib.3. tit.15. §. & depois que ao Reo, ad finem, antiquæ impressionis, & hodie lib.3. tit.20. §.9. nouæ impressionis*, de quo articulo videndus
est Anton. de Matth. *de prorogatione iurisdictionis, num.53.* Et hæc satis de ma-
teria huius §. in quo materiam lega-
torum ad Principes missorum, satis
luculenter & neruosè explicasse mihi
videor, vt non putem repertum iri
quenquam, cui hac mea explicatione,
quamuis satis rudi & impolita non sit
satisfactum. Sequitur huius legis se-
cundæ, §. vltimus seu finalis, qui quis
multam indicere possit tractat.

Age videamus ergo quid
amplius in eo doceat,
& quid ex eo colli-
gendum sit.

LEX

LEX II. §. FINALIS.

SVMMARIA.

1 *Regula notabilis quæ ex hoc text. colligitur, ea est, quod illi tantum potest iure suo mulctam indicere, cui publicè iudicium est.*

2 *Mulcta est vocabulũ Sabinum à Latinis receptum, & significabat pœnam quandam, quæ in bouibus & ouibus consistebat.*

3 *Inter mulctam & pœnam, multæ differentiæ constituuntur.*

4 *Pœna significat generaliter coercionem cuiuscunque delicti.*

5 *Mulcta autem significat coercionem euiusdam specialis delicti.*

6 *Pœna est coercio delictorum nominatorum: mulcta verò delictorum innominatorum.*

7 *Mulcta dicitur delicti commissi coercio, quæ tantum in pecunia consistit.*

8 *Auctor proponit interpretationem suam circa mulctam vt dicatur coercio specialis criminis, quod committitur non parendo iudici, & eius præceptis.*

9 *Lege antiqua cautum erat, vt subditi parerent magistratibus, alias concedebatur potestas magistratibus illos mulctandi.*

10 *Pœna refertur etiam ad coercionem corporalem, mulcta autem hodie solum consistit in pecunia.*

11 *Olim mulcta non consistebat in pecunia, sed potius in bouibus & ouibus, postea fuit mutata in pecuniariam condemnationem.*

12 *Pœna semper est certa, vtpote per legem declarata, mulcta autem est incerta, vtpote pendens ex arbitrio illius qui eam imposuit.*

13 *Impugnat proximam differentiam ex tex. in l. fin. C. de modo mulctarum.*

14 *Respondet ad dictum text. in l. fin. C. de modo mulctarum.*

15 *Pauperi condemnato potest iudex mulctam remittere.*

16 *Consuetudine obtentum est, vt non obseruetur quantitas taxata in dicta l. fin. Cod. de modo mulctarum, sed pro qualitate inobedientiæ possit iudex imponere mulctam.*

17 *Consuetudine etiam est obtentum, vt non obstante dispositione d. l. fin. possit iudex sæpe sæpius vnum mulctare si contumacia eius id exigat.*

18 *Pœna imponi potest à quocunque iudice, qui de delicto cognoscit, mulcta verò imponi non potest, nisi per eum cui iudicium publicè est.*

19 *Verba, de quibus in text. ibi, iudicium publicè est, varias habent explicationes, & assignata à glos. huic communiter reprobantur.*

20 *Expositio ad dicta verba quæ tradit glos. penult. d. l. aliud est fraus, communiter recipitur.*

21 *Reprobat d. communem expositionem.*

22 *Duumviri non possunt mulctam imponere, cum tamen ordinariam iurisdictionem habeant.*

23 *Procurator fisci non potest mulctare cum tamen habeat ordinariam iurisdictionem.*

24 *Aliam expositionem assignat ex Longouallio, quod omnis qui habet potestatem publicam potest mulctare, secus qui non habet.*

25 *Reijcit hanc expositionem.*

26 *Aliam expositionem assignat ex Decian. tractat. criminali lib. 5. cap. 3. num. 6. quam tamen reijcit.*

27 *Ad explicationem tex. expendit Auctor verbum publicè, de quo in eo, quod vtique verbum refertur ad ciuitatem Romanam.*

28 *Dum text. dicit eum posse mulctare, cui publicè iudicium est, in effectu, vult quod qui habent ius iudicandi publicè, hoc est, in ciuitate Romana, ij possint mulctam indicere.*

29 *Refert vnde originem traxerit lex mulctarum.*

30 *Ad hoc vt quis propriè dicatur habere ius*

ius mulctandi duo copulatiuè requiruntur, quod sit præpositus iudicio, item quod præsit iudicio publicè.

31 *Omnes magistratus Romani qui præsunt iuridicundo habent ius mulctandi.*

32 *Magistratus Romani, qui non sunt præfecti iuridicundo, sed alys rebus non poterunt mulctam indicere.*

33 *Pro exemplo adducit l.2.§.item decem vers. non præfectus ff. de orig. iur.*

34 *Agitur de intellectu dict. l. aliud est fraus.§.1.*

35 *Agit de expositione Alciati ibidem.*

36 *Vt quis mulctam indicat, oportet quod imperium habeat.*

37 *Mulctam indicere pertinet ad merum imperium.*

38 *Reijcit dictã expositionem Alciati, & eius fundamentis respondet.*

39 *Adiudicare propriè significat rem ad victorem pertinere.*

40 *Virtute cuius pronunciationis, & adiudicationis statim transfertur dominium, secuta scilicet traditione.*

41 *Reijcit expositiones Rebuf. ad dictam legem, aliud est fraus, §.1.*

42 *Veram explicationem ad dictam leg. aliud est, assignat.*

43 *Verbum magistratus propriè ad Romanos refertur, nam alij potius dicuntur potestates, siue iudices quam magistratus.*

44 *Qua ratione Præsides prouinciarum distinguantur à magistratibus Romanis.*

45 *Præsides prouinciarũ licet possint mulctam indicere, id ex specialibus mandatis Principum eis de nouo concessum fuit.*

46 *Agitur de intellectu legis primæ, in principio, supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit, quam ibi latè expendit.*

47 *Interpretatio glos.1. ad fin. communiter approbata.*

48 *Reijcit dictam communem interpretationem, & eius fundamentis respondet, & melius, num.70.*

49 *Refert interpretationem Bartoli in dictam legem primam, num.5.*

50 *Duumviri in ciuitatibus dicebantur illi, qui locabant publica, & carceribus præerant.*

51 *Duumviri dati sunt ex magistratibus municipalibus, qui in Reos inquirebant, & nullam vlterius habebant iurisdictionem.*

52 *Filijfamilias apud Duumviros emancipari non poterant.*

53 *Reijcit dictam explicationem Bartoli, de qua num.49. & eius fundamentis respondet.*

54 *Duumviri non solum habebant iurisdictionem sed etiam erant præfecti iuridicundo.*

55 *Licet duumviri pœnali iudicio suam iurisdictionem defendere nõ possent, tamen eam poterant defendere per capturam pignorum, vel alia similia remedia.*

56 *Incipit agere de vera resolutione supra posita difficultatis.*

57 *In colonijs & municipijs Romanorum creabantur decuriones, qui præessent administrationi rerum municipij, & fungebantur eodem iure, quo Senatores Romæ.*

58 *De origine dictorum decurionum ibi agitur, & qua ratione dicuntur Patres ciuitatum.*

59 *Ex supradictis decurionibus eligebantur magistratus municipales, inter quos magistratus principatum habebant duumviri.*

60 *Eisdem muneribus fungebãtur, quibus Romæ consules, & ad eorum similitudinem tantum duo creabantur. & ideo Duumviri dicti.*

61 *Quemadmodum officium consulis anno terminabatur, ita etiam duumvirorum.*

62 *Duumviri maiorem habebant potestatem, quam alij quicunque magistratus*

stratus municipales.

63 *Verum intellectum dictæ legis primæ, supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit, assignat.*

64 *Iurisdictio mulctandi, cum cõcessa fuerit magistratibus Romanis, ad municipales magistratus extendi non debet.*

65 *Municipes etsi essent participes munerum & honorum cum Romanis, tamẽ magistratus Romæ carere non poterant.*

66 *Apud magistratus municipales non erat legis actio, nisi specialiter eis esset concessa.*

67 *Legis actiones dicuntur actus quidem solemnes, quæ secundum leges in eo actu debeat interuenire, & hi, apud quos peragi poterant, dicebantur habere legis actiones.*

68 *Emancipationes solebant fieri adhibitis quibusdã solemnitatibus, ac ideo non poterant fieri nisi coram habentibus legis actiones.*

69 *Emancipationes fieri non poterant coram quibuscunq; magistratibus, nisi eis specialiter inuẽniretur commissio, vt haberent legis actiones.*

70 *Declarat id, quod probat dicta l. 1. supra si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

71 *Respondet ad fundamentum magis communis opinionis, de qua numero quadragesimo septimo, quam reprobat.*

72 *Tradit rationem, ob quam duumviris modica coërcio conceditur.*

73 *Delegatis conceditur modica coërcio, & tamen nullam mulctam indicere possunt.*

74 *Infert ex prædictis ad decisionem legis defensores, i. secunda Cod. de defensoribus ciuitatum, de cuius intellectu ibi agit.*

75 *Explicat, in quo differant defensores ciuitatum, à reliquis magistratibus municipalibus.*

76 *Defensores ciuitatum tantum cognoscebant de caussis pauperum aduersus diuites, ne eos opprimerent, & vt decuriones & plebem defenderent ab omni iniuria.*

77 *Defensores ciuitatum erant syndici ciuitatis, & assimulabantur Tribunis plebis Romanis.*

78 *Defensores ciuitatum cognoscebant de caussis quorumcumque, quæ essent parua quantitatis.*

79 *Expendit iterum dictam leg. primam supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

80 *Respondet ad ea, quæ ex d. l. 1. colligunt Doctores, & veram explicationem tradit.*

81 *Mulcta quamuis sit arbitraria tantum, quoad quantitatem, quam magistratus excedere non potest, semper taxationem habuit.*

82 *Mulcta maxima quæ vocabatur apud veteres, & quomodo boues & oues æstimabantur.*

83 *Postquam ciuitas ære signato vti cœpit, facta est æstimatio pecorum, & maxima appellabatur trium millium; quam taxationem, qui habebant cognitionem maiorum delictorum excedere non poterant in mulcta.*

84 *Qua ratione constituitur differentia inter maiores & minores magistratus.*

85 *Iudex delegatus non potest mulctam imponere; & rationem ibi assignat.*

86 *Delegatus ad vniuersitatẽ caussarum datus, mulctam etiam imponere non potest.*

87 *Contraria opinio refertur, & Doctores qui eam sequuntur.*

88 *Ostenditur priorem opinionem veriorem esse.*

89 *Respondet ad text. in l. penult. infra, quis & à quo appellatur.*

90 *Delegatus per ordinariũ etiam de iure*

Cano

Canonico non potest mulctam imponere.

91 *Refert opinionem illam Doctorũ, qui dicunt delegatũ Principis mulctam inducere posse, quod magis communiter receptum est.*

92 *Recenset eos qui contrariam opinionem sequuntur.*

93 *Ostendit primam opinionem veriorem, & receptiorem esse.*

94 *Iure ciuili, delegatus Principis mulctam indicere non potest, secus de iure Canonico.*

95 *Expenditur pro eadem opinione l.2.C. de modo mulctarum.*

96 *Procurator fisci non potest cognoscere inter priuatos nisi ex illorum prorogatione, nec mulctam indicere.*

97 *Procurator Cæsaris nullam habebat iurisdictionem, sed tantum administrationẽ, & postea Imperator Claudius concessit iurisdictionem restrictam tantum ad caussas inter fiscum & priuatos.*

98 *Item restrictam ad caussas ciuiles, & ideo de criminalibus nõ poterat cognoscere.*

99 *Proponit argumentum à fortiori de procuratore Cæsaris, & delegato.*

100 *Tentat & probat delegatum Principis, etiam iure Canonico mulctam indicere non posse.*

101 *Respondet ad cap. ex literis, quod pro contraria opinione citatur.*

102 *Delegatus perturbãtes iurisdictionem suam coërcere potest, & tantum non poterit eos mulctare.*

103 *Si verò magis communis admittatur declarari debet, vt delegatus non posset maiorem mulctam imponere, quam ordinarius.*

104 *Agit de intellectu legis non ex omnibus, 44. §. 1. supra, de receptis arbitris.*

105 *Refert responsionem gloss. hic, referens se ad tradita per ipsam gloss. ad d.l. non ex omnibus, §.1.*

106 *Ostendit in d.text.non agi de mulcta, sed de pœna expressa in cõpromisso.*

107 *Magna est differentia inter culpam & pœnam.*

108 *Mulcta ea dicitur quæ applicatur fisco, vel operi publico.*

109 *Arbiter non potest mulctam indicere.*

110 *Qui mulctare non potest, nec potest pœnam imponere similem mulctæ, vt quia applicaretur fisco.*

111 *Respondetur ad text.in l.vnica, C. de fiscal.vsuris, lib.10.*

112 *Text.in d.l.non ex omnibus §.1. in eo est notabilis, dum probat, quod pœna expressa in compromisso tribus tantũ casibus incurritur, quos ibi enumerat.*

113 *Arbiter quamuis non posset condemnare in pœna, nisi hoc in compromisso sit expressum, tamen quando generaliter pœna promissa est, si arbitro non pareatur, in tribus casibus supra relatis, arbiter in pœnam condemnare potest.*

114 *Quis sit iudex competens ad condemnandum in pœna, si statutis non paretur, vide ibi remissiuè.*

OLLIGENDA est ex † hoc tex. regula notabilis; *Quòd ille tantum potest iure suo mulctam indicere, cui publicè iudicium est.* Ad cuius regulæ explicationem præmittendum, quod † *mulcta*, est vocabulum Sabinum, & à Latinis receptum, & significabat pœnam quandam, quæ in bouibus & ouibus consistebat, vt tradit Aulus Gellius *l.11.noctiũ Atticar.c.3.* Inter mulctã autem † & pœnã multas differentias constituit Vlpianus Iureconsultus, *l.aliud est fraus, 131.§.1. inf.de verbor.signif.* Quarum prima est, quod † pœna significat generaliter coërcionem cuiuscũque delicti, mulcta autem coërcionem significat cuiusdam specialis delicti. † Quam differen- 1 2 3 4 5

ferentiam Alciat. *ibi, num.3.* ita explicat,quod pœna sit coercio delictorum
6 † nominatorum, & mulcta coercio delictorum innominatorum. Quam tamen explicationem Rebuff. *ibi, colum.1.* non admittit interpretans,quod
7 † mulcta dicitur delicti cõmissi coercio, quæ tamen in pecunia consistit. Quæ interpretatio etiam non arridet,
8 & ideo† ego interpretor mulctam dici *coercionem specialis criminis*, quod committitur non parendo iudici, & eius præceptis, *l. 1. supra, si quis ius dicenti non obtemper.* Lege enim antiqua cau-
9 tum erat, vt subditi parerent † magistratibus, alias concedebatur potestas magistratibus illos mulctandi: quam legem refert Cicero *lib.3. de legibus* & colligitur ex Aulo Gellio, *lib. 11. noctium Atticarum, cap.1.*
10 Est & alia differentia, † quod pœna refertur etiam ad coercionem corporalem: mulcta autem hodie solum
11 consistit in pecuniaria: nam † olim quidem mulcta non consistebat in pecunia, sed potius in bobus & ouibus, *vt supra dictum est:* postea autem fuit mutata in pecuniariam condemnationem, æstimato quolibet boue, vel oue, per legem Ateriam,vt refert Aulus Gellius, *vbi supra*, & latius prosequitur Brissonius, *lib. 1. antiquitatum iuris, cap.3.*
12 Est & alia differentia, † quod pœna semper est certa, vtpote per legem expressa & declarata: mulcta autem est incerta,vtpote pendens ex arbitrio illius, qui eam imposuit, *d. l. aliud est fraus*, §. 1. Neque repugnat text. *l. fin.*
13 *Cod. de modo mulctarum*, † vbi taxatur certa quantitas, quam mulctam indicentes excedere non possunt: explicat Angel. §. *fin. num.2. Instit. de satisd. tutorum*, & meminerunt Pancirolus, *de notitia imperij Orientis, cap.100. col.1.* & Cuiatius *lib.16. obseruat. cap.34.* Nam
14 respondetur,† quod dummodo iudex quantitatem taxatam non excedat: potest illam moderare arbitrio suo, vt aduertit Alciatus, *dicta l. aliud est fraus*, §.1. *num 5.* & hac ratione pauperi condemnato † potest iudex mulctam re- 15
mittere, *l. illicitas*, §. *fin. supra, de offic. præsid.* Quinimo hodie consuetudine obtentum est, † vt non obseruetur 16
quantitas taxata, *in d. l. fin. C. de modo mulctarũ.* sed pro qualitate inobedientiæ & contumaciæ possit iudex imponere mulctam, vt asserit Alex. *cons.35. num.3. lib.2.* Iason. *l.1. §. quod si prætor, in fine, supra, ne quis eum qui in ius vocatus est. Claud. l. filius famil. §. diui, ad fin. inf. de leg.1. Rolan. cons.47. num.14. & num.15. lib.2.* Similiter & † illud quod 17
constitutum est, *in d. l. fin. Cod. de modo mulctar.* quod vna persona ter in anno possit tantum mulctari, & notat Angel. *d. §. fin. num.2. Instit. de satisd. tutorum*, etiam consuetudine abolitum est: potest enim iudex sæpius vnum mulctare, si contumacia & inobedientia illius id exigat, *Decius cap.1. in 2. lect. col.12. post princ. de iudic. Rebuff. d. l. aliud est fraus, §.1. col. pen. in princ.* Denique & hæc est differentia, † quod 18
pœna imponi potest à quocunque iudice, qui de delicto cognoscit, mulcta autem imponi non potest, nisi per eum, † cui iudicium publicè est, vt 19
probat is text. Quæ quidem verba varias habẽt explicationes. Nam gl. pen. *hic*, tres refert, quæ † communiter re- 20
probantur, & communiter recipitur expositio gloss. pen. *l. aliud est fraus, §.1.* quod is text. velit, quod iudices ordinarij, qui publicè iudicium exercent, possint mulctã imponere, non tamen id sit permissum delegatis, nisi id eis expressim permissum sit, quam expositionẽ probat ibi Cæpol. *n.3. in fin. & Alciat. n.2.* & hanc esse receptã expositionẽ † asserunt Paul & Iacobin. *hic, in* 21
princ. Quę tamen communis expositio neque quadrat verbis text. neque in se

vera: nam videmus, quod duumviri non possunt mulctam imponere, *l. 1. supr. si quis ius dicenti non obtempe.* & ta-
22 men † duumviri iurisdictionem ordinariam habent, *vt statim probabimus:*
23 item procurator † fisci nō potest mulctare, *l. 2. C. de modo mulctarum* & tamen is ordinariam iurisdictionem haber, *l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* Aliam
24 igitur † expositionem assignat Longaual. *l. imperium, num. 163.* & ibi Iuuenalis, *num. 21. supra, de iurisdict. omn. iudic.* quod omnis, qui habet potestatem publicam, potest mulctare, *Menoch. lib. 1. de arbitrar. quæst. 74. num. 8.* & qui eam non haber, non potest mulctare, *l. curator. Cod. de modo mulctarum, l. non ex omnibus supra, de recept. arbit.* Sed neque hæc expositio admittenda
25 est: † quia apertè violat verba huius text. & verba *d. l. aliud est, § 1.* dum habent, quod is demum potest mulctam imponere, cui adiudicatio concessa est: & quod circa hoc consuetudine obseruetur, tradit Guid. *decis. 626.*
26 Quare aliam nouam explicationem † ad hunc text. assignat Decianus, *tractat. crimin. lib. 5. cap. 3. num. 6.* quæ etiam non placet.
27 Vnde ego † vltra alios, ad veram explicationem huius text. nostri expendo verbum (*publicè*) quo ille vtitur, quod vtique verbum refertur ad ciuitatem Romanam, *l. 1. §. 1. supra, de iust. & iure, l. bona ciuitatis, & l. eum qui vectigal. infra, de verborum significatione,* tradit glos. *l. sed etsi per prætorem, § fin. verbo, non absit, supra, quibus ex caussis maiores. Alciat. lib. 2. parergon, cap. 35.* Dum
28 ergo is text. † dicit, eum posse mulctare, cui publicè iudicium est, in effectu vult, quod qui habent ius iudicandi, *l. 1. supra, de iurisdict. omnium iudicum,* & quidem publicè, hoc est, in ciuitate Romana, hi possunt mulctam
29 indicere. Quam † expositionem confirmo auctoritate Dionysij Halycarnassei, *lib. 10. antiquitatum Romanarum, pag. 495.* asserētis, Spurium Tarpeium, & Aulum Terminium consules, legem tulisse, vt liceret omnibus magistratibus inobedientes mulctare, & meminit huius legis Antonius Augustin. *tracta. de legibus & senatusconsultis, cap. de lege Tarpeia & Terminia, de mulctis, pag. 197.* meminit etiam Decianus *tractat. criminal. lib. 2. cap. 26. num. 2.* Et iuxta hanc expositionem probabit is text. † quod vt quis iure proprio di- 30
catur habere ius mulctandi, duo corelatiuè requiruntur: quod sit præpositus iudicio, hoc est, iuridicundo, *l. 1. supra, de iurisdict. omnium iudicum.* Item, quod præsit iudicio publicè, hoc est, in ciuitate Romana.

Ex qua noua expositione † infer- 31
tur primò, omnes magistratus Romanos, qui præsunt iuridicundo, habere ius mulctandi: quod clarè expressit Cicero, *lib. 3. de legibus,* his verbis: *Magistratus neque obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibusque coercent.* & agnoscit Duaren. *lib. 1. disputat. cap. 50.*

Infertur secundò, † quòd si magi- 32
stratus Romani, non sint præfecti iuridicundo, sed aliis rebus, non poterunt mulctam indicere, quia hoc solum concessum est præfectis iuridicundo, vt constat ex *supradictis:* & exemplum colligitur ex *l. 2. §. item decem, vers. nam præfectus supra, de orig. iur.* vbi etiam textus † probat, hos non di- 33
ci propriè magistratus, quasi propriè magistratus dicantur, qui præsunt iuridicundo: nam, vt inquit Cicero, *lib. 3. de legibus, Omnes magistratus auspicium, iudiciumque habent.*

Tertiò infertur explicatio ad *l. aliud est fraus, §. 1.* dum probat, † hos posse 34
mulctam indicere, quibus adiudicatio concessa est: *glos. penult.* ibi exponit, hoc est, *quibus iurisdictio ordinaria concessa est:* sed hanc explicationem reiecimus.

35 iecimus. Quare Alciat. ibi † exponit; *quibus iurisdictio concessa est*, hoc est, concessum imperium, quia adiudicatio nihil aliud est, quam peracto iudicio rem actori addicere, quod magis dicitur pertinere ad imperium, quam ad iurisdictionem, *l. iubere cauere, supra. de iurisdict. omnium iudic.* Et facit pro hac expositione, quod vt quis mulctam in-
36 dicat, oportet quod imperium † habeat, *glos. in rubr. Cod. de modo mulcta-*
37 *rum*, & mulctam indicere † pertinere ad merum imperium, tradit Bart. *l. imperium, num. 12. & ibi Rimin. num 27. Curt. Iun. num. 99. & Purpur. num. 269. sup. de iurisdict. omn. iud.* Sed non pla-
38 cet † hæc expositio, quia quatenus pertinet ad mulctam indicentem, imperium nihil videtur facere, vt constat ex *d. l. aliud est, in fine*, dum sentit, Præsidem prouinciæ non potuisse mulctam imponere, nisi mandatis Principum id fuisset concessum, & tamen certissimum est, Præsidem in prouincia amplissimum habuisse imperium, *l. ex om-*
39 *nibus, supra, de offic. præsid.* Item † confunditur ex eo, quod adiudicare propriè significat rem ad victorem pertinere, *l. liberto, §. Lucius, cum glos. infra, de annuis legatis, l. vicinus 23. in fine princip. infra, de aqua pluuia arcenda. l. si is à quo, supra, de rei vend.* virtute cuius pro-
40 nuntiationis, † statim transfertur dominium, *secuta Salycet. traditione §. fin. iuncta glos. verb. eius fit. Instit. de offic. iudic.* quod quidem totum, magis pertinet ad iurisdictionem, quam ad imperium, *l. de qua re, infra eodem.*
41 Alias igitur † expositiones ad dictam *l. aliud §. 1.* refert Rebuff. *ibi, col. 6.* quæ non satis quadrant, & ideo ve-
42 rius est, quod verba illius text. † veniunt explicanda iuxta nostrum text. explicatum, *vt supra:* vt scilicet mulctam indicere possint, quibus adiudicatio concessa est, hoc est, potestas iurisdicendi, & adiudicandi rem victori: dummodo id competat publicè, vt probat noster text. hoc est, de electione populi Romani, vt supra diximus, id quod clarè significat *d. l. aliud est, in fine*, dum subdit, solos magistratus & præsides mulctam indicere posse. Nam verbum, *magistratus*, propriè ad Romanos refertur. Nam alij potius dicuntur † potestates siue iudices, quam 43
magistratus, *l. eum qui, & ibi Goueanus, supra. de iurisdict. omn. indic.* & notabiliter probat Anton. Gilbertus Costanus, *lib. 1. quæstionum iuris, cap. 9.* Et hac ratione Præsides † prouinciarum di- 44
stinguuntur à magistratibus, scilicet Romanis, *l. 3. §. fin. supra, quod metus caussa, l. voluit, §. fin. supra, de interrog. actio. Decian. in pract. crimin. lib. 4. cap. 2. à num. 6.* iuxta quæ verba *d. l. aliud est, §. fin.* ita explicanda sunt, vt magistratus, scilicet populi Romani, possit mulctam indicere, ex lege antiqua Torpeia Arteria, quam supra retulimus, quæ postea mandatis Principum fuit confirmata: Præsides autem prouinciarum, licet possint mulctam indicere, id tamen ex specialibus mandatis Principum eis de nouo concessum fuit, vt probat *d. l. aliud est, in fine.* Et est ratio, † quia potestas mulctam 45
indicendi, solis magistratibus Romanis à principio concessa fuit, ac ob id quantumcumque præsides prouinciarum amplissimam haberent potestatem, non tamen possent ea potestate mulctandi vti, nisi ad eos mandatis Principum fuisset de nouo extensa.

Quartò principaliter ex prædictis † 46
infertur intellectus *ad l. 1. in princ. §. si quis ius dicenti non obtemperauerit*, in qua perscribitur regula, quod omnes magistratus possunt defendere iurisdictionem suam pœnali iudicio, hoc est, mulctam indicendo, vt ibi exponit gl. *verb. pœnali*, communiter recepta, à qua tamen regula generali excipiuntur duumuiri, qui eo modo iurisdi-

ctionem suam defendere non possunt, qui quidem tex. in ea exceptione multas patitur interpretationes, quas ibi
47 refert Iason, *num.* 14. communiter † tamen approbatur interpretatio glos. 1. *ibi, ad finem*, quod text. velit, quod duumviri, hoc est, magistratus municipales, non possint indicere mulctas, scilicet magnas, sed modicas pro modo suæ iurisdictionis, quam interpretationem esse communiter receptam, asserit Alexand. *ibi, num.* 5. *& defendit Cagnol. num.* 50.

Quæ tamen communis interpreta-
48 tio, † nullo modo admittenda est: quia repugnant generalia verba *d. l.* 1. denegantia duumviris potestatem mulctam indicendi. Item cum Iureconsultus promiserat regulam, magistratus posse indicere mulctas pro modo suæ iurisdictionis, frustra ab hac regula exciperet duumviros, si & hi pro modo suæ iurisdictionis possint mulctam indicere.

Secunda igitur interpretatio fuit
49 Bart. *d. l.* 1. *num.* 5. † quod dum text. ille à regula excipit (*duumviros*,) debet referri ad eos magistratus, qui habent curam & administrationem rerum ciuitatis, & tamen illarum iurisdictionem non habent: nam cum ea careant, mulctam indicere non possunt: & subscribit Alexand. *ibi, num.* 6. Et facit pro eis: quia, *vt supra diximus*, etiam magistratus Romani non poterant mulctam indicere, nisi præfecti essent iuridicundo, facit etiam, quia, vt tradit Alciat. *lib.* 3. *dispunctio. cap.* 5. Duum-
50 viri in ciuitatibus dicebantur illi, † qui locabant publica, & carceribus præerant, quod & repetit *l. pupillus* 239. §. *decuriones, num.* 3. *infra, de verbor. signif.* & ei subscribit Antonius August. *lib. singular. ad Modestin. pag.* 525. & Coras. *lib.* 3. *miscellaneo. cap.* 6. *n.* 8. Longaual. *l. imperium, n.* 138. *infra, de iurisdict. omnium iudic.* Addo Alciat. *l.* 1. *Cod. de priuilegijs eorum, qui sacro palatio militant, lib.* 12. tradentem, duumviros esse † datos ex magistratibus mu- 51
nicipalibus qui in reos inquirebant, & nullam vlterius habebant iurisdictionem: ita vt neque apud eos filij familias † emancipari poterant, *l.* 1. *Cod. de* 52
emancip. liberorum.

Sed neque hæc explicatio admittenda est, † quia cum Iureconsult. *in* 53
d. l. 1. agat de defendentibus suam iurisdictionem pœnali iudicio, ineptè à regula excepti essent duumviri, si nullam haberent iurisdictionem: sed tantum administrationem rerum publicarum: Præterea falsò præsupponunt, duumviros nullam habere iurisdictionem, † cum contrarium clarè pro- 54
ber, *l.* 4. §. *si duas, infra, de damno infecto l. si quis uxori,* 53. §. *si fugitiuum, infra, de furtis. l. fin. Cod. de iudic.* & latius aduersus supra allegatos probat Cagnol. *l.* 2. *n.* 430. *supra, de orig. iuris.* Quinimo non solum habebant iurisdictionem, sed etiam erant præfecti iuridicundo, *vt tradit Cuiatius l. duumvirum. C. de decurio. lib.* 10. *Prateius in lexico iuris, verb. duumviri municipales*, & agnoscit Alciat. *c. quod sedem, n.* 51. *vers.* 5. *de offic. ord.*

Neque obiiciat quis, † *quod si prædi-* 55
cti haberent iurisdictionem, & tamen eam non possent defendere pœnali iudicio, inanis redderetur prædicta iurisdictio. Nam respondetur, quod nihilominus poterit eam defendere, per capturam pignorum, vel alia similia remedia, de quibus agit *l. quemadmodum,* 29. §. *fin. supra, ad leg. Aquil. & Curt. Iun. post Fulgosium, d. l.* 1. *num.* 2. *supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

Reiectis igitur aliorum dictis, ad † 56
veram resolutionem huius difficultatis, sciendum est, quod in colonis &
municipiis † Romanorum creaban- 57
tur decuriones, qui præessent administrationi rerum municipij, & fungebantur eodem iure, quo Senatores Romæ,

Romæ, vt post Vallam tradit Coras. *lib.3. Miscellan. cap.6. num.6. & Brissonius lib.4. antiq.iuris, cap.13. Pancirolus de magistratibus municip. cap.1. Cagnol. videndus l.2.à num.472. supra, de origin. iuris. Dec. in tracta. criminali, lib.4. cap.14. à num.1.* & est bonus text. *l. omnes iudices. C. de decurio. lib.10.* quicquid aliter explicet Alciat. *lib.3. dispunctio. cap.5.*
58 & † de prædictorum decurionum origine tractat Iureconsultus, *l. pupillus, 237. §. decuriones infra, de verbor. signif. & Iustinianus, nouella 38.* Et hac ratione dicuntur patres ciuitatum, vt colligitur ex rubr. *Codic. de ratiocinijs operum publicorum.*
59 Ex his autem decurionibus † eligebantur magistratus municipales, vt præsupponit *l. honores, §. is qui, infra. de decurionibus l. rescripto, in princ. inf. de muner. & honor.* inter quos magistratus principatum obtinebant duumviri, *l. 1. inf. de albo scriben. l.1. Cod. de tempo. appellatio. l.1. in pr. Cod. de natu. liber.* fungebantur enim eisdem muneribus,
60 quibus Romę † fungebantur consules, & ad eorum similitudinem tantum duo creabantur, & ideo Duumviri appellabantur: & vt officium Romanorum consulum tantum durabat per
61 annum, ita etiam & duumvirorum † officium tantum durabat per annum, *vt tradit Cuiat. l. duumvirum. Cod. de decur. lib.10.* & ideo maiorem etiam ha-
62 bebant † potestatem, quam alij quicunque magistratus municipales, vt colligitur ex *l. si quis vxoris, 50. §. si fugitiuum, infra, de furtis.* Quare dicendum
63 est, † quod dum *in d. l. 1. supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit*, à regula generali excipiuntur duumviri, in effectu vult dicere, sub illo verbo generali (*magistratus*) comprehendi tantum magistratus Romanos, iuxta regulam *§. sed ius quidem ciuile, Instit. de iure naturali*, non autem municipales, quantumcumque amplam haberent iurisdictionem in municipio, Cuiat. *d. l. duumvirum, Cod. de decurio. lib.10.* & melius † Pancirolus *de magistratibus* 64
municipalibus c.8. col. penult. Et meritò, quia cum ius mulctam indicendi, solum fuerit concessum magistratibus Romanis, † non debet extendi ad ma- 65
gistratus municipales: quia municipes, quantumuis essent participes munerum & honorum cum Romanis: tamen magistratus Romæ creari nō poterant, vt tradit Festus Pompeius, *de verborum antiquorum significatione, c.11. verbo, municipes*, & hac † ratione apud 66
magistratus municipales non erat legis actio, nisi specialiter eis esset concessa, vt colligitur ex *l. fin. C. de indict. libertate. & tradit Paulus Iureconsult. lib. 2. receptarum sententiarum, tit.25. §. pen. & ibi not. Cuiat.* quicquid contrarium præsupponat idem Cuiatius, *l. duumvirum. Cod. de decurio. lib.10.*

Dicuntur autem legis actiones, † 67
actus quidem solemnes, quæ secundum leges in eo actu debebant interuenire, & hi apud quos peragi poterant, dicebātur habere legis actiones, vt eleganter declarat Brissonius, *lib.4. antiquitatum iuris, cap.20* & Longaual. *d.l. imperium, à num.125.* quicquid aliter explicet † Budæus, *l.4. sup. de ado-* 68
ptio. ac proinde cum adoptiones & emancipationes solerent fieri adhibitis quibusdam solemnitatibus, vt refertur *§. preterea. Inst. quibus mod. ius patria potest. soluitur. l. fin. Cod. de emancipatio. liberor.* non poterant fieri, nisi coram habentibus legis actiones, *l.4. sup. de adoptio.* quę non erant, nisi apud magistratus Romanos, & non penes magistratus municipales, *l.1. C. de emancipat. liber.* imo neque fieri † poterant co- 69
ram quibuscūque aliis, nisi eis specialiter inueniatur commissum, vt haberent legis actiones, *l.1 supra, de offic. iuridic. Alexandria*, & eleganter tradit † 70
Cornelius Tacitus, *lib.12. annalium,*

iuxta quæ dicendum est, *d.l.1. supra, si*
quis ius dicenti non obtemper. apertè pro-
bare, magistratus municipales nullam
habere potestatem indicedi mulctam:
quod verius existimat Iason, *ibi, num.*
17. *Alciat. l. aliud est fraus, §.1. num.* 10.
inf. de ve. bor. signif. Cuiat. l. duumvirum.
71 *Cod. de decurio. lib.* 10. quamuis † magis
communis opinio teneat, eos posse
mulctam indicere pro modo suæ iu-
risdictionis, ea moti ratione: quia cum
hi habeant modicam coercionem cor-
poralem, *l. magistratibus, supra, de iu-*
risdict. omn. iudic. auth. de defensoribus ci-
uit. §. audierit, collat. 3. à fortiori pote-
runt mulctam pecuniariam indicere,
quod minus est, *argum. l. seruorum, infra,*
de pœnis, vt aduertit glos. 1. *d. l.* 1. *& ibi*
Bar. & communiter alij, vt ibi tradit Ale-
xan. num. 5. *Curt. Iun. num.* 15. *& Cagnol.*
num. 50. *Paul. Castren. hic, num.* 2. *Alex.*
cons. 35. *num.* 5. *lib.* 2. Sed apertè falsum
est, ex supra traditis. Neque obstat
72 prædicta ratio, † quia ideo modica
coercio eis conceditur, quia aliàs co-
gnitio delicti, quam habent, inutilis
redderetur, sine vlla coercione, *d. l. ma-*
gistratibus: quæ ratio cessat, in nostro
casu: quia licet prædicti non possunt
mulctam indicere: tamen aliis multis
remediis suam iurisdictionem defen-
dere possunt, de quibus per Curtium
Iuniorem post Fulgosium *d. l. nu.* 2. *su-*
73 *pra, si quis ius dicenti.* Vnde videmus †
quod delegatis conceditur modica
coercio, *l.* 1. *§ fin. & l. fin. supra, de officio*
eius, & tamen nullam mulctam indi-
cere possunt, *vt statim dicemus.*

Quintò, ex prædictis infertur ratio
74 † ad decisionem *l. defensores, la* 2. *C. de*
defensoribus ciuitat. dum probat, defen-
sores ciuitatũ mulctam indicere non
posse: nam cum sint magistratus mu-
nicipales, meritò eis denegatur prædi-
cta potestas, quicquid aliter explicent
75 Doct. vt refert † Cagnol. *d. l.* 1. *num.* 51.
Et patet, quia hi defensores ciuita-
tum, in eo differunt à reliquis magi-
stratibus municipalibus, quod reliqui
magistratus ex corpore decurionum
eligi debent, *l. honores, §. si is qui, infra,*
de decurionibus. & tamen defensores ci-
uitatum, non creabantur ex eo tem-
pore, sed ex ditioribus & nobiliori-
bus ciuitatis eligebantur, *auth. de de-*
fensoribus ciuitat. in princ. col. 3. *auth. præ-*
sidentes. C. de episcop. audient. bonus text.
l. iubemus, C. de episcop. audient. Item alij
magistratus municipales generaliter
cognoscebant de caussis municipum:
†defensores autem ciuitatum tantum 76
cognoscebant de caussis pauperum,
aduersus diuites, ne eos opprimerent:
& vt decuriones & plebem defende-
rent ab omni iniuria, *l. vtili, & l. defen-*
sores. la 2. *Cod. de defensoribus ciuitatum,*
& † erant etiam syndici ciuitatis, *l.* 1. 77
§. 1. *& l. fin. §. defensores, infra, de mune-*
ribus & honoribus, ita vt assimularentur
Tribunis plebis Romanis, *Alcia. lib.* 3.
dispunctio. cap. 5. *Corras. miscellan. cap.* 6.
num. 13. *& notab. Cagnol. l.* 2. *num.* 432.
supra, de orig. iur. Et hac ratione in pri-
mo libro Codicis, separatim ponun-
tur tituli *de magistratibus municipalibus.*
Item, *de defensoribus ciuitatum.* Et adde
†prædictis; quod etiam defensores ci- 78
uitatum cognoscebant de caussis quo-
rumcumque, quæ essent paruæ quan-
titatis, *l.* 1. *Cod. de defensoribus ciuitatum,*
explicat Pancirolus, *de magistratibus*
municipalibus, cap. 9. quod tamen de
consuetudine non obseruari in Delfi-
natu, asserit Guid. Papæ, *decis.* 626.

Et antequam vlterius progredia-
mur, non duxi omittendum, † quod 79
dum text. *d. l. supra, si quis ius dicenti non*
obtemperauerit, probat, magistratus
posse imponere mulctas, pro modo
suæ iurisdictionis, exponunt Docto-
res, hoc est, obseruata taxa præscripta,
l. eos. Cod. de modo mulctarum.

Sed non est verisimile Vlpianum
respexisse ad legem, quæ eo tempore
condita

80 condita non erat: circa † quod insi-
stit Cagnol. *à num.* 10. *post alios.* Sed ve-
ra explicatio est: quod licet mulcta es-
81 set † arbitraria, *d. l. aliud est* §. 1. Tamen
quoad qualitatem, quam magistratus
excedere non posset, semper taxatio-
nem habuit, vt colligitur ex *l. certa ra-
tione. Cod. quando prouocare non est necesse,
& l. 2. sup. si quis in ius vocat. non ierit.*
Vt enim tradit Festus Pompeius, *de
verborum antiquorum significatione, lib.* 11.
82 *verbo mulctam*, veteres † maximam
mulctam dixerunt trium millium &
viginti assium, quia non licebat olim
pluribus viginti bobus & duabus oui-
bus mulctare, æstimabaturque bos
centussibus, ouis autem decussibus,
& idem Festus Pompeius, *de verbo-
rum antiquorum significatione, lib.* 11. *col.
fin.* tradit, quod ouibus duabus mul-
ctabatur olim in leuibus delictis, in
maioribus autem bobus viginti, ne-
que hunc numerum poterat excedere
mulcta.

83 Postquam autem ciuitas † ære si-
gnato vti cœpit, facta est æstimatio
pecoralis mulctæ, & boues centenis
assibus, & oues denis æstimati sunt:
vnde suprema mulcta, hoc est, maxi-
ma appellatur trium millium æris, &
vicesis: qui igitur habebant cognitio-
nem maiorum delictorum, in mulcta
non poterant excedere quantitatem
trium millium assium, qui vero co-
gnoscebant de minoribus delictis,
iuxta formam legis antiquæ, mulcta-
re debebant, & prosequitur Petrus
Crinitus *de honesta disciplina, lib.* 25. *cap.*
84 8. Et hac † ratione *l. neque magistrati-
bus, infra, de iniur. & l. 2. supra, de in ius
vocando,* constituunt differentiam in-
ter maiores & minorem magistratus:
quam explicabis ex traditis eleganter
per Aulum Gellium *lib.* 13. *noctium At-
ticarum, cap.* 12. & ad hoc etiam pro-
cul dubio allusit Iureconsult. *d. l.* 1. *su-
pra, si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

Sextò, principaliter ex prædictis † 85
infertur, iudicem delegatum non pos-
se mulctam imponere, quia cum is
non habeat potestatem iudicandi pu-
blicè: id est, ex constitutione legis Ro-
manæ, *l. more, supra, de iurisdict. omn. iu-
dic.* sed ex persona delegantis, *l.* 1. § *fin.
supra, de offic. eius qui mulctam imponere
non potest.* iuxta supra tradita, & ita gl.
penult. hic, quam sequuntur Paulus,
Fulgos. & Iacob. Angel. *cons.* 8. *num.* 2.
Plotus cons. 3. *lib.* 2. *num.* 8. *inter crimina-
lia.* & asserit receptum Iason. *l. a diuo
Pio, in princ. num* 4 *inf. de re iudic. &
l.* 1. *in princ. num.* 20. *supra, si quis ius di-
centi, & ibi Cagnol. num.* 56. *Iason. l.* 1. §.
*fin. col. penult. ad finem. sup. de offic. eius.
Alciat. l. aliud est fraus,* §. 1. *num.* 10. *infra.
de verbor signif. Socin. regul.* 83. *Iafredus
Balb. decis.* 155. *Rolandus cons.* 47. *num.* 1.
lib. 2. *num.* 12. *Menoch. lib.* 1. *de arbitrar.
quæst.* 74. *à num.* 8. *Hippolyt. tract. Ban-
nitor. verb. commissario, à num.* 60. de quo
notabiliter tractat Angel. *cons.* 8. *à n.* 1.
quicquid repugnent Alciat. *lib.* 3. *di-
spunctio. cap.* 5. *ad finem. Curt. Iun. l.* 1. *n.*
19. *supra. si quis ius dicenti. Longauallius
l. imperium, à num.* 162. *& ibi Iuuenal.
num.* 19. *supra, de iurisdict. omn. iud. &
Capella Tholos. q.* 274.

Quinimo prædicta ratio euincit, *re-
solutio num.* 88. id non solum proce-
dere, in delegato causæ particularis,
sed etiam in delegato † dato ad vni- 86
uersitatem causarum, vt videtur esse
de mente supra allegatorum, quamuis
contrarium teneat gl. *l.* 2. *verb. suppone-
re C. de Spor.* cuius opinionem † sæpius 87
vidisse obseruatam in praxi asserit ad-
ditio Capellæ Tholos. *q.* 274. & illam
probat Rebuf. *d. l. aliud est fraus, col. an-
tepen. post princ.* Valasc. *d. l. imperium, n.*
221. Iafred. Balb. *decis.* 155. *per text. l.
penult. inf. quis & à quo appelletur,* vbi le-
gatus proconsulis, qui iurisdictio-
nem mandatam habet, potest mul-
ctam indicere, quem ad hoc notauit
Alciatus

Alciatus *c.quod sedem. nu.*51 *vers.quin-imo,de offic.ordin.*& ante eum Fulg.*l.fin. n.*1.*sup.de offic.eius.*Sed longè verior est
88 prima † opinio propter rationem su-
89 pra relatam,nec repugnat † text.*l.pen. inf.quis & à quo appell.*quia loquitur in legato proconsulis,qui datur de conscientia legis, & ideo mulctam potest indicere, quam alij delegati non possunt, *glo.fin. l.more, sup.de iurisdict.omn. iud.notab.* Ang.*consil.*8 *num.*1.

Et procedunt supra tradita etiam attenta dispositione iuris Canonici,
90 nō delegatus † per ordinatium,etiam eo iure,non potest mulctam indicere, quia hoc non reperitur iure cautum: quamuis igitur non obedientes possim modicè coërcere, quia aliàs inutilis remaneret eius iurisdictio, *c. ex literis,de offic.deleg.* & hac ratione illud in quocunque delegato admittitur, *l.* 1.§.*fin.sup.de offic.eius*, tamen mulctam indicere non potest,quia hoc non inuenitur eis concessum: quod ille magis cōmuniter receptum fatetur Dec. *c. de causis,in princ.num.*14.*de offic.deleg.* quamuis ipse post Panormit. in contrariū nitatur,& Iacobin.Nig.*in Rub. num.*18.*sup.de offic. eius*, eorum tamen rationibus respondet Valascus communem defendens,*l.imperium,nu.*221. *& Cagn.l.*1.*num.*58 *supra,si quis ius dic. non obtemper.*

91 Solent tamen limitare Doctores † hanc conclusionem non procedere in delegato Principis, quem dicūt mulctam inducere posse, *c.pastoralis,*§ 1.*de offic.deleg.*quia censetur maior ordinatio, *c.sane,de offic.deleg.* & hāc esse magis cōmunem opinionem asserit Alciat. *d. l.aliud,est fraus*, §.1. *num.*10. & ibi Rebuf. *col.antepen.post princ.infra,de verb.signific.addit.Cap.Tholos. quæst* 274. *Iafred.Balb. decis.*155.*Roland. consil.*47. *num.*11. *lib.*2. *& Hyppol. tract. Bannito verbo commissario à num.*60.Adde Alex. *in rub.n.*8.*sup de offic.eius, & ibi Iacobin. Niger num.* 18. & licet post Ant. con-
trariū † defendat Dec. *d.c. de causis, in* 92
princ.nu 13. primam † tamen opinio 93
nem dicit veriorem, & receptiorem Valasc. *d.l.imperium,num.*221.*Cagno.d. l.*1.*num.*58. *Afflib.*1.*const.rub.*97.*nu.*7. qui rationibus Decij repugnantis respondet.

Cæterùm Paulus hic *nu.*2. & Lancell. Dec. *post princ.* contendunt receptam opinionem, tantum iure Canonico admitti posse: nam iure ciuili
† delegatus Principis mulctam indi 94
cere non potest, nisi officiali sibi subdito, & qui in officio deliquit, *l.*2.*C. de sportulis.* Et facit vrgenter pro hac opinione regula huius text. qui hanc potestatem cōcedit tantum magistratibus,qui ius dicunt publicè,hoc est, quod sit ordinarius, vt ei competat nomen magistratus vt communis exponit: quod requisitum in delegato Principis minimè verificatur. Itē pro
eadem opinione potest † expendi,*l.*2. 95
C.de modo mulctar. dum probat procuratorem Principis mulctam indicere nō posse,& quamuis Odofred. & Albericus ibi dicant,eam legem tantum procedere, quando his illa agitur inter priuatos, nam si inter fiscum & priuatū procurator fisci, poterit mulctam indicere:tamen repugnat generalitas illius text. & quia procurator
† fisci nō potest cognoscere inter pri 96
uatos, nisi ex illorum prorogatione, *l.*1.*C.de iurisdict. omn.iudic.* Vnde si ex sua iurisdictione non posset mulctam indicere, neque eam posset indicere inter prorogantes, *iuxta d.l.*1.*sup.eod.* & generaliter quod procurator fisci non possit mulctam indicere: significat *l.vn.C.de vsur.fiscalib.lib.*10 optimè explicata per Cuiatium & ibi agnoscunt glo.*fin. Platea.* ibi *num.*3. Et ratio est, quia, *vt ex Dione Cassio refert Cuiat. lib.*9.*obser c.*13. à principio,pro-
curator † Cæsaris nullā habebat iu- 97
risdi

riſdictionem:ſed tantum adminiſtrationem, & poſtea Imperator Claudius ei cõceſſit iuriſdictionem reſtrictam tamen,ad cauſas inter fiſcum,& priuatos, *l. 2. C. de iuriſdict. omn.iudic.*

98 Item † & reſtrictam ad cauſas ciuiles, & ideò de criminalibus non poterat cognoſcere,vt colligitur *ex l.fi.ſupr.de offic.procur. Cæſar. & l.3. C.vbi cauſæ fiſcales not.Lõgaual.d.l.Imperium, nu.*105.

99 Si ergo † procurator Cæſaris, ex eo, quòd habet iuriſdictionẽ reſtrictam ad certas cauſas, mulctã indicere non poteſt, à fortiori, neque delegatus Principis, qui eam habet reſtrictam ad cauſam particularem.

100 Quinimò † & illud non ſine colore tentari poteſt, etiam iure Canonico delegatum Principis mulctam in-

101 dicere nõ poſſe,quia†tex.*d.c.ex literis, de offic.deleg.* qui in contrarium citatur, tantum probat, quod delegatus Principis habet coërcionem aduerſus inobedientes,quia aliàs inanis redderetur eius iuriſdictio quod,& in quocunque delegato locum habere, probat *l.1. §. fin. & l.fin. ſupra, de offic.eius.* Inde igitur nõ poteſt inferri ad mulctam, quam certum eſt ius ciuile delegato denegaſſe,*vt ſupra oſtenſum fuit.*

102 Vnde & delegatus † iuriſdictionem ſuam perturbantes coërcere poteſt, *c.1.de offic. deleg.* & tamen non poterit eos mulctare, quia & ius ciuile permittit delegatos coërcere poſſe perturbantes eorum iuriſdictionem, vt probat Curt. Iun.*l.1.§.1.num.29.ſup.ſi quis ius dic.* & tamẽ nõ permittit mulctare eos poſſe, *vt dictum eſt.* Quod ſi

103 † magis communem admittas, illam declarare debes, vt delegatus nõ poſſit maiorem mulctã imponere, quam poſſet ordinarius, *vt probat Valaſc.d.l. imperium,num.*221.*& Rol. conſ.*47.*num.* 74.*lib.*2. & conſequenter nec exorbitantem mulctam poſſe indicere Rol.

104 *ibid. à num.*46. Vltimò ex † prædictis infertur intellectus ad *l. non ex omnib.* 44.§.1 *ſup.de recep.arb.* vbi arbiter,qui nullam habet iuriſdictionem, *l.priuat. C.de iuriſd.omn.iudic.* tamen contumacem punire poteſt, & ſic mulctare, quòd videtur repugnare ſupra traditis. Gl.fin.† hic opponit de eo text.& 105
pro reſpõſione refert ſe ad tradita per ipſam glo. *in l. non ex omnibus.* § 1. vbi duas refert reſponſiones, quas ibi explicat Bar.Ego autem aduerto † in eo 106
text. non agi de mulcta, ſed de pœna certa expreſſa in compromiſſo nõ parenti, præcepto arbitri, planè magna eſt differẽtia † inter mulctam & pœ- 107
nam,quæ parti applicatur: nam ea dicitur mulcta,quæ applicatur fiſco,vel operi † publico,non autẽ parti, *l.mul-* 108
ctarum, C. de modo mulct. Si igitur in terminis, *d. l. non ex omnib.*§.1. arbiter mulctaret inobedientes, in pœna applicanda fiſco, vel operi publico,non valeret ea mulcta, *l. arbiter intra certum,* 47.*ſup. de recept.arb.* quia in effectu eſſet mulctam indicere:quod † ar- 109
bitro non reperitur conceſſum, *tradit Cagnol l.1.num.59.ſup.ſi quis ius dic.* & ideo pro regula conſtituitur,quòd ille, qui † mulctare non poteſt, neque 110
poteſt pœnã imponere ſimilem mulctæ, vt quia applicaretur fiſco, *l.3.C. de re iud.& ibi not.Ang.& tradunt Pau. & Iacobin. hic ad fin.* in quo cautè legendus eſt Greg. *lib.1.obſer.tit.*18.*part.* 3.*in glo.*3.*ad med.*

Neque † repugnet tex.*l.vn.C.de fiſc.* 111
*vſur.lib.*10.vbi procurator Cæſaris,qui mulctare non poteſt, *l.2. Cod. de modo mulct.* Poteſt tamen condemnare ad pœnam fiſco applicandam. Nam reſpondet Cuiatius ibi, procuratorem Cæſaris in eo text. non condemnaſſe ad pœnam certam & determinatam per leges, cuius pœnæ vſuræ minimè ſoluuntur iuxta regulam, *l.fin. infra,de magiſtr.conuen.*erit † ſanè notãdus text. 112
d.l.non ex omnib.§.1.dum probat,quod

si generaliter promittitur pœna, si arbitro non pareatur, quod hæc pœna committitur in tribus tantum casibus. Primus, quando sententiæ diffinitiuæ arbitri non pāretur. Secundus, ob operam nō præstitam, id est, quando pars non fecit, quod arbiter iusserat, *l. si cum dies, §. si arbiter, in fin. sup. de recept. arb.* declarando vt per text. *l. diem proferre, §. si quis ex litigatoribus, sup. de recept. arb.* Tertius, quando pars fuit contumax in comparendo, *iuxta l. contumacia, inf. de re iud.* notauit hos tres casus Georg. *l. 23. tit. 4. part. 3. verb. tambien.* In his igitur tribus casibus pœna expressa in compromisso, si non pareatur arbitro, committetur, & par-
113 ti applicabitur. Ex quo † infertur, quod licet arbiter non possit condemnare in pœna, nisi hoc in compromisso sit expressum. *l. quid tamen, 25. §. fin. sup. de recept. arb.* tamen quando generaliter pœna promissa est, si arbitro non pareatur, in tribus casibus supra relatis, arbiter in pœna condemnare poterit, quasi hoc virtualiter in verbis compromissi contineatur, faciunt in simili tradita per Fulg. *l. qui tamen, §. fin. sup. de recept.* & per Ant. de But. *c.*
114 *cum dilectus, in fin. de arb.* Quis † autem sit iudex competens ad condemnandum in pœna, si statutis non paretur, tractat Fel. *c. cum omnes, n. 14. de constit.* *Curt. Iun. l. 1. num. 18. supra, si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

L. si quis ex aliena, ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Si quis alienæ iurisdictionis, & non prætoriæ per Prætorem fuerit citatus tenetur corā Prætore parere, ne contra eum tanquam contra contumacem procedatur.*

2 *Conclusionem impugnat ex text. in l. 3. supra eodem quem tex. quo casu procedat, vide num. 52.*

3 *Contumax non videtur qui præsens iudicium suscipere non compellitur.*

4 *Tradit concordias inter hunc text. & dict. l. 3. vbi distinguendo procedit.*

5 *Vbi vertitur dubium iuris, vel facti, an citatus teneatur comparere coram iudice citante, in dubio coram eo tenetur comparere, alias censebitur contumax.*

6 *Supra posita conclusio locum sibi vendicat in iudice delegato.*

7 *Ostendit differentiam quæ in hac materia versatur inter iudicem ordinarium, & delegatum.*

8 *Delegatus nō habet intentionem suam fundatam, quoad iurisdictionem, nisi ostendat litteras delegationis.*

9 *Si in citatione non sit inserta copia delegationis, etsi citatus nō compareat, non poterit citans contra eum procedere, tanquam contra contumacem.*

10 *Si iudex specialis, & qui in paucis habent iurisdictionem aliquem citauerit, non tenebitur citatus comparere, nisi in citatione exprimatur iusta causa propter quod coram eo debeat comparere.*

11 *Quando certum est, & notorium citantem nullam habere iurisdictionem in citato, tunc etsi non compareat tamen citans non tenetur contrà eum procedere tanquam contra cōtumacem.*

12 *Conclusionem proximè impugnat ex text. hic dupliciter inducendo.*

13 *Iudex in eum qui est alienæ iurisdictionis notorium est nullam habere potestatem.*

14 *Priuilegium legati notorium est, vtpote clausum in iuris corpore.*

15 *Conclusionem vt veram defendit, & ad inductiones huius text. respondet.*

16 *Respondet ad primam inductionem.*

17 *In dubio præsumitur quis esse subditus iudicis, in cuius territorio repertus est.*

18 *Si quis in territorio citantis repertus non sit, citatus comparere non tenetur, nisi in citatorio expressa esset iusta*

sta causa citationis.

19 *Impugnat communem responsionem de qua n.16.& ostendit eum, qui sit ex aliena iurisdictione non teneri comparere corā iudice incompetenti, quia citatio regulam non arctat.*

20 *Nisi in ea sit expressa aliqua ex limitationibus, l. 2. in fin. supra si quis in ius vocatus.*

21 *Multi sunt casus, in quibus quis cogitur procedere in die feriato.*

22 *Aliam responsionem assignat ad difficultatem, de qua num. 12.*

23 *Quod est notorium præsumitur esse notum iudici citanti.*

24 *Multa possunt dici esse notoria, quæ tamen non sunt nota iudici.*

25 *In hac materia nō sufficit, quid esse notorium partibus, nisi etiam sit iudici notorium: nam si iudici non sit notorium, poterit procedere tāquam contra cōtumacem, & valebit processus.*

26 *Citatus debet comparere coram iudice citante, tanquam illius superiore, & corā eo allegare propriū priuilegium. aliàs contra eum validè procedetur.*

27 *Refert casum in quo communis traditio admitti poterit.*

28 *In citatione non requiritur necessario, vt causa illius exprimatur.*

29 *Quomodo debeat declarari glos. 2. post principium, cap. si Episcopus, 3. q. 2.*

30 *Proponit etiā exēplū in scholari citato.*

31 *Respondet ad secundam inductionem, de qua in num. 13. & sequenti.*

32 *Si iudici constaret esse legatum, citatio non valeret, nec ille teneretur comparere, contrarium tamē resoluit, n. 40.*

33 *Hæc communis responsio vt diuinatoria impugnatur.*

34 *Refert responsionem Paul. Castrens. cons. 431. n. 6. lib. 1. quam vt veriorem approbat, procedit distinguendo.*

35 *Notoria licet non sint probanda, sunt tamen alleganda, & proponenda.*

36 *Qui scit se habere iurisdictionem, licet elidibilē, opposita exceptione indistinctè poterit procedere contra contumacem, & valebit eius processus.*

37 *Iudex notoriè suspectus validè procedet contra contumacem, antequam per partem sit recusatus.*

38 *Iudex delegatus ex primis literis procedens valebit processus, licet sciat opposita exceptione suam iurisdictionem elidibilem esse, si intra annum de secundis literis non opponatur.*

39 *Reprobat opinionem illorum qui tenent, quod si exceptio elidens iurisdictionem sit notoria, vel nota iudici, non valebit citatio, nec processus factus tanquam contra contumacem.*

40 *Licet in citatione expressum sit, quod citandus sit legatus, tamen adhuc valebit citatio contra id quod supra traditum est, num. 32.*

41 *Non sufficit ad exceptionem vt citatus non compareat, sed requiritur quod opponatur in iudicio corā ipso iudice.*

42 *Declaratur dictum Innocentij in cap. ex parte 1. col. 2. ad finem, de verb.*

43 *Reprobat opinionem illorum quos supra retulit num. 30.*

44 *Scholaris oportet excipere de suo priuilegio, & ideò mero iure valebit citatio, & processus, & refert casum in quo communis opinio admitti potest.*

45 *Proponit item annotationem ad dictum Ioan. And. in c. accedens §. 1. vt de lite non contestata.*

46 *Agit de intellectu Clementina pastoralis, §. Pisaneq;, de re iudicata.*

47 *Citatus per Prætorem tenetur indistinctè coram eo comparere ad eum effectum, vt si non veniat censeatur contumax, & tanquam talis mulctari.*

48 *Item si non compareat & habeat bona in territorio citantis, poterit actor mitti in possessionem illorum bonorum ex primo decreto.*

49 *Ad inter possessionem primi decreti sufficit qualibet absentia absque latitatione.*

50 *Hæc simplex ficta contumacia non sufficit, vt contra contumacem interponatur secundum decretũ, nam etiam requiritur latitatio.*

51 *Non dicitur latitare qui non tenetur comparere.*

52 *In quibus terminis loquatur, & procedat l. 3. supra eod. de qua num. 2.*

53 *Et si dubio semper quis teneatur comparere aliàs mulctabitur, si postea docuerit, quod in veritate non tenebatur comparere, irritabitur processus, & tantum valebit processus punitiuus.*

54 *Sententia contra absentem tanquam contra contumacem, lata irritabitur, si ipse probet, quod non tenebatur comparere.*

55 *Processus punitiuus contumaciæ non valebit, nisi quoad mulctam, & inter possessionem primi decreti, non autem interponetur secundum decretum.*

56 *Quamuis statuto caueatur, vt contra absentem procedatur ad sententiam diffinitiuam, tamen si is postea compareat, & ostendat, quod teneatur comparere, irritabitur prædicta sententia, & non exequetur.*

57 *Si quis per dispositionem statuti propter contumaciam fuerit bannitus & comparens ostendat, quod non tenebatur comparere, irritabitur Banni sententia.*

58 *Vbi citatus non comparet potest mulctari, & aduersus eam procedi ad primũ decretum, quod est punitiuum simplicis contumaciæ.*

59 *Conclusio procedit etiamsi qui non comparuit, postea doceat se non teneri comparere.*

60 *Id quod iustè factum est, ex post facto irritari non debet.*

61 *Qui non potuit comparere, etiamsi maxima vellet non potest mulctari, nec contra eum poni potest primum decretum.*

62 *Probat limitationem exemplo clerici, quem iudex secularis fecit.*

63 *Clericus iure Canonico prohibitus est coram seculari respondere, vel se defendere.*

64 *Aliud est iudicem esse incompetentem, aliud iudicem esse incapacem iurisdictionis, in primo procedet conclusio, de qua num. 58. in secundo verò minimè.*

65 *Contumacia non potest reddere capacem iurisdictionis illum, qui illius capax non est.*

66 *Reprobat Bartolum l. 3. num. 1. supra eodem.*

67 *Etsi dubium sit de clericatu, licet non appareat clericus citatus coram seculari citante, quicquid factum fuerit contra eum irritabitur.*

68 *Cognitio de clericatu, quando de eo dubitatur, pertinet ad Ecclesiasticum, & non ad secularem.*

69 *Enumerat eos Doctores qui contrarium tenent.*

70 *Licet clericus spontè compareat coram seculari, & coram eo litiget, potest etiam post sententiam opponere de clericatu, & omnia contra eum facta irritare.*

71 *Licet simplex contumacia sufficiat ad imponendum mulctam, & ad interpositionem primi decreti, tamen quoad omnia alia irritabitur processus, si simplex contumax doceat de incompetentia iudicis.*

72 *Refert notabilem dictum Pauli Castrens. in hac materia consil. 430. num. 6. lib. 1.*

73 *Limitatur conclusio proxima in iudice incompetente ipso iure, quia tunc non procedit. Secus si mero iure erat competens.*

74 *Limitationem confirmat in iudice notoriè suspecto, de quo egi hic nu. 37.*

75 *In quibus terminis accipienda sunt tradita per Afflict. decisione 133. in hoc articulo.*

76 *Contu*

76 *Contumax comparens non potest ponere exceptionem, nisi eo tempore, quo si praesens fuisset, eam opponere debuisset.*

77 *Si contumax venit post sententiam, vel litem contestatam, audiri non debet.*

78 *Declaratur dictum Bart. in summario l. 5. supra eodem.*

79 *Licet contumax habeatur pro praesente, non tamen habetur pro consentiente in iudice, nec pro prorogante eius iurisdictionem.*

80 *Exceptio incompetentiae nunquam censetur exclusa, & quocunque tempore pars eam opponere poterit.*

81 *Quae regula limitatur, quando exceptio non opponitur iudici, qui mero iure iurisdictionem habebat in citato, licet elidibilem.*

82 *Quando ille qui reuera non habet iurisdictionem ipso iure in citato causa cognita pronunciat se esse iudicem, valebunt postea gesta per eum.*

83 *Contra rem iudicatam quis audiri non debet.*

84 *Reprobat traditionem Afflict. decisione 354. num. 16. ad fin.*

85 *Addit proximam conclusionem procedere, siue pars fuerit praesens in prolatione sententiae, siue absens per contumaciam.*

86 *Quando pars est praesens non videtur necessaria sententia super competentia cum patiendo eam causam agitari coram eo iudice, prorogasse illius iurisdictionem videtur.*

87 *Secus si forsan errans in iure crediderit illum esse competentem, nam tunc non censebitur facta prorogatio.*

88 *Declarat quod dixit supra num. 85. quando pars fuit absens per contumaciam.*

89 *A sententia qua quis pronunciat se competentẽ, licita est appellatio, etiam secundum dispositionem iuris ciuilis.*

90 *A sententia incompetentiae si pars expressim illi non acquieuerit quocunque tẽpore poterit ab ea appellari.*

91 *Sententia incompetentiae infert grauamen successiuum, cum incompetens reuera in illum iurisdictionem exerceat, & sic quasi quotidie grauans, licita est appellatio, quod tamen est contra mentem communis.*

92 *Ille qui a die notitiae sententiae contra se latae ab ea non appellauerit intra decem dies videtur eam approbasse.*

93 *In quibus terminis saluari possit resolutio posita, num. 9.*

94 *Ad hoc vt iudex appellationis causae principalis de sentẽtia incompetentiae cognoscat, oportet vt pars in actis interponat grauamen ad superiorem.*

95 *Quando pars praesens opposuit exceptionem incõpetentiae, & nihilominus iudex vlterius processit, videtur tacite illam reijcere, & consequenter iudicem competentem se pronuntiare.*

96 *Si pars sit absens, etsi non imposuerit exceptionem incompetentiae iudex vlterius procedendo, non videtur se competentem pronuntiare.*

97 *Refert opinionem illorum, qui putant gesta per iudicem, qui scit reuera non esse iudicem, non valere.*

98 *Reprobat praedictam opinionem.*

99 *Declarat, quo casu procedere debeat traditio Doctorum, de qua num. 97.*

100 *Pronuntiatio competentiae debet succumbere prohibitioni statuti contrarij.*

101 *Quando iudex ita est incompetens, vt nec de consensu partium reddatur competens, propter iuris prohibitionem, pronuntiatio qua se competentem declarat nihil valebit.*

102 *Conclusionem in clerico exemplificat.*

103 *Si falsum rescriptum praesentetur, & pars de falsitate opponat, & nihilominus se competentem pronuntiet, sententia nullam ei tribuet iurisdictionem, quod disputatur.*

104 *Referuntur Doctores contrarium tenentes.*

105 *Argumentatur pro eadem parte de ratione capituli ex parte decani de rescriptis.*

106 *Ostendit quo pacto qui tenuerit hanc vltimam opinionem ad fundamenta magis communis respondere poterit.*

107 *Idem est aliquid valere, vel de inualiditate iam opponi non posse.*

108 *Magis communem opinionem sequendam declarat, de qua num. 103.*

109 *Vt decisio legis barbarius supra de officio prætoris procedat, duo copulatiuè requiruntur, quæ ibi tradit.*

110 *Refert casum in quo etiam reducimur ad terminos dictæ legis barbarius.*

111 *Quãdo opponitur aliquid quod cõtradicit iurisdictionẽ iudicis, potest ipse cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio?*

112 *Quod procedit non solum in iudice ordinario, de quo text. loquitur, sed etiam in iudice delegato.*

113 *Opponit contra conclusionem de regul. legis vnicæ, glos. ne quis in causa sua cui tamen respondet.*

114 *Tunc dicitur causa sua, quando iudex in ea proprium commodum prætendit.*

115 *Habere iurisdictionem ad cognoscendum de causa non commodum, imo magis onus.*

116 *Si iudex prætendat aliquod particulare interesse vtpotè sportularum, vel simile, tanquam suspectus non cognoscet, vtrum in ea causa sua sit iurisdictio.*

117 *Proximam opinionem reprobat, & ostẽdit magis communiter reprobari.*

118 *Iudex delegatus iure ciuili debet habere sportulas, & tamen cognoscere poterit, vtrum sua sit iurisdictio.*

119 *Adducit concordiam earum opinionum, distinguendo, an sportulæ sint modicæ, vel excessiuæ.*

120 *Si sportulæ fuerint maximè quantitatis, & excessiuæ, tunc procedit opinio, de qua num. 16.*

121 *Si iudici opponatur aliqua exceptio, quæ sigillat illius personam, scilicet quod sit infamis, vel excommunicatus, ac ita incapax iurisdictionis, non poterit cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio.*

122 *Quando agitur de æstimatione propria personæ iudicis in exceptionibus iudex suspectus reddetur ad cognoscendum de tali exceptione.*

123 *Proponit generalem conclusionem in hac materia.*

124 *Quando iudici opponitur, quod est suspectus in causa principali, non potest cognoscere de incidenti, an sua sit iurisdictio.*

125 *Recusatio videtur subsigillare personam iudicis recusati.*

126 *Licet quando obijcitur ordinario, quod sit incompetens ad cognoscendum de aliqua causa particulari, possit nihilominus cognoscere, an sua sit iurisdictio, si obijciatur quod ille de nulla omninò causa possit cognoscere, de hac exceptione cognoscere nõ poterit.*

127 *Proximam conclusionem impugnat exemplo delegati.*

128 *Refert differentiam quæ in hoc articulo versatur inter delegatum, & ordinarium.*

129 *Proponit quæst. vtrũ ad concedendam citationem contra eum, qui est alienæ iurisdictionis, & proponitur eius subditus ratione contractus, necessaria sit summaria informatio de qualitate, in qua fundatur iurisdictio.*

130 *Quãdiu pars citata nihil opponit contra citationem, proculdubio valet citatio, & ratione illius procedi potest.*

131 *Examinat illam quæstionem, vtrum iudex antequam cogat partem litem contestari, debeat facere prædictam informationem super veritate l.qualitatis, & sic cognoscere, an sua sit iurisdictio.*

132 *Refert iura & Doctores qui in hac quæstione affirmatiuam partem sequuntur.*

sequuntur.

133 *Refert etiam contrariam opinionem, & Doctores qui illam sequuntur quam magis communem, receptiorem affirmat.*

134 *Inducitur pro hac magis communi in l. cum quadam §. fin. supra de iurisdictione omnium iudicum.*

135 *Refert responsionem Philippi Decij ad illum text. in eodem ad finem.*

136 *Licet actori diuidere debitum, & tantum partem illius petere.*

137 *Respondet ad rationem Decij de qua proximè. num. 134.*

138 *Inductionem Decij ostendit, in quo sensu pro magis communi faciat, & alia iura pro eadē opinione adducit.*

139 *Respondet ad ea quæ pro opinione, de qua num. 132. adducta sunt.*

140 *Respondet ad text. cap. si clericus laicum, de foro competenti, quem author noue interpretatur.*

141 *Si laicus conueniens neget rem esse Ecclesiæ, etsi neget qualitatem propter quam Ecclesiæ, vel clerico priuilegium, concessum est, debet de ea qualitate constare; vt cognitio pertineat ad Ecclesiasticum.*

142 *Si causa expressa in libello fundaret citantis iurisdictionem secundum regul. iuris communis, illa qualitas haberetur pro probata, donec de contrario constaret.*

143 *Qualitas fundata in aliquo priuilegio debilior censetur, quam fundata in iure communi.*

144 *Si in terminis dicti cap. si clericus laicum, negetur qualitas, in qua fundatur priuilegium, oportet quod Ecclesiasticus præmittat summariam cognitionem super veritatem prædictæ qualitatis.*

145 *Quando de qualitate propter quam prædictum priuilegium fuit concessum Ecclesiæ, vel clericis, non constat, Ecclesiasticus statim remittat causam ad iurisdictionem secularem.*

146 *Si Ecclesia, vel clericus allegent causam quæ secūdum ius commune fundaret intentionem agentis, etiamsi negaretur per conuentum ea qualitas, tamen Ecclesiasticus in causa procedet.*

147 *Quando postea in processu causæ constat qualitatem expressam in libello non esse veram, nec probatam, pronunciabit Ecclesiasticus se esse incompetentem, & illam remittit ad secularem, & condemnabit clericum in expensis.*

148 *Respondet ad doctrinam glossæ cap. 1. verbo conseruatores ad medium, de officio deleg. in 6.*

149 *Tradit elegantem explicationem ad nostrum textum.*

150 *Si prætor citaret aliquem alienæ iurisdictioni expressa causa, quæ si vera esset, fundaret iurisdictionem citantis, non obstante negatione partis, posset interim procedere.*

151 *Exemplificat dictam limitationem etiam in legato.*

X isto text. colligenda est notabilis conclusio, *Quod si quis aliena iurisdictionis, & non prætoria: per prætorem fuerit citatus, tenetur coram prætore comparere:* quia aliàs procedetur contra eum tanquam contra contumacem, concordat, *l. 2. sup. si quis in ius voc. non ierit, cap. cum parati, de appell cap. veniens,* iuncta *glos. fin. de accus. &c. cap. cum persone, de priuil. in 6.* & probat *l. 2. tit. 7. part. 3.* & ibi *Gregor. in glos. 3.* tradit *glos. 2. cap. si Episcopus, 3. quæst. 2. cum sim.* de quibus per Carauitam *in ritibus magnæ curiæ, ritu 230. num. 3.* Aduersus tamen † hanc conclusionem nimis videtur vrgere, *l. 3. supra eod.* quæ probat, non videri contumacem, qui præsens † iudicium suscipere non compellitur: notat Romanus *cons. 454. n. 3.* & probat etiam *l. contumacia, §. fin. infra, de re iud.* 1 2 3

4 ind. In † qua difficultate inter prædicta iura duæ assignantur concordiæ: Prima est textum istum procedere, quando dubium est, vtrum citatus teneatur respódere coram prætore: nam stante hoc dubio, si non compareat procedetur contra eum tanquam contra contumacem, sed si notorium sit, citatum non esse subditum prætoris citantis, si tunc citatus non compareat: non procedetur contra eum tanquam contra contumacem, & in his terminis procedit, l. 3. supra eod. cum sim. quam concordiam assignauit gl. 1. l. 13. supra eod. & ibi sequuntur Bart. Ang. Paulus num. 5. & Minsingerus in decisione Cameræ Imper. centuria 6. obser. 7. & Georgius Cabedus decis. Lusitaniæ 22. num. 7. Seraphinus de priuil. iuramenti, priuil. 33. n. 153. Et secundum hanc concordiam duæ in hac materia con-
5 stituuntur conclusiones. Prima est, † quod vbi vertitur dubium iuris, vel facti, vtrum citatus teneatur comparere coram iudice citante, in dubio coram eo tenetur comparere, aliàs censebitur contumax, vt clarè probat in text. in sua generalitate, & l. 2. sup. si quis in ius voc. non ierit. Et ita hanc conclusionem probat Innoc. cap. præsenti, col. 1. ad fin. de rescript. in 6. & cap. ex parte, el 1. col. 2. ad fin. de verb. sign. Imol. l. quidam consulebat, num. 23. infra, de re iudic. & cap. cum super, num. 22. de offic. deleg. Fel. cap. cum ordinem, nu. 14. de rescrip. Minsing. in decisionibus cameræ Imperialis, centu-
6 ria 6 obseruat. 7. in fin. Quæ † prima conclusio etiam locum sibi vendicat, in iudice delegato: nam si aliquem citet, in dubio tenetur comparere: quia ad iudicem delegatum pertinet cognoscere, & pronunciare, vtrum sua sit iurisdictio. cap. super literis, de rescript.
7 Ea † nihilominus est differentia, in hac materia inter iudicē ordinarium & delegatum: quod iudex ordinarius, habet fundatam suam intentionem, quoad omnes, qui reperiuntur in eius territorio, & ideo in eo citatus tenetur comparere coram ordinario citante, † iuxta generalem regulam hu- 8
ius text. Delegatus autem non habet territorium, neque habet intentionem suam fundatam quoad iurisdictionem, nisi ostendat literas delegationis, cap. cum in iure, de offic. del. & ideo citatus per eum, non tenebitur coram eo comparere, nisi † in citatio- 9
ne sit incerta copia prædictæ delegationis: aliàs et si non compareat, non poterit citans contra eum procedere tanquam contra contumacem, l. vnic. Cod. de super in d. l. 10. facit l. 1. Cod. de mand. princ. & ita hanc differentiam inter prædictos iudices, constituit Innoc. cap. præterea, col. 2. post princ. de dilat. Bart. rep. l. 2. num. 26. supra, si quis in ius voc. non ierit, & ibi Alex. num. 2. Ant. de But. notab. cap. super literis, nu. 37. ad fin. de rescript. Panorm. cap. cum in iure, num. 7. de offic. deleg. Guid. Papæ decis. 450. num. 2. Et † eadem ratione si 10
fuerit iudex particularis siue specialis, & qui in paucis habeat iurisdictionem, non tenebitur citatus comparere, nisi citans in ipsa citatione, inferat iustam causam, propter quam coram eo debeat comparere, vt sentit gl. fin. ad fin. cap. vnico, de inuestit. in maritum facta, & ibi Bald. num. 2. Aluar. col. fin. ad medium, tradit idem Aluar. cap. 1. num. 3. an apud iudicem vel curiam, Aret. cons. 64. col. fin. Curt. Iun. de feud. 7. par. num. 27. Purpur. l. 1. num. 554. ad fin. supra, de officio eius.

Secunda principalis conclusio in hac materia sit, quod quando certum est † & notorium, citātem nullam ha- 11
bere iurisdictionem in citato, tunc etsi non compareat, tamen citans non potest cōtra eum procedere tanquam contra contumacem, l 3. supra eod. ita communiter intellecta, & l. contumacia, §. fin. infra, de re iud. & cap. si à iudice,

dice, de appell. in 6. Clem. pastoralis. §. Pisanaque de re iud. quam conclusionem
constituit glos. 1. *l. 3. supra eod. & gl. 2. l.
2. supra, si quis in ius voc. & ibi Alex. n.
11. Ias. n. 3 Curt. Iun. n. 9. gl. c. super literis,
verb. nisi, in fin. de rescript. gl. 2. c. si Episcopus, 3. q. 2. & gl. c. conuenior, verb. congruerat, 23. q. 8. Fel. c. cum ordinem, de rescrip.
n. 8. & c. veniens, n. 4. de accus. & c. si duobus, col. 2. & ibi Dec. n. 7. de appell Soc. reg.
49. Dec. c. 1. in 1. lect. n. 18 de iud. Hypol.
in rubr. C. de probat. n. 215. Marania in
praxi 6. parte, tit. de citat. num. 39. pag.
360. Ioseph. Cumia. in ritibus Siciliæ, cap.
2. à num. 39. Minsing. in decis. cameræ, centuria 6. obseruat. 7. à num. 5.* quibus adde
Panorm. *c. ex parte, el 1. ad fin. de appell.
Menoch. de recuper. possess. 5. remed. à nu.
16.* exornat Seraphinus *de priuil. iuramenti, priuil. 33. à num. 153.*

Sed subsistendum est: quia aduer-
12 sus istam secundam conclusionem †
apertè videtur repugnare noster text.
dupliciter inducẽdo, primò dum probat citatum, qui est alienæ iurisdictionis, teneri nihilominus cõparere coram citante, & tamen certum & no-
13 torium est, iudicem † in eum, qui sit
alienæ iurisdictionis, nullam habere
potestatem, *l. fin. supra, de iurisd. omn.
iud. cap. 2. de const. in 6. item & 2.* dum
probat, legatum citatum à prætore teneri coram eo comparere, & allegare
suum priuilegium, & tamen priuilegium legati notoriũ est, vtpote clau-
14 sum in iuris corpore: & † ita inducit
Fel. *cap. cum ordinem, num. 9. de rescr. Ias.
l. 2. n. 35. supra, si quis in ius voc. & l. 1. in
princ. num. 13. infra, de noui ope.*

Sed his non obstantibus non est recedendum à receptissima conclusio-
15 ne, † neque obstant inductiones huius
text. sup. factæ: nam ad primum re-
16 spondetur, quod dum is text. fecit †
mentionem de eo, qui esset alienæ iurisdictionis: debet intelligi scilicet
veritate inspecta: de qua tamen non
constabat iudici citanti, neque ei erat
notorium, imo præsumptio erat, quod
† erat subditus iudicis, in cuius terri- 17
torio repertus est, *Paul. Cast. cons. 431.
n. 6. lib. 1.* Quare † si in territorio citan- 18
tis non esset repertus: citatus non teneretur comparere, nisi in citatorio
expressa esset iusta causa, propter quã
secundum iuris regulas, tenetur comparere coram citante: & ita respondet
Innoc. *cap. Romana, n. 2. de appell. in 6.
& subscribunt Ang. Paul. & Iacob. hic
n. 1. Alex. l. 2. n. 13. & ibi Ias. n. 7. supra, si
quis in ius voc. non ierit, Fel. cap. cum ordinem, n. 8. rescript. & c. si duobus, nu. 7. de
appell. extollit Corset. sing. 149.* Sed non
placet hæc communis † responsio, nam 19
apertè diuinat quoad terminos huius
text. ex quo non constat citatum fuisse inuentũ in territorio citantis. Item,
quia cum regula sit, eum, qui sit ex
aliena iurisdictione, non teneri comparere coram iudice incompetenti, *l. 1.
C. si à non comp. iud.* quamuis hæc regula aliquas habeat limitationes, tamen
citatio nõ arctat, nisi † in ea sit expres- 20
sa aliqua ex prædictis limitationibus,
l. 2. in fin. sup. si quis in ius voc. Vbi citatus ad diem feriatũ non tenetur comparere, quamuis multi sint casus, in
quibus † quis cogitur respondere in 21
die feriato, & ibi notauit Bart. *in rep.
n. 1. Ias. n. 32. Curt. Iun. n. 12* & est doctrina Innnoc. *c. præterea, in fin. de dilat.*
extollit Imol. *l. quidam consulebat, n. 23.
infra, de re iud. Mathes. in sing. 19. Purpur. l. 1. n. 554. supra, de off. eius,* & in terminis aduertit Carauita *in ritu curiæ
230. n 6.* quem etiam vide *ibi num. 9.*

Et ideo melius respondetur, † quod 22
licet id, quod est notorium: præsumatur esse notum iudici citanti: *c. 1. de postul. Prælator. cap. cum in tua, qui matrim.
accus. non poss.* & in specie tradit Fel. *c.
cum ordinem, n. 14. in fin. de rescript. Dec.
c. si duobus, num. 8. de appell.* tamen facilè
† potest contrarium, contingere, cùm 23

multa dicantur notoria, quæ tamen
non sunt nota iudici, *c de manifest.l.2, in*
25 *fin. 2.q.1.* Et in hac materia † recepta
est resolutio, quod non sufficiat, quid
esse notorium partibus, nisi etiam no-
torium sit iudici: nam si ei notorium
non sit, potest procedere contra ab-
sentem, tanquam contra cōtumacem,
& valet eius processus, *cap. si duobus, de
appell. tradit Panorm. cap super literis, col.
pen. post princ. de rescript. Roman. l 2. col. 3.
in princ. supra, si quis in ius voc. Fel. c. cum
ordinem, num. 14. de rescript. Decius cap. si
duobus, num. 8. de appell. Nauarr. cap. cum
contingat, 11. causa nullitatis, de rescript.*
26 Vt † igitur euitetur hoc periculum: ci-
tatus debet comparere coram iudice
eum citante, tanquam illius superio-
re, *c. 2. de maior. & obed.* & coram eo al-
legare proprium priuilegiū, quia aliàs
si non sit notum iudici, contra eum
tanquam contra contumacem validè
procedere poterit, *gloss. 2. in fin. cap. si
Episcopus, 3. q. 2. notab. Ant. c. super literis,
num. 36. de rescript.* idque apertè signi-
ficat is text. versic. *prætor enim*, qui in-
quit ad solam scientiam iudicis in hac
materia habendū esse respectum: tan-
tum igitur communis traditio admit-
27 ti poterit, quando † ex ipsa forma ci-
tationis constat, quod iudex sciebat
citatum esse ex aliena iurisdictione, vt
quia in citatione exprimatur citari
Titium, quamuis esset ex aliena iuris-
dictione, vel quod citatur clericus, vel
alius qui notorie non sit subditus ci-
tanti, *Innoc. c. præterea, num. 3. de dil. Bart.
l. 3. n. 1. supra eodem, &* Imol. *d. l. quidam
consulebat, n. 25. ad fin. infra, de re iud. Ias.
l. 2. num. 36. supra, si quis in ius vocat. &
notab. Carauita in ritu curiæ 235. num. 1.*
28 Licet † causa necessariò non requira-
tur exprimi in citatione, *Gail. lib. 1. ob-*
29 *ser. 51. à n. 2.* & ad hunc modū † debet
declarari, *gloss. 2. post princ. c. si quis episco-*
30 *pus, 3. q. 2.* & pariter hoc † exemplifi-
catur in scholari citato, nam si notum
sit priuilegium citanti, non tenebitur
scholaris cōuentus comparere, neque
valebit processus contra eum factus,
tanquam contra contumacem, *Hora-
tius Lucius de priuil. scholarium, priuileg.
64. ad fin.* & ad hunc etiam modum est
explicandus Rebuff. *de priuil schol. pri-
uileg. 154. & Dec. c. cum ordinem, col. fin.
de rescript.* sed cōtrarium resoluit, *n. 45.*
Non obstat etiam secunda † indu- 31
ctio facta ex nostro text. & supra rela-
ta, quia respondetur, illum esse intel-
ligendum, quando quis reuera erat le-
gatus, & tamen id neque erat noto-
rium, vel saltem non erat notum iudi-
ci, & ideo valet citatio & processus,
Dec. cap. cum ordinem, col. fin. de rescript.
Quare † si iudici constaret esse lega- 32
tum, citatio non valeret, neque ille te-
neretur comparere, iuxta nostram se-
cundam conclusionem, & ita Innoc.
*cap. præsenti, col. 1. ad fin. de rescript. in 6.
Imol. d. l. quidam consulebat, num. 23. &
num. 25. ad fin. & alij supra allegati:* quæ
tamen communis † responsio non vi- 33
detur tuta, quia apertè diuinat in ter-
minis huius textus.
Et ideo tutior videtur responsio
Paul. Castr. *consil. 481. num. 6. lib. 1.* quod
† aut iudex habet mero iure iurisdi- 34
ctionem in aliquos, sed tamen elidibi-
lem opposita exceptione, aut verò ipso
iure, in eos nullam habet iurisdictio-
nem: primo casu valebit citatio, &
processus, etiamsi exceptio sit noto-
ria, & etiam nota iudici, quia satis est
citātem mero iure habere iurisdictio-
nem in citatum: quare si citatus non
compareat, neque opponat exceptio-
nem, omnia contra eum gesta vale-
bunt: quia satis est iudicem citantem
scire, se mero iure habere iurisdictio-
nem in citatum: sed in secundo casu
procedant conclusiones supra à no-
bis propositæ. Quam resolutionem
probauit etiam Felin. *cap. cum ordinem,
n. 8. ad fin. vers. in contrarium, de rescript.*

Alex.

*Alex.l.2. num.14.supra, si quis in ius vocat.Carauita rıtu 23. à num.*8. Cuius distinctionis primum membrum probauit Imo. *d.l.quidam consulebat, num.23.* allegans pro eo doctrinam gl. *Clem.2. verb. competenti, vt lite pendente,* & quia notoria licet non sint probanda: sunt tamen alleganda & proponenda glos.
35 *Clem. appellanti, de appell.* Accedat, † quod licet scientis se non habere iurisdictionem ipso iure, nō valeat processus contra aliquem tanquam contra contumacem factus, *c. si duobus, de*
36 *appel.* tamen si sciat † se habere iurisdictionem etiam elidibilem opposita exceptione, indistinctè poterit procedere contra contumacem,& nō comparentem.& valebit eius processus,vt contra Pan. *d.c. si duobus,n.4. & n.15.* resoluunt Petrus.*ibi n.17.& Dec.n* 8.*& num* 14. *Nauar. cap. cum contingat, 11. causa nullitatis,de rescrip.* Et ob hanc ra-
37 tionem iudex † notoriè suspectus validè procedet cōtra contumacem,antequam per partem sit recusatus, *Ioan. And. cap. accedens,el 1.vt lite non contest. communiter receptus,vt asserit Felin.c.cum ordinem,num.*8.*ad fin.de rescript.*Et ideo
38 † si iudex delegatus ex primis literis procedat, valebit processus,licet sciat opposita exceptione suam iurisdictionem elidibilem esse: si intra annum ille, qui impetrauit secundas literas contrarias, de illis non opponat, *c.ceterum,de rescript.*quia prout ex communi tradit Fel. *ibi nu.*17. non sufficit exceptionem notoriam esse iudici, nisi pars coram eo illam proponat.

Ex quibus infertur,non esse veram
39 † opinionem illorum, qui in hac materia existimant, quod si exceptio elidens iurisdictionem, sit notoria, vel aliàs nota iudici, nòn valebit citatio, nec processus factus tanquam contra contumacem, quod tenent plures relati per Fel.*cap.eum ordinem,num* 8.*vers. quod non teneatur, de rescript. & cap. si duobus,num.*13.*de appell.* Nam id ex supra traditis apertè confunditur: cum enim is mero iure habeat iurisdictionem,antequam pars ponat prædictam exceptionem, valebit processus contra eum factus, tanquam contra contumacem.

Vnde contra supra allegatos resoluendum est: quod licet † in citatione 40
expressum sit, quod citandus sit legatus, tamen adhuc valebit citatio per supradictam rationem, & satis sentit Bald.*l.generaliter,n.2.C. de Epis. & cler. Imol. cap. eum ordinem, col fin.de rescript.* Nec satisfacit responsio eiusdem Imolæ *d.l. quidam consulebat, num.25. ad fin. infra, de re iud.* quod satis videtur pars opponere exceptionem, si citatus non compareat,*arg.l. Paul. infra, rem ratam hab.* quia replicabitur,†in eo non suf- 41
ficere hanc tacitam obiectionem exceptionis, sed requiri quod opponatur iudicio coram ipso iudice, *l. fin.C. de except.* & in simili tradunt Bar. *l. si vnus, §. pactus ne peteret, num.20.supra. de pact. Alex. l.1. num.7.Cod.vt quæ desunt aduocatis.*

Infertur†etiam ex prædictis anno- 42
tatio ad dictum Innoc. *cap. ex parte, el 1.col.2. ad fin.de verb. signif.* dum tenet, quod si ordinarius citet notoriè exēptum,non tenetur ille comparere,neque processus factus contra eum tanquam contra contumacem valebit, *subscribit Felin.c.cum ordinem,num.12.ad fin.de rescript.& ibi Dec.col.fin.* Nam verum erit, quia ordinarius nullam habet iurisdictionem in exēpto, & ideo locum habent traditiones supra relatæ, & tradit eleganter Paulus Castr. *consilio* 431. *num.6. lib.1.*

Præterea infertur,non esse veram† 43
opinionem illorum, quos supra retulimus, quod si notū sit iudici aliquem esse scholarem, non valebit citatio, neque processus, contra eum factus: quod & tenet Decius,*cap.cum ordinem,*

col.fin.de rescrip.Curt.Iun.l.1.n.16.supra, si quis in ius voc.non ierit.Rebuff.de priuil.
44 *schol.priuil.*154.† hoc enim ex supradictis confunditur, nam scholaris oportet excipere de suo priuilegio, *glos.l.2. verb.consensu,supra eod.*& ideo mero iure valebit citatio, & processus: *iuxta supra tradita*, & tantum potest admitti contraria opinio, quando ex verbis statutorum omnino sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, ita vt ordinarij ipso iure in scholares nullam habeant iurisdictionem.
45 Vltimò † infertur annotatio ad dictum Io. And.*c.accedens.el 1.vt lite non contest.*quod licet iudex notoriè sit suspectus, tamen valebit processus, donec pars veniens ad iudicium, recuset ipsum iudicem, quia cum prædictus iudex mero iure in eum habeat iurisdictionem, licet elidibilem per recusationem, interim valebunt gesta per eum, quantumcunque prædicta recusatio sit notoria, *iuxta supra tradit.* & tradit glos. *Clem.2. verb. competenti, vt lite pend. & Nauar.d.cap. cum contingat.* 11.*causa nullitatis*, quicquid aliter intelligat, & explicet Imol. *d.l. quidam consulebat, num.*26.

Neque repugnat Clem. pastoralis,
46 §.*Pisanaque de re iud.*†vbi citatio, quod quis veniat responsurus in loco notoriè, non tuto, non arctat citatum ad comparendum, *notat. Anto.c.super literis, num.*38. *de rescrip. Panor.c.ex parte, el 1. ad fin. de appellat.* Nam specialiter procedit in exceptione loci non tuti, quia inferr prædicta citatio damnum irreparabile, quia si forsitan pars veniat, occidetur ab inimicis, & ideo citatus non tenetur comparere in loco non tuto, neque etiam agitur proponere in iudicio prædictam exceptionem, si est notoria, & aliud obseruabitur in aliis exceptionibus notoriis, in quibus cessat prædicta ratio: *vt aduertit Felin. cap. cum ordinem, num.*13. *ad fin. de rescript.* vbi videndus est Dec. *col. fin.* Et hæc de prima concordia inter istum text. & *l.3.supra eod.*

Succedit igitur secunda principalis concordia inter prædicta iura, quod dum is text. probat: quod citatus per prætorem tenetur indistinctè coram eo comparere: debet intelligi quoad † eum effectum, vt si non veniat censeatur contumax, *l. contumacia, infra, de re iud.*& tanquam talis militari possit, *l. 2. sup. si quis in ius vocat. non ierit,* 47
etsi † fortè aliqua habeat bona in territorio citantis, poterit actor mitti in possessionem illorum bonorum ex primo decreto: *arg.c.1. §. contrahentes, de foro comp. in 6.* Quia † ad interpositionem primi decreti sufficit quælibet absentia absque latitatione, *l. ignorare, Cod. de restit. milit. Bar.l. Fulcinius, §. quid sit latitare, ad fin.infra, quibus ex cau. in possess. eatur*, hæc tamen † simplex nō comparitio, siue simplex ficta contumacia non sufficiat, vt contra eum interponatur secundum decretum, quia vt illud interponatur, vltra simplicem contumaciam requiritur latitatio, *l.Fulcinius, §.1.infra, ex quibus cau. in possess. eatur*, tradit Bar. *l. si finita, §. Iulianus, num.*29.*infra, de dam.inf.* Cum igitur † qui non tenetur comparere latitare non videatur, *d. l. contumacia, §. fin.* vtique secundum decretum aduersus eum decerni non potest, & in his † terminis clarè loquitur & procedit, *l. 3.supra eod.*& ibi Batt. Paul. & Iacob. expressè hanc concordiam probant, & asserit receptam Ias.*l.2. num.9. supra, si quis in ius voc.*& est bonus text.*l.vir bonus, infra, iudicatum solui.*

Vnde infertur, quod licet † quando dubium est, vt cum quis teneatur comparere, is in dubio debeat comparere, quia aliàs procedetur cōtra eum, tanquam contra contumacem, vt probat is text. Ac proinde poterit mulctari, vt dictum est, tamen processus factus

48 49 50 51 52 53

ctus contra eum, qui in veritate non tenebatur comparere: hoc docto irritabitur, quia tantum valebit processus punitiuus illius contumaciæ, non autem quoad merita causæ principa-
54 lis decidenda,& ideo† prædictus processus, & sententia contra absentem tanquam contra contumacem lata: si doceat quod non tenebatur compa-
55 rere irritabitur,quinimo & † processus punitiuus contumaciæ, non valebit,nisi quoad mulctã,& interpositionem primi decreti, non autem interponetur secundum decretum: quia in eo requiritur latitatio: planè non videtur latitare, qui comparere non tenebatur, vt probat *l. 3. sup. eod. & ibi tradunt Bar.* & alij communiter, *Pan. cap. cum ordinem, ad fin. de rescri. Fel.c.*
56 *si duobus,n.7.de appell.*& ideo † quamuis statuto caueatur, vt contra absentem procedatur ad sententiam diffinitiuam,vt disponit ordinatio Portugalliæ *lib.3.tit.*14. *veteris impressionis,& lib.*3.*tit.*15. *nouæ recopil.* tamen si is po-
57 stea compareat & † ostendat, quod non tenebatur comparere, irritabitur prædicta sentẽtia,neque virtute illius procedetur ad executionem,*arg.l.*4.§. *condemnatum, inf. de re ind. tradit Paul. Cast.hic post princ.Bal.l.si qui ex consensu, n.7. C. de Episc.aud.Fel.c.si duobus,n.7.de appell. Soc. reg.*49. *in fin.* Et similiter si quis per dispositionem statuti propter contumaciam fuerit bannitus, & is postea comparens ostendat,quod non tenebatur comparere,irritabitur banni sententia, *Bar. l.3. ad fin. supra eod. Hypolit. sing.*72.*n.*3. *conf.*16. *num.*35.

Ex qua secunda cõcordia,duæ constituendæ sunt conclusiones in ista materia, provt fecimus in prima concordia. Prima igitur cõclusio sit,quod
58 vbi citatus†nõ comparet, potest mulctari, & potest aduersus eum procedi ad primum decretum, quod est punitiuum simplicis contumaciæ, *vt sup. dict. est.* Amplia hanc concl. vt † præ- 59
dicta locum habeant, etiamsi qui non comparuit, postea doceat se non teneri comparere: Nam cum non comparendo,simplicem incurrerit contumaciam, propter quam & mulctari potest, & pati primum decretum, id quod iustè † factũ est,& post facto ir- 60
ritari non debet, iuxta reg. *l. 2. inf. de itin.actuque princ. & l. sancimus,C.de admin.tut.c.factum legitimè, de reg.iur.in 6.*

Limitabis autem†prædictam con- 61
clusionem,in eo,qui non potuit comparere coram citante,etsi maximè valet: nam is liberabitur etiam à mulcta & ab†interpositione primi decre- 62
ti, exemplum erit in clerico, quem iudex secularis fecit citari, vt coram eo compareret: nam clericus non solum non tenetur comparere coram seculari: sed etsi maximè vellet non posset; quia iure † Canonico prohi- 63
bitus est, coram seculari respondere, vel se defendere: *cap. si diligenti,de foro comp.* Ergo is etiam à punitione simplicis contumaciæ liberabitur. Et ita limitat Bart.*l.2.n.*11.*supra,si quis in ius voc. non ierit, Bal.l.generaliter, n.2. C.de Episc.& cler. Pan.cap si diligenti,n.*33.*de foro comp. Guid. Papæ decis.*450. *Fel.c.si duobus,n.*8.*de appell.& ibi Dec.n.*13.*Felin. c.cum ordinem,nu.*15.*de rescript. & c. veniens,n.*5.*de accusat.& Matth.Brunus consil.*115. *à n.*25,*lib.*2. *criminalium Capella Tholos.q.*165. *Dec. conf.*241. *n.*3.*& eleganter Ant. Nat.conf.*495. *à n.*16.*lib.* 3. *Th.Gram.decis.*29.*n.*3.*& Voto* 27.*à n.* 2.*Hypol.in Rub.C. de probat.n.*211. quibus adde Oldrad.*conf.*83.*n.*7. *ad fin.* Et probatur etiam euidenti ratione,quia aliud est iudicem esse incompetentem, † & aliud iudicẽ esse incapacem 64
iurisdictionis. Nã in primo casu procedet nostra conclusio, non sic in secundo, vt aduertit Oldrad. *d. conf.*83. *num.*8. Neque enim contumacia potuit reddere capacem iurisdictionis,

65 illum † qui illius capax non est. Cum
igitur secularis sit incapax cogno-
scendi de causis Ecclesiasticis, vel cle-
ricorum, *c.2. & c. clerici, de iud. c.2. de*
foro comp. indistinctè quicquid per se-
cularem fuerit attentatum contra cle-
ricum, nullo modo subsistet, *vt tenent*
supra allegati Afflict. decis. 133. in fin. &
Matth. Brunus cons. 64. à n. 14. & n. 34.
& cons. 89. num. 9. Mins. in decis. cam.
cent. 6. obser. 7. num. 6.

66 Vnde cauendum est † à Bart. *l. 3.*
n. 1. supra eod. qui in his terminis con-
trarium sentit, & post eum Ias. *l. 2. nu.*
36. supra. si quis in ius voc. non ierit, quo-
67 rum opinionem † communiter repro-
bari asserunt Carauita *in ritu 65. nu. 5.*
Quinimò etsi dubium sit de clericatu,
licet non compareat clericus citatus
coram seculari citante, quicquid fa-
ctum fuerit contra eũ irritabitur, quia
68 † cognitio huius dubij pertinet ad Ec-
clesiasticum, & non ad secularem, *c. si*
69 *iudex laicus, de sen. excom. in 6.* Licet †
contrarium obseruari in regno Nea-
politano asserat Carauita *ritu 235. à*
nu. 4. & quia probando postea de cle-
ricatu militant rationes, de quibus su-
pra, *vt aduertit Guid. Papæ decis. 450.*
Quicquid contrarium sentiat glos. *c.*
conuenior, verb. congruere, 23. q. 8. & Dec.
c. si duobus, n. 7. de appell. quibus adden-
dum est, quod etsi spõte clericus com-
70 pareat coram seculari, & † coram eo
litiget, potest etiam post sententiam
opponere de clericatu: & omnia con-
tra eum facta irritare iuxta dispositi-
onem, *c. si diligenti, de foro comp.* & no-
tab resoluit Couarruuias, *pract. q. c. 33.*
num. 2. Iulius Clarus in pract. crim. §. fin.
quæst. 36. num. 5. Carauita in ritu 65. n. 8.
Et hæc de prima conclusione.

71 Succedit † igitur secunda princi-
palis conclusio: quod licet simplex
contumacia sufficiat ad imponendam
mulctam, & ad interpositionem primi
decreti: tamen quoad omnia alia ir-
ritabitur processus, si simplex contu-
max doceat de incompetentia iudi-
cis, qui eum ad suum iudicium voca-
uit, *l. 3. supra eod. secundum vnum intel-*
lectum, & tenent supra allegati. Vnde
† notabiliter dicit Paul. Castrens. *cons.* 72
431. *n. 6. lib.* 1. quod licet iura dicant,
quod ratione dubij, valeat processus
factus per iudicem incompetentem,
tamen si postea pars compareat, &
doceat de incompetentia, irritabitur
ille processus, quoad omnia alia, in
quibus simplex contumax puniri non
potest.

Hanc † tamen conclusionem duo- 73
bus limitabis modis: & primò proce-
dere in iudice incompetẽte ipso iure,
nam si mero iure erat competens, li-
cet eius iurisdictio elidi posset oppo-
sita exceptione declinatoria iudicij,
interim tamen omnia gesta per iudi-
cem reuera incompetẽtem valebunt,
neque ex post facto irritabuntur, *Pau.*
Cast. cons. 56. num. 2. ad fin. lib. 2. & ante
eum tradit glos. Clem. 2. verb. competenti
vt lite pendente. Et probat Imol. *c. cum*
super, n. 21. de off. de leg. confirmans ex
eo, quod † iudex notorie suspectus po- 74
test procedere in causa vsque ad sen-
tentiam diffinitiuam, si pars non op-
ponat exceptionem recusationis, *Ioan.*
And. communiter receptus, cap. accedens,
el 1. vt lite non contest. ita, & Imolæ sub-
scribit Alexand. *l. 2. nu. 14. supra, si quis*
in ius vocatus, & adde Bald. idem te-
nentem, *l. si quis ex consensu, num. 7. in*
fine, C. de Episcop. audientia, Paulus Ca-
strens. hic ad medium, Felin cap. si duobus,
num. 12. de appellation. & ibi Decius,
num. 15. Hypolit. l. de vnoquoque, n. 221.
infra, de re iudicata. Et in his terminis
accipienda † sunt tradita in hoc arti- 75
culo per Affl *decis. 133.*

Et † pro hac opinione vrgenter fa- 76
cit, quia contumax comparens, non
potest opponere exceptionem, nisi eo
tempore, quo si præsens fuisset, eam
opponere

opponere debuisset: ne aliàs melioris sit conditionis contumax, quam obediens contra regulam, *leg. seruus, infra, quod vi aut clam, & tradit glos. cap. 1. §. fin. verb. absentia, de electione, in 6.* Quam probat Panormitanus *cap. si duobus, numero duodecimo, de appellationibus, & cap. 2. num. penult. de dilationibus. Alex. ind. l. 2. num. 12. supra, si quis in ius voc.*

77 Si igitur contumax veniat post † sententiam, vel litem contestatam, audiri non debet: quia etsi præsens esset eo tempore non audiretur, *l. fen. & l. fin. Cod. de except.*

78 Ex his infertur † annotatio ad summarium Bart. *l. 3. supra eod.* quod contra eum, qui habet declinatoriam fori, non potest procedi ad secundum decretum, *subscribit Paul. ibi:* nam debet intelligi de habēte declinatoriam fori concludentem, iudicem citantem ipso iure, non habere in eum iurisdictionem: Nam si iurisdictionem in eum haberet etiam elidibilem, processus per eum factus valeret, quoad omnes effectus, vt tradidimus, & in terminis aduertit Imol. *c. cum super, n. 22. de off. deleg.* Et ratio huius differentiæ

79 est: quia † licet contumax habeatur pro præsēte, *Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.* non tamen habetur pro consentiēte in iudice, neque pro prorogante eius iurisdictionem, *l. si qui ex consensu, & ibi not. Bald. n. 7. de off. deleg. Marian. cap. significasti, num. 37. de foro compet. Corn. consil. 278. num. 6. lib. 4. Fel. cap. si duobus, num. 7. de appellat. Ias. l. 2. n. 39. supra, si quis in ius voc. latè Hypol. rep. l. de vnoquoque n. 221. infra, de re iud. Georgius Cabedus decis. Lusitana 22. n. 9.* Si ergo iudex ipso iure non erat competens in ea causa, contumacia absentis, eum iudicem cōpetentem reddere non potest: & ideo quocūque tem-

80 pore † exceptionem incompetentiæ, pars opponere potest, quæ nunquam censetur exclusa, *glos. fin. Clem. 1. de sequæst. possess. & fru.* quam exornat Dec. *consil. 360. à n. 1. Neuiz. an. cons. 61. n. 13. & Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 4.* & consequenter pars obtinebit omnia gesta per iudicem incompetentem irritari, *faciunt tradita per Fel. cap. super literis, num. 30. ad fin. de rescriptis.* Cæterùm † quando iudex habebat mero 81 iure iurisdictionem in citato, licet elidibilem per exceptionem, quādiu non opponitur exceptio, valebunt gesta per eum tanquam per iudicem mero iure competentem: iuxta supra tradita, & in his terminis habebit locum traditio glossæ, *cap. 1. §. fin. verb. absentia, de elect. in 6.*

Limita † secundò prædictam prin- 82 cipalem conclusionem non procedere, si ille, qui reuera non habebat iurisdictionem ipso iure in citato: causa tamen cognita pronuntiauerit se esse iudicem competentem: nam cum res iudicata pro veritate habeatur *l. res iudicata, infra, de reg. iur.* postea gesta valebunt, ac si facta essent per iudicem reuera competentem, neque postea irritabuntur: cum † contra rem iudi 83 catam quis audiri non debeat, *l. post rem, inf. de re iud.* & ita limitat Paul. Castr. *cons. 258. nu. 3. lib. 1 & melius cons. 124. col. 2. ad medium lib. 2. & Ias. post alios, l. 2. n. 38. & ibi Curtius Iunior, n. 21. supra, si quis in ius vocatur, Fel. cap. si duobus, n. 8. de appellation. & ibi Dec. nu. 12. Afflict. decis. 354. in fin. num. 14.*

Ex quibus cauendum † est à tradi- 84 tis per eundem Afflictis *ibid. num. 16. ad fin.* dum post Alexandrum tradit, quod si ille, qui non erat competens, pronuntiat se competentem: non ob id potest exercere iurisdictionem: hoc enim ex supra traditis confunditur, & in specie contrarium tenet Lappus, *c. 1. de rescript. in 6. & ibi late Gomez nu. 61. Fel. cap. super literis, nu. 30. de rescript.* Et procedit † hæc conclusio, siue pars 85 fuerit præsens in prolatione sententiæ,

tiæ, siue absens per contumaciã, *Alex. consil.89.num.3.lib.7.*

86 Sed circa † hæc dicta Doctorũ ad plura est aduertendũ: & primò, quod si pars fuerit præsens non videtur necessaria prædicta sententia, qua iudex pronunciet se competentem: nam patiendo post sententiam competentiæ, scienter eam causam agitari coram eo iudice videtur prorogasse illius iurisdictionem, *glo.2. ad fin.l.2.supra, si quis in ius voc. non ierit*, & sic non erat ne-

87 cessaria prædicta sententia, nisi † forsan errans in iure crediderit illum esse competentem, nam tunc non censebitur facta prorogatio, *l.2.supra eod.*& ideo tũc necessaria est sententia competentiæ, *Bart.in lectur.d.l.2.num.7.supra, si quis in ius voc.*

88 Præterea est aduertendum, † quod dum dicũt, prædicta procedere, etiãsi pars sit absens per contumaciam, debet hoc intelligi, in casibus, in quibus potest procedi aduersus contumaces ad sententiam diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ: de quibus *cap. quoniam frequenter vt lite contestata:* aliàs non potest procedere id, quod supra allegati dicũt: vt aduertit Imol. *c.si duobus, col.penult.ad fin.de appell.*

89 Item est † aduertendum, quod ab hac sententia, qua quis pronunciat se competentem licita est appellatio: etiam secundum dispositionem iuris ciuilis, *glo.penult.ad fin. Auth. habita, C. ne filius pro patre, Dec.consil.360.num.3.*

90 Quinimò † si pars, contra quam est sententia competentiæ, illi expressim non acquieuerit: quocunque tempore poterit ab ea appellare: nam infert

91 † grauamen successiuũ, cum incompetens reuera, in illum iurisdictionem exerceat, & sic quasi quotidie grauans, licita est appellatio, *cap.ex parte, el 1. & ibi notat Panormit.num.3. de appellationibus,* & ita in terminis Crotus *cap.1.num.17. de rescript. in 6.& ibi Gomez, nu.61.ad fin.* fatentes tamen hanc communem traditionem esse contra mentem communis opinionis, quæ vtique opinio admittenda non est, quia cum ille, qui à die † notitiæ sen 92
tentiæ contra se latæ, ab ea non appellauit intra decem dies, videtur illam approbasse, *l.ab eod. C.quom. & quando iudex.* Vnde impossibile est, quod ab ea appellare possit. Saluari † tamen 93
poterit sententia Croti, & Go. in eo sensu, vt si postea pars appellauerit à sententia lata ab eodẽ iudice in causa principali, iudex appellationis etiam de ea sententia, qua se competente pronunciauit, poterit cognoscere, & pronunciare, *cap.fin. de appellat.in 6.& ibi Domin. num. 3.* dummodo in actis pars interponat † grauamen ad supe- 94
riorem: nam aliàs quasi prædictæ sententiæ acquieuerit de ea amplius tractari non potest, *Perusinus c. cum cessante, num. 28. ad fin. de appellat.* quod non satis percepit Fel.*c.super literis, nu. 30.ad fin.de rescript.*

Et addẽdum est supra dictis: quod si pars † præsens opposuit exceptio 95
nem incompetentiæ, & nihilominus iudex vlterius processit in causa, videtur tacitè illam reijcere, & consequenter iudicem cõpetentem se pronunciasse, *l.à procedẽte, & ibi notat Bart. num.1.C de dila.c.ex parte, el 3.de appell. tradit glo.2.Clem.fin.de appell.* Si autem
† pars sit absens, & sic non opposuerit 96
exceptionem incompetentiæ, iudex vlterius procedendo non videtur se competentem pronunciare, quia cessat ratio, de qua supra, & ita Innoc. *cap.2.num.1.de dilat. & ibi Panorm. nu. 17. Ang.l.2.num.10.& ibi Alex.num.15. supra, si quis in ius voc. Dec.c. si duobus, num.12 de appell.Fel.c.suborta, num 6. de re iudic. & cap.super literis, num. 34. de rescript.*

Neque † est omittendum in hoc 97
artic. resolut. num. 108. quod si iudex sciens

sciens re vera se nō esse iudicem competentem in aliqua causa,& nihilominus pronuntiauit se esse competentem in prædicta causa, gesta per eum in hoc casu non valebunt,cum certus sit de carentia suæ iurisdictionis, ac ita debet induci decisio. *cap. si duobus, de appell. & ita Fel.cap.super literis,num.31. de rescript. Matth. de Afflict. decis.354.*
98 *num.16.*†Sed non placet hæc declaratio, quia per eam nimis restringitur communis traditio, de qua supra, & quia cum res iudicata pro veritate habeatur:& pars ab ea sententia non appellauerit, in præiudicium illius omnia gesta per prædictum iudicem valebunt, tanquam facta per iudicem competentem, neque in his terminis potest locum habere distinctio, *d. c. si duobus, de appellat.*

99 Verior † igitur ad prædicta erit declaratio, vt non procedant, quando statuto caueretur,vt iudex non posset cognoscere vltra limites suæ iurisdictionis,nam tunc si pronūtiet se competentem in causa,quæ non cadit sub eius iurisdictione, non valebunt ge-
100 sta per eum, quia prædicta † pronunciatio competentiæ debet succumbere prohibitioni statuti contrarij. *l non dubium, Cod. de legibus.* quam declarationem ad prædicta assignauit And.de But. *cap.2.col.4.ad fin.de dilat. Alexand. consil.82.nu.3.lib.3. Dec. notab.consil.18. num.5. & l.fin.num.17. supra, de iurisd. omn. iud. Curt. Iun. l.2. num.22. supra,si quis in ius voc. Afflict. decis.354.num.16.* quibus adde Ias.*consil.100. ad fin lib.1.*
101 Nam & videmus, quod si † iudex ita est incompetens, vt etiam de consensu partium non reddatur competens propter iuris prohibitionem, iuxta terminos,*cap. significasti, de foro compet.* pronuntiatio,qua iudex se competentem declarat: nihil valebit contra iuris prohibitionem, *Dec. cap. si duobus, num.12. ad fin. de appell. Curt. Iun. l. 2. num.23. supra, si quis in ius vocat.* Et † 102
hac ratione etiamsi secularis pronuntiet, se esse iudicem competentem contra clericum: ea sententia nullam ei tribuet iurisdictionem aduersus clericum, *Pan.cap. si diligenti, num.33. de foro compet.* Similiter † si falsum 103
rescriptum præsentetur & pars opponat, de falsitate rescripti,& nihilominus iudex pronuntiet se compentem, ea sententia nullam ei tribuet iurisdictionem, quia cum verus fabricator illius rescripti fuerit homo priuatus, non potuit ei vllam tribuere iurisdictionem, *l. priuatorum, Cod. de iurisd. omn. ind.* quod post Bald. tradit Pan. *cap. super literis, ad fin. de rescript. Iacobin. hic num.5. Ias. l. 2. num.6. supra, si quis in ius voc.*& asserit receptum idem Iason. *l. perscriptione, num. 24. Codic. si contra ius.*

Quæstio resol. num. 108.

Sed neque † hæc noua declaratio 104
tuta videtur,& de eius veritate meritò dubitari potest. Nam imo in his terminis pronūtiationem iudicis,qua declarauit se esse competentem valere, & ei tribuere iurisdictionem tenet Bart. *d. l. perscriptione, num.6. & ibi defendit Ias. num.26. Dec. cap. super literis, ad fin. de rescript. & nouissimè Vasconcelius diuersorum iuris argumentorum,lib.1. cap.5.num.7.* Pro quibus facit † ea re- 105
cepta traditio in hac materia, quod licet pars opponat aliquid iudici,quod concludat iudicem omnino carere iurisdictione,in ea causa poterit nihilominus iudex de eo cognoscere, & videre vtrum sibi competat iurisdictio, *cap. ex parte decani, de rescript. & ibi notat Panorm. num.3. Lappus cap. 1. de rescript. in 6. receptius,vt ibi asserit Gom.nu. 61. de rescript.* Ergo poterit cognoscere de falsitate rescripti, & super ea pronuntiare.

Et qui vellet † hanc opinionem de- 106
fendere,facilè rationibus magis communis respondere poterit: nam ad

 primùm

primùm respondetur, quod cum re-
scriptum sub nomine Principis præ-
sentetur, & iudex pronunciat illud
esse verum & validum, amplius de
falsitate tractari non potest, *argu.l.fin.*
107 *C. de fid.instrum.* & quia † idem est ali-
quid valere, vel de inualiditate iam
opponi non posse, *gl. fin. l. qui habebat,*
de manumiss. testam. & facit reg.l. Barba-
rius, sup. de off. Præt.

108 Sed † his non obstantibus non est
recedendum à magis recepta senten-
tia, quia vt procedat decisio *d.l.Barba-*
rius, duo copulatiuè requiruntur. Pri-
109 mùm † quod interueniat authoritas
superioris qui posset (si vellet) super
eo defectu dispensare: & præterea pu-
blicus error & reputatio: *vt resoluit*
Alexand.l.quidam consulebat, num.7.in-
fra, de re iudic. & cons.138.num.7.lib.1.
& planè quando rescriptum est fal-
sum: nulla authoritas superioris in-
teruenit, quæ sit loco tituli, & ideo
solus communis error, & reputatio,
110 nihil operari potest: quod † si des aliam
causam nullitatis, in qua concurrat
authoritas superioris, & communis
error, & reputatio, quamuis iudex re-
uera omni careat iurisdictione, vale-
bunt tamen gesta per eum, quia re-
ducimur ad terminos, *d. l. Barbarius,*
& ita Pan. *cap. super literis, ad fin. de re-*
script. & colliges ex Ant. *c.2. colum.4.*
post medium, de dilat. Et hæc de prima
conclusione principali, quæ deducitur
ex isto textu.

111 Succedit † igitur secunda princi-
palis conclusio, quę deducitur ex isto
text. quod opponatur aliquid, quod
contradicat iurisdictioni iudicis, po-
test ipse cognoscere, vtrum sua sit iu-
risdictio? concordat, *l. 2. supra si quis*
in ius vocat. non ierit, cap. super literis, de
rescript. & ibi glos. verb. nisi, & prosequi-
tur Andr. Gail. pract. obser. lib.1. obs.54.
à num.1. & Dec. tract. crim. lib.4. tit.18.
n.9. limitando, vt per Corset. *in singu.*
verb. iurisdictio. Et procedit hæc con-
clusio † non solum in iudice ordina- 112
rio, de quo is text. loquitur, sed etiam
in iudice delegato, nam si quid oppo-
natur contra suam iurisdictionem,
cognoscet, vtrum sua sit iurisdictio,
l. perscriptione, Cod. si contra ius, cap. su-
per literis, de rescriptis, etiamsi oppona-
tur delegatum nullam habere iurisdi-
ctionem in ea causa, *cap. ex parte, deca-*
ni, de rescript. & ibi notat Panorm. num.5.
& Imola num.2. Dominic. cap. si deleg. in
fin. de offic. del. num.6. Fel. d. cap. super
literis, num.21. ad fin. quibus adde bo-
num textum *Clem 1. de rescript.* quem
extollit Perusin. *cap. vt debitus, num.5.*
de appellat. And. vbi supra, num.4. & ra-
tionem huius conclusionis assignat
Alex. *l.1. num.14. C. de procur. Riminal. l.*
pen. col. fin. Cod. de pact. Dec. l.1. num.69.
ad fin. supra, de offic. eius.

Non est tamen omittendum huic
cõclusioni nimis videri obstare † quod 113
cognoscere iudicem, vtrum sua sit iu-
risdictio, in effectu est cognoscere &
iudicare de re propria, quod omni iu-
re est prohibitum, *l. qui iurisdictioni, su-*
pra, de iurisd. omn. iud l.vn. Cod. ne quis
in causa sua: sed † respondendum est, 114
prohibitionem (ne quis in sua causa
iudicet) procedere, quando causa ita
est sua, vt in ea proprium commodum
prætendat, *l.1. §. in propria, inf. quando*
appell. sit: habere † autem iurisdictio- 115
nem ad cognoscendum de causa, non
est commodum, imo magis onus, *l. fin.*
§. iudicandi, inf. de muner. & hon. & sic
sumus extra terminos prædictæ regu-
læ, & ita respondet glos. 2. *l.2. supra si*
quis in ius vocat. Pan. cap. super literis, col.
pen. & ibi Fel. num. 18. de rescriptis.

Ex qua † ratione videtur inferri, 116
quod si iudex prætendat aliquod par-
ticulare interesse, vtpote sportularum,
vel simile tanquam suspectus, non co-
gnoscet, vtrum in ea causa sua sit iu-
risdictio, quia tunc propriè videtur
militare

militare obiectio, de qua supra, & ita gl.2. *l. de iure, infra, ad municip. glos.2. in princ. l.2. supra, si quis in ius voc. non ierit:* & subscribit Bar. *hic & plures, quos refert Fel. d. c. super literis, n.28. Corset. sing.149.*

117 Quæ tamen † opinio non est vera: & magis communiter reprobatur: & magis communiter tenetur etiam hoc casu, iudicem cognoscere posse, vtrum sua sit iurisdictio, vt resoluit Ias. *l.2. num.17. & ibi Curt. Iun. num.18. supra,*

118 *si quis in ius voc.* Ea ratione, † quia iudex delegatus iure ciuili debet habere sportulas, *Auth. de iud. §. si quis autem, coll.6.* & tamen delegatus eodem iure potest cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio, *l. perscriptione. Cod. si contra ius, vel vtil.*

119 Possunt tamen concordari † hæ opiniones, quod si sportulæ sint modicæ (vt iure ciuili erant illæ, quæ debebantur delegatis, *de §. si quis autem*) poterit nihilominus cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio, quia non est verisimile, quod propter commodũ modicum deuiet à recto, *arg. c. ad quæstiones,*

120 *de Simonia:* si autem † sportulæ fuerunt maximæ quantitatis, & excessiuę, tunc procedet contraria opinio, & ita resoluit Alex. *l.2. num.10. supra, si quis in ius voc.* quicquid aliter resoluat idem Alex. *l. quidam consulebat, num.14. ad fin. infra, de re iud.*

121 Vnde à fortiori: si † iudici opponatur aliqua exceptio, quæ subsigillet illius personam, scilicet quod sit infamis, vel excommunicatus, ac ita incapax iurisdictionis, non poterit cogno-

122 scere, vtrum sua sit iurisdictio: quia † cum agatur de æstimatione propriæ personę, suspectus redditur ad cognoscendum de tali exceptione, *Alex. l. quidam consulebat, n.15. infra, de re iud. Fel. c. ap. super literis, num.22. de rescript. & cap. cæterum, num.17. de iud.* ac ita gene-

123 ralis regula constituitur † in hac materia, quod si cognitio, vtrum iudicis sit iurisdictio, non potest separari ab alia causa principali, de qua ipse cognoscere non possit: vel quia sit suspectus, vel ob aliam causam iustam neque de re incidenti causa, vtrum sua sit iurisdictio cognoscere poterit, Alex. *cons.1. n.9. lib.5. Afflict. decis.354. n.16.* Si igitur opponatur † iudici, quod 124 sit suspectus ad cognoscẽdum de causa principali, neque etiam poterit cognoscere de hac incidenti, vtrum sua sit iurisdictio, quia suspicionis ratio pariter in vtraque causa videtur militare, *Pan. d. c. super literis, n.10. & And. Gail. pract. obser. lib.1. obser.34. n.6.* & † 125 quia recusatio videtur sigillare personam iudicis recusati, *l. obseruandum, & ibi notat Bald. supra, de offic. præsid. l. litigatores, sup. de recept. arb.* & ideo de ea exceptione minimè cognoscere poterit, *iuxta supra tradita obseruat Alex. l.2. num.22. & ibi Curt. Iun. num.25. supra, si quis in ius vocatus.*

Denique licet, si † obiiciatur ordi- 126 nario, quod est incompetẽs ad cognoscendum de aliqua causa particulari, possit nihilominus cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio, vt probat is text. tamen si obiiciatur, quod ille de nulla omnino causa possit cognoscere, de hac exceptione cognoscere non poterit, quia agitur de magno præiudicio sui honoris, & æstimationis, si dicatur nullum officium iurisdictionale gerere posse, propter defectum personæ, *Bart. l. ex sententia, in fin. inf. de testam. tut. Fel. c. cæterum. n.17. de iud. Ias. d. l.2. nu. 25. supra, si quis in ius voc. Corset. sing.149.* Neque obstat, † quod si delegato ob- 127 iiciatur nullam omnino habere posse iurisdictionem, ad cognoscendum de illa causa, adhuc potest cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio, *c. ex parte decani, de rescr. & ibi not. Pan. n.3. & sup. diximus:* quia respõdetur in hoc articulo diuersam † esse rationem inter ordina- 128 rium, & delegatũ, nã delegatus de vna

tantum causa cognoscit, quod onus reputatur, *l. fin. §. iudicandi, infra, de mun. & hon.* & sic non sigillatur illius persona, si opponatur ei de ea causa cognoscere non posse. Cæterùm si ordinario opponatur, quod nullum officium iurisdictionale exercere potest, manifestè sigillatur eius persona, & æstimatio, & ideo meritò de tali exceptione cognoscere non potest, *vt aduertit Fel. c. super literis, n. 23. de rescrip.*

Ad complementum autem istius
129 articuli † illud inquirédũ restat, *vtrum si petatur à iudice, quod iubeat citari aliquem, qui sit alienæ iurisdictionis, quasi sit eius subditus ratione contractus, vel delicti: debeat iudex simpliciter decernere quod fiat? an vero debeat præmittere summariam informationem de qualitate, in qua fundatur eius iurisdictio?* Et dicendum est,
130 quod quãdiu † pars citata nihil opponit, proculdubio valet citatio, & ratione illius procedi potest: si verò citatus negat prædictam qualitatem,
131 quæstionis † est, *vtrum iudex antequam cogat partem litem contestari, debeat facere prædictam informationem summariam super veritate illius qualitatis, & sic cognoscere*
132 *scere vtrum sua sit iurisdictio?* In † qua quæstione duæ sunt opiniones contrariæ. Prima est, quod debeat fieri ea summaria cognitio, per text. *cap. si clericus laicum, de foro comp.* & doctrina glos. *cap. 1. verb. conseruatores, ad med. de off. deleg. lib. 6.* & hanc probat Bart. *l. perscriptione, num. 8. Codic. si contra ius, Bald. hic 1. lect. ad fin. Domin. cap. 1. §. contrahentes, num. 7. de foro comp. in 6. & ibi Perus. num. 6. Panor. d. cap. si clericus laicum, col. pen. & ibi* Fel. *num. 3. asserit receptum,* & probat Alex. *consil. 1. num. 8. lib. 5. Ias. l. cum quadam, §. fin. num. 2. supra, de iurisd. omn. iud. Curt. Iun. l. 2. num. 32. supra, si quis in ius voc. Ant. de Matth. de prorog. iurisd num. 71.* & plures quos refert Tiraq. *lib. 1. retract. §. 8. glos. 5. num. 19. Mins. in decis. cameræ, cent. 2. obser. 9. num. 1.*

Secunda † autem opinio contraria 133 tenet, quo ad firmandam iurisdictionem iudicis citantis, sufficit in citatione exprimi causam, quę fundet eius iurisdictionem quæ habebitur pro vera, & probata, donec in processu constet de contrario: ac proinde à principio iudex non tenetur præmittere prædictam summariam cognitionem, & hanc probat, Bartol. sibi contrarius *rep. l. 2. num. 7. sup. si quis in ius voc.* & defendit Alex. *ibi col. fin.* & intendit Bar. *in Extrauag. ad reprimendam. verb. asseratur, & l. 1. in princ. supra, de dolo, Bal. Auth. offeratur, num. 10. Cod. de lit. contest. Paul. Cast. l. cum quadam, §. fin. num. 5. sup. de iurisd. omn. iud.* & ita in iudiciis praxi esse receptum asserit additio Cap. Thol. *quæst. 210.* & probant multi alij relati per Purpur. *l. 1. n. 440. sup. de offic. eius,* & Tiraq. *lib. 1. retract. § 8. glos. 5. num. 18. & Minsing. in decis. cam. cent. 2. obs. 9. à n. 3.* Asserens ita sæpius fuisse iudicatum, & latiùs comprobat And. Gail. *pract. obseru. lib. 1. obs. 31. à num. 1.* quibus adde Rim. *l. pen. col. fin. Cod. de pact.*

Et pro hac secunda † opinione alle- 134 gatur text. quasi expressus, *l. cum quadam, §. fin. sup. de iurisd. omn. iud.* nec † satisfacit responsio Decij ibi *ad fin.* 135 quod in eo textu agebatur de iurisdictione iudicis limitata, vt scilicet cognosceret de caussis certę quantitatis, si igitur plus sit debitum, & minus petatur, ita vt includeretur in quantitate, in qua iudex habebat iurisdictionem, meritò valet iudicium, & attenditur qualitas in libello expressa: quia licuit † actori diuidere debitũ, & tan- 136 tum partem illius petere, *vt tradit Bar. l. in commodato, §. duobus sup. commodati,* nam replicabitur †, quod quamuis tex. 137 ille possit recipere hunc sensum, tamen & illum etiam recipere potest, quod si iudex habeat limitatam iurisdictio

dictionem, vt non cognosceret, nisi de caussis excedentibus decem libras, & vltra, & cum vni tantum attenta veritate, quinque libræ deberentur ipse petiit decem & vltra, iudex de actione in libello proposita cognoscere poterit, habito magis respectu ad quantitatē in libello expressam, quam ad quantitatem, quæ re vera debebatur, vt aduertit Alex. *l.* 1. *col. fin. sup. si*
138 *quis in ius voc.* & secūdum hunc † sensum, bene probat communem conclusionem, pro qua etiam adducitur *l. ordinata, inf. de lib. cau.* & authoritas glo. *Clem. dispendiosam, verb. vsuris, post princ. de iud.* Et retenta magis commu-
139 ni † opin. nō obstant rationes pro contraria opinione adductæ: nam ad primum de *cap. clericus laicum, de foro comp.* (omissis aliorum responsionibus) ego respondeo, quod secundum opin. multorum in eo text. continetur quoddam speciale priuilegium, quod licet
140 actor † debeat sequi forum rei, tamen si Ecclesia vel clericus petant rem aliquam tanquam suam, & conuentus fateatur rem esse Ecclesiæ, vel clerici, & tamen neget se illum teneri restituere Ecclesiæ, vel clerico, allegata aliqua causa iusta retentionis, cognitio illius causæ ex speciali priuilegio pertinet ad ecclesiasticum. Si igitur
141 laicus † conuentus neget rem esse ecclesiæ: & sic neget qualitatem, propter quam ecclesiæ, vel clerico priuilegium concessum est, debet de ea qualitate constare: vt cognitio pertineat ad Ecclesiasticum: Si autem cau-
142 sa † expressa in libello fundaret ciuilis iurisdictionem secūdum regulam iuris communis, illa qualitas haberetur pro probata, donec de contrario constaret iuxta communem opin. quam defendimus & in terminis tradit Alex. *l.* 2. *num* 19. *ad fin. supra, si quis*
143 *in ius voc.* Et est ratio, quia qualitas † fundata in aliquo priuilegio debilior censetur quam fundata in iure communi, *l. eius militis, §. militia missus, infra, de mil. test. & in simili obseruant Crot. l. si in Insulam, num.* 24 *& ibi Iac. Niger, nu.* 92. *inf. de verb. oblig.* obseruat etiam Aluar. *cap.* 1. *in princ. num.* 11. *de milite vasallo qui contumax est.*

Ex quibus infertur, quod si † in ter- 144
minis *d. cap. si clericus laicum*, negetur qualitas, in qua fundatur dictum priuilegium, oportet quod Ecclesiasticus præmittat summariam cognitionem: super veritate prædictæ qualitatis: quod tenet Panor. *ibi, col. pen.* *Maria, num.* 11. *& num.* 13. *& Fel. num* 3. qui asserit receptum, & Curt. Inn. *l.* 2. *n.* 34. *sup. si quis in ius voc.* vel etiam Ecclesiasticus statim remittet causam ad iudicem secularem, cum non constet † de 145
qualitate propter quam prædictum priuilegium fuit concessum Ecclesiæ, & clericis, vt verba *d. cap. si clericus laicum*, magis videntur significare, & ibi tenent Ant. *num.* 9. *And. Sic. ad fin.* & pro constanti tenet Alex. *l.* 2. *col. fin. sup. si quis in ius voc.* & latè probat And. Sic. *cons.* 40. *col.* 3. *lib.* 1. & probat ord. Portugalliæ *lib.* 2. *tit.* 1. §. 5. *noua recopilationis.*

Infertur etiam quod si † Ecclesia 146
vel clericus allegarent causam: quæ secundum ius commune fundaret intentionem agentis, vt quia allegaret sacrilegium fuisse commissum: nam etiamsi negaretur per conuentum eā qualitas, tamen Ecclesiasticus in causa procedet. *Innoc. receptus in cap. cum sit. in fin. de for. comp.* & probat ordinatio Portu. *d. lib.* 2. *tit* 1. §. 6. Si verò † postea 147
ex processu causæ constet, qualitatem expressam in libello, non esse veram, nec probatam, pronunciabit Ecclesiasticus se esse incompetentem ad cognoscendum de ea causa, & illam remittet ad secularem condemnando clericum in expensis, *Affl. decis.* 297. *Ant. de Matth. de prorog. iurisd. num.* 71.

Mynsing. in decis. cam. cen. 2. obser. 7. n. 4. probat ordin. Portug. *lib. 2. tit. 1. §. 5. & §. 6. nouæ recopilationis.*

148 Non obstat † etiam doctrina glos. *c. 1. verb. conseruatores, ad med. de off. deleg. in 6.* quia loquitur, quando iurisdictio limitatè concessa est, in causis certæ qualitatis: nam si negetur hæc qualitas, in primis debet de ea constare, vt iudex certus sit in ea causa sibi competere iurisdictionem, vt est necessarium iuxta doctrinam Bart. receptam, *l. multum interest, in fin. inf. de cond. & dem.* Nos autem loquimur, quando iurisdictio ordinaria, vel delegata simpliciter concessa est: nam si tunc in libello exprimatur qualitas fundans iurisdictionem iudicis secundum regulas ordinarias, etsi negetur hæc qualitas, tamen iudex interim poterit procedere iuxta communem quam defendimus, ad quam quinque limitationes assignat And. Gail. *pract. obs. lib. 1. cap. 31. à num. 3.*

149 Et ex ea infertur elegans † explicatio ad nostrum textum, dum præsupponit, quod si citatus neget, se esse de iurisdictione citantis, antequam iudex in causa procedat, debet videre, vtrum sua sit iurisdictio? hoc enim procedet, quando citatio facta est simpliciter nulla expressa causa, sed quasi subditus esset citatus: nam si in citatione expressa esset causa, quæ fundaret intentionē citantis secundum reg. iuris communis, non obstante negatione partis, iudex in causa procedet iuxta communem opin. sup. relatam.

150 Ex quo infertur, quod si prætor † citaret aliquem alienæ iurisdictionis, & tamen expressa causa, quæ si vera esset, fundaret iurisdictionem citantis, secundum regulas iuris communis, vt quia esset expressum, quod in territorio suo cōtraxit, vel deliquit, non procedet, id quod præsupponit is tex. sed non obstante negatione partis, posset interim procedere. Similiter † si cita- 151 ret legatum expressa causa, quod esset finita legatio: non obstante negatione legati, interim in causa posset procedere, *iuxta supra tradita expressè Alex. l. 2. num. 18. sup. si quis in ius voc. non ierit.* Et hæc satis in materia huius text.

L. si quis posteaquam, ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Proponitur in hoc text. reg. notabilis, quod si quis, posteaquam fuerat in ius vocatus ad causam, mutauit forum, non est remittendus ad nouum forum, sed coram primo iudice tenetur causam prosequi.*

2 *Cum ordinarij sint pares in iurisdictione, præfertur ille, qui præuenit.*

3 *In hac materia pro regula generali constituitur, quod in causa pari, is qui præuenit, præfertur.*

4 *Prædicta reg. locum sibi vēdicat etiam in iudicio summario, & executiuo.*

5 *Item in retractu competenti ratione consanguinitatis.*

6 *Si sint plures iudices, habentes iurisdictionem cumulatiuè, & insolidum, is qui præuenit in causa, est in cognitione illius præferendus, ita vt alij non possint in ea se intromittere.*

7 *Quæ regula procedit in diuersis iudicibus, diuersam iurisdictionem habentibus.*

8 *Licet non consideretur præoccupatio iurisdictionis ante sententiam, quando coram diuersis iudicibus non petitur idem, sed diuersum: tamen si coram diuersis iudicibus idem petatur ex eadem causa per citationem, dicitur præuenta iurisdictio.*

9 *Si quis fuerit citatus ad causam per minorem iudicem, tunc non dicetur præoccupata iurisdictio per citationem minoris iudicis.*

10 *Impugnat proximam collectionem, &* non

non esse veram ostendit.

11 Respondet decisioni legis contra pupillum, §. fin. infra de re iudicata, & de eius intellectu ibidem agit.

12 Quando fuerit dubium coram quo tribunali praeuenta fuerit iurisdictio, praesumetur pro maiori tribunali.

13 Si constat illum qui praeest minori tribunali praeoccupasse iurisdictionem, is ratione praeuentionis de ea causa cognoscet, nec ad iudicem maioris tribunalis remittet.

14 Quomodo reformanda sit ratio assignata ad conclusionem huius text. de qua num. 2.

15 Opinio Camilij Visitarini, quando admitti potest, de qua num. 5.

16 Is qui minorem habet iurisdictionem eam recognoscit à maiori illo iudice qui potest vetare, ne in causa iudicet, praeoccupatio hoc casu nihil operari potest.

17 Princeps supremus causam motam coram inferiore ad se aduocare potest.

18 Qui vocatus fuerit coram ordinario, vt compareat, & citatus postea impetrauit certos iudices ad cognoscendum de eadem causa, nihilominus ordinarius praefertur.

19 Secunda impetratio non facta mentione de praeuentione facta per ordinarium censetur subreptitia.

20 Regula de qua proximè in legatis raro procedit, & ibi ponit exemplum.

21 Praeoccupatio facta ratione rescripti subreptitij nihil operari potest.

22 Incipit tractare per quos actus dicatur praeuenta iurisdictio.

23 Per citationem dicitur praeuenta iurisdictio.

24 Ante litem contestatam propriè non dicitur iudicium coeptum.

25 Postquam interuenit citatio dicitur lis pendere.

26 Citatio est fundamentum iurisdictionis contentiosae, & per illam futurum iudicium firmatur.

27 Quod procedit etiam si citatio non sit praesentata iudici.

28 Vt per citationem dicatur praeuenta iurisdictio, non exigitur quod citatio sit generalis ad totam causam, sed sufficit quem citari, vt veniat comparendum in causa.

29 Explicatur l. cum quadā, in principio, supra de iurisdictione omnium iudicum, ex qua mouet rationē dubitādi.

30 Respondet ad dictam rationem dubitandi, & de intellectu dictae l. cum quadam latè agit.

31 Ex verbis facti contingentiam referentibus non est licitum arguere, maximè quando in iure contrarium inuenitur expressum.

32 Vt per citationem dicatur praeuenta iurisdictio, oportet quod citatio sit executa, hoc est, quod cum effectu pars fuerit citata ad comparendum, aliàs mandatum de citando dicitur, & non citatio.

33 Iurisdictio delegati censetur perpetuata per citationem.

34 Item dicetur perpetuata per solam commissionem de citando.

35 Constituit differentiam inter praeuentionem iurisdictionis, & inter perpetuationem illius.

36 Praeuentio requirit citationem cum effectu, & quae peruenerit ad notitiam citati, ad perpetuationem autem iurisdictionis sufficit praeceptum de citando.

37 Praeuentio respectu partis non inducitur, nisi per actum executiuum in persona illius, qui citatur tanquam persona subdita.

38 Perpetuatio iurisdictionis inducitur per actum, per quem iudex videatur vti iurisdictione sibi commissa.

39 Praeceptum de citando inducit perpetuationem, quia qui decernit citationem satis videtur vti iurisdictione sibi commissa.

40 Praeceptū de citando censetur quedam sententia

sententia interlocutoria, ac ob id meritò per illud censetur perpetuata iurisdictio delegati, quod verius & receptius esse concludit.

41 *Reprobat opinionem illorum Doctorum quos recenset, qui putant ad perpetuandam iurisdictionem ordinarium esse, quod citatio sit executa.*

42 *Approbat distinctionem quam praestitit supr. num. 36.*

43 *Ad effectum praeoccupationis iurisdictionis omnino est necessaria citatio executa, & non sufficit alius actus antecedens praedictam citationem.*

44 *Explicat tradita per Rotam decis. 9. num. 3. de dolo & contumacia, in antiquis.*

45 *Per praesentationem literarum non videtur praeuenta iurisdictio, cum per solam citationem executam inducatur, & ibi ponit exemplum.*

46 *In rescriptis praesentatis debet attendi tempus datae, & non praesentationis rescripti.*

47 *Per constitutionem Innocentij obseruatur, quod is Auditor Rotae praeferatur in cognitione, cui prius litera fuerunt praesentatae, quod in alijs officialibus etiam Romanis locum non habet.*

48 *Neque etiam dicta constitutio Innocentij locum habebit, quando est controuersia inter ordinarios, & Auditores Rotae, tunc non solum per citationem executam censebitur praeuenta iurisdictio, & non sufficiet praesentatio literarum.*

49 *Licet iudex inquisitionem faciat scribi in actis. non ob id dicetur praeuenta iurisdictio, magis enim videtur adesse voluntas praeueniendi quam vera praeuentio.*

50 *Nec sola libelli productio, vel inquisitio scripta in actis praeuentionẽ inducit.*

51 *Nec per examinationem testium factam ad informationem Curiae, dicitur praeuenta iurisdictio.*

52 *In criminalibus praeuentio consideratur, & tamen per solam inquisitionem non dicitur praeuenta iurisdictio, quod ibidem expendit.*

53 *Inquisitio facta sine citatione partis dicitur nulla, & de facto est reuocanda etiam non citata altera parte.*

54 *Examinat proximam resolutionem, vtrum procedat in inquisitione generali, vel in speciali, & semper citationem ad praeuentionem necessariam esse concludit.*

55 *Contra inculpatos in generali inquisitione, est postea formanda inquisitio specialis, & sic tunc necessaria est specialis citatio.*

56 *Explicat tradita per Guilhelmum cap. Raynutius verb. & vxorem decis. 5. num. 17.*

57 *Explicat etiam tradita per Iulium Clarum in praxi criminali, §. fin. q. 38. num. 28.*

58 *Dicta num. 59. procedunt, quando inquisitio facta est vt delictum puniatur, & aliud erit dicendum, si facta fuerit ad informationem Curiae.*

59 *Per eam citationem dicetur praeuenta iurisdictio, quae fit ad respondendum in causa, nam si fiat ad alium effectũ, non dicetur praeuenta iurisdictio.*

60 *Item citatio debet esse legitima, & valida, aliàs cum nulla sit per eam non dicetur praeuenta iurisdictio.*

61 *Citatio minus legitima propriè non dicitur citatio, & ideo nullum debet producere effectum.*

62 *Vt per citationem videatur praeuenta iurisdictio, oportet quod illa sit decreta ad requisitionem partis, aliàs non dicitur legitima.*

63 *Item quod fiat de mandato iudicis, nam aliàs non censetur legitima.*

64 *Item oportet fieri dict. citatio. de mandato iudicis competentis, aliàs non est legitima, nec arctat citatum.*

65 *Vltimo quod in citatione exprimatur causa, ad quam citatur.*

66 *Examinat vtrum per citationem realem, hoc est, per capturam personæ dicatur præuenta iurisdictio, & affirmatiuè respondendum putat.*

67 *Citatio per capturam personæ fortior est quam verbalis.*

68 *Examinat dictum Angeli, Aretini, tract. maleficiorum, verb. iudex commisit, num. 14. ad quæstionem, vtrum si vnus iudex præuenerit citando verbaliter, & alter iudex capiat realiter delinquentem, quis prævalere debeat.*

69 *Refert Doctores, qui tenent iudicem qui realiter delinquentem capit, post verbalem citationem alterius, in cognitione delicti esse præferendum.*

70 *Refert Doctores, qui contrariam opinionem sequuntur.*

71 *Respondet ad fundamentum Doctorum, de quibus num. 69.*

72 *Declarat quomodo sit intelligendus Bald. auth. sed nouo iure, num. 9. C. de seruis fugitiuis.*

73 *Pro concordia opinionum amplectitur resolutionem Mariani in cap. penult. num. 22. ad medium, de foro competenti.*

74 *Addit resolutioni Mariani, vt intelligatur quando captura personæ fuit facta legitimè, aliàs non potest operari effectum præuentionis.*

75 *Ad capturam semper debet præcedere aliqua informatio delicti commissi, vt saltem de eo constet per aliqua indicia, aliàs captura non dicitur iusta, nec legitima.*

76 *Sine dicta informatione, iudex in causa criminali ad nullum actum potest procedere, & si procedat non dicetur præuenta iurisdictio, imò captus illicò pristinæ libertati restituetur.*

77 *Quod etiam procedit si captus fuerit in alieno territorio, cum tunc minimè legitimè videatur captus, & per talem capturam non dicetur præuenta iurisdictio.*

78 *Explicat traditionem Ang. de maleficijs, verbo iudex, num. 15.*

79 *Quando iudex originis procedit per accusationem, poterit læsus delinquentem accusare coram iudice originis si velit.*

80 *Iudex originis vel domicilij non potest procedere per viã inquisitionis contra delinquentem pro delicto commisso extra territorium prædictorum.*

81 *In criminalibus dicetur præuenta iurisdictio, si quis coram iudice confiteatur delictum, licet adhuc non sit formatus processus, nec facta sit inquisitio de delicto.*

82 *Exceptio de præuẽta iurisdictione, cum sit declinatoria à parte ante litem contestatam proponenda est, nam si taceat valebit iudicium.*

83 *Assignat secundam limitationem ad hunc text.*

84 *Remedium inquisitionis, etiam generaliter permissum per statutum censetur remedium extraordinarium, ac proinde si pars veniat ad accusandum, quod est remedium ordinarium, facit cessare extraordinarium.*

85 *Superueniente accusatore censetur inquisitio extincta, & pariter debet censeri extincta præuentio ratione illius facta.*

86 *Læso non potest denegari licentia accusandi delinquentem quomodo velit.*

87 *Fiscali constituto ad denuntianda, & accusanda crimina, si superueniat accusator, cessat officium fiscalis.*

88 *Si probetur verè, vel præsumptiuè quod in præuentione interuenit fraus, vt delinquẽs euitaret maiorem pœnam si coram certo iudice accusaretur, nihil proderit præuentio, & poterit coram alio iudice accusari, vel inquiri.*

89 *Si quis procurauerit accusare in loco originis, vel domicilij, quia in dictis locis non bene poterat probare delictum, hæc præuẽtio nihil ei proderit.*

90 *Præuentio prodest tantum quoad cau-*

 sam

sam specialem, de qua principaliter agebatur, non autem quoad causam distinctam, & ibi ratio assignatur.

91 *Citatio restringitur ad causam in ea expressam.*

92 *Preuentio non potest dici facta, nisi in ea causa speciali, pro qua facta fuit citatio.*

93 *Tradit ad probandam conclusionem de qua n.90. exemplum de quo Afflict. decisione 10. num.2.*

94 *Item ad eundem effectum tradit aliud exemplum ex Mariano cap. penultim. num 26. de foro competenti.*

95 *Refert Ioannem Baptistam l. omnes populi, num.19. supra de iustitia & iure, impugnantem conclusionem num.90. quem tamen reprobat, & illius fundamentis respondet.*

96 *Iudex preparatorij debet esse iudex preparati.*

97 *Respondet ad primum argumentum, & in quo sensu accipiendum sit, declarat.*

98 *Refert opinionem Mariani dict. cap. penultim. num. 26. de foro competenti, & consil.41. num.5. lib.1. circa quem iudicem teneatur diffamans respondere.*

99 *Contrarium tamen verius esse existimat, si diffamās habet plures iudices competētes, coram quibus possit doceri de iure suo intra cōstitutū tempus.*

100 *Electio iudicis hoc casu est Actoris, & non potuit esse in potestate rei, vel primi iudicis priuare diffamantem iure eligendi iudicem.*

101 *Quod adeò verum est, vt quamuis coram vno iudice citetur, adhuc potest eligere alium iudicem competentem, si electio ei competat ex priuilegio.*

102 *Actor qui iure communi potest vnum ex iudicibus competentibus rei diffamati eligere, quamuis coram vno fuerit prius citatus ad agendum, poterit nihilominus pars eligere coram quo de iure suo doceat.*

103 *Preuentio in hoc articulo eum operabitur effectum, vt alter iudex non possit actori diffamanti eandem comminationem facere cum predicta comminatione perpetui silentij.*

104 *Si dubitetur in cuius confinio duarum ciuitatum delictum verè fuerit commissum, tunc ratione dubij qualibet ciuitas potest procedere contra predictum delinquentem.*

105 *Refert Doctores qui contra hanc conclusionem tenent, quos tamen non approbat, & illorum fundamentis respondet.*

106 *Quando ex vno facto resultat plurium offensio, tot censentur delicta, quot sunt offensi, ac proinde quilibet potest agere ad pœnam insolidum.*

107 *Isto casu cuiuslibet ciuitatis territorium videtur lesum per delictum.*

108 *In diuersis delictis siue offensis, non potest considerari preuentio.*

109 *Conclusio de qua num.104. etiam locum habebit, quando delictum sit commissum in loco communi duarum ciuitatum.*

110 *Secundam notabilem conclusionem ex hoc text. colligit quod preueniens per citationem tenetur causam prosequi coram iudice, qui prius illum citauit, etiamsi post predictam preuentionem forum mutauerit, & etiam conditionem personae.*

111 *Que conclusio procedit, quod etiamsi propter mutationem acquisiuit aliquod priuilegium nihil ei proderit, quoad causam in qua preuenta fuit iurisdictio.*

112 *Resoluta in hac conclusione est precipuus effectus, quem producit preuentio iurisdictionis.*

113 *Limitat predictam conclusionem non procedere in scholari.*

114 *Limitat secundo, quando quis proprio facto, & volūtate mutauerit statum, vel ad eius postulationem Princeps concessit ei hanc status mutationem,*

&

& ibi tradit exempla.

115 *Vnusquisque potest uti priuilegio motu proprio Principis ei concesso, non obstante regul. huius text.*

116 *Si quis rogatus fuerit per Principem, vel rempublicam aliquod gerere officium, utetur priuilegio ei annexo, etiam quoad causas iam pendentes.*

117 *Refert Doctores qui hanc receptam limitationem impugnant.*

118 *Adducit contra d. limitationem text. in praesenti.*

119 *Miles à communiter accidentibus inuitus cogitur militare.*

120 *Priuilegium impetratum lite pendente nihil prodest, non facta mentione litis pendentiae.*

121 *Quod procedit etiamsi priuilegiũ motu proprio Principis fuerit concessum.*

122 *Tentat hanc vltimam opinionem defendere, de qua num. 117. & ad argumenta magis de qua num. 114. respondet.*

123 *Respondet ad l. si quis quemquam, supra, si quis cautionibus.*

124 *Respondet secundo ad l. idem Vlpianus §. 1. infra, de excusatione tutorum.*

125 *Quando non agitur de magno praeiudicio tertij satis est constare de certa sententia Principis, vt l. contrariae videtur derogatum.*

126 *Quod procedit etiamsi clausula ex certa scientia non sit expressa.*

127 *Item nec est necessarium exprimere clausulam non obstante quia ea tunc exprimenda est, quando agitur de magno tertij praeiudicio.*

128 *Ostendit dictam l. idem Vlpianus ad terminos nostrae quaestionis adaptari non posse.*

129 *Respondetur itẽ ad l. non distinguemus §. itẽ si quis Romae, supra de receptis arbitris, & procedit distinguendo.*

130 *Rationem differentiae assignat.*

131 *Respondetur ad l. si reus infra iudicatum solui.*

132 *Tentat defendere magis communem traditionem, de qua à num. 114. & ad rationes contra eam adductas respondet.*

133 *Respondet ad rationem adductam ex hoc text. contra magis communem.*

134 *Miles tantũ voluntarius est eligendus.*

135 *Pro regula constituitur in hac materia, quod priuilegium militiae non prodest quoad causam in qua praeuenta est iurisdictio.*

136 *Quid in milite coacto dicendum.*

137 *Respondet ad secundam rationem deductam contra magis communem ex Hostiens. cap. causam quae, el 2. de testibus.*

138 *Clausula motu proprio, licet tollat surreptionem, non tamen validat gratiam in praeiudicium tertij.*

139 *Si officium motu proprio fuerit concessum, priuilegium illi annexum proderit etiam quoad causas iam pendentes.*

140 *Tradit concordiam ad has opiniones. ex Aretin. cap. ad causam, el 2. n. 9. de testibus.*

141 *Dictam concordiam Aret. maximè laudat, & amplectendam dicit.*

142 *Ostendit in terminis nostri text. non habere locum communem opinionem supra relatam.*

143 *Quando per priuilegium non permittitur ius partis, quoad eam causam, sed tantum suspenditur, vel differtur ius partis, non obtinet locum reg. huius text.*

144 *Reddit rationem proximae resolutionis.*

145 *Dilatio quae conceditur alicui ratione officij publici, quod gerit, valida censetur etiamsi forsitã diu durare possit.*

146 *Extra terminos de quibus hic dilatio quae diu est duratura concedi non solet.*

147 *Dilatio excedens quinquennium inualida censetur.*

148 *Ex distinctione Aret. de qua n. 140. colligit intellectum ad l. si reus, infra, Iudicatum solui.*

149 *Cautio de iudicato soluendo licet præstando sit antequam lis sit contestata, tamen non præstatur, nisi post citationem.*

150 *Verba dict. l. si reus debent accipi in genere, vt scilicet magistratus indistinctè non possint in ius vocari, neque in iudicio conueniri.*

151 *Proponit argumentum Lancelot. Decij in l. pars literarum, ad finem, infra eodem, & eius ponderationem contra nostrum text. quam tamen reiicit.*

152 *Respondet ad responsionem Lancel. Decij de qua proximè.*

153 *Assignat veram responsionem ad d. l. si reus.*

154 *Quando dispositio respicit vsum, & exercitium causæ, comprehēdit vsum & exercitium futurum, quantumcunque causa illa à præterito pendeat, & ortum habeat.*

155 *Proxima resolutio est maximè notanda ad ordinationem Portugalliæ, lib. 3. titul. 9.*

156 *Adducit conclusionem quæ deducitur & probatur ex dict. l. si reus.*

157 *Exceptio declinatoria fori competens principali non communicatur, nec prodest eius fideiussori.*

158 *L. si reus ea ratione procedit, quod priuilegium competens ratione magistratus est personale, & ideò nihil prodest fideiussori.*

159 *Qua ratione procedat l. qui autem, in principio, supra si quis cautione.*

160 *Respondet ad l. si is quib supra, si quis cautionibus, vbi priuilegium principalis prodest fideiussori.*

161 *Culpa imputatur fideiussori, qui non curauit principalem renunciare suo priuilegio prout poterat, quod etiā in fideiussore magistratus dicendum est.*

162 *De causa ciuili ad criminalem valet argumentum.*

163 *In causa ciuili nihil prodest priuilegium superueniens, quoad causam iam præuentam, quod idem in causa criminali recipiendum est.*

164 *Expendit in contrarium text. in præsenti.*

165 *Refert responsionem Angeli hic num. 4. ad dictam expositionem tex. quam tamen reprobat.*

166 *Adduxit intellectum Oldradi quem vt veriorem sequitur.*

167 *Magister militum non tenetur remittere delinquentem ad iudicem, qui in delicto alio per eum commisso præuenerat iurisdictionem, antequam illū puniat de eo nouo delicto militari.*

168 *Si proponatur militem, non voluntarium, sed coactum esse, tunc cum nullum delictum commisit, à cessante ratione, de qua n. 166. ad iudicem qui præuenit iurisdictionem remittetur.*

169 *Si miles postquam miles effectus fuit, crimen aliquod committit, poterit pro eo conueniri coram magistro militum.*

170 *Miles censetur habere domicilium in loco, in quo meretur stipendia.*

171 *Agit de intellectu l. hos accusari. §. hoc beneficio, infra de accusationibus.*

172 *Quando nomen alicuius fuit receptum inter reos, magistratus creari non potest.*

173 *Exponit terminos in quibus propriè loquitur ad dict. l. hos accusari. §. hoc beneficio quem text. intelligit procedere, quando diuersa persona repetitur ad accusationem.*

174 *Licet quis commiserit delictum, & antequam pro eo crimine accusaretur fuit electus in magistratum valebit electio.*

175 *Pro delictis commissis ante magistratum licet quis mero iure accusari possit, tamen opposita exceptione magistratus obtinebit, quod supersedeatur in accusatione contra eum.*

176 *Accusatio superueniens non potest impedire priuilegium magistratui concessum tempore habili.*

177 *De*

177 *De quo tamen priuilegio magistratus opponere debet, antequam eius nomen sit receptum inter reos.*

178 *Declarat quomodo sunt explicandi Doctores, qui dicunt, quod accusatus potest vti priuilegio superueniente, prout in causa ciuili.*

179 *Supradicta procedunt in terminis iuris communis, in regno verò Portugalliæ contrarium obseruatur per ordinationem, lib. 3. tit. 9.*

180 *De iure dicti regni pro delictis commissis ante magistratum durante officio accusari quis potest.*

181 *Item de iure dicti regni, nec eis prodest priuilegium magistratus superueniens, quoad delicta ante commissa.*

182 *Si reus citatus non compareat in iudicio, sed contumaciter se absentet, exceptio præuentionis ei non proderit, & coram alio iudice validè conueniri poterit.*

183 *Reus opponendo de præuentione non debet audiri apud iudicem, qui eum citauit, nisi prius refectis expensis, & à fortiori nec remitti.*

184 *Contumax eadem ratione non potest allegare in suum fauorem reg. legis vbi ceptum infra eodem.*

185 *Vt proxima resolutio locum habeat, oportet actorem accusare absentiam contumacis.*

186 *Examinat illam quæstionem, vtrum si reus contumax offerat expensas litis, & omne damnum, quod actor passus est propter illius contumaciam, vtrum audiatur opponens de reg. huius legis.*

187 *Refert Doctores qui affirmatiuam partem sequuntur.*

188 *Refert itē qui negatiuā partem tenent.*

189 *Tradit concordiam ad has opiniones.*

190 *Reprobat dictam concordiam.*

191 *Contumax ad purgandam moram non tenetur actori offerre damna & expensas, sed satis est, quod eas offerat in iudicio.*

192 *Si contumax ex iussu iudicis damna, & expensas non offerat ex officio, eum non audiat iudex.*

193 *Approbat secundam opinionem, de qua num. 188.*

194 *Contumacia rei non potest actori præiudicare in iure sibi iam quæsito.*

195 *Resoluta n. 193. locum habent, si primus iudex sponte sua petat fieri remissionem rei contumacis ad suum iudicium, nam inuitus non cogetur.*

196 *In Regno Portugalliæ etiam lite non contestata, proceditur contra contumacem ad diffinitiuam, & cum absentia nullam moram afferat liti, nec damnum actori, cessat dispositio legis sancimus, Codic. de iud.*

197 *Si actor noluerit vti remedio prædictæ Ordin. & velit de iure communi procedi contra cōtumacem, tunc contra eum inducetur, dict. l. sancimus.*

198 *In regno Portugalliæ si reus citatus comparuit, & propter contumaciam actoris, qui non apparuit, reus fuit absolutus, non audietur iterum actor, nisi prius solutis expensis.*

199 *Quando ille qui mutauit forum simul mutauit statum, & conditionem personæ, vt quia de laico factus est clericus, non obstante præuentione, facta per iudicem secularem, coram Ecclesiastico conueniendus est.*

200 *Impugnat dictam conclusionem & contrariæ opiniones auctoris refert.*

201 *Ad veram dictæ conclusionis resolutionem tres in proposito constituit conclusiones.*

202 *Prima est, si quis post contractum celebratum, & antequam pro eo ad iudicium vocaretur, effectus sit clericus, debet pro eo contractu coram iudice Ecclesiastico conueniri.*

203 *Secunda, si agatur de causa ciuili, & laicus fuit citatus per iudicem secularem, & is post citationem effectus sic clericus tenebitur litem prosequi coram seculari qui preuenit.*

204 *Clerici in minoribus etiamsi non sit præuenta iurisdictio, tenebuntur respondere coram iudice seculari, vt in Regno Portugalliæ.*

205 *Idem in Regno Hispaniæ.*

206 *Agit de interpretatione Ordin. Portug. lib. 2. tit. 1. §. 27. quæ concordat cum c. vnico, de clericis coniug. in 6.*

207 *Clerici coniugati in minoribus constituti in causa ciuili tenentur coram iudice laico respondere.*

208 *Dicta Ordinat. discrepat à iure cõmuni dum cẽset, idem obseruandũ esse in clericis in minoribus non coniugatis.*

209 *De iure communi clericis in minoribus etiam non deferentibus habitum, nec tonsuram conceditur priuilegium fori.*

210 *Dicta Ordin. Portug. saluari potest ex vi consuetudinis immemorialis.*

211 *Consuetudo quod clerici in sacris conueniantur coram seculari non valet.*

212 *Cõsuetudo vt clerici in minoribus conueniantur coram seculari valet.*

213 *Generali consuetudine receptum est, vt clerici in minoribus respondeant in causa ciuili coram seculari.*

214 *Tertia si agatur de causa criminali etiamsi præuenta fuerit iurisdictio laici, qui postea efficitur clericus, non obstante præuentione ad iudicem Ecclesiast. cum remittendus est.*

215 *Refert quo casu prædicta conclusio potest admitti, scilicet, quando quis post delictum commissum, & tamen ante citationẽ verbalẽ est effectus clericus.*

216 *Si post præuentam iurisdictionem quis factus sit clericus, accusandus est coram seculari, nec est remittendus ad iudicem Ecclesiasticum.*

217 *Quando secularis cognoscit de crimine à clerico commisso, antequam factus esset clericus, solum per eum debet fieri condemnatio & executio in pœna pecuniaria, non autem in persona clerici, quæ iure diuino est exempta à iurisdictione seculari.*

218 *Iudex secularis hoc casu magis dicitur iudex causæ clerici, quam iudex personæ illius, & sic non poterit capere personam clerici, nec illum punire, nec torquere.*

219 *Quod dictum est, nũm. 215. limitatur, nisi verè, vel præsumptiuè constet in fraudem se fecisse clericum, tũc enim etiam cessante præuentione coram seculari conueniendus est.*

220 *Priuilegium acquisitum in fraudem nihil prodest acquirenti, ne aliàs ex fraude sua commodum reportet.*

221 *Quomodo debeat declarari Ordinat. Portugal. lib. 2. titul. 1. §. 21.*

222 *Cum clerico non obstante fraude imprimatur character, & ille verus sit clericus, non poterit condemnari in pœna corporali, sed tantum in bonis.*

223 *Clericus duo consequitur priuilegia, scilicet priuilegium fori, & priuilegium c. si quis suadente, 17. quæst. 4.*

224 *Quamuis per fraudem cõmissam clericus amittat priuilegium fori, non tamen amittit priuilegium prædicti Canonis, facilius enim primum priuilegium amittitur, quam secũdum.*

225 *Quid in his terminis obseruandum sit in clerico coniugato remissiuè.*

226 *Quando ratione præuentionis causa retinetur penes secularẽ, poterit etiam retineri ratione fraudis præsumptæ.*

227 *Qui post citationem ratione delicti, vel etiã post diffamationem delicti commissi efficitur clericus, præsumitur quod in fraude id fecerit.*

228 *In his terminis licet ordinatus contra hanc præsumptionem probet in fraudem non fuisse ordinatum, tamen ratione præuentionis coram Ecclesiastico respondebit.*

229 *Quando iurisdictio præuenta non est, nec clericus accusatus, vel diffamatus de delicto commisso, tunc nõ præsumitur fraus, nisi clarè probetur.*

230 *Si accusatus vel diffamatus de delicto commisso fuerit ordinatus, fraus præsumitur,*

sumitur, si tamen contrarium clarè probetur, causa agetur coram Ecclesiastico.

231 *Bulla Alexandri VI. nec Concil. Trident. aliquid in prædictis emendauerunt, vel mutauerunt.*

232 *Refert opinionem Aluari Valasc. consultatione 48. nu. 7. circa hanc materiam, & intellectum Ordin. Portugalliæ lib. 2. tit. 1. §. 4.*

233 *Opinionem Vallasc. falsam esse probat.*

234 *Ordinationes Portugalliæ facilè non debent recedere à receptis opinionibus iuris communis.*

235 *Agit de intellectu Ordin. Portug. lib. 2. titul. 1. §. 4. quam in hac materia latè expendit.*

236 *Proxima ordinat. concordat cum communibus traditionibus iuris.*

237 *Etiam stante dicta ordin. si non fuerit præuenta iurisdictio, & constet verè, vel præsumptiuè aliquem in fraudem ordines recepisse, adhuc secularis potest de crimine cognoscere modo, de quo num. 217.*

238 *Supra dicta impugnat ex ord. lib. 1. tit. 2. §. 21.*

239 *Respondet ad dictam ordinat. & eam declarat.*

240 *Reijcit etiam traditionem Vallas. consultatione 45. n. 7. ad finem, & prædictam opinionem falsam esse ostēdit.*

241 *Clericatus superueniens, post condemnationem legitimè factam in iudicio seculari, minimè ordinato prodesse potest.*

242 *Post condemnatiorem clericatus non reperit hominem liberum, & sui iuris, sed condemnationem ad pœnam corporalem, & ideo ei prodesse non debeat.*

243 *Si post captum laicum per secularem ille efficiatur Clericus poterit secularis aduersus eum procedere ad condemnationem criminalem, & ratio ibi traditur.*

244 *Respondet ad fundamentum Vallasc. deductum in ordin. lib. 2. titul. 1. §. 4. quam declarat.*

245 *Secularis potest cognoscere de clerico assisino etiā quoad pœnā corporalem.*

246 *In casibus in quibus secularis non potest criminaliter cognoscere, si tamen delictum clerici sit enormissimum, ita vt pro eo debeat criminaliter, & se vere puniri, potest secularis requirere Ecclesiasticum, vt eum degradet, & tradat curiæ seculari, vt possit condignè punire.*

247 *Refert contrariæ opinionis auctores, & rationes ab eis adductas.*

248 *Degradatio tātum permittitur, quando accusatio fit coram Ecclesiastico, & est crimen enormissimum.*

249 *Ad solam requisitionem secularis clericum non debere degradari per iudicem Ecclesiasticū verius existimat.*

250 *Secularis tenetur remittere clericum hoc casu ad iudicem Ecclesiasticum, & Ecclesiasticus si enormitas criminis id exigat, poterit eum degradare ex officio, & tradere curiæ seculari, vt eum criminaliter puniat.*

251 *Si Ecclesiasticus iudicauerit clericum non esse tradendum curiæ seculari non poterit secularis contra eum procedere criminaliter, quasi non condignè in eo foro fuerit punitus.*

252 *Supra dicta procedunt in clerico, in sacris, secus in clerico in minoribus.*

253 *Clericus in minoribus, si grauia crimina committat, potest pro illis criminaliter puniri absque ulla degradatione iudicis secularis: quod ex consuetudine procedit.*

254 *Clericus in minoribus si condignè ab Ecclesiastico non puniatur, poterit secularis cōtra eum procedere ad imponendam pœnam condignam delicto, etiamsi degradatio facta non sit.*

255 *Proxima conclusio est maximè notanda ad ordinationem Portugalliæ, lib. 2. titul. 1. §. 4.*

256 *Semota consuetudine attento iure communi,*

communi, non potest secularis procedere contra Clericum in minoribus, nisi prius facta sit degradatio per Ecclesiasticum.

257 *Iure cõmuni clericus in minoribus non amittit priuilegium fori, etiamsi sine habitu & tonsura incederet, nisi ter monitus ab Episcopo ei non paruit.*

258 *Refert opinionem Iulij Clar. §. final. quæst. 36. num. 19. circa clericum in minoribus, qui tempore capturæ in habitu non inuenitur.*

259 *Refert dictum Bald. l. 1. num. 4. Codice, an seruus ex suo facto, quod latè examinat.*

260 *Ostendit tradita à Iacobino hic n. 10. esse contra mentem Baldi proximè.*

261 *Refert opinionem Iason. l. cum quædam, num. 11. supra, de iurisdictione omnium iudicum, tenentem, quod si quis ante delictum commissum fecerit votum de ingrediendo religionem, propter illud votum censetur religiosus, & ideo per secularem puniri non potest.*

262 *Hoc casu iuramento vouentis stari debet, cum actus vouentis pendeat à solo animo vouentis.*

263 *Proximam conclusionem num. 261. communem esse, & in praxi obseruandam tradit ex Vinio.*

264 *Proximam resolutionem 261. vsque ad 263. reprobat, & Doctores contrarium tenentes adducit, & ad fundamenta Iason respondet.*

265 *Cum aduersus committẽtem delictum sit præsumptio doli, non statur iuramenti partis, cui obstat præsumptio iuris communis.*

266 *Dictio iuramentis solum statur, quando agitur de modico præiudicio alterius partis, secus si de magno.*

267 *Quando agitur de delicto condignè puniendo, agitur de magno Reipub. detrimento.*

268 *Exponit dictum Baldi, de quo supra num. 259. in quo sensu admitti potest reiectis aliorum traditionibus.*

269 *Reprobat Vallasc. consultat. 48. nu. 8. dum putat, quod in regno Portugalliæ etiam in fraudem ordinatus remittendus sit ad Ecclesiasticum iudicem.*

270 *Annotat dictum Bart. l. si maritus ad legem Iul. de adult.*

271 *Dictum à Bartolo vbi proximè improbat.*

272 *Respondet ad l. si maritus, 15. de cuius intellectu agit.*

273 *Quemadmodum reus per citationem non potest declinare iurisdictionem citantis, ita nec actor variare, & reum conuenire coram alio iudice.*

274 *Agit de interpretatione legis vbi ceptum, infra eod.*

275 *Vt regula dictæ legis locum habeat, verius est sufficere actorem citasse reum coram certo iudice, & sic æqualitas seruatur inter reum, & actorem.*

276 *Exceptio dictæ legis vbi ceptum cum sit dilatoria, debet opponi ante litem contestatam.*

277 *Vt competat exceptio regulæ, l. vbi ceptum, oportet quod in vtroque iudicio de eadem re agatur, & ex eadem causa, ita vt sententia lata in vna pariat exceptionem rei iudicatæ respectu alterius.*

278 *Tradit Doctores ex quibus alia in materia præuentionis colligi possunt.*

279 *De intellectu l. Cæcus 6. infra eodem, promittit tractare in l. cum prætor. §. fin. infra eodem.*

280 *Item de intellectu l. si quis legatione, 8. infra eodem declarat iam egisse, leg. secundæ, §. legatis, infra eodem.*

281 *De reliquis legibus vsque ad l. Prætor 12. non agit, quia parum vtiles sunt.*

PRoponitur in hoc text. regula notabilis, *quod si quis postquam fuerat in ius vocatus ad causam, mutauit forum, non est remittendus ad nouum forum, sed coram primo iudice* 1

dice tenetur causam prosequi. Idem probat *cap. penult. de foro compet. notat glos. cap. quoniam, contra verb. citationes, de prob.* quod & probat *l.10.& l.12.tit.7. part.7.* & in regno Portugalliæ Ord. *lib.3. tit. 10. §. fin. antiquæ impressionis, & lib.3. tit.11. §. fin. nouæ recopilationis*, & concordantes, & tradentes materiam cumulat And. Gail. *pract. obser. lib.1. obser.11. n.1. Decian. tract. crim. lib.4 c.20. à num.3.* Cuius conclusionis ea est ra-
2 tio, quia † cum ordinarij sint pares in iurisdictione, præfertur ille, qui præuenit, *arg. cap. pen. de rescript. in 6. tradit Pan. cap. vt debitus, num 22. de appell.* Vnde generalis regula constituitur in
3 hac materia, † quod in causa pari, is qui præuenit, præfertur, *l. neganda, C. qui accus. non pos. & ibi Bald. 1. notab. not. Vinc. de Franchis, decis.147. num.5. in 1.*
4 *parte*, ac proinde locum sibi † vendicat prædicta regula, etiam in iudicio summario, & executiuo: *Paul. Castr. cons.169. ad fin. lib.2.* & etiam in retra-
5 ctu † competenti ratione consanguinitatis, *vt tradit Boer. cons.42. ante fin.*
6 Et ex ea primò infertur, quod si † sint plures iudices habentes iurisdictionem cumulatiuè & insolidum: is qui præuenit in causa, est in cognitione illius præferendus: ita vt alij non possint se in ea causa intromittere, quia in his terminis propriè verificatur ratio, de qua supra, quod probat *l.1. supra, de off. cons. & cap. cum plures, de off. deleg. in 6. tradit. Rom. cons.412. num.4. Corn. cons.66. num.1. lib.1.* Et est recepta conclusio, *vt per Boer. in consuet. Bitur. Rub.2. §.3. in princ. Berotus cons.22. num.26. & num.41. lib.1. & cons.20. n.4. lib.3. Carauita ritu 295. num.18.*

Item ex ea secundò infertur, idem
7 procedere † in diuersis iudicibus, diuersam iurisdictioné habentibus: nam ille qui præuenit in causæ cognitione, est præferendus ex ratione, de qua supra, quod clarè probat is text. *& c. pen. de for. comp.* Vnde licet † non consi- 8
deretur præoccupatio iurisdictionis ante sententiam, quando coram diuersis iudicibus non petitur idem, sed diuersum, vel ex diuersa causa, *Bart. l. si pluribus num.1. ad fin. inf. de leg.1. Affl. decis.294. num.5.* tamen si etiam coram diuersis iudicibus idem petatur, & ex eadem causa, per citationem dicetur præuenta iurisdictio, iuxta nostrum text. tradit Alex. *l. pen. in princ. num.1. supra, de iurisd. omn. iud. not. Georg. Cabed. decis. Lusit.142. num.2.*

Infertur tertiò, † quod si quis fue- 9
rit citatus ad causam per minorem iudicem, & postea fuerit citatus ad eandem causam per maiorem iudicem, tunc à cessante ratione, de qua supr. non dicetur præoccupata iurisdictio per citationem minoris iudicis, & videtur text. *l. contra pupillum, §. fin. inf. de re iud. & ibi not. glos. fin. & tradit in terminis Camil. Visit. l.1. num.85. inf. sol. matr.* Sed non est vera hæc illatio, quia illi repugnat † generalitas huius tex. *&* 10
cap. pen. de foro comp. & contrarium expressim concludit Bald. *l. senatus, n.4. cap. qui acc. non poss. Pan. cons.24. col.2. ad fin. lib.1. Paris. de synd. verb. iurisdictio, cap.1. num.2. pag.302. Bossius in praxi tit. de foro comp. num.80.* & latius prosequitur And. Gail. *pract. obs. lib.1. obs. 29. à n.3.* Neque † repugnat huic tra- 11
ditioni decis. *l. contra pupillum, §. fin. inf. de re iud.* quia, *vt ibi declarat Alex. n.5.* vel debet intelligi, quando idem pro diuersis causis fuit citatus, ab illis duobus iudicibus, vel si pro eadem procedat, quando eodem tempore ad eam, ab illis duobus fuit vocatus ad causam: nam tunc præferetur citatio illius, qui præest maiori tribunali: & pari ratione, quando fuerit dubium † 12
coram quo tribunali præuenta fuerit iurisdictio: nam in dubio præsumetur pro maiori tribunali, *Bald. l. senatus, num.3. ad fin. Cod. qui accus. non poss.*

Marian.cap.pen.num.21.de foro comp.Fel.
c.M. Ferrar.n.25. de constit. Sed si con-
13 staret†illum, qui præest minori tribu-
nali, præoccupasse iurisdictionem, is
ratione præuentionis de ea causa co-
gnoscet, neque eam tenebitur remit-
tere ad iudicẽ maioris tribunalis,iuxta
generalitatem huius text.& in termi-
nis tradit Bald. l. senatus,n.4.C.qui acc.
non poss. & alij supra alleg. Quare ratio
supra assignata ad cõclusionem huius
14 text. ita † reformanda est, quod iudex
siue æqualis, siue inferior, qui præoc-
cupauit iurisdictionem, de ea causa
cognoscet, neque tenetur eam remit-
tere ad maius tribunal, l. cum quædam,
in princ.sup.de iurisd.omn.iud.Et tantum
15 opinio † Camil. Visit. admitti potest,
16 quando is, qui†minorem habet iuris-
dictionem, eam rem cognoscit à ma-
iore illo iudice, quia cum tunc maior
possit vetare, ne in ea causa iudicet, l.
iudicium soluitur, sup.eod. & sic præoc-
cupatio hoc casu nihil operari potest,
Bald.l.1.num.25. C. quom. & quan. iud.
Hyp.sing.49. & maximè si fuerit prin-
17 ceps supremus, qui causam motam †
coram inferiore, ad se aduocare po-
test,cap. vt nostrum,de appell.tradit Alex.
l. contra pupillum, §. fin. in fin. de re iud.
Marian.c.pen.n.44.de foro comp. Decian.
tract. crim. lib.4. cap.20. num.5.
18 Vltimò infertur,quod†si quis fuerit
vocatus,vt compareat coram ordina-
rio, & citatus postea impetrauit cer-
tos iudices ad cognoscendum de ea-
dem causa: nihilominus ordinarius
preferetur propter regulam huius tex.
19 Et quia secunda † impetratio nõ facta
mentione, de præuentione facta per
ordinarium, censetur subreptitia, ca.
inter monasterium, de re iud. & conse-
quenter nullam delegato tribuet iu-
risdictionem, l. præscr. C. si contra ius,&
ita post glos. & Pan.C.vt debitus,n.20 de
appell.tradit Boer. in consuet. Bit. Rub.2.
20 §.3.post princ. Vnde in delegatis † raro
procedet, nam omne, quem per ius
impetrasse literas ad iudicem delega-
tum,qui non præuenit iurisdictionem,
& postea partem aduersam impetrasse
alterum iudicem delegatum, qui præ-
uenit iurisdictionem: hæc præuentio
nihil operabitur, quia cum secundum
rescriptum censeatur subreptitium, c.
cæterum,de rescript. præoccupatio†facta 21
ratione rescripti subreptitij nihil ope-
rari potest, vt aduertit Panor. d.cap. vt
debitus, num.22.

His ita iustis restat videre†per quos 22
actus dicatur præuenta iurisdictio?Et
is tex.clarè probat, quod per†citatio- 23
nem, quod etiam probat c. pen. de foro
comp. l.12. §.7. part.3. ord. Portug. lib.2.
tit.35.§.& porque segundo, veteris impres-
sionis quæ hodie est lib.1. tit.62. §.4. noua
recopil. & lib.3. tit.11.§.fin.eiusdem noua
recop. quibus iuribus hanc regulam
constituit Bart. l. si pluribus n.1. & ibi
Ias.n.24.inf.de leg.1. Marian.c.pen.n.17.
de foro comp. Rom.cons.412.num.4.Guid.
Pap. cons.153.n.2. Geor. Cab.deci.142.n.
1.& n.4. Ang.de malef. verb. iudex com-
misit quod Caius,n.13. Affl.decis.294.n.3.
latè Mascar. de prob.3.p.concl.1227.n.6.
Et est ratio,quia licet†ante litem con- 24
testatam propriè nõ dicatur iudicium
ceptum,l.cum fundus,in princ.& ibi not.
Alex.n.2. Ias.nu.4.supra, si cert.pet.Curt.
Iun.in Rub.n.11.supra eod.tamen†post- 25
quã interuenit citatio,dicitur lis pen-
dere, Clem.2. vt lite pend. quia citatio † 26
est fundamentum iurisdictionis con-
tentiosæ,§.fin. Inst.de pen.tem.litig. Pan.
c.relatum,n.6. de offic.deleg. & per illam
futurum iudicium firmatur,gl.Clem.1.
verb.citationes, de iud. & ideo per cita-
tionem dicitur præuenta iurisdictio,
declarando vt per Iosephum Cumian.
in ritib. regni Siciliæ c.1.n.28. & prose-
quitur Anton.de Matth.de prorog.iurisd.
n.33. Decian.in tract.crim.lib.4.c.21.n.3.
& n.5.Mascar.de probat.3.p.concl.1227.
in princ.& n.6.Quod†procedit etiamsi 27
citatio

citatio non sit præsentata iudici, *Soc. l. libertus, Iaſ. n. 6. ff. de in ius voc.*

28 Ex qua ratione infertur, quod, vt † per citationem dicatur præuenta iurisdictio, non exigitur, quod citatio sit generalis ad totam causam, sed sufficit quem citari, vt veniat ad respondendum in causa, vt colligitur ex isto tex. *& c. pen. de foro comp. & ibi notant Ant. num. 11. Pan. n. 9. Marian. n. 17. & Fel. in fin. Fed. conſ. 97. n. 2. Boer. in conſuet. Bitur. Rub. §. 2. col. pen. Hieron. de Monte tract. fin. regun. d. c. 25. n. 7. Ant. de Matth. de prorog. iuriſd. n. 57.* quibus adde Guid. Papæ *conſ. 153. n. 2. & ante eos gloſ. Clem. 1. verb. citationes, de iud.* conferunt in simili tradita per Fel. *cap. gratum, n. 6. de offic. deleg.*

29 Ex prædictis † infertur intellectus ad *l. cum quadam, in princ. ſupra, de iuriſd. omn. iud.* vbi text. ad præoccupationem iurisdictionis, videtur exigere susceptam esse causæ cognitionem, hoc est, litem esse contestatam, vt ibi expendit Iaſ. *n. 6. & l. ſi pluribus, n. 24. infra, deleg. 1.* & tanquam verum defendit Zasius *lib. 2 ſing. intellectuum, c. 18.* Ergo

30 † nō videtur sufficere sola citatio. Sed respondetur, in prædicta lege referri casus contingentiam, scilicet, quod sententia fuit lata, antequam puella nuberet, & sic antequam mutaret forum. Et respondet I C. non obstante fori mutatione, postea sic perueniente, quod iudex prior sententiam à se latam debet mandare executioni: qui si adhuc non fuisset lata sententia, sed tātum susceptum esset iudicium, non obstāte fori mutatione, debuit de cau-

31 sa cognoscere. Ex † verbis igitur facti contingentiam referentibus non est licitum arguere, *gloſ. l. vn. C. quando non pet. part.* maximè quando in iure contrarium inuenitur expressum. & ita in effectu Dec. *d. l. cum quadam, n. 2. & ibi Cur. Iun. num. 14.* de quo videndus est Gail. *lib. 2. quotid. obſer. 36. n. 3.*

Infertur tertiò † quod vt per citatio- 32
nē dicatur præuenta iurisdictio, oportet quod citatio sit executa, hoc est, quod cum effectu pars fuerit citata ad comparendum, nam alias propriè non dicetur citatio, sed potius mandatum de citādo, vnde neque lis dicitur pendere, antequam pars cum effectu fuerit citata, *Clem. 2. vt lite pend.* & consequenter neque antea dicetur præuenta iurisdictio, & ita colligitur ex isto text. & notant Paul. & Iacobi. *hic vt: que n. 2. Marian. cap. pen. n. 19. de foro comp. Caſſad. deciſ. de reſcript. probat l. 12. tit. 7. part. 3. & ibi not. Greg. gl. 1. & notab. Soc. l. libertus, à 1. n. 7. ff. de in ius vocan.*

Neque huic illationi obstat, quod iurisdictio † delegati censetur perpe- 33
tuata, nō solum per citationem, *c. fin. in fin. de off. leg. l. 25. tit. 18. part. 3. tradunt Bapt. l. more, n. 45. & ibi Iaſ. n. 57. Zaſ. n. 35. ſup. de iuriſd. omn. iud.* sed † etiam per 34
solam commissionem de citando, *cap. gratum, de off. del. & ibi not. Dec. n. 2. & d. l. more, n. 48. & ibi Iacob. n. 30. Cur. Iun. n. 79. Purp. n. 111. poſt Bart. ibi, n. 13. Capella Thol. cum addit. q. 340.* Nam † re- 35
spondendum est, in hac materia, constituendam esse differentiā inter præuentionem iurisdictionis, & inter perpetuationem illius: nam ad præuen- 36
tionem † requiritur citatio cum effectu, & quæ præuenerit ad notitiam citati: ad perpetuationem autem iurisdictionis sufficit preceptum de citando, *vt tradit Rota deciſ. 9. n. 2. & 3. de dol. & con. in antiq.* & asserit receptum Rauen. *in comp. iuris Can. tit. de off. deleg. in fin. Ioſeph. Cumia. in rit. reg. Sic. c. 1. n. 28.* Et est † ratio huius differentiæ, quia 37
præuentio respectu partis non inducitur, nisi per actum executū in persona illius, qui citatur, tanquā persona subdita, *Clem. 2. vt lite pend.* Sed † perpetua- 38
tio iurisdictionis inducitur per actū, per quem iudex videatur vti iurisdictione sibi commissa, *cap. licet, de off. deleg.*

deleg.glos.c.ne aliqui verb.incepta de haeret. in 6. & gl.2.c.si à delegato, de offic. deleg.
39 *in 6.* Vnde praeceptum† de citando inducit ad perpetuationé iurisdictionis: quia decernendo citationem satis videtur vti iurisdictione sibi commissa:
40 cum & ipsum† praeceptum de citando censeatur quaedam sententia interlocutoria, *glos. l. cum clericis, verb. sententiam, C. de Episc. & cler. gl. Auth. de litig. §. ad excludend.u, verb. interlocut. coll.7.* Meritò igitur per illud censetur perpetuata iurisdictio delegati, quod verius & receptius esse asserit Ant.Gab. *lib.2.commun.tit.de cit.concl.2.* Quicquid etiam ad perpetuationem iurisdictio-
41 nis necessarium esse,† quod citatio sit executa, teneat *glos.3.c.licet, de off.deleg.* quam esse receptam falsò asserit Ias. *d. l.more, n.58. & cons.31.n.4. lib.1. Hypp. tract. banni. verb. commissario, num.7.* & conetur defendere Dec. *c.relatum, n.5. de off.del. & Dec.tract.crim.lib.4.cap.21.*
42 *num.7.* Resoluendum† igitur est inter praedictos casus constituendam esse differentiam supra relatá, quam etiam probant *Paul.Cast.hic n.2. Ant.cap.pen. n.6. & ibi Marian.n.16.de for.comp. Soc. l.libertus, à 2. num.7. ff. de in ius voc.*

43 Quartò infertur, quod cũ † ad praeoccupationem iurisdictionis requiratur saltẽ citatio executa, quoad hunc effectum inducendum, non sufficiet alius actus antecedens praedictam citationem, quã regulam proposuit Ias. *l.si domus, §.in pecunia, n.7.infra, de leg.1. Affl. decis.294.n.4. & decis.219.n.3. Carauita ritu 189.n.4. Decian. tract. crim. lib.4.c.21.n.1. Mascar.de probat.3. parte conclus.1227.nu.10.* & ante eos Bald. *l. vn. num.32. Cod. de confessis.*

Ex qua regula infertur annotatio ad
44 tradita † per Rot. *decis.9.n.3. de dolo & contum.in antiq.* quo si vnus impetrauit vnum rescriptum, & reus impetrauit secundum rescriptum ad alium iudicem, & secundus prior citauit, quasi praeuenerit iurisdictionem, praeferetur in cognitione causae, iuxta regulam nostri text. *subscribit Cassad.decis.5.n.1. de rescript. Mandos. in tract. de for. commiss.in 10. forma commiss.col.pen.* Neque aduertunt, quod secundũ rescriptum, non facta mentione primi, censetur subreptitium, & inualidum, *cap. caeterum, de rescr.* & virtute literarum subreptitiarum non potest praetendi praeuentio iurisdictionis, *in terminis Pan. c. vt debitus, n.22. de appell. & sup. diximus.* Vnde eorum dictum tantum admitti potest cessante subreptione.

Praeterea ex eadem regula infertur, per praesentationem† literarum nõ vi- 45
deri praeuentam iurisdictionem, cum per solam citationem executam inducatur, *vt dictum est:* & ideo si duo sint delegati, & vni prius praesententur literae, per hoc non dicetur praeuenta iurisdictio. Vnde in† his terminis pro 46
regula traditur, quod debet attendi tempus datae, & non praesentationis rescripti, *Panor. cap. vt debitus, n.47. de appell.* in auditoribus sane Rotae per quandam constitutionem† Innoc. ob- 47
seruatur, quod is auditor praeferatur in cognitione, cui prius literae fuerunt praesentatę, quod tantum in auditoribus Rotae procedit, non autem in aliis officialibus etiam Romanis, & multo minus procedet, quando controuersia est inter† ordinarios, & auditores Ro- 48
mae: neque enim inter eos censebitur praeuenta iurisdictio per solam praesentationem literarum: sed per citationem executam, *iuxta sup. tradita, vt tradunt Cassad. decis.5. de rescr. Mandos. in for. commiss. in forma 10. Octauian. de stylo cur.lib.3.cap.11.n.1.* & adde praedictis notabilem decis. Affl. *decis. 294.* quam probat & explicat Maranta *in praxi 6. parte iudic. num.71. pag.370.*

Denique ex praedicta regula infertur, quod † si iudex inquisitionem fa- 49
ciat scribi in actis, non ob id dicetur

praeuenta

præuenta iurisdictio, quoniam magis videtur adesse voluntas præueniendi, quam vera præuentio, *arg. §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. & ita Bald. l. vn. n. 32. C. de*
50 *confess. Ang. l. 1. sup. de in ius voc.* † inquietus, quod sola libelli productio, vel inquisitio scripta in actis, non inducit præuentioné, quod & latius comprobat rep. *l. 1. n. 2. C. de iud.* & subscribit Rom. *cons.* 412. *n.* 4. *Ias. cons.* 31. *n.* 4. *lib.* 1. *& latè Fel. c. illud, n. 11. de præscript. Affl.*
51 *decis.* 219. *n.* 1. *&* 3. Imo per † examinationem testium factam ad informationem curiæ non dicitur præuẽta iurisdictio solum, *l. libertus, la 2. num. 5. & num. 8. ff. de in ius voc.*

Ex quorum méte colligit Ægidius Bossius *in praxi crim. tit. de foro comp.*
52 *n.* 103 quod licet † etiam in criminalibus consideretur præuentio. *Guid. Papæ consil.* 30. *n.* 1. Tamen per solam inquisitionem, non dicetur præuenta iurisdictio: quod & post alios tradit Ant. Natta *cons.* 82. *n.* 5. *lib.* 1. Et meritò, quia aut ille, contra quem inquiritur fuit citatus, & tunc magis ratione citationis, quam ratione inquisitionis, videtur præuenta iurisdictio: si
53 autem non fuit citatus, & tunc † inquisitio dicitur nulla, & de facto est reuocãda etiam non citata altera parte, *Bald. l. si pacto quo pœnam, n. 2. C. de pact. Roman. cons.* 320. *n.* 5. & dato quod valeret: tamen absque citatione non potest dici præuenta iurisdictio, *iuxta reg. de qua supra.*

54 Neque dicas, hanc † rationem tantum concludere in inquisitione speciali, quæ formatur cótra certam personam, & non concludere in generali: quę non formatur contra certam personam: nam hæc valida est absque citatione partis, nam respondetur, quod antequam interueniat partis citatio: specialis non potest dici præuenta iu-
55 risdictio, *vt dictum est*, item † quod contra inculpatos in generali inquisitione, est postea formanda inquisitio specialis Salycet. *l. ea quidem, n.* 40. *C. de accusatio.* & sic tunc necessaria est specialis citatio partis, & locum habent supra tradita.

Iuxta quæ venit explicandus † Guilelmus *c. Raynutius, verb. & vxorem, decis.* 5. *n.* 17. dum dicit, quod plures sint 56
iudices, qui possint de delicto cognoscere, ille qui prius cœpit inquirere dicetur præuenisse iurisdictionem, quod & tradidit Iul. Clar. *in praxi crim. §. fin. q.* 38. *n.* 28. † Nam debent intelli- 57
gi, quando cœpit inquirere requisito, & citato eo, contra quem inquiritur, aliàs secus, vt constat ex supra traditis: item & quando hoc est, vt delictum † puniatur, nam aliud erit si tan- 58
tum fiat ad informationem curiæ, Socin. *l. libertus, la 2. num. 5. & 8. ff. de in ius voc. & supra dictum est.*

Quinimò & vltimò infertur ex relatis, quod † per eam citationem dice- 59
tur præuenta iurisdictio, quæ fit ad respondendum in causa: nam si fiat ad alium effectum, *n.* 2. dicetur præuenta iurisdictio, *vt tradit Iafred. Bald. decis.* 60. Item requiritur, quod † citatio fue- 60
rit legitima, & valida, aliàs cum nulla sit, per eam non dicetur præuenta iurisdictio, *arg. l. 4. §. condemnatum, infra, de re iud.* & probat *c. penul. de foro comp. ibi (legitimè citatus) & ibi notant Ant. num. 12. Pan. num. 6. Marian. n. 20. tradunt etiam Paul. hic, n. 5. & Iacobin. n. 3. Fel. cap. gratum, n. 4. de offic. deleg. & c. ex tenore, n. 5. de rescript. notabiliter Federic. consil. 97. n. 2. Roman. consil. 112. n. 5. Iafredus Balbus decis. 71. Ant. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num. 57. Octauian. de stylo curiæ, lib. 3. cap. 11. num. 2. Hieronym. de Monte tract. de finium regund. cap. 25. n. fin. Gregor. l. 12. tit. 7. part. 3. in glos. 1. & plures quos cumulant Decian. lib. 4. cap. 21. num. 4. Mascard. de prob. 3. par. conclus. 1227. à num. 16.*

Et est ratio, † quia citatio minus 61

legitima propriè non dicitur citatio, *l. si pater, C. de statu defunct.* & ideo nullum debet producere effectum Bald. *Auth. offeratur, num. 8. C. de litis contestat. & l. vnica, n. 1. C. ex delict. defunct.* Exornat Romanus *cons. 412. à num. 5. Ias. in Rub. ad fin. supra, de in ius voc. Georgius Cabedius decis. 142. num. 5.* Vt igitur
62 per † citationem videatur præuēta iurisdictio, oportet quod illa sit decreta ad requisitionem partis, quia alias non diceretur legitima, *d. cap. pen. de foro comp.*
63 *& ibi notat Pan. n. 2.* Item quod † fiat de mandato iudicis, quia alias non censetur legitima, *l. neminem. Cod. de exhib. reis, Ordin. Portugalliæ, lib. 3. tit. 1. §. 1. declarando, vt hic per Paul. Castrens.*
64 *num. 3.* Item † oportet fieri de mandato iudicis competentis: quia alias non diceretur legitima, neque arctat citatum, *l. 3. supra eodem, l. vir bonus, infra iudicatum solui, tradidit Bartol. & Paul. l. vbi ceptum, infra eod. Felin. cap. ex tenore, num. 18. de rescript. Rebuff. de priuil. scholar. priuileg. 153.* Denique exigitur,
65 † quod in citatione exprimatur causa, ad quam citatur, quia alias non erit legitima, *Clem. fin. vt lite pend. Guid. Papæ decis. 153. in fin.* quæst. resol. n. 73.
66 Sed videndum † restat: *vtrum per citationem realem, hoc est, capturam personæ, dicatur præuenta iurisdictio?* Et dicēdum
67 præuentam esse: quia citatio † per capturam personæ, fortior est quam verbalis, *vt hic tradit Ang. num. 3. Bald. l. senatus, ad fin. C. qui accus. non poss. & in Authen. sed nouo iure, num. 9. C. de seruis fugit. Iason. l. si domus, § fin. num. 7. infra, de leg. 1. Gregor. l. 12. tit. 7. partit. 3. glos. 1. in fin. & plures relati per Mascard. de probat. 3. parte, conclusion. 1227. n. 8. Cabed. decis. 142. ad finem* adeo quod existima-
68 uerit † Angelus Aretinus, *tract. maleficiorum, verb. iudex commisit, quod Caius, num. 14.* quod si vnus iudex præuenerit citando verbaliter, & alter iudex realiter capit delinquentem processus resol. num. 73.

ab hoc factus debet prævalere propter † fortiorem citationem, subscribit 60 Alex. ad Bart. *l. sepulchri, infra de sepulchro violato, Guid. Papæ decis. 202. num. 3. & consil. 30. n. 1. Bossius in praxi, tit. de foro comp. n. 97. & Hieronym. de Monte tract. finium regund. c. 25. num. 13. alios citans, & Grauatius ad Octauianum de stylo curiæ, lib. 3. cap. 11. num. 4. & sentit Grammaticus decis. 30. num. 6.* & refert alios Mascard. *vbi supra num. 8. & Gigas cons. 108. num. 7.*

Est nihilominus subsistendum, nam † contrarium, quod imo, qui præuenit citando prius verbaliter in cognitione huius criminis debeat præferri, tenet Marianus *cap. pen. num. 21. de foro comp.* & satis sentit Guid. Papæ *cons. 153. num. 2. Afflict. decis. 219. num. 3. Decianus tract. crimin. lib. 4. cap. 21. num. 8. & 9. Vincent. de Franchis decis. 505. n. 4. & num. 14. in 2. parte.* Neque † obstat 71 fundamentum contrariæ opinionis, quia licet citatio per capturā personæ sit fortior, tamen non probatur ob id præferri debere citationi verbali prius factæ, *vt aduertit August. in addit. ad Ang. d. verb. iudex commisit, n. 14. ad fin.* Vnde † licet Bald. *Auth. sed nouo iure, 72 num. 9. C. de ser. fugit.* tradiderit, quod si vnus iudex inquirat, & alter capiat delinquentem, præfertur ille, qui delinquentem cepit: tamen ex supra traditis, id est intelligendum, nisi qui inquirit, prius verbaliter citauit delinquentem: nam tunc est præferendus ille, qui prius verbaliter citauit *Marian. d. c. pen. num. 21. de foro comp. & alij supra citati. & sentit Guid. Papæ conf. 153. num. 2* & ad hunc modum est explicandus Iul. Clar. *in praxi crimin. §. fin. q. 38. num. 28.*

Pro concordia tamen harum † opi- 73 nionum amplectenda videtur resolutio Marian. *d. cap. pen. num. 22. ad med. de foro comp.* quod si iudices sint subditi eidē Principi, præfertur ille qui prius citauit

citauit verbaliter, si autem sint subditi diuersis Principibus, tunc præfertur ille qui realiter citauit, quia non tenetur eum remittere ad iudicem subditum alteri Principi, & ideo de delicto illius quem cepit, cognoscere poterit, *suscribit Bossius in praxi, tit. de foro comp nu.99. & Anton. de Matth. de prorogatione iurisdictionis, num.33.*

Addenda tamen prædicta esse intel-
74 ligenda, † quando captura personæ fuit facta legitimè: alias non potest operari effectum præuentionis, *iuxta supra tradita.* Quare cum receptum sit, neminem iustè, & legitimè capi
75 posse, † nisi præcedat aliqua informatio delicti commissi, & de eo constet saltem per aliqua indicia, *vt post Ioan. And. tradit Bal. l. quod emtandi, in fin. C. de cond. ob turp. cau Salyc. l. nullus, num.4. C. de exhib. reis, Fel. in c. cum non ab homi-*
76 *ne, n.2. de iud.* † adeo quod non præcedente dicta informatione, iudex in causa criminali ad nullum actum possit procedere, *Ang. de malefic. verb. & quod fama publica, num.4.* vtique si quis capiatur non præcedente dicta informatione, non dicetur præuenta iurisdictio, imo captus illico pristinæ libertati restituendus est, *l. fin. vers. nullo tempore, infra, de lib. hom. exhib. Roman. cons.320. num.2. Bossius in praxi, tit. de captura, à n.5. Vinc. de Franchis dec.505.*
77 *n.16. in 2.p.* Et idem si captus † fuerit in alieno territorio, cum tunc etiam minus legitime videatur captus, *c. ex parte, el 1. de verb. signific. l. quis sit fugitiuus, §. idem Celius, & ibi gloss. verb. adduci, infra. de adilitio edicto, Bart. l. si cui, §. final. infra, de accusat.* Quare per huiusmodi capturam realem non dicetur præuenta iurisdictio, *Salyc. l. nullus, n.5. C. de exhib. reis*, ampliãdo vt per Iul. Clarum *in praxi crim. §. fi. q.38. num.12.*

Et ex his venit explicanda traditio
78 † Ang. *de malefic. verb. iudex commisit, n. 15.* dum tenet, quod si iudex originis delinquentis, præuenit eum prius citando, & iudex delicti præuenit prius sententiam ferendo, præualebit processus, & sententia iudicis originis, quia præuenit iurisdictionem prius citando saltem verbaliter, *subscribit Rogerius à Mota, l. hæres absens, §.1. n.53. inf. eod. Greg. l.1. tit.20. par.it.7. verb. de vello hazer, col.2.* nam hoc dictum verum erit quando † iudex originis pro- 79
cõcesserit ei hanc status mutationem, vt quia per Principem factus est miles: nam si princeps proprio motu, concesserit alicui priuilegiũ, per quod mutetur status, & antiqua conditio, priuilegium adhærens huic nouo statui & conditioni, proderit huic, cuius mutata fuit conditio, & sic cessabit conclusio huius text. & ita limitat gl. pen. hic per text. *l. qui autem, in princ. supra, si quis cautio, vbi gl.* idem tenet & extollit Roman. *consil.* 327. *num.* 11. *Decian. in tract. crim. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 25. & esse receptam limitationem asserit Lancelot. *Dec. hic, col.* 1 *ad fin. & Iacobin. n.* 11. & vti communem probat Alex. *d. l. si quis quemquam, n.* 3. *sup. si quis cautio, Ias. l. cum quædam, n.* 9. *supra, de iurisd. omn. iud. & ibi Alex. n.* 7. *Cagnol. n.* 26. *ad fin.*

115 Et ideo † pro regula cõstituitur, quem posse vti priuilegio motu proprio Principis ei concesso, non obstante regula huius text. *Ripa c.* 1. *in fin. de rescript. & plures relati per Ant. Gab. lib.* 2. *communium, tit. de iud. concl.* 4. *n.* 20. *Ant. de Matth. de prorog. iurisdict. n.* 57. *& notab. Cabedus decis. Lusitan.* 24. *n.* 4. *&* 5. *& decis.* 25. *à n.* 1. Quinimo *Bart. l.* 1. *n.* 3.

116 *ante fin. inf. de pen.* tradit, quod † si quis rogatus fuerit, per Principem, vel Rempublicã aliquod gerere officium, vtetur priuilegio ei annexo, etiam quoad causas iam pendentes: *subscribit Iafred. Balbus decis.* 70. *Lancelot. de attentatis,* 2. *parte, c.* 4. *in* 20. *limitat. n.* 19. *& notabiliter Albertinus, c.* 1. *de hæret. in* 6. *quæst.* 13. *n.* 9. Pro qua sententia etiam adducitur, *l. idem Vlpian.* §. 1. *infra, de excusat. tut. & ibi notat. Bart.* adducitur etiam *l. non distinguemus*, §. *item si quis Romæ, sup. de receptis arbit.* quem expressum ad hanc cõclusionem asserit Ang. *hic num.* 4. *in fin. Marian. cap. fin. n.* 67. *de foro compet.* denique adducitur *l. si quis reus infra iudicatum solui.*

Et nihilominus aduertendum est,

117 † quod hanc receptam limitationem impugnat Fulgo. *hic num.* 1. *ad medium, Ias. l. si quis quemquam, num.* 5. *sup. si quis cautio, & l.* 2. *n.* 2. *C. vt lite penden. Ruinus consil.* 80. *in fin. lib.* 5. *& plures alij quos refert Anton. Cab. lib.* 2. *communium, tit. de iud. conclus.* 41. *n.* 20. & pro horum † opi- 118
nione videtur text. expressus in præsenti, dum loquitur † de milite, qui a 119
communiter accidentibus inuitus cogitur militare, *l. qui cum vno,* §. *si reus, adiuncta, gl.* 1. *infra, de re militari.* Secundò vrget, quod † priuilegium impetra- 120
tum lite pendente, nihil prodest, non facta mentione litis pendentiæ, *l.* 2. *C. vt lite pendente notat Capitius decis.* 86. *n.* 20. *Baptist. Ferretus cons.* 229. *n.* 6. *lib.* 2. etiamsi † motu proprio Principis fue- 121
rit concessum: *Hostiens. & alij communiter, c. causam, el* 2. *de testib.* neque enim Princeps videtur velle tertio præiudicare, *l.* 2. §. *si quis à Principe, infra, ne quid in loco publico,* & subscribunt plures, quos refert Ant. Gabr. *d. lib.* 2. *communium, tit. de iud. concl.* 4. *n.* 20.

Et qui hanc † opinionem velit de- 122
fendere facilè ad rationes communis opinionis, poterit respondere, † nam 123
ad primum de *l. si quis quemquam, sup. si quis cautio.* respondetur Fulgos. *hic n.* 1. *ad medium*, quod dum præsupponit priuilegium superueniens, prodesse quoad causam iam motam: debet intelligi de priuilegio specialiter concesso, etiam quoad causam pendentem expressa clausula *(non obstante)* nam aliàs si simpliciter esset concessum, solùm pertinet ad causas futuras, non autem ad iam pẽdentes, & verum esse agnoscit, *gl.* 1. *in fin. d. l quis autem, sup. si quis cautio. subscribit Aretin. c. causam, el* 2. *num.* 9. *de testibus & Ant. de Matth. de prorogat. iurisdict. num.* 57.

Ad secundum † de *l. idem Vlpianus,* 124
§. 1. *infra, de excusat. tutor.* respondetur, non pertinere ad nostram materiam, & tantum probare, quod si Princeps ex certa scientia permittat tutorem

transferre domicilium in locum, in quo commodè non possit administrare tutelam, videtur eum excusare à prædicta tutela: & pari ratione, si Princeps sciens præuentam esse iurisdictionem, & nihilominus permisit de ea causa agi coram alio iudice, videtur dispensasse cum regula huius text. & illi derogare, *l. quidam consulebat, in fin. infra, de re iud.* & expresse probat Rum. *cons. 76. num. 6. lib. 5. Lancelot. de attentatis, 2 parte, c. 4. in 21. limit. n. 17.*
125 quia cum his casibus, † non videtur agi de magno præiudicio tertij, satis est constare de certa scientia Principis, vt legi contrariæ videatur derogatum, *Alex. l. 3. §. si is pro quo num. 7. sup. quod quisque iur. Felin. c. nonnulli, in princ. n. 13.*
126 *de rescript.* & procedent † supra tradita etiamsi clausula (*ex certa scientia*) non sit expressa: nam sufficiet de ea tacitè constare, vt probat *l. idem Vlp. §. 1 inf. de excus. tut. resol. Felin. c. cum inter, n. 2. de*
127 *except.* Nec etiam † est necessarium exprimere clausulam (*non obstante*) quia ea tunc exprimenda est, quando agitur de magno tertij præiudicio, *Alex. d. §. si is pro quo, num. 7. Felin. cap. nonnulli, in princ. num. 12. de rescript.*

128 In nostra autem quæstione † nullo modo constat de certa scientia Principis, sed tantum proponitur concessio generalis alicuius priuilegij, quod non possit conueniri, nisi coram certo iudice, quod priuilegium non videtur comprehendere causas iam pendentes, *vt dictum est.*

129 Neque obstat † tertiò de *l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, sup. de recept. arb.* nam si bene aduertatur, text. ille non loquitur in nostris terminis: neque enim ibi mutatur forus, sed tantum conceditur dilatio, vt dum durat legatio, non possit legatus conueniri in loco, in quo contraxit: hoc enim priuilegium proderit etiam ad causas iam motas ante susceptã legationem, nostra autem quæstio est, *Quando forus in totum mutatur.* Et est ratio † huius 130
differentiæ: quia primo casu tantum præiudicatur parti, & quidẽ modicè, *arg. l. quoties, C. de precib. Imperatori offerendis, & l. deberi, C. de fideicom. libert.* & ideo facilius conceditur, ne aliàs impediatur officium publicum legationis, *l. de eo in fine inf. eod.* Sed in secundo casu non solum præjudicatur parti, sed etiam & iudici, qui in causa formatam habebat iurisdictionem: & ideo difficilius conceditur, *iuxta in simili tradita, per Couar. pract. q. cap. 23. num. 4.*

Non obstat † quartò *d. l. si reus inf.* 131
iudic. solui, quia etiam ibi non mutatur forus, sed differtur conuentio: dum durat officium magistratus, *l. si adult. cum incest. §. fin. inf. de adult.* & sic militat eadem ratio, quam in legato supra assignauimus.

Cæterùm etsi quis vellet defendere † magis communem traditionem, fa- 132
cilè etiam ad rationes contra eam adductas respondere poterit. Nam ad primũ de isto text. respondetur † quod 133
loquitur in milite † qui tantum volun- 134
tarius eligendus est, *cap. non est 15. q. 1.* & colligitur ex requisitis, quæ in eligendo milite enumerat *glos. l. pen. supra quibus ex causis maior.* & hac ratione in hoc text. pro regula † constituitur pri- 135
uilegium militiæ non prodesse, quoad causam, in qua præuenta fuerat iurisdictio: non tamen negat, quod si inuitus † coactus sit ad militan- 136
dum, & sic magis motu proprio Principis, quam propria voluntate effectus sit miles, non debet gaudere suo priuilegio, etiam respectu causæ iam dependentis: *vt agnoscit Bart. l. 1. num. 3. ante fin. inf. de pœnis, Albert. in cap. 1. de haeret. in 6. quæst. 13. num. 9. (abed. decis. Lusit. 24. n. 4.* Prout hos casus in simili distinguit text. *cum glos. l. qui cum vno, §. si reus, inf. de re milit.*

Non obstat † secunda ratio dedu- 137
cta

cta ex dictis Host. *c. causam quæ el 2. de testi.* quia respõdetur procedere, quando eodem manente statu citati, impetretur lite pendēte priuilegium, quod noceat alteri parti: hoc enim non valebit in præiudicium partis, etiamsi motu proprio sit concessum: Et est ra-
138 tio, quia licet clausula † motus proprij tollat subreptionem, non tamen validat gratiam in præiudicium tertij, *c. si motu proprio iunctis ibi traditis, per Io. Andr. de præb. in 6. tradit gl. Clem. si Ro-*
139 *man. de præb.* Nos autem agimus † quando quis mutat statum, acquirendo aliquam dignitatem, vel officium, cui sit annexum prædictum priuilegium, *l. vniuersi, C. de legatio. lib.* 10. Nam si illud officium motu proprio fuerit concessum, priuilegium illi annexum proderit, etiam quoad causas iam pendentes, *l. non distinguemus, §. item si quis Roma, sup. de recept. arb. l. si reus, inf. iudicatum solui*, & ita censuit senatus Lusitanus, *vt asserit Cabed. decis. Lusit.* 25. *col. fin.* quia tunc magis consideratur officium, quod est principale, quàm priuilegium, quod venit in cõsequentiam, iuxta reg. *l.* 1. *ff. author. tut.* & sic constat hunc articulum nimis esse controuersum & ambiguum.

140 Inuenio tamen † quod Aret. *c. causam, el 2. n. 9. de testi.* concordat has opiniones: quod si per priuilegium tantum differtur, vel suspenditur ius partis, hoc casu poterit admitti magis communis opinio supra relata, aut vero per priuilegium mutatur iudicium, & sic quoad eam causam iam motam omnino extinguitur ius partis, & hoc secundo casu in causa pendenti non obtinet locum priuilegium, etiamsi motu proprio fuerit concessum, quia agitur de maiori præiudicio, quæ qui-
141 dem † concordia notabilis est, & summo opere amplectenda in nostra materia. Ex qua in secundo mẽbro aper-
142 tè colligitur † in terminis nostri text. non habere locum commun. opin. supra relatam, imo concludendum est, reg. huius text. locum habere, etsi priuilegium concedatur motu proprio Principis, quod tex. apertè sentit, cum generaliter loquitur in milite, & sic tam in milite voluntario, quam in inuito coacto per Principem, qui perinde habetur, ac si motu proprio Principis fuisset electus, *vt sup. dictum est.* Et idem colligitur ex generalibus verbis huius text. ibi (*alterius fori*) & ex eadem distinctione in primo membro colligendum est, quod † quando per 143
priuilegium non perimitur ius partis quoad eam causam, sed tãtum suspenditur, vel differtur ius partis, non obtinet locum regula huius tex. & videtur probari, *l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, sup. de recep. arb. l. si reus inf. iudicatum solui, l. si adulterium cum incestu, §. fin. inf. ad l. Iul. de adult.* Et hac etiam ratione procedit tex. *l. qui autem, iuncta glos.* 1. *& ibi notat Alber. supra, si quis cautio.* Et est ratio, † quia in his terminis 144
in effectu videtur concessa priuilegiato exceptio quædã dilatoria, quæ non respicit substantiam, & decisionem litis: sed quasi perscribebat modum procedendi in causa, in quibus terminis priuilegium, siue noua concessio etiam comprehendet causas pendentes, saltem quoad ea, quæ postea in processu causæ fieri debent, *glos. c. licet Canon, verb. de cætero, in fin. de elect. in 6. gl. fin. Clem. dispendiosam, de iud.* & asserit receptum Fel. *cap. fin. n.* 10. *de constit. Crotus l. omnes populi. n.* 149. *supra, de iust. & iur.* & defendit Nauarrus *cap. si quando de rescript. pag.* 88. *ad fin.*

Et ad complemẽtum prædictorum est addendum, quod dilatio † quæ con- 145
ceditur alicui, ratione officij publici, quod gerit, valida censetur, etiam si forsitan diù durare possit: *vt colligitur ex iuribus supra citatis:* quamuis extra hos terminos † dilatio, quæ diu est 146

duratura concedi non soleat, *l. pen.C. de pact.inter empt.tradit Ias.in l.quoties,n. 5.Cod de precib. Imp.offer.* & ideo dila-
147 tio † excedens quinquennium inualida censetur, *arg.l fin.Cod.qui bonis ced. poss. & §.appellantur, Inst.de excep. tradit Guid. Pap. decis.97. & decis.109. Pau. Cast.d.l.quoties, in fi.C.de precib. Imp.off.*

Item quod iuxta hoc primũ mem-
148 brum distinctionis † Aretini venit explicandus tex.*l. si reus, infrà, iudicatum solui*, ad cuius interpretationem est aduertendum, quod text.ille prima facie videtur loqui: quando ille, qui magistratus creatus est, adhuc non fuerat citatus ad causam, cum dicat illum propter magistratum in ius vocari non posse, *l.2.sup de in ius voc.*sed dicendum est, quod tex.agit de eo, qui
149 præstitit cautionem † de iudicato soluendo, quæ licet præstanda sit in initio litis, antequam lis sit contestata, *l.vn.in fin.C.de satisdan.*tamen non pręstatur nisi post citationem, ac proinde *dict.l.si reus,* debet intelligi de eo, qui fuerat citatus ad causam, & postea creatur magistratus: nam suspenditur cognitio causæ, in qua erat præuentaturi sdictio, dum durat magistratus: vt expresse aduertit Lancel. Dec. *l. pars literarum, ante fin. inf. eod.* Ne-
150 que obstant † verba, *d.l. si reus expensa vti supra*, nam debent accipi in genere, vt scilicet magistratus indistinctè non possit in ius vocari, neque in iudicio conueniri, *d l.pars literarum, & ibi gl.& Alb. l si adulterium,§. fin.inf de adulter.* & non in eo casu particulari, in quo citatio præcesserat creationem magistratus. Præterea est aduerten-
151 dum quod † Lanc.Dec.*in d.l.pars literarum.a l fin.*opponit de decisione *dict. l.si reus* aduersus conclusionem nostri tex. & respondet, quod in terminis *d. l.si reus*, magistratus omnino eximitur à iudicio, & ideo præuentio non impedit priuilegium superueniens: Sed † in casu huius tex.priuilegiatus non 152
omnino eximitur à iudicio, sed tantum mutatur iudex, & ideo priuilegium superueniens obstat præuentioni, quæ tamen responsio omnino reiicienda est: quia in specie *d. l.si reus,* magistratus non eximitur omnino à iudicio, sed tantum suspenditur iudicium, donec durauerit magistratus, *l. si adulterium, §. fin. infr. de adult.* & ideo verior est responsio, quod † in 153
d.l.si reus, non mutatur iudex, sed suspenditur cognitio causæ, dum durauerit magistratus: & ideo cum videatur agi de modico præiudicio, habebit locum priuilegium, etiam in causis pendentibus, *iuxta supra tradita*, ad quod reducendus est Cabed. *decis. 24. num.8.* Accedat quod prædictum priuilegium non respicit substantiam litis, siue decisionem, cuius respectu nihil mutat, sed magis respicit vsum & exercitium litis motæ. Porrò quando † dispositio respicit vsum, & exer- 154
citium causæ, comprehendit vsum, & exercitium futurum quantumcunque causa illa à præterito pendeat & ortum habeat: *gl. Clem.2., verb. vtetur, de vita & hon.cler.gl.4.Clem.1.de testa. Ant. cap fin.n.18.vers.tertio casu,de const. Nauar.c.si quando, pag.87.de rescri.* quod † 155
est notabile ad Ordinationem Portugallię, *lib 3.tit.8.in prin.veteris impressionis, quæ hodie est lib.3.tit.9.noua recopilat.*

Neque est omittendum, quod † 156
probat *d. l. si reus*, quod licet eo casu principalis non possit conueniri, neq; condemnari dum durat magistratus, tamen eius fideiussor de iudicato soluendo condemnari potest: ex quo tex. collegit Roman. *sing.627. post Bald. l. vn. in fin.C.de priuil.dot.* quod exceptio
† declinatoria fori competens princi- 157
pali non communicatur, nec prodest eius fideiussori, *subscribit Afflict. decis. 206.n.2. Bolog. Auth. habita, n.325.ante fin. C. ne filius pro patr.* quam tamen conclusio

conclusionem non probat ille text. quia non agit de exceptione declinatoria, sed potiùs de dilatoria, quæ coram quocunque iudice opponi potest.

158 Et ideo verius est † *d.l. si reus*, ea ratione procedere: quod priuilegium competens ratione magistratus, est personale: & ideo nihil prodest fideiussori, *l. exceptiones, inf. de except. §. fin. Inst. de replic.* & aduertit gl. fin. *d.l. si reus, & B.n.t. l. vir bonus, in fin. inf. iudicatum solui.* Si ergo absens non defendatur arbitrio boni viri, condemnabitur fideiussor in interesse.

159 Et hac etiam ratione procedet † *l. qui autem, in princ. sup. si quis cautio.* ne-

160 que repugnat text. † *l. si is qui, 6. sup. si quis cautio.* vbi priuilegium principalis prodest fideiussori, quia placet respõsio Alex. *l. si quis quemquam, n. 1. ad fin. sup. si quis caut.* Quod procedit specialiter, quando principalis aberat causa Reipublicæ: nam cum impossibile sit fideiussori eum reuocare ad iudicium cum detrimento Reipublicæ, & eum sistere in iudicio: propter hanc impossibilitatem succurritur fideiussori, sed extra hunc casum priuilegium principalis nihil proderit fideiussori, *vt di-*

161 *ctum est*. quia culpa † potest imputari fideiussori, qui non curauit principalem renuntiare suo priuilegio, prout poterat, *l. penult. C. de pact.* prout etiam facere poterat in terminis *d. l. si reus*, nam potuit magistratus suo renuntiare priuilegio, *arg. l. est receptum, sup. de iurisd. omn. iudic.* quod si nõ fecit, culpa imputabitur fideiussori, quia per eius culpam factum est: quominus principalis sisteretur in iudicio in ea causa. Vnde meritò cõdemnabitur id, quod significat *d.l. qui autem, in princ. sup. si quis cautio.* ibi (*vtitur priuilegio*) significat enim culpam fideiussoris in eo consistere, quod principalis vtitur in ea causa priuilegio, cui poterat renuntiare, si fideiussor id exigeret.

Quibus addendum est, quod † cum 162 de causa ciuili ad criminalem valet argumentum, *l. absentem. inf. de pœn.* id quod supra resolutum fuit in causa ciuili, pariter admittendum erit in causa criminali, ac proinde prout in causa † ciuili, nihil prodest priuilegiũ 163 superueniens, quoad causam iam præuentam, iuxta nostrum text. pariter & in causa criminali, præuentus tenebitur respondere coram iudice, qui præuenit iurisdictionem, neque priuilegium postea concessum ei procederit, quod probat, *l. hos accusare, §. hoc beneficio, inf. de accusa. & ibi notat Bart. n. 3. & idem Bart. l. Vranius. num. 12. inf. de fideiuss. & l. 1. num 3. infra, de pœn.*

In contrariũ † tamen expẽdo istum 164 text. dum probat, quod si præuentus in causa ciuili efficitur miles: nõ gaudebit priuilegio, *l. magisteria, C. de iurisdict. omn. iud.* & tamen in causa criminali, poterit is miles accusari, & puniri per magistrũ militum, vt probat *l. qui cum vno, §. si reus, inf. de re milit.* hanc difficultatem mouet glos. pen. *in præsenti*, & ineptè illi satisfacit: Ang. autem † *hic n. 4 in fin.* respondet, quod 165 in causa criminali, iudex qui præuenit iurisdictionem, poterit militem condemnare, executio autem fiet per magistrum militum, *d. §. si reus.* Quod & sentit Bart. *l. 1. num. 3. inf. de pœn.* sed non placet, quia si iudex, qui præuenit est competens ad condemnandum, ergo & ad exequendum, *l. cum quædam, supr. de iurisd. omn. iudic.* Magis ergo placet † intellectus Oldradi, 166 quem referunt & probant Alb. *hic Fulgos. num. 1. ad fin. Lancel. Dec. col. 1. ad fin. Iacobin. num. 11.* quod reus postulatus criminis, antequam ostenderet innocentiam suam, voluntarius miles effectus est, & ob hoc capite punitur, quia ad honorem militiæ aspirauit, contra prohibitionem, *l. vn. C. de reis postul. lib. 10. & notant gl. d. §. si reus,*

verb.

runt, & l. adulter. §. eo tempore, infra, de adult. & l. si quis decurio, & ibi notat Bal. n.3. C. de fals. & in terminis tradit Bar. *l.1. n.3. infra, de pœn. Federicus conf. 97. num.8. Imol. conf. 118. Alber. Tocius tract. de perfect. cleric. lib.2. c.6. num.2. Catelian. in memorabilibus verb. laicus, Couar. & Placa vbi supra* Perez, *l.1. tit.3. lib.1. ordinamenti veteris, verb. clericus, pag.57. Gutier. in practicis ad ll. regni, 1. parte, q.5. n.5. ordin. lib.2. tit.1. §.21. noua reco-*
228 *pilat.* Et ideo in his † terminis licet ordinatus contra hanc præsumptionem, probet in fraudem non fuisse ordinatum, tamen ratione præuentionis coram Ecclesiastico respondebit, *iuxta supra tradita.* Cæterum si adhuc non
229 fuerit præuenta † iurisdictio, & quis non erat accusatus, vel diffamatus de delicto, tunc non præsumetur fraus nisi clarè probetur, *l. quoties, §. qui dolo,*
230 *sup. de prob.* & pariter si † accusatus vel infamatus de delicto commisso fuerit ordinatus, & sic præsumatur fraus, si tamen contrarium clarè probauerit, causa agetur corā Ecclesiastico à cessante ratione, de qua sup. expressè Gutier. *d. q.5. n.2.* quæ quidem omnia non receperūnt aliquam emendationem,
231 vel mutationem per † bullam Alex. VI. neque per Concil. Triden. vt aduersus Auendan. probat Couar. *pract. q. c. 32. num.4. & Gutier. d. q.5. num.8.*

Neque est omittendum in hac ma-
232 teria, quod † Alu. Valasc. *consult. 48. n.7.* existimat omnia supra resoluta, in regno Portugalliæ non obseruari, quia (vt ipse existimat) ordinatio Portugalliæ, *lib.2. tit.1. §.4.* constituit, quod etsi præuenta sit iurisdictio per secularem, & postea citatus efficiatur clericus, secularis poterit quidē cognoscere ciuiliter, & nullo modo criminaliter: & consequenter etiamsi fraus dicatur interuenisse in ordinatione, vnde cum generaliter loquatur satis significat, quod etsi in fraudem efficiatur clericus, tamē secularis de eius causis non cognoscet criminaliter, sed tantum ciuiliter. Item non distinguit inter pœnam corporis afflictiuam, vel pecuniariam, sed simpliciter constituit, quod si causa criminalis sit indistinctè, remittatur causa ad Ecclesiasticum, asseritque praxim iudiciorum regni prædicta admittere.

Sed ego hæc omnia prorsus falsa † 233
esse existimo: neque enim ordinatio-
nes † Portugal. solent facilè recedere 234
à receptis opinionibus iuris communis, neque contrarium probat † ordin. 235
d. lib.2. tit.1. §.4. quia imò bene expensa probat receptas opiniones in hac materia supra relatas. Nam aduertendum est, eam loqui, quando quis post præuentam iurisdictionem efficitur clericus: item loqui quando præuenta erat iurisdictio tam in causa ciuili, quam criminali, & subdit, quod si quis post prædictam præuentionem efficiatur clericus, de causa quidem ciuili cognoscat secularis, item & de causa criminali quoad ciuilem condemnationem tantum: hoc est, quoad pœnam pecuniariam: non autem amplius: hoc est, non ad pœnam corpo-
ris afflictiuam, & sic in effectu † con- 236
cordat cum communibus tradit. supra relatis. Et ita expressim eam ordinationem interpretatur Gam. *tract. de Sacram. praest. q.5. n.27. ad fin.* & hanc esse veram mentem illius ordinationis constat ex eo, quod dicit cognoscendum esse de eo, quod pertinet ad condemnationem ciuilem: nam hoc necessariò intelligendum est, quando ratione criminis præuenta fuerat iurisdictio, quia aliàs ineptè diceretur, quod tantum de ciuili cōdemnatione agēdum esset. Ergo vult ea ordinatio, quod quando in his terminis præuenta fuerit iurisdictio, adhuc secularis cognoscet de causa criminali, quatenus pertinet ad cōdemnationem ciuilem,

non autem quoad pœnam criminalem: vt etiam communis tenebat.

Vnde & contra eundem Valasc. re-
237 soluendum est, quod etsi non fuerit † præuenta iurisdictio, & tamen constet verè vel præsumptiuè, aliquẽ in fraudem ordines accepisse, adhuc secularis poterit de crimine cognoscere, faciendo tamen condemnationem, modo de quo supra. Nam cum ea ordinatio loquatur in casu præuentæ iurisdictionis, & huic casui æquiparetur casus, quo quis causa euitandi iudicij secularis, in fraudem ordinatus est, *vt sup. diximus*: succedit traditio gl. fin. communiter receptæ, *l. si quis seruo, C. de furt.*

Non autem omittẽdum duxi, quod
238 supra † per nos traditis aliquantulum videtur repugnare Ordin. *l. 5. supra tit. 4. lib. 2. Extrauag.* dum disponit, quod si quis post commissum delictum, vel postquam erat diffamatus delictum commisisse, clericus efficiatur: quod debet comparere corã iudice seculari, & coram eo ostendere titulum suæ ordinationis, vt remitti debeat ad Ecclesiasticum: quæ hodie est *lib. 2. tit. 1. §. 21.* Nam est expendendum, quod si postquam quis erat diffamatus de delicto, clericus efficitur, præsumitur in fraudem fuisse ordinatum, *vt sup. diximus*: & tamen prædicta ordinatio præsupponit, quod nihilominus est remittendus ad Ecclesiasticum: quod tamen videtur repugnare supra reso-
239 lutis. Sed respondendum † est, id quod prædicta ordinatio præsupponit procedere, quando ad pœnam criminalem agitur, quæ sæpius est corporalis, & quoad hanc pœnam infligendam, est remissio facienda ad Ecclesiasticum, & aliud esset, si condemnatio facienda esset in bonis ordinati in fraudem, vt communis vult. Et ex his
240 à fortiori venit † reiiciendum, quod ipse Valasc. tradit *d. consultatio 48. n. 7. ad fin.* tradita per eum etiam procedere, si post factam condemnationem in iudicio seculari condemnatus efficiatur clericus, ea motus ratione, quia ordinatio *lib. 2. tit. 1. §. 4.* indistinctè prohibet, ne secularis intromittat se in causa criminali clerici: quæ tamen opinio apertè falsa est, quia clericatus
† superueniens post condemnationem 241
legitimè factam in iudicio seculari, minimè ordinato prodesse potest: *vt tenet Io. And. c. 1. col. fin. de oblig. ad ratiocin. Vinc. de Fran. decis. 384. n. 11. in 2. par.* quod idẽ notab. ampliat *decis. 395. in ead. 2. par.* nam alias facilè eluderentur sententiæ legitimè latæ contra delinquentem in foro seculari, si per clericatum postea susceptum, in illis non
posset fieri executio: & quia post † 242
condemnationem clericatus non reperit hominem liberum, & sui iuris, sed condemnatum ad pœnam corporalem, & ideo ei prodesse non debet, *Fed. cons. 97. n. 8. Iul. Cl. in praxi crim. §. fin. q. 36. nu. 44.* & in simili considerat Rom. *decis. 1. de for. comp. in antiq. Couar. resol. lib. 2. c. 20. n. 13.* & prosequitur Alber. *c. 1. de haeret. in 6. q. 13. à n. 26.* Qui-
nimo receptum est, quod si post † ca- 243
ptum laicum per secularem, ille efficiatur clericus, poterit secularis aduersus eum procedere ad condemnationem criminalem: quia clericatus superueniens nunquam inuenit eum liberũ à potestate seculari. Vnde cum quoad personas reperiatur subditus potestate seculari, clericatus superueniens, non potest illum eximere à prædicta potestate seculari, quod in specie sentit Io. And. *c. 1. col. fin. de oblig. ad ratiocin. Bart. l. 1. n. 3. in fin. infra, de pœn. Ang. & Fulgos. hic, n. 1. Marian. c. pen. n. 53. in fi. de foro comp. Chass. in consuet. Burgundiæ, Rub. 1. §. 5. n. 67. Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis, n. 57. vers. vn le clericus, Decian. tract. crimin. lib. 4. tit. 9. à n. 137.* & videtur text. *cap. multi,*

multi,2.*q*.1. adiunctis traditis per Panormitanum *c. at si clerici,in princ.n.*20.
244 *de iud.* Neq; obstat ratio† Valasci:quia licet eius interpretationem admittat ad ordinationem, *lib.2.tit.*1.§.4. (quæ tamen est apertè falsa, *vt supra ostendimus*) adhuc falsa est, hæc sua postrema conclusio, quia ordinario procedit, quando præuentio facta est,quoad causam, & non quoad personam: nam si facta sit etiã quoad personam,
245 poterit † secularis de ea causa etiam criminaliter cognoscere *ex supra traditis*, prout & potest cognoscere de clerico assisino, etiam quoad pœnam corporalem, *cap.*1.*de homic. in* 6. *tradit Capit. decis.*11.
246 Quinimo etiam † in casibus, in quibus secularis non potest procedere ad condemnationem criminalem: si tamen crimẽ prædicti clerici,sit enormissimum,ita vt pro eo debeat criminaliter & seuerè puniri, potest secularis requirere Ecclesiasticum, vt illum degradet, & tradat curiæ seculari, vt possit condignè puniri,*iuxta nota.c.cum non ab homine,de iud.& ita Bar. l.*1.*n.*3.*ante fin.inf. de pœn. Ang. de Cast. conf.*37. *à n.*8. *lib.*2.*crim. Ias.l. cum quedam,n.*10. *supra, de iurisd.omn.iud. Hyppol.l. si.itu liber.n.*5. *ad fin. infr.a, de q & singul.*534. *Placa de delict.c.*35.*n.*4.*Iul. Cla.in praxi criminali,§.fin.q.*36.*n.*43.*ad fin. facit l. fin. infra, de re milit.*
247 Contrariam nihilominus† sententiam,imo quod clericus nõ sit degradandus,ad requisitionem secularis iudicis probat Ant.*c.*1. *col.*4. *& ibi Pan. n.*5. *ad fin. de obligatis ad ratiocin.* quia
248 degradatio† tãtum permittitur,quando accusatio fit coram Ecclesiastico, & est crimen enormissimum, *vti d. c. cum non ab homine,& tradit Gul.Bened. tract. de homic.n.*3.*Iul.Clar.d.§.fin.q.*36. *n.*36. Non autem inuenitur iure cautum,quod ad requisitionem secularis, fiat prædicta degradatio, cum Ecclesiasticus non teneatur stare processui, vel sententiæ secularis latæ contra clericum, *vt resoluit Fel. cap.at si clerici, in princ. n.*4. *de iud.* & ideo verius est, quod† ad solam requisitionem secula- 249 ris,clericus non debeat degradari per iudicem Ecclesiasticum.

Quinimo secularis † tenebitur re- 250 mittere clericum, ad iudicem Ecclesiasticum,*cap.si iudex laicus,de sent.excõmun.in* 6.& Ecclesiasticus si enormitas criminis id exigat,poterit eum degradare ex officio, & tradere curiæ seculari, vt cum criminaliter puniat: *Gama tractat.de Sacram.præst.q.*5. *n.*28. *& satis Nauar c.non dicatis* 12.*q.* 1.*n.*92.*ad fin.* Quod † si Ecclesiasticus 251 iudicauerit, clericum nõ esse tradendum curiæ seculari, non poterit secularis contra clericum procedere criminaliter:quasi non condignè in foro Ecclesiastico fuerit punitus, cũ contra clericũ nullam habeat iurisdictionem,*c.clerici,de iud.& ita Bald.l.officiales, ad fin. C. de Episc. & cler.* & sentit ordinario Portugalliæ, *d.l.*2. *tit.*1 §.4. Quæ † vera intelligas,in clerico insi- 252 gnito sacris ordinibus:nam si fuerit† 253 clericus in minoribus consuetudine obtentũ est:vt si grauia crimina committat,possit pro illis criminaliter puniri per secularem absque vlla degradatione iudicis Ecclesiastici:*vt resoluit Couar.pract.quæst.c.*32.*n.*3.*Iul. Clarus in praxi crim.§.fin.q.*36.*n.*23. *ad fin.* Vnde pari ratione,si prædictus clericus † in 254 minoribus, non fuerit condignè punitus in foro Ecclesiastico,poterit secularis contra eum procedere ad imponendam pœnam condignam delicto.*c.felicis, §.fin. de pœnis,in* 6. etiamsi nulla facta sit degradatio per Ecclesiasticum, *Couar. practic.cap.*32.*num.*4. *vers.tertia conclusio,Gama de Sacram.præstand.q.*5. *num.* 28. *ad fin.* Quod est † 255 notab. ad explicationem Ordinario. *lib.* 2. *titul.* 1. §. 4. *noua recopilationis*, quamuis

256 quamuis † semota consuetudine: attento iure communi non posset secularis procedere contra laicum in minoribus, nisi prius facta sit degradatio per Ecclesiasticum. *P.in.c.nō potest, de re iudic. Marian.in praxi 4 parte.11. distin.iudicior. num. 45.ad fin. pag. 223.*
257 adeo quod clericus † in minoribus non amitteret priuilegium fori,etiāsi sine habitu & tonsura incederet: nisi ter monitus ab Episcopo,vt recederet cum habitu & tonsura & ipse non paruit: *Viuius lib. 1. communium, verb. cleri-i à potestate,in fin.& Iul.Clar.d.§.fin.*
258 *q.36.nu.19.*qui tamen†asserit consuetudine obtēntum esse,quod clericus in minoribus ex eo,quo tempore capturæ inueniatur sine habitu,& tonsura, amittat priuilegium fori,etiamsi nulla præcesserit monitio Episcopi Ecclesiastici de reassumendo habitu & tonsura.

Postremò in hac materia non est
259 omittendum † dictum Bal.*l.1.nu.4.C. an seruus ex suo facto*, quod diuersis modis solet allegari per Doctores: nam Iacobin. *hic nu.* 10. illud allegat: quasi dicat, quod licet ante delictum commissum: quis emittat votum de ingrediendo religionem,tamen si adhuc non erat ingressus: iudex secularis eū pro delicto punire potest, quod
260 † dictum licet in se verum sit:vt statim dicemus,tamen apertè est contra mentē Bal.qui apertè loquitur, quando ille,qui emisit votum,illud impleuit, & eo prætextu petebat se remitti
261 ad iudicem ecclesiasticum Vnde†Iason *l.cum quadam,num.11. supra, de iurisdict.omnium iud.*allegat Bal.quasi dicentem: quod si quis ante delictum commissum fecerit votum de ingrediendo religionem, propter illud votum censetur religiosus, & ideo per secularem puniri non potest,quod dicit vtilissimum, & subscribit Decian. *tract.crimin.lib.4.c.9.num.23.& cap.24. nu.2.& Seraphinus tract.de iuramen.priuil.8.num.3.*Qui addunt,quod † cum 262
actus vouendi pendeat à solo animo vouentis, debet stari eius iuramento, quo animo vouerit, *iuxta traditionem gl. §.sed iste. Inst.de actio. Subscribit Gerard.sing.51. Hyppol.sing.534.Catelian. in memorabil.verb.laicus,Hypp.tract.bannit. verb. Ecclesia, à n.123. Seraphin vbi supra,& alij adducti per Placam,de delict. c.35. num.* 5. & hanc esse communem † opin. & in praxi seruandam asserit 263
Viuius *lib.1.communium, verb. clerici à potestate, vers.si ordo Ecclesiasticus.*

Sed subsistendum est: quia *vt sup. diximus*, Bal. loquitur, quando post votum,& post delictum commissum, vouens adimpleuit votum,vnde ex d. Bal.illud tantum colligi potest, quòd voti implementum trahitur retro ad initium facti voti, vt intellexit Io. de Arno.*sing.29.*Sed † vtique neque ho- 264
rum dicta vera esse possunt, quia iure non probatur, quod qui votum fecit ingrediendi religionem, ex hoc solo censeatur religiosus,neq; etiam quod ad implementum voti trahatur retro ad illius initium: & ita quod dictum Ias. supra relatum, sit falsum,contendit Chassan. *in consuet. Burgund. Rubr. 1.§.5.5.nu. 69.* & illud ex professo improbat Couar. *pract.q.c.32.ad fin. (rotus l.nemo potest.nu.84.infr. de leg.1. Alber.c.1.de heret.in 6.qu. 13.nu.35.* Item & admissa opinione Ias. non tamen ex ea sequitur ea vtilitas, quam ipse considerat:quia †cum aduersus com- 265
mittentem delictum sit præsumptio doli,*c.1.de præsumpt.l.1. C.ad l.Corn. de Sicar.* non stabitur iuramento partis, cui obstat prēsumptio iuris cōmunis, *cap. vidua, de regular. Bart.l.inter omnes, §.rectè nu.4.infra, de furtis*, & in specie aduertunt Claud. *d.l.cum quadam, nu. 14.& ibi Cagnol. in fin.supra, de iurisdictione omnium iudicum.*Item tunc statur dicto†iurantis,quando agitur de mo- 266
dico

reos, proponi debet, *l. si maritus*, 15 §. *præscriptiones, inf. de adult. tradit Bart. l. hos accusare, in fin. principij, inf. de accus. Pan. cap.* 1. *num.* 3. *de accus.* Et ad hunc
178 modum † debet explicari, id quod per prædictum §. *hoc beneficio, tradunt Bart. l. Vranius, num.* 12. *inf. de fideiuss. & Pan. cap.* 1. *in fin. de accus.* quod accusatus potest vti priuilegio superueniente, provt in causa ciuili idem probat, *l. si reus, inf. iudicatum solui*: nam debet hoc intelligi, dummodo de priuilegio opponatur, ante nomen receptum inter reos, siue ante litem contestatam: *vt supra diximus*, & expressit Barr. *l.* 1. *num.* 3. *infra, de pœn.* quia postea de eo opponi non potest, *l. fin. Codic. de exception.*

179 Item & illud sciendum est, quod † licet supra tradita procedant in terminis iuris communis, *vt dictum est*, tamen in regno Portugalliæ contrarium obseruabitur, nam Ordinatio *lib.* 3. *tit.* 8. *& hodie lib.* 3. *tit.* 9. *nouæ recop. in princ.*
180 disponit: quod † pro delictis commissis ante magistratum, durante offi-
181 cio accusari possunt, item quamuis † attento iure communi priuilegium magistratus superueniens, prosit quoad delicta antea commissa, *l. hos accusare, in princ. inf. de accus. tradit Bart. l. Vranius, num.* 12. *inf. de fideius.* Tamen in eo regno contrarium obseruandum esse disponit prædicta ordinatio, & ordinatio *lib.* 2. *tit.* 29. §. *& mandamos, & hodie lib.* 2. *tit.* 63. §. 3. *nouæ recopil.* & hæc de prima limitatione huius text. *in* 2. *par.* quam examinamus.

Secundò igitur principaliter limita prædictam conclusionem, vt non
182 procedat, si reus † citatus non compareat in iudicio, sed contumaciter se absentet: nam tunc validè conueniri poterit coram alio iudice, neque exceptio præuentionis ei proderit: cum enim citationem, quantum in se fuit, impugnauerit, illi non parendo, locum habet regula, *cap. ex eo, de reg. iur. in* 6. Et quia † cum apud iudicem, qui 183
eum citauit, non debeat audiri nisi prius refectis expensis, *l. sancimus, C. de iud.* à fortiori neque antea poterit prætendere, ad iudicem, qui eum citauit, remitti debere, *& ita Bart. l. sepulchri, num.* 2. *inf. de sepult. viol. Paul. hic, num.* 7. *Affl. decis.* 133. *num.* 1. nam eadem ratione † contumax non po- 184
test allegare in suum fauorem regulam legis, vbi ceptum, *infra eod. Bart. l. quamuis, num.* 8. *inf. de dam. inf. Panor. cap. pen. num.* 12. *& ibi Marian. n.* 31. *de foro comp. Hyppol. l. de vnoquoque, nu.* 206. *infra, de re iudic. & singul.* 339. *additio Capellæ Tholos. q.* 377. *Ripa l.* 2. *n.* 8. *infra, de re iud. Vincent. de Franch. decis.* 407. *num.* 1. *in* 2. *parte, & plures relati per Anton. Gab. lib.* 2. *communium, tit. de iud. conclus.* 1. *num.* 21. *Carauita ritu curiæ* 205. *n.* 2. Oportet † tamen acto- 185
rem accusare absentiam contumacis, vt prædicta procedant, *l. properandum*, §. 1. *Cod. de iud. & in specie Soc. consil.* 41. *num.* 3. *lib.* 1.

Quæstionis tamen est, † si reus con- 186
tumax offerat expensas litis, & omne *Resol. a n.* 193.
damnum, quod actor passus est, propter illius contumaciam, vtrum audiatur opponens de regula huius l. & de regula, *l. vbi ceptum, infra eod.* in qua
† quæstione Bart. *l. sepul. viol. num.* 5. 187
inf. de sepul. viol. Existimat audiendum esse, & Alex. *consil.* 205. *num.* 4. *lib.* 7. & plures, quos refert Ant. Gab. *vbi sup. num.* 24. *Carauita ritu curiæ* 205. *num.* 2.

Cæterùm † idem Bart. sibi contra- 188
rius, *l. quamuis, num.* 8 *inf. de dam. inf.* in contraria est sententia, & ibi defendit Imo. & Lancellot. Dec. *l. vbi ceptum, col.* 2. *inf. eod. & Afflict. lib.* 1. *constit. Rubr.* 97. *in princ. num.* 9.

Inuenio tamen quod Fel. *cap. pen. col.* 2. *de foro compet.* ex mente Pauli &
Romani † concordat prædictas opi- 189
niones, quod prima opinio procedat,

quando reus offert actori damnum & expensas: nam tunc habebit locũ prima opinio: si autem non offerat, pro-
190 cedat secũda opinio: quæ tamẽ † con-
191 cordia non placet, quia contumax † ad purgandam moram non tenetur offerre actori damna, & expensas: sed satis est, quod eas offerat in iudicio ex iussu iudicis, *l. sancimus, C. de iud.* Si
192 autem † ex iudicis iussu, ea nõ offerat, ex officio, cum non audiet iudex, *Bar. l. insulam, nu. 1. infra, de verb. oblig.* communiter receptus, vt ibi asserit Ripa,
193 *nu. 25.* Et ideò magis placet † indistinctè secunda opinio. Neque enim secundus iudex tenetur remittere contumacem ad primum iudicem, nisi prius sibi constiterit purgatam esse contumaciam, & quod primus iudex petat ad se remitti, *l. hoc amplius, §. Celsus, ad fin. inf. de damn. inf. Carauita ritu curiæ 205. n. 5.* nã si petat, faciet remissionem ad primum iudicem, cum per præuentionem primi iudicis, fundata & firmata fuerit eius iurisdictio, vnde
194 contumacia † rei non potuit ei præiudicare in iure sibi iam quæsito, *vt aduertit Rom. d. l. quamuis, num. 2. ad fin. Marian. c. pen. nu. 44. de foro comp.* Idque
195 si primus † iudex sponte sua petat fieri remissionem rei contumacis, & ad suum iudicium: nam inuitus non cogetur, cum eius authoritatem contempserit, *argum. l. litigatores, in prin. su-*
196 *pra, de recep. arb.* In regno † sanè Portugalliæ, cum aduersus tamen contumacem procedi possit etiam lite non contestata ad diffinitiuam *ordin. lib. 3. tit. 14. & hodie lib. 3. tit. 15. post prin. nouæ recopilat.* Et sic per absentiam rei, nulla inferatur mora liti, neque damnum actori, cessat in eo regno dispositio *d. l. sancimus, C. de iud.* vt ibi expresse tenet
197 Pau. *nu. 7.* nisi actor † noluerit vti remedio prædictæ ordinationis, & velit iure communi procedi contra contumacem: nam tunc contra eum inducetur *d. l. sancimus*, prout & in eo † regno, si actor fuit cõtumax & non 198
comparuit in die citationis, ac ob id absoluitur reus ab instantia iudicij, si actor velit eum iterum conuenire pro eadem causa, non audietur, nisi reo prius solutis expensis vt disponit ord. *lib. 3. tit. 13. & fin. & hodie lib. 3. tit. 14. §. fin. nouæ recopil.*

Tertiò & vltimò limita conclusionem deductam ex isto tex. nõ procedere: quando ille † qui mutauit fo- 199
rum, simul mutauit statum, & conditionẽ personæ: vt quia ex laico factus *Resol. à nu. 215.*
est clericus, vel religiosus: nam tunc non obstante præuentione facta per iudicem secularem, coram Ecclesiastico conueniendus est, cum etiam volens coram alio conueniri nõ possit, *c. si diligenti, & c. pen. de foro comp.* & ita limitat Iac. Butrig. *l. quisquis. C. de episc. & cler. Oldrad. cons. 4. & alij quos refert Fel. c. pen. num. 1. de foro comp. addito Capell. Thol. q. 144. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 24. nu. 2. Ant. de Matth. tract. de prorogat. iurisd. num. 36.*

Sed cauendum est, quia gl. 1. hic explicando istum textũ in clerico, apertè † contrarium sentit: quam probat 200
Ang. Fulg. & Iacob. *hic nu. 8. Bar. l. 1. nu. 3. infra de pœn Feder. cons. 97. nu. 2. & nu. 8 eleganter Alber. c. 1. de heret. in 6. q. 13. à n. 23. Vincent. de Franchis decis. 384. n. 1 1 in 2. part.* Quare ad veram † reso- 201
lutionem huius limitationis, tres in proposito sunt constituendæ conclusiones. Prima est, quod si quis † post 202
contractum celebratum, & antequam pro eo ad iudicium vocetur, effectus sit clericus, debet pro eo contractu coram iudice Ecclesiastico conueniri, *gl. 2. l. nemo potest, infra de leg. 1. resoluit Albert. d. q. 13. nu. 21. Couar. practicar. quæst. c. 32. nu. 4. vers. prima conclusio, & Iul. Cl. in praxi crim. §. fi. q. 36. n. 43.*

Secunda conclusio est, si agatur † de 203
causa ciuili, & laicus fuit citatus per iudi

iudicem secularem pro ea causa, & is post citationem effectus sit clericus: tenebitur litem prosequi coram seculari, qui preuenit iuxta regulam huius text. & in his terminis procedit id quod sentit gl. 1. hic communiter recepta, quam vltra supra allegatos probant additio *Capellæ Tholos. q. 147. & Nauar. c. non dicatis, 12. q. 1. n. 92. ad fin. Albert. d. q. 13. n. 23.* & expressim probat ordinatio Portugalliæ *lib. 2. tit. 1. §. 4. nouæ recopilat.* Quinimo si tantum
204 sint clerici † in ordinibus minoribus constituti, etiamsi non sit præuenta iurisdictio tenebuntur respondere coram iudice seculari in regno Portugalliæ, vt disponit, ordin. *lib. 2. tit. 1. §. 14. & §. 4. quæ hodie est lib. 2. tit. 1. § 27.*
205 *noua recopilat.* & idem † in regno Hispaniæ *vt tradit Ant. Gom. 3. tom. c. 10 n. 5.*
206 Cæterùm † circa interpretationem prædictæ ordinationis Portugalliæ, est aduertendum, quod dum id disponit, in clericis constitutis in minoribus & coniugatis, concordat cum *c. vn. de cler. coniug. in 6.* cuius communis
207 intellectus est: quod clerici † coniugati in minoribus constituti, in causa ciuili tenentur coram iudice laico respondere, & tradit Couar. *practicar. quæst. c. 31. n 7. Ant. Gom. 3. tom. c. 10. n. 4. Iul. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 36. n. 8.*
208 Sed dum eadem † ordinatio Portugalliæ addit, idem esse obseruandum in clericis in minoribus non coniugatis,
209 discrepat à iure Canonico, quod his † etiam non deferentibus habitum nec tonsuram, conceditur priuilegium fori, vt constat ex *c. 2 de foro comp & prosequitur Alex. cons. 210. à n. 2. lib. 2. Iul. Cl. vb supra, n. 19.* nisi eam ordinatio-
210 nem † salues, ex vi consuetudinis immemorialis. Nam licet nō valeat con-
211 suetudo † quod clerici in sacris conueniantur coram iudice seculari, *c. clerici, de iudic.* tamen valebit ea consue-
212 tudo † quoad clericos in minoribus, vt *post Innoc. tradit Hyp. sing. 609. cui adde Marian. c. 1. n. 8. ad fin. de foro comp.* quem probat Ant. de Matth. *de prorog. iurisd. n. 36. vers. redeundo, & Couar. pract. quæst. c. 31. n. 5. versic. tertio.* Et ita generali † 213 cōsuetudine esse receptum, quod clerici in minoribus respondeant in causa ciuili, coram seculari, testatur Couar. *pract. quæst. cap. 32. ante numerum primum*, cum qua consuetudine generali conformauit se prædicta Ordinatio.

Tertia conclusio † sit; si agatur de 214 causa criminali, etiamsi preuenta fuerit iurisdictio laici, qui postea efficitur clericus, non obstante præuentione ad iudicem Ecclesiasticum remittendus est: iuxta dispositionem *c. clerici, de iud.* quam conclusionem tanquam receptam proposuit Cou. *pract. quæst. c. 32. n. 4. vers. prima conclusio, Placa de delict. c. 35. in princ. Iul. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 6. num. 43.*

Sed subsistendum est, quia prædicta † opinio potest admitti, quando 215 quis post delictum commissum, & tamen ante citationem verbalem, vel realē effectus est clericus. Nam si post præuentam † iurisdictionem factus sit 216 clericus: accusandus est coram seculari, neq; est remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, iuxta generalem reg. huius text. *& l. hos accusare, § hoc beneficio, inf. de accusat.* Et ita esse receptum resoluit Albert. *c. 1. de hæret. in 6. q. 13. n. 2.* & in eo tamen sensu, quod † per 217 secularem possit fieri condemnatio & executio in pœna pecuniaria, non autem in persona clerici, quæ iure diuino exempta est à iurisdictione seculari, *c. si Imperator cum glos. 96. distinct. cap. quanquam, cum gl. de censibus, in 6.* quod ita tradit Bartol. *l. 1. nu. 3. post medium, inf. de pœn. Bald. l. officiales ad medium, C. de Episc. & cler. Feder. cons. 97. num. 8. Collectar. c. penult. in princ. & ibi Marian. nu. 53. de foro compet. Iass. l. cum quadam,*

dico præindicio alterius partis, secus si de magno: In nostro autem casu videtur agi de magno Reipublicæ de-
267 trimento, si delictum † condignè non puniatur, *vt aduertit Couar. practicarum quæstionum cap. 32. ad fin. Placa de delict. cap. 35. num.* 6. Et ideo reiectis aliorum traditionibus, verius est dictum
268 † Baldi admitti posse in eo sensu, vt licet diffamatus de delicto efficiatur clericus, præsumatur in fraudem id fecisse, *vt supra diximus*: tamen quando ante delictum commissum constiterit fecisse votum de ingrediendo religionem, non enim tunc credetur in fraudem fecisse, sed compulsum necessitate voti adimplendi, *cap. per tuas, de voto*, ac ob id cessante præsumpta fraude, coram Ecclesiastico erit conueniendus: & ita Bald. interpretatur Couar. *pract. quæst. cap. 32. num. 4. vers. tertia conclusio, Placa de delict. c. 35. num. 5. ad fin. Valasc. consult. 48. num. 8.*
269 qui † licet addat hoc parum esse considerandum in regno Portugalliæ: in quo licet quis in fraudem sit ordinatus, tamen semper conueniendus est coram Ecclesiastico, verius tamen est dictum Baldi explicatum, vt supra, vtilitatem habere in eo regno per ea, quæ supra resoluimus contra eundem Valasc.

His ita explicatis, pro coronide in hac materia præuentionis duo anno-
270 tanda sunt. Primum † dictum Bart. *l. si maritus*, per illum text. *inf. ad l. Iul. de adult.* quod si duo sunt iudices, æqualem iurisdictionem habentes, & vacet vnius ex illis officium, vel alias sit vnus impeditus illud exercere, si collega de causa cognoscat respectu impediti non dicitur præuenisse iurisdictionem: *sequitur Aret. l. si pluribus, col. 2. ad fin. infra, de leg. 1. Decian. tract. crim. lib. 4. tit. 20. num. 18. Hieron. de Monte tract. finium regund. c. 25. n. 15.*
271 Quod † tamen dictum non videtur esse verum, cum sit contra generalitatem huius text. *& l. 1. supra, de consulibus.* Neque contrarium probat, *l. si maritus, 15. infra, de adult.* quia licet probet, quod † maritus & socer ha- 272
bent æquale ius ad accusandum adulterium, debet intelligi in hoc sensu, vt habeant æquale ius, vt in accusando præferantur extraneis volentibus accusare, sed si comparatio fiat directo (*inter prædictos*) fortius ius habet maritus, quoad accusandum adulterium, quam socer: & ideo illi maritus in accusando præfertur, *l. 2. §. fin. cum l. seq. infra, de adult.* Si igitur maritus propter magistratum impediatur accusare adulterium, propter rationem Bart. *l. si maritus, §. lege Iulia, n. 4. inf. de adult.* interim non admittetur socer ad accusandum, licet debilius ius habet. Inde igitur inferri non potest ad eos, qui ius habent æquale, in his enim standum est dispositioni generali, *l. 1. supra, de consulibus.* & in specie contra Bart. aduertit Ang. *d. l. si maritus, Roma. sing. 142. Ias. l. si pluribus num. 25. inf. de leg. 1.*

Secundum principale dictum in hac materia est, quod quemadmodum
† reus post citationem non potest de- 273
clinare iurisdictionem citatis ad causam, iuxta istum text. pariter neque actor variare potest, & eum conuenire coram alio iudice, nam vbi incepit iudicium, & ibi finiri debet, *l. vbi ceptum, inf. eod. notat Paul. hic num. 5. Marian. cap. pen. num. 55. de foro comp.*

Ad cuius † tamen legis interpreta- 274
tionem aduertendum est, quod licet verba *d. l. vbi ceptum*, videantur requirere, quod, vt regula illius text. procedat, oportet iudicium esse ceptum, & sic litem contestatam, quia antea non dicitur iudicium ceptum, *l. cum fundus, in princ. & ibi Alex. num. 2. sup. si cer. pet.* tamen † verius est sufficere 275
actorem citasse reum, coram certo iu-

dice, vt locum habeat regula, *d.l. vbi ceptum*, vt sic æqualitas seruetur inter reum, & actorem: vt resoluit Guid. Pap. *decis.* 421. & asserit receptũ Chas. *cons.* 45. *n.* 26. & ampliat Bald. *cons.* 285. *n.* 1. *lib.* 1. *& Pan. cons.* 24. *col.* 2. *ad fi. lib.* 1. Et eadem ratione æqualitatis seruandæ, prout exceptio competens ex decisione huius text. est dilatoria, & sic debet opponi in iudicio ante litem contestatam, *Bald. Auth. sed nouo iure, n.* 9. *C. de seruis fugit. Ias. l. à iudice, n.* 10.
276 *C. de iud.* ita etiam & exceptio † competens ex reg. *l. vbi ceptum, inf. eodem*, dilatoria cẽsetur, & debet opponi ante litem contestatam, *Innoc. c. cum M. Ferrar. col. fin. de constit. & ibi Fel. n.* 25. *idem Felin. c. fin. n.* 8. *de iudic.* & asserit receptum Ias. *l. nulli, n.* 6. *C. de iud. Decius l. cum quædam, in princ. supra, de iurisdi-*
277 *ctione omn. iudic.* Denique † est aduertendum, quod, vt competat exceptio ex reg. *l. vbi ceptum, inf. eo.* oportet, quod in vtroque iudicio, de eadem re agatur, & ex eadem causa, ita vt sententia lata in vna pareat exceptionem rei iudicatæ, respectũ alterius, *Alex. cons.* 106. *num.* 29. *lib.* 3. *eleganter Cornel. consil.* 30. *num.* 2. *lib.* 3. *Socin. consil.* 94. *col.* 3. *ad finem, lib.* 3. *Ias. l. nulli col.* 1. *ad finem, C. de iudic. & l. pecuniam, num.* 6. *supra, si certum petat. Capit. decis.* 122. *num.* 9. alias enim, si diuersa res petatur, vel etiam ex diuersa causa, non competit exceptio ex reg. *d.l. vbi acceptum, Bart. l. si pluribus, num.* 1. *ad finem, infra, de legatis* 1. *Afflictis decis.* 30. *& supra diximus*, & in nostris terminis tradit Ias. *cons.* 9. *col.* 2. *ad fin. lib.* 1. *Ant. Gab. lib.* 2. *communium, tit. de iudicijs, conclus.* 1. *n.* 35. aliam etiam notabilem limitationem, vide per Ias. *consil.* 9. *col.* 2. *lib.* 1. & alias per Felinum *cap. ex tenore, num.* 15. *de rescriptis, Corset. singular.* 144. *verb. indicium, Bernard. Diaz. remissiuè, reg.* 382. *& Anton. Gabr. lib.* 2. *communium, tit. de iudi-*
278 *cijs, conclus.* 1. *per tot.* † & alia etiam circa materiam præuentionis, vide tract. per Antonium de Matth. *tractat. de prorog. iurisdict. num.* 32. Et † hæc sufficiant 279
in hac materia. De intellectu autem *l. cæcus*, 6. *supra eo.* agemus, *l. cum prætor*, §. *fin. infra eod.* item † de intellectu, *l.* 280
si quis in legatione, 8. *infra eod.* iam egimus *l.* 2. §. *legatis sup. eod.* Aliæ † autem 281
ll. parum vtiles sunt, & ideo peculiaris earum omittitur interpretatio: Quare sequuntur.

L. cum Prætor, 12. in princ. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Si Prætor vetat vnum ex iudicibus dictis iudicare, alijs videtur permittere vt iudicent.*

2 *Tradit exemplum ad hũc tex. quo communiter approbatur, & quæstionem iuxta eum proponit.*

3 *Tradit rationem decidendi ad conclusionem huius text.*

4 *Tradit differentiam inter duos casus, quos in ratione dubitandi considerauit.*

5 *Ostendit hunc text. procedere, quando pluribus proposito negotio vnus prohibetur de eo cognoscere, secus si plura non fuerint proposita, sed tantum de vno facta est mentio.*

6 *Impugnat communem intellectum præstitutum ad nostrum text. num.* 3. *& ex verbis text. contra eum arguit.*

7 *Reprobat expositionem glos. verb. committere.*

8 *Reprobat item expositionẽ Fulgosij hic.*

9 *Ad verum intellectum huius text. aliqua notanda promittit.*

10 *Romæ designatæ erant quædam decuriæ Senatorum & equitum, & tribunorum ærarij, qui de causis maioribus iudicandi cognoscerent, quos Prætor coadunabat, & illis præerat.*

11 *Prætor habebat consilium ex hominibus*

bus prudentibus, quorum consilio iustitiam administrabat.

12 *Romæ consilium Pratorum constabat ex quinque Senatoribus, & ex quinque equitibus, in prouincijs autè constabat ex viginti ciuibus Romanis, quod cõsilium Romæ curia Pratoris, & in prouincia Præsidis dicebatur.*

13 *Prætor, & Præses opera horum iudicum in multis expediēdis vtebatur, ex quib. multa sigillatim enumerat.*

14 *Expediebant manumissiones, quas minor viginti annis ex iusta causa faciebat.*

15 *Si fortè Prætor, vel Præses aliquas causas grauiores per se determinabat prædictis vtebatur tãquã accessorib.*

16 *Causas minores eisdem committebat iudicandas, & hi dicebantur Pedanei iudices.*

17 *Pedanei iudices qui dicantur.*

18 *Item speciales iudices dicebantur: quia specialiter ex dictis curijs dabantur.*

19 *Quomodo debeat declarari titul. C. de Pedaneis iudicibus, & l. 3. supra si quis eum, qui in ius vocatus est, & l. 1. §. Senatus consult. supra, de postulando.*

20 *Assignat verum intellectum ad nostrum text.*

21 *Applicat interpretationem text. ad ea, quæ ex Guillelmo tradidit Albericus hic.*

22 *Dictam doctrinã Guillelmi impugnat.*

23 *Verba superioris prohibitiua, siue negatiua non inducunt dispositionem siue concessionem.*

24 *Prædictam Guillelmi opinionem & veriorem approbat, & ex isto text. probari ostendit.*

25 *Respondet ad fundamentum, quod pro contraria parte adductum fuit, num. 23.*

26 *Determinatur illa quæstio vtrum sit necesse quod loco remoti iudicis alius subrogetur, quam negatiuè determinat.*

27 *Quando vni tantum facta fuit commissio, & ille sit legitimè impeditus, loco illius alius dādus est, vel etiam si sit mortuus.*

28 *Item quando plures dati sunt iudices ad causam determinādam, & vnus est legitimè impeditus, vel decessit, ne causa persecutio impediatur loco impediti, aut mortui alius substituendus est.*

29 *Respondet ad text. quem pro alia parte allegare poterat in l. si quis sub conditione, in fine, infra de testamentaria tutela, & de eius intellectu ibidem agit.*

30 *Tutore mortuo alij tutores, qui supersunt, poterunt tutelam administrare.*

31 *In delegatis iudicibus aliud obseruatur, si non plures dati sint ad cognoscendum de causa, & vnus moriatur, vel sit impeditus, non possunt qui supersunt aliquid facere, antequam alius sit subrogatus.*

32 *In negotijs extra iudicialibus si vnus procurator remoueatur, vel sit impeditus iudex loco illius alium subrogare non poterit.*

33 *Explicat text. in nouo alio sensu, & eum exemplificat optimo exemplo, de quo ibi.*

34 *Reprobat collectionem quam ex hoc text. faciunt Angel. hic num. 2. & Iacobinus num. 3.*

35 *Contra proximè citatos inducit text. in præsenti.*

36 *Illud quod vni prohibetur alijs censetur concessum.*

37 *Ille qui in certo casu sibi prouidit, videtur voluisse vt contrarium obseruaretur in casu omisso.*

38 *Ostendit conclusionem de qua proximè non ita generaliter in hoc text. probari.*

39 *Si de vno tantum casu fiat mentio, non censentur excludi alij diuersi, sed magis videntur relicti dispositioni iuris communis.*

40 *Tradit quo casu communis traditio generaliter admitti debeat, scilicet quando dispositio per verba limitatiua fuerit concepta.*

41 *Natura verbi limitatiui ea est, vt omnes alios casus vel personas excludat.*

42 *Si vnum limitatiuè est expressum, omnia alia ex vi prædictorum verborum videntur exclusa à prædicta dispositione.*

43 *Verborum limitatorum natura præsupponit plura, etsi dispositio ad certum casum, vel personam restringatur tacitè reducimur ad terminos regulæ nostri text.*

44 *Ostendit quomodo procedant multa iura, & doctorum de quibus hic latè agit circa conclusionem, de qua in nostro text.*

45 *Declarat etiam qua ratione intelligi debeat id, quod vulgo dicitur prohibitum ad tempus, post tempus censetur præmissum, & è contra.*

46 *Persona coniuncta potest agere pro coniuncto absente præstita cautione de rato, nisi absens relinquat procuratorem.*

47 *Absens relinquendo procuratorem, qui eius negotia tractet, tacite videtur omnes alios prohibuisse.*

48 *Si ille cui concessa fuit reformatio statutorum, & certa confirmauit, reliqua videtur reprobasse, & è contra.*

49 *Limitatur primò conclusio huius principalis deducta ex hoc text. non procedere in correlatiuis, non enim prohibito vno alterum censetur permissum, imo magis prohibitum.*

50 *Limitat secundò quando in prohibitione, vel permissione fit mentio alicuius rei, vel persona causa frequentioris vsus ibi exemplificat.*

51 *Quãdo casus expressus solent frequentius illo modo contingere, alij casus non censentur exclusi, imo magis inclusi si eadem fuerit ratio.*

52 *Tertiò limitatur, quando in casu omisso militat eadem ratio, quæ in expresso, tunc enim omissus non videtur exclusus, imo magis inclusus.*

53 *Quomodo debeat declarari regul. quæ habet, quod ex duobus propositis, qui negat vnum alterum affirmat.*

54 *Ostendit hanc vltimam declarationem apertè destruere regulam capituli nonne, de præsump.*

55 *Pro concordia opinionum sequendam putat doctrinam Summi Pontific. Clement. ex vi, §. cum autem natura, de verborum significatione.*

56 *Termini restrictiui ea est natura, vt excludat extranea, non autem illa, quæ pertinent ad terminum restrictiuum expressum.*

57 *Ea quæ sunt connexa cum termino restrictiuo expresso, nõ cẽsentur exclusa, sed magis in eo videntur cõprehensa.*

58 *Nec item videntur exclusa illa, quæ si censerentur exclusa dispositio operaretur contrarium effectum eius, ad quem facta est.*

59 *Refert multos doctores qui plures limitationes ad reg. huius text. adducunt, sed remissiuè.*

EX isto text. † notandum est, 1 *Quod si Prætor vetat vnum ex iudicibus datis iudicare: alijs videtur permittere, vt iudicent.* Qualiter autem is text. exemplificari debeat, insistit Albertinus hic. Sed communiter illud exemplum approbatur, † 2 quod Prætor commisit causam iudicandã tribus iudicibus, deinde vnum ex illis vetauit iudicare, prout poterat, *l. iudicium soluitur, inf. eod.* Erat igitur dubium: Vtrum illi duo, qui non erant vetiti, possent eam causam iudicare? Et videbatur dicendum, non posse iuxta regulam legis, *si uti, sup. de recep. arb. & l. duo ex tribus, inf. de re iud. & cap. vno delegatorum, de off. deleg. & cap. cum inter, de excep.* quod causa commissa tribus per duos determinati

terminati

terminari non potest: & ibi notant Pan. & Dec. *num.* 2. Ratio autem deci-
3 dendi est, quia in nostro casu: † Prætor qui nominauit tres iudices ad decidendam causam, & postea vetauit vnũ iudicare, alios videtur tacitè confirmare: ac proinde quamuis stante prima commissione, duo non possent causam commissam tribus iudicare, vt probant iura supra citata, tamen in hoc casu duo quasi ex noua commissione, poterunt eam causam determinare, *& ita Alb. Ang. Fulg. & Paul. Cast. in præsenti idem Pan. l. si longius, in princ. inf. eod. Bald. Auth. hoc amplius, num.* 1.
4 *Cod. de fideicom.* Ac † ita constat multum differre hos casus: quod commissio fiat tribus, & vnus ex illis nolit aut non possit iudicare: nam tunc duo non poterunt causam determinare: aut verò vnus non possit iudicare, propter vetationem illius qui commissionem dedit: nam tunc duo qui supersunt, quasi ex noua commissione, poterunt causam illam determinare.

Circa quem communem intellectum ad duo est aduertendum, & pri-
5 mò quod † is tex. procedit, quãdo pluribus proposito negotio vnus prohibetur de eo cognoscere: aliud igitur erit, si plura non fuerunt proposita, sed tantum de vno facta fuit mentio: nam tunc alij videntur relicti dispositioni iuris communis, *Bart. l. pluribus, num.* 1. *infra, de auth. tut. Octauian. decis. Pedemon.* 45. *num.* 12.

Item secundò est aduertendum:
6 quod † licet communis intellectus verus sit in se, & notabilis: non tamen conuenit verbis huius text. nam eo admisso necessariò intelligendum est, quod à principio prætor cõmisit hanc causam determinãdam tribus iudicibus, & postea Prætor vetuit vnum ex istis iudicare, ex quo tacitè videtur permittere, quod alij in causa procedant, & tamen verba tex. magis significant, quod non videntur Prætor permittere, vt de causa tanquam antea commissa iudicare possent, sed potius videtur cõcedere, quod de causa tanquam nunquam commissa de nouo cognoscant. Et quamuis † gl. hic expo- 7
nat *(committere)* hoc est, iam antea commissam aliis relinquere: tamen aperiè violatur textus litera, & minus satisfacit expositio † Fulg. hic, quod Prætor 8
nõ prohibitis dicitur committere de nouo, scilicet exercitium iurisdictionis: nam cum antea duo de causa non possent cognoscere, nũc ex noua commissione de ea cognoscunt: nam illi obstat, quod verba text. significant non solum quoad vsum, sed etiam quoad substantiam iurisdictionis videri factam nouam commissionem.

Quare ad verũ † intellectum huius 9
text. sciendum est, olim quidem in causis maioribus iudicandis, Romæ † 10
designatas fuisse quasdam decurias senatorum, equitum, & tribunorum ærarij, qui de prædictis causis cognoscerent, quos Prætor coadunabat: & illis præerat, vt eleganter tradit Bud. *l. fin. §. iudicandi, inf. de mu. & hon.* & vlterius habebat Prætor † consilium, 11
constans ex hominibus prudentibus, quorum consilio iustitiam melius administraret: quod Romæ † constabat 12
ex quinque Senatoribus, & quinque equitibus Romanis, in prouinciis autem constabat ex viginti ciuibus Romanis, vt tradit Vlp. *in Inst. tit.* 1. quod consilium Romæ curię prætoris, & in prouincia curiæ Præsidis dicebatur: vt colligitur ex *l. si quis aliquid. §. iudices, inf. de pœn. Paul. Iureconf. lib. 5. recept. sent. c.* 28. Horum autẽ opera Prætor † 13
& Præses, in multis expediendis vtebantur: nam cum eorũ consilio expediebãt † manumissiones, quas minor 14
viginti annis, ex iusta causa faciebat, *§. ead. l. & ibi Theoph. Inst. quib. ex cau.*

15 manum.non lic.† Et si fortè Prætor vel Præses,aliquas causas grauiores per se determinabat,prędictis vtebatur tanquam assessoribus.*l.1.sup.de off. assess.l. 2.sup.quod quisque iur.tradit Vacon.in de-*
16 *clar.iur.decl.83.n.2.*causas † autem minores eisdem cõmittebat iudicandas, *l.fi.C. de Ped. iud.* Nam proposito per partes negotio corã Prætore,sub certa verborum formula iudicem dabat, qui de ea causa cognosceret. *l.fin. sup. de offi.praef.vrb.Theoph.in prin.Inst.de interdict.Duaren.l.iurisgent.§.& ideo verb. actionem.sup.de pact. Ant.Gibertus lib.1. quaest.iuris,c. 9.* & dicebantur hi Pedanei iudices ob rationem,quã assignat Anto. Caymus. *l. 2. C. de Pedan. iud.*
17 *pag.82. col. 2.* siue † ob eam,quod sedente Prætore pro tribunali,hi consiliarij in subsellijs ad pedes prætoris sedebant,*vt explicat Alc.lib.1.parergon. c.41.& l.pen.nu.25. C. de pact. Cuiac. in notis ad Paul. Iureconf.lib.5. recept.sent.c.*
18 *28.& in Nouella 82.* Præterea † & dicebantur speciales iudices, quia specialiter ex dictis curiis dabantur: vt colligitur ex *l.4.inf.de tutor.& cur. datis ab his*,adiuncta *l.fin. sup.de off. Praet.* colligitur etiam *ex l.5.sup.de off. praes.* Et hac ratione tex. in Auth.*vt defunct. seu fun.cor. collat.5.* dicit: *iudices Pedaneos,nihil differre à consiliariis*,quia scilicet ex ipsis cõsiliariis dabantur iudices Pedanei, qui de certis causis cognoscerent, *Aul.Gel.lib.14. Noct. Att. c.2.*Ad quem modum explicandi sunt Petrus Crinitus *lib.15.honest.discip.c.5.* & Longaual.*l.imperium,à nu.30.sup.de iurisd.om.iud.*dum agunt de his iudicibus Pedaneis: & ad hunc etiam mo-
19 dum debet declarari † titulus Cod. *de Peda.iud. & l.3.sup.si quis eum qui in ius voc.est.l.1.§.Senatuscon.supra, de postul.*
20 Iuxtaque reperitur † verus intellectus huius tex. Nam pone Prætorem ex consiliariis suis vetuisse,vnum iudicare, vel generaliter, vel in aliqua certa causa, ex hoc enim videtur approbasse alios consiliarios, vt generaliter cognoscerent de causis,vel de ea causa particulari:& iuxta hanc interpret. erit † text. expressus pro Guillel. 21
relato hic per Albert. Quod si tres erãt iudices deputati, ad cognoscendum de causis, & superior dixit vni *non te intromittas in tali negotio*, videtur tacitè committere aliis, vt de eo cognoscant:ita vt nõ sit necessaria aliqua noua commissio. In contrarium † ta- 22
men videtur facere, quod prædicta † 23
verba superioris sunt prohibitiua siue negatiua, per quæ non inducitur dispositio siue concessio,*arg. l.cum tale.§. fi.inf.de cond. & dem. l. legata inutiliter, infr.de adi.legat.*bonus text.*l.Titia.§.fin. inf. de manu test.* Sed responderi potest † veram nihilominus esse prædictam 24
Guillel. opinionem, & à fortiori probari in isto text.nam in eo Prætor adhuc non declarauerat,qui ex consiliariis deberent iudicare, siue deberent esse iudices speciales,ad causas determinandas:& tamen eligendo aliquos, & vetando vnum iudicare, videtur cæteros eligere & confirmare. Ergo à fortiori idem erit admittendũ, quando iam erãt declarati illi, qui de causis deberent cognoscere,neque obstat ratio † adducta in contrarium, quia 25
verba prohibitiua siue negatiua, non inducunt admissionem,respectu illius ad quem fuerunt directa, *l. Titia, cum testamento,§.fi.inf.de leg.2.* Sed respectu illorum,qui non sunt prohibiti, nihil prohibet verba prædicta, concessionem inducere,vt efficaciter probat is textus,& aduertit Alber.*hic nu.2.* circa quod vide Bar.*l.& si pluribus. nu. 1. supra,de author.tut.*

Item ex prædicto intellectu infertur vera resolutio ad difficultatem, quam mouet Paul. Cast.*hic & l.proponebatur,nu. 4. infra eo. & ibi Iacob. n. 2.*
Vtrùm sit necesse quod † loco remoti 26
iudicis

iudicis alius subrogetur? Et respondendum est: non esse necessarium, in terminis huius textus, siue communis intellectus admittatur: siue etiam noster, nam cum Prætor tacitè videatur aliis committere, vt possint iudicare, nihil opus est loco remoti alium substituere: tunc igitur erit necessarium loco remoti, vel deficiẽtis alium
27 substituere, quando † vni tantum facta fuit commissio, & ille sit legitimè impeditus: nam tunc loco illius, alius dandus est: *l. si longius, in princ. inf. eo.* vel etiam si sit mortuus, *l. si iudex, 32. inf.*
28 *eo.* vel etiam quando † plures dati sunt iudices, ad causam determinandam, & vnus ex illis est legitimè impeditus, vel etiam decessit: nam tunc ne causę persecutio impediatur, loco impediti, vel mortui, alius substituendus est, *l. pen. C. de Ped. iud. Bald. l. cum magistr. n. 1. C. quando prou. non est nec.* Ne-
29 que in his difficultatem † debet facere decisio, *l. si quis sub cond. in fin. inf. de testa. tut.* dum probat, quod si impuberi dati sint plures tutores, & vnus ex illis decedat: loco defuncti alius substituendus est: quod tamen non videbatur necessarium, quia tutores habent administrationem insolidum, & ideo licet vnus defunctus sit, tamen qui supersunt, poterunt tutelam administrare, *l. decreto, inf. de admin. tut.*
30 quia † respondetur, specialiter id procedere, in tutoribus datis in testamento, vt enim satisfiat voluntati patris, plures tutores filio relinquentis: loco defuncti alius subrogandus est, sed antequam subrogetur, alij, qui supersunt, administrare poterunt: ex ratione *d. l. decreto,* & explicat Paul. *hic n. 2.* declarand. cum Bald. *l. cum magistr. n. 2.*
31 *C. quan. prou. non est nec.* In delegatis † autem iudicibus contrarium obseruatur: nam si plures dati sint ad cognoscendum de causa, & vnus moriatur, vel sit impeditus, non possunt, qui supersunt aliquid facere antequã alius sit subrogatus, loco deficientis, *c. vno delegatorum, de off. del. tradit Paul. l. proponebatur, n. 4. & ibi Iacob. n. 2. inf. eo.* In negotiis † autem extra iudicialibus, & 32
priuatis: si vnus procurator remoueatur, vel alias sit impeditus, iudex loco illius alium subrogare non poterit, *l. eum qui, 3. C. de procur. Bald. Auth. hoc amplius, n. 1. C. de fideicom.*

Adde † & alio nouo sensu, textum 33
istum accipi posse, pone enim post declaratos consiliarios, qui possent de causis cognoscere. Prætorem vel Præsidem fecisse commissionem prędictis iudicibus in confuso, vt postea per officiales ad id deputatos, distribuerentur causæ, inter prædictos iudices: vt etiam hodie obseruari in Rom. curia testatur Gom. *in comp. vtriusque sing. pag. 324.* Si igitur Prætor declarauit, quod vnus ex consiliariis non cognosceret de certis causis, neque in distributione, prædictæ causæ eis assignarentur: omnibus aliis videtur permissum, vt prædictæ causæ illis distribuerentur, & sic textus noster sine scrupulo procedit.

Neque est † omittendum, quod Ang. 34
hic n. 2. Iacob. n. 3. colligunt ex isto tex. quod si deputetur certus iudex, qui cognoscat de causis damnorum, aliis iudicibus censetur ea cognitio denegata, vt contrariorum eadem sit disciplina, sed neq; is tex. id probat secundum quemcunque intellectum, imo in contrarium induci † potest: nam Prætor adimendo vni ius iudicandi, aliis 35
videtur reseruare ius iudicandi illis antea competens. Ergo pari ratione, si vni concedatur, quod possit cognoscere de causis certę qualitatis, non ob id videtur denegata cognitio illis, qui antea de illis causis cognoscebant, & videtur expressum, *l. 1. C. de off. præf. vrb. & ibi Bart.* & asserunt receptum Paul. Castr. & Lancell. Dec. *hic ad fin,* de

quo

quo latè egimus, *l. 1. sup.eo. in 4. art. principali.*

Vltimò ex isto tex. colligenda est cõclusio, quam posuit Bar. *in summar.*
36 quod † illud, quod vni prohibetur aliis censetur concessum, ad quos is tex. quotidie allegatur, & per eum dixit
37 Alex. *cons.* 158. *nu.9 lib.* 6. quod † is, qui in certo casu sibi prouidit: videtur voluisse, vt contrarium obseruaretur in casu omisso, *l. cum tale, §. fin. inf. de cond. & dem. & c. nonne, de præsumt. l. etsi sine §. sed quod Papin. & ibi not. Alb. & Bal. sup. de minor.* quod etiã tradit Soc. *cons.* 117. *ad fi. li.* 1. quibus adde Oldr. *cons.* 73. *nu.* 4. *vers. Præterea Paul. Castr. cons.* 455. *in fi & cons.* 472. *nu.* 1. *lib.* 1. *adde etiã prædictus Bal. l. fi. n.* 11. *vers. quinto, C. de eden. & gl. pen. c. quoniam, de vita & hon. cler. gl. c. dispendia, verb. personales, in pri. de rescri. in* 6. Adde denique quod per regulam huius text. notabiliter determinat Soc. *cons.* 5. *ad fi. lib* 4. *Dec. consil.* 12. *col. fin. ante medium, & cons.* 5. *nu.* 4. *& cons.* 35. *nu.* 8. *Panorm. c. cum Ecclesia, nu.* 49. *de causa poss.*

38 Sed aduertendum † est: text. istum non ita generaliter probare hãc conclusionem, quam ex eo colligunt dd. Nam secundum communem intellectum: in eo cõcessio facta fuerat plurib. iudicandi: & post ea vni prohibitum fuit iudicare, ex hoc cæteris videtur conseruata potestas iudicandi: & secundum nostrum intellectum probat, quod si ex pluribus habentibus idem officium, vnus prohibeatur iudicare: aliis videtur id permissum, prout ex duobus simul propositis, vnum negãs, aliud videtur id permissum, prout ex duobus simul propositis, vnum negans aliud videtur confiteri, *c. nonne, de præsum. c. qualis,* 25. *dist.*
39 *& ibi not. gl. pen.* sed † si vno tantum casu fiat mentio, non censentur exclusi alij diuersi, sed magis videntur relicti dispositioni iuris communis. *l. si cum dotem, in prin. inf. sol. mat. l. commodissime, sup. de lib. & posth. l. si extraneus, inf. de cond. ob cau. obseruat Octau. decis. Pedem.* 45. *nu.* 12. *& sup. diximus.* Poterit † nihilominus traditio communis generaliter admitti, quando dispositio per 40
verba † limitatiua fuerit cõcepta: nam 41
cum natura prædictorum verborum sit, omnes alios casus vel personas excludere, *l. in agris, infra, de acq rer. dom. l. age, C. de transact.* si † vnum limitatiuè 42
sit expressum, omnia alia ex vi prædictorum verborum videntur exclusa à prædicta dispositione, *vt tradit Bald. l. obseruare, §. proficisci, col.* 2. *ante fi. sup. de off. procons. Dec. cons.* 626. *nu.* 5. *& aly relati per Pac. de proba. lib.* 1. *c.* 32. *nu.* 23. Et meritò, quia † verborum limitato- 43
rum natura, præsupponit plura, & cum nihilominus restringant dispositionem ad certum casum vel personam: tacitè reducimur ad terminos regulæ nostri tex explicati, *vt sup.* Et hac ratione † procedit dictum Paul. *l.* 44
cum acutissimi, nu. 6. *C. de fideic.* procedet etiam tex. *l. quæsitum, §. idem respõdit domo, & §. denique, & ibi gl. verb. non potest, inf. de fun. instr.* & quod in notabili casu tradit Crotus. *l. qui Roma, §. duo fratres, nu.* 94. *ad fi. sup. de verb. obl.* Procedunt etiam ea, quæ circa materiam huius reg. congerit Men. *de præsum. lib.* 4. *præsum.* 89. *nu.* 90. *& Pac. de prob. lib.* 1. *c.* 34. *nu.* 8. Quibus addendus est Ant. Nat. *cons.* 674. *nu.* 1. *& not. Mantua. in præsemi.* Procedit etiam hac ratione, quod † vulgo dicitur, prohibitum ad 45
tempus, post tempus cẽsetur permissum, & econtra. *l. si vnus, §.* 1. *& l. epistola, §. fi. sup. de pact. l. Imperator. sup. de postul. l. pater. filium, §. fundum, inf. de leg.* 3. *Affl. decis.* 298. *n.* 5. Vnde licet persona † 46
coniuncta possit agere pro coniuncto absente præstita cautione de rato. *l. sed hæ, in prin. sup. de procu.* Tamen si absens relinquat procuratorem, nõ poterit coniunctus agere pro cõiuncto

absente

47 absente:nam † absens relinquēdo procuratorem, qui eius negotia tractet, tacitè videtur omnes alios prohibuisse, *l. maritus*, *Cod. de proc.* & in specie videtur text. *l. ab hostibus in princ. sup. quibus ex cau. maior. & post Spec. tradit Paul. hic in fin. Iacob. num.3. Imo.cap.ex parte decani, num.16. de rescript. Iacobi.l. exigendi,num.9. Cod. de procur. & Alex.*
48 *num.5.* Similiter † si ille,cui concessa fuit reformatio statutorum, & certa confirmauit, reliqua videtur reprobasse, & è contra, *l. tribunus, §. fin. inf. de milit. testa. Bart. & alij l. legata inutiliter, inf. de leg.1. Fel. cap. nonne, num.1. de præsumpt. Affl. decis.298. num.4.* declarando *vt per Ias. l. maritus, num.10. Cod.de procur.* pariter & permissum ad tempus, post tempus censetur prohibitum, *l. statu liberum,§.Stichum, inf.de leg.2.*per quam reg.notab.quęstionem determinauit Bald. *l. Titia, cum testamento, §. fin. in fin. infra de leg.2.*
49 Conclusionem † principalē deductam ex isto text.primò limitabis non procedere in correlatiuis: nam prohibito vno de correlatiuis, alterum non censetur permissum, imo magis prohibitum,*l.vn. Cod. de cupress.lib.11. l.fin. Cod. de indict. vid.toll. Bald.l.3.in fin. C. de sacros. eccl.*
50 Secundò † limita non procedere, quando in prohibitione, vel permissione, fit mentio alicuius rei vel personæ causa frequētioris vsus, hoc est:
51 quia † casus expressus solet frequentius illo modo contingere: nam tunc casus alij non censentur exclusi, imo magis inclusi, si eadem fuerit ratio, *glos. Clem.1. verb. præsidentes, de rescrip. glos. Auth. Cassa. verb. per totam, C. de sacros. eccl. glos.1.l.1.C.de his qui ad eccl. confug. glos.l. vn. verb. sponsam. C. de raptu virg. tradit Ias.l.1. num.52. Cod. de sacros. eccle. & Auth. ex testamento, col. antepen. ante fin. C. de collat. & l.2.n.12. inf.de vulg.Fel.cap.nonne, num.5. de præsump. Cur. Inn. cons.107. ad fin. Bellon. cons.52. n.7. & alij relati per Octau.decis. Pedam. 45. num. 14. & Men. de recup. poss. 8. remed. num. 98. Hyppol. Rimin. in princ. Inst. de don. num.311. Paris.de resign. benef. lib.5.q.3.num.207.* quibus adde Corset. *in sing. verb. frequentia.*

Tertiò † principaliter limita, quando in casu omisso militat eadem ratio, quæ in expresso, tunc enim omissus non videtur exclusus, imo magis inclusus, iuxta reg. *l. non possunt, sup.de legibus* & ita glos. hic verb.videbitur, *in fin.* quam extollit Soc. *in Rub. nu.4. inf. de acq. poss. Nauar. cap. cum contingat, pag.184. de rescrip. & tract. de dot. & prom.pag.107. Hyppol. Rim.in princ. Inst. de don.num 309. Aymon. cons.442. num.15.lib.3.Men.de præsump.lib.3 præsump.80 n.7. & lib.4. præsump.89.n.90. facit l.1. Cod. de diuers. rescrip.* & quod Bald. *l. etsi sine, §. sed quod Papinianus, col.1. ad medium, sup.de minor. persequitur Fel.cap.nonne, num.5. de præsump.* Et ad hunc modum debet † declarari regula,quæ habet,quod ex duobus propositis,qui negat vnum alterum affirmat,*c.nonne, de præsum c. qualis,25.dist. & ibi notat gl.pen.& in notab.casu tradit Matthes.sing.76.* & exornat Alc. *l.1. §. si quis ita, à n.2. infra, de verbor.oblig.* nam cum vtraque regula eadem ratione nitatur, etiam easdem debet recipere declarationes. 52 53

Sed subsistendum est: quia † hæc declaratio apertè destruit regulam, *c. nonne, de præsum. & c. qualis, 25. distin.* Nā si ex duobus propositis,qui vnum negat, aliud videtur affirmare: non est considerandum,vtrum in vtroque casu sit eadem ratio, sed tantum virtus verborum expressorum: & quia aliàs negatio illa limitata nihil operaretur contra reg. *l. si quando, infra, de leg.1.*Et in simili considerat Imol.*cons. 107. num.7. Rom. cons.399.num.8.* quæ rationes euincunt idem esse admittendum, 54

rendum, in terminis summarij Bart. hic neque pro communi facit regula, *l. non possunt. sup. de legibus* quia procedit in lege generali, quæ ad omnes casus etiam diuersos & extraneos extendi potest, ex similitudine rationis: nos autem loquimur in dispositione particulari hominis, in qua duo proponuntur, tunc enim inclusio vnius est exclusio alterius, etiamsi sit eadem ratio, ne alias illa inclusio restricta nihil operetur contra regulas vulgares:
55 Pro† cōcordia tamen videtur sequenda doctrina Summi Pontificis *Clem. exiui. §. cum autem natura, de verb. sig.*
56 quod termini † restrictiui ea est natura, vt excludat extranea, non autē illa, quæ pertinent ad terminum restriuum expressum: *extollit Roman. cons.* 114. *num.* 5. Ergo excludit alterum ex duobus propositis, quasi non solum extraneum, sed & quasi contrarium, non excludit autem ea, quæ in effectum pertinent ad terminum restri-
57 ctiuum expressum, hoc est, quod† sint connexa cum termino restrictiuo expresso: hęc enim nō censentur exclusa, sed magis in eo videntur comprehensa, *c. translato, de constit. & ibi notat Ant. de But. Corset. in sing. verb. argumentum, 6. & Menoc. cons.* 14. *n.* 14. *lib.* 1. Prout
58 neque† debent videri exclusa illa, quę si censerentur exclusa, dispositio operaretur contrarium effectum, eius ad quem facta est. *Ias. cons.* 202. *in fin. lib.* 2. *Aymon. cons.* 297. *col. pen. ad fin.* alias etiam plures limitationes ad reg. hu-
59 ius tex. vide per† Præpositum, *c. qualis, 25. dist. n.* 11. *per Fel. c. nonne, de presum. à num.* 2. *per Alex. l. pen. num.* 11. *sup. si cert. pet. & per Hypol. Rimin. in princ. num.* 310. *Inst. de don. Pac. de probat. lib* 1. *cap.* 34. *à n.* 9. & latius & resolutius quam omnes alij, prosequitur Aymon. *cons.* 342. *à n.* 12. *& multis seq. lib.* 3.

L. cum Prætor, 12. §. 1. ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Continuat hunc §. cum l. Prætor, 12.*
2 *Proponit quæstionem quæ in hoc §. tractatur, vtrum scilicet vltra Prætorem sint aliqui, qui possint dare iudices ad iudicandum causas.*
3 *Materia de qua in hoc §. obscura est, & intricata, & quæ percipi non possit, nisi præuia voce magistra.*
4 *Iurisdictio in duas diuiditur species principales, scilicet ordinariam, & delegatam.*
5 *Inter has species ea elegans refertur differentia in nostra materia, vt qui habet iurisdictionē iure proprio eam possit alteri mandare.*
6 *Is vero qui iurisdictionem habet alieno beneficio mandare non possit.*
7 *Iurisdictionem iure proprio is dicetur habere, quando iurisdictio residet in eius persona, prout est ordinarius.*
8 *Is dicitur habere iurisdictionem alieno beneficio, qui illam habet ex iure residente in persona alterius, prout est delegatus.*
9 *Hæc expositio præstita ad nostrum tex. communis est.*
10 *Dictam communem expositionem reprobat, quia verba Iurisconsulti impropriat.*
11 *Iure proprio aliquid habere non solum significat, aliquid habere ex iure residente in eius persona, sed etiā iure proprietatis, & tanquam suum.*
12 *In dicta l. more, supra de iurisdictione omnium iudicum, in quo tota differentia consistat, declarat.*
13 *Ordinarius non habet iurisdictionem ex se, sed alieno beneficio, hoc est Principis.*
14 *Reijcit communem expositionem, item ad aliam nouam ordinarij.*
15 *Considerat author multa notatu digna ad explicationē huius tex. necessaria.*

16 *In*

16 *In iurisdictione ordinaria semper praecedit officium publicum, siue etiam magistratus, qui creatus est, vt perpetuo duret, & huic magistratui tanquam quid proprium annectitur iurisdictio.*

17 *Persona autem postea colligitur vt praedicti officij administrationem, & exercitationem habeat.*

18 *Concludit, & declarat elegãti ratione, quomodo quis consequatur iurisdictionem magistratus, & tamen annexa dicatur habere iure proprio.*

19 *Ponit exemplum in ciuitate, & ad praesentem declarationem applicat.*

20 *Exemplificat etiam praedictam expositionem in Principe.*

21 *Considerationes de quibus à num. 16. non cadunt in eum, cui mandatur iurisdictio per alium.*

22 *Per delegationem non creatur magistratus vt illius ratione videtur aliquid habere ratione delegationis sibi factae, & sic alieno beneficio.*

23 *Quomodo sint explicandae rationes expressae in l. quia supra de iurisdictione omnium iudicum.*

24 *Item declarat quomodo intelligenda sunt verba d. l. & quia scilicet, quia l. non defert iurisdictionem, sed datam confirmat.*

25 *Homo particularis non potest aliquem creare magistratum, nec iurisdictionem concedere.*

26 *Delegatus semper videtur immediatè accipere iurisdictionem alieno beneficio.*

27 *Proponit valde controuersiam esse inter Doctores, quando videatur concessa iurisdictio ordinaria vel delegata.*

28 *Determinat in hac controuersia amplectendam esse celebrem doctrinam Bart. in l. ambitiosa, num. 84. infra de decretis ab ordine faciendis.*

29 *Si verba concessionis principaliter ad officium referantur, semper videtur concessa iurisdictio ordinaria.*

30 *Quando quis habet officium, si postea ei fiat cõmissio generalis aliquarum causarũ facta relatione ad officium, tunc illa cõmissio de nouo facta videtur in vim ordinariae iurisdictionis.*

31 *Item erit dicendum si relatio non fiat ad officium, sed ad officiales, & ibi exemplificat.*

32 *Conclusio de qua num. 25. limitatur, si exprimatur clausula authoritate nostra, vel authoritate huius statuti cognosces.*

33 *Quando constat ex verbis quod non authoritate officij sed authoritate concedentis cognoscat, magis delegata quam ordinaria hoc casu videtur concessa iurisdictio.*

34 *Commissio facta iudici de nouo videtur facta in vim iurisdictionis ordinariae.*

35 *Conclusio de qua proximè nu. 34. non procedet si addantur ea verba, de quibus n. 32. tunc enim magis delegata videbitur iurisdictio.*

36 *Idem à fortiori erit admittendum, si in commissione dicatur, delegamus.*

37 *Quando verba sunt dubia, & per ea conceditur alicui cognitio vniuersalis negotiorum, censetur concessa ordinaria iurisdictio, & exempla ad probandam conclusionem tradit.*

38 *Si officiales creentur vt cognoscant de causis pertinentibus ad abundantiam, censebitur concessa iurisdictio ordinaria.*

39 *Item iurisdictio quae doctoribus conceditur ad cognoscendum de omnibus causis scholarium erit ordinaria.*

40 *Similiter si cognitio committatur restricta tamen ad certum negotiorum genus, veluti causae omnes fideicommissorum, dicetur ordinaria iurisdictio.*

41 *Argumentatur contra conclusionem Bart. de qua n. 37. ex text. in l. fin. Codic. vbi & apud quem, ad illum text. expendit.*

42 *Vt dicatur concessa ordinaria iurisdictio oportet quod quis habeat iurisdictionem cum territorio, alias secus.*

43 *Ille, qui creatur ad sindicandos omnes magistratus, is censebitur delegatus, cum territorium non habeat, sed contrarium probat num.49.*

44 *Inquisitores aduersus hæreticam prauitatem habent iurisdictionem in tota prouincia, & tamen quia est limitata ad causas hæresis censetur delegata.*

45 *Magis communem resolutionem amplectitur, & ad difficultates proximè motas respondet.*

46 *De essentia iurisdictionis ordinariæ nō est quod sit annexa territorio, sufficit enim quod sit vniuersalis vt censeatur ordinaria, quod ostendit exemplo, de quo num.39.*

47 *Refert Doctores qui in specie tenent territorium non esse de essentia iurisdictionis ordinariæ.*

48 *Si alicui committatur cognitio omnium causarum mutui, ille censebitur ordinarius quantumcumque certum genus causarum videatur commissum.*

49 *Ostendit Bart. opinionem, de qua tradiderat num.43. veram non esse, & contrarium esse receptum.*

50 *Respondet ad text. in l. final. Cod. vbi & apud quem.*

51 *Respondet ad secundam difficultatem, de qua supra num.44.*

52 *Quando iurisdictio committitur alicui super certo genere causarum, is censebitur delegatus, & non ordinarius.*

53 *Quæ resolutio communis est etiam si prædicta iurisdictio concedatur alicui priuato.*

54 *Reprobat proximè dicta, & ostendit in prædictis terminis magis iurisdictionem ordinariam concessam censeri.*

55 *Respōdet ad ea quæ supra tradita sunt, n.53. ex Bart. l. more, num.8. supra de iurisdictione omnium iudicum.*

56 *Quando commissio facta est per hominem, iurisdictio per eū concessa etiam vniuersaliter non facit ordinarium, sed magis delegatum ad vniuersitatem causarum, nec enim is à se potest abdicare officium, neque creare nouum magistratum.*

57 *Secus si prædicta commissio fiat per legem, siue per Principem, nam tūc in dictis terminis censebitur concessio ordinaria.*

58 *Tradit responsionem Panormitani in cap. penult. num.1. de restitutione in integrum.*

59 *Tradit declarationem Menoch. circa eundem articulum, circa rationem, cur Inquisitores dicantur delegati.*

60 *Reprobat considerationem Menoch. & examinat text. in cap. vt officium de hæreticis in 6.*

61 *Amplectitur in hoc articulo resolutionem Petri Debela Pertica, d.l. more, n.19. vbi procedit distinguendo.*

62 *Inquisitores includuntur sub secundo membro proximè distinctionis, cum non sub nomine officij perpetuo duraturi fiat commissio, sed sub nomine officij ad nutum remouibilis.*

63 *Legati missi per Papam ad aliquem Regnum censentur delegati, cum non sint propositi officio perpetuo duraturi, quamuis effectus ordinarij habeant.*

64 *Officium perpetuum Inquisitoris generalis, quod in Hispania creatur censetur habere iurisdictionē ordinariā.*

65 *Inquisitores ad nutum remouibiles censebuntur eius delegati.*

66 *Quando habēti iurisdictionem ordinariam fit commissio certi generis causarum, quæ aliàs ad eius cognitionē nō pertinebat, iure ordinario videtur facta commissio, quasi ordinaria iurisdictio, illis casib. videatur extēsa.*

67 *Refert iura & DD. contra proximam resolutionem tenentes.*

68 *Assignat concordiam ad prædictas opiniones, & distinguendo procedit.*

69 *Ostendit*

69 *Ostendit euenire posse quod vnus, & idem iudex habeat iurisdictionem ordinariam generalem & etiam specialem propter nouam causam officio commissam.*

70 *Quando concessio perpetua est, semper censetur ordinaria.*

71 *Si alicui priuato de nouo concedatur causa particularis cognoscenda, censetur delegatus.*

72 *Si ordinario causa committatur particularis, cuius cognitio ad eum alias non pertinebat, quoad eam censebitur delegatus cum commissio facta sit personæ, & non officio.*

73 *Si alicui committantur omnes causæ vertentes inter Titium, & Sempronium, cum commissio sit particularis respectu personarum, dicetur iurisdictio delegata, & non ordinaria.*

74 *Secus erit quando fit concessio vniuersalis, & restricta ad certum genus personarum, vel causarum.*

75 *Auditores Rotæ vel Principis alicuius dicuntur ordinarij, quamuis de causis non cognoscant nisi ex Principis commissione.*

76 *Refert Antonium Natam consil. 51. n. 14. lib. 1. varias opiniones Doctorum in hoc art. tradentem.*

77 *Refert idem Alciatum quem commendat ad videndum ad explicationem huius articuli.*

78 *Potestas dandi iudicem, hoc est delegādi, est de regulariter prohibitis, ita vt non cōpetat nisi illis, quib. specialiter lege inueniatur permissum.*

79 *Expendit author vltra alios tex. istum sentire proxima resoluta vera esse etiam in iudice ordinario.*

80 *Proconsul. qui iurisdictionem ordinariam habet, non potest iudicem dare, nisi ei lege inueniatur concessum.*

81 *Opponit contra proxime resoluta ex dicta l. more, supra de iurisdictione omnium iudicum.*

82 *Adducit concordiam ad dicta iura.*

83 *Conclusio de qua n. 78. intelligenda est in magistratibus prouincialibus, non autem in Romanis.*

84 *Romani magistratus possunt dare iudices, nisi specialiter inueniantur prohibiti.*

85 *Potestas dandi iudices, quæ magistratibus Romanis competit, more maiorum recepta fuit.*

86 *Dicta consuetudo introducta fuit propter vim imperij, quam habebant magistratus Romani.*

87 *Tradit intellectum ad dictam l. 1. in fin. supra, de iurisdictione omnium omnium.*

88 *Explicat etiam l. imperium, in fin. supra de iurisdictione omniū iudicum.*

89 *Declarat item l. eum qui, supra de iurisd. omn. iud.*

90 *Respondet ad regulam l. more, cum similibus, supra de iurisdictione omnium iudicum.*

91 *Licet in dicta l. more, tantum fiat mentio de proconsulibus, tamen dicendum est sub illis fuisse comprehensos omnes ordinarios.*

92 *Exēpla non arctant regulā generalem.*

93 *Agitur de intellectu legis à iudice, C. de iud.*

94 *Iudex datus per ordinarium iudicem dare non potest.*

95 *Prout in permissis valet argumentum, non inuenitur prohibitum, ergo censetur permissum, ita per contrarium in prohibitis non inuenitur permissum, ergo censetur prohibitum.*

96 *Defendit rationem expressam in dicta l. à iudice, Cod. de iurisdictione omnium iudicum.*

97 *Omnis ille cui ius dandi iudicem non competit id ex consensu partium obtinere non potest.*

98 *In prohibitis per legem consensus partium nihil operari potest.*

99 *Reprobat dictum Iason. dict. l. à iudice, num. 19.*

100 *Qui secundum leges delegare non potest,*

test, non poterit delegare etiamsi iustè sit impeditus.

101 *Prohibitum per legem propter necessitatem superuenientem non redditur permissum.*

102 *Si impedimentum diu debeat durare, debet superior loco impediti alium subrogare, alias expectabitur vt cesset impedimentum.*

103 *Ille cui non competit ius delegandi, etiam post litem contestatam non poterit subdelegare, quia prohibitio legis perpetuo durat.*

104 *Procurator ad iudicia post litem contestatam potest alium procuratorem constituere.*

105 *Argumentum de procuratore iudiciali ad delegatū validum censetur.*

106 *Quilibet delegatus delegare potest post litem contestatam.*

107 *Lite contestata censetur quidam quasi contractus celebratus inter partes propter quem procurator efficitur dominus litis.*

108 *Cum iudice non ita prout cum procuratore quasi contrahitur.*

109 *Procurator post litem contestatam reuocari non potest, nisi propter iustam causam de nouo superuenientem.*

110 *Delegatus indistinctè reuocari potest.*

111 *Ille qui secundum leges delegare non potest, nec vllum articulum causæ sibi commissæ delegare poterit.*

112 *Generalis prohibitio etiam minima comprehendit.*

113 *Refert contrariam opinionem ex Bartol. sibi contrario & alijs.*

114 *Priorem opinionem, de qua num. 112. approbat, vt magis receptam, & argumentis contrarij respondet.*

115 *Respondet ad Clem. 1. de offic. deleg.*

116 *Colligit ex dicta responsione, & exemplis ibi adductis, quod ille cui per Principem commissa est examinatio testium poterit illam examinationem alteri delegare.*

117 *Colligit item in d. Clem. esse text. expressum contra Rotam decis. 18. de offic. deleg. in antiquis, & cōtra Bar. l. legatus, nu. 6. supra, de officio proconsulis, & contra alios, de quib. ibi.*

118 *Refert casum in quo tantum contraria opinio, de qua admitti potest.*

119 *Respōdet ad c. cum Bertold. de re iud.*

120 *Reijcit responsiones multorum quos ibi refert.*

121 *Assignat veram responsionem ad d. c. cum Bertold.*

122 *Quod ea quæ incidenter tractantur, debent præsupponi termini habiles.*

123 *Id quod vulgo dicitur, subdelegatum delegati subdelegare non posse, limitatur non procedere, si ordinarius tempore delegationis concesserit ei potestatem subdelegandi.*

124 *Proxima declaratio procedit, quando potestas concessa est delegatis, vt possint subdelegare non nomine proprio, sed nomine ipsius delegantis.*

125 *Si legatus daret licentiam delegato, vt nomine suo subdelegare possit, nihil valeret talis licentia, facta contra prohibitionem legis.*

126 *Proponit casum, in quo opinio Bartol. reprobata, de qua à n. 113. saluari potest.*

127 *Explicat text. in c. super quæstionum, vers. nos autem, de officio deleg.*

128 *Cum delegatio respicit cognitionem iurisdictionalem soli delegato Principis præmittitur dictam delegationem facere.*

129 *Quis dicatur articulus non iurisdictionalis, & in solo facto consistens remissiuè.*

130 *Proconsul potest dare iudicem quia l. præmissum est ei.*

131 *Mouet contra tex. duas difficultates de prima hic agit.*

132 *Agit de secunda difficultate, & ad eam text. ponderat.*

133 *Defendendo conclusionem num. 130. ad primam difficultatem respondet.*

134 *Respon*

134 *Respondet item ad secundam difficultatem.*
135 *Ille cui mandata est iurisdictio iudicem dare potest, quod in legato proconsulis exemplificat.*
136 *Examinat illam quaestionem, an proxima conclusio generaliter sit accipienda, in quocunque cui mandata sit iurisdictio, an vero sit restringenda, ad solum legatum proconsulis.*
137 *Refert Doctores qui censent dictam conclusionem in delegato proconsulis tantum procedere.*
138 *Refert iura & doctores contrariam opinionem sequentes.*
139 *Leges passim arguunt delegato proconsulis ad eos quibus mandata est iurisdictio.*
140 *Ad veram resolutionem artic. praemittit duos esse terminos diversos, quos doctores malè confundunt, scilicet mandare iurisdictionem & dare iudicem.*
141 *Iurisdictionem mandare dicitur qui vel totam, vel partem illius delegat.*
142 *Ille dicitur dare iudicem, qui aliquam causam particularem committit alicui cognoscendam.*
143 *Refert Dd. qui proximam differentiam non admittunt.*
144 *Iurisdictio dicitur mandata, quando causa particularis committitur cognoscenda.*
145 *Mandare vel delegare idē significāt.*
146 *Approbat & defendit praedictam differentiam, & pro ea text. in praesenti expendit.*
147 *Refert replicationem ad dictam differentiam ex Alexandro, d. l. more, & ibi Purpurat. 97.*
148 *Respondet ad d. replicationem, & plenè illi satisfacit.*
149 *Respondet ad rationes in contrarium adductas.*
150 *Respondet ad l. solet, supra de iurisd. omn. iud.*
151 *Respondet ad secundam rationem, de qua nu. 145. ubi eleganter terminos distinguit.*
152 *Si cui mandata sit iurisdictio, is iudicem dare poterit, si vero tamen detur iudex ad certam causam is delegare non poterit.*
153 *Si ille cui mandata est iurisdictio, licet iudicem dare possit quoad rem particularem, non tamen iurisdictionem sibi mandatā poterit alteri delegare.*
154 *Proximas duas conclusiones probat conformes esse receptissimis doctorum opinionibus in hac materia iure & authoritatibus confirmat.*
155 *Si alicui mandetur iurisdictio intelligitur vniuersalis vt verba sonant & is vtique iudicē dare poterit, non sic qui iudex datus est vt cognosceret tantum de causa particulari.*
156 *Rationē proximae differentiae assignat.*
157 *Iurisdictionem habens iudicem in re particulari dare poterit, quia tunc nihil iurisdictionis transfert.*
158 *Iudex datus non habet iurisdictionem, sed tantum iudiciario munere fungitur.*
159 *Proponit explicationem glossae in d. l. à iudice verbo munere.*
160 *Expositionem dictae glossae optimo fundamento reprobat in prima explicatione.*
161 *Refert secundam expositionem d. glos. eod. verb.*
162 *Dictam expositionem impugnat ex Iasone dicta l. à iudice, nu. 3.*
163 *Rationi Iasonis respondet.*
164 *Ille cui mandata est iurisdictio delegando, vnam causam non eximit se ab onere iudicandi, cum omnes alias iudicare debeat.*
165 *Reprobat Author ex alio capite praedictam gloss. expositionem, & multas alias à Doctoribus traditas, quos ibi refert.*
166 *Aduertit Author in hac difficultate duas occurrere quaestiones.*
167 *Prima est, qua ratione is cui mādata est*

est iurisdictio possit iudicem dare, & tamen non possit mandare iurisdictionem vniuersaliter.

168 Secunda, cur delegatus ordinarij, vel eius cui mandata est iurisdictio, non possit delegare.

169 Resoluit priorem quæstionem.

170 Resoluit secundam quæstionem.

171 Refert in confirmationem resolutionis elegáter tradita per Socinum, l. 1. §. fin. nu. 10. infra. quis & à quo appelletur.

172 Pro substantia delegationis requiritur, quod delegans iurisdictionem habeat.

173 Si causa particularis committatur, & delegatus expresse declaret, quod transfert in alium iurisdictionem in ea causa particulari, is eam causam particularem subdelegare poterit.

174 Proximam resolutionem impugnat optimo argumento deducto ex hoc text.

175 Licet in dubio verba videantur sonare quod datur iurisdictio in particulari, tamen interpretandum est ei dari facultatem iudicandi principaliter.

176 In quibus terminis procedat glos. l. legatus, supra de officio proconsulis.

177 Quæstio de qua in præsenti tantum procedere potest, quando ordinarius facit prædictam commissionem, secus in eo, cui mandata est iurisdictio.

178 Modo de quo proximè opiniones concordari poterunt.

179 Veram explicationem huius text. assignat.

180 In hoc text. non continetur aliqua specialitas in legato proconsulis, sed in eo dispositum procedit secundum regulam generalem.

181 Reprobat opinionem illorum, qui putant hunc text. procedere specialiter in legato proconsulis.

182 Delegatus ad vniuersitatem causarum non potest mandare alteri iurisdictionem vniuersalem.

183 Legatus proconsulis similiter prædictam iurisdictionem alteri mandare non potest, cum illam habeat alieno beneficio.

184 Proconsul, qui habet iurisdictionem iure proprio, eam legato suo mandare potest, eius voto, legatus minimè, licet iudicem iure particulari dare possit.

185 Ad proximam resolutionem expendit Author text. in præsenti.

186 Expendit item legem legatis, sup. de officio proconsulis.

187 Reprobat opinionem illorum qui contendunt delegatum ad vniuersitatem causarum, nec iudicem dare posse in causa particulari.

188 Ille cui mandata est iurisdictio fungitur vice illius, qui eam mandauit.

189 Mandans iurisdictionem ratione illius poterit indices dare, & eodem modo eius legatus, qui mandatam habet iurisdictionem.

190 Tradit in quo sensu poterit admitti ratio. gloss. fin. Codic. de iudic. & gl. in cap. cum causa, de appellat. & aliorum de quibus ibi.

191 Expendit dictum Bald. l. à iudice ad finem, Cod. de iudic. dum contendit legatum proconsulis, & legatum à latere æquiparari.

192 Declarat qua ratione hoc dictum admitti potest.

193 Agit de intellectu legis fin. C. vbi & apud quem.

194 Quando generalis commissio alicui conceditur, licet de restitutione in integrum nihil fuerit specialiter expressum, tamen sub dicta commissione satis videtur comprehendi.

195 Dicta num. proximo non procedunt in alia commissione extraiudiciali etiam generaliter facta.

196 Declarat quod regula d. legi. fin. C. de iud. excipiuntur iudices dati ab his, qui nullam propriam iurisdictionem habent

habent, sed iudicandi facultatem.

197 *Ostendit dictam expositionem obscurum esse & duobus modis explicari, per gl. ibi verb. non habent.*

198 *Reijcit proximam glos. interpretationem, & ad idem expendit text. ad dictam l. fin.*

199 *Iudex chartularius non potest cognoscere de causa restitutionis, cum tantum habeat iurisdictionē in volentes.*

200 *Refert secundum intellectum ad d. l. final. traditum ad glossam ibi verbo non habent.*

201 *Ex hoc vltimo intellectu colligit notabilem differentiam, inter delegatum datum ab ordinario, & datū ab eo, cui mādata est iurisdictio, nam primus poterit cognoscere, de restitutione in integrum, & non sic secundus, & ratio ibi traditur.*

202 *Declarat quomodo exponenda sunt verba d. l. fin. vt delegati non possint de restitutione in integrum, si dati sint ab his qui nullam habent iurisdictionem, scilicet iure proprio.*

203 *Arbitri electi de consensu partium, vel iudices compromissarij de causa restitutionis cognoscere non possunt, etiamsi illis specialiter sit commissa.*

204 *Delegatus ordinarij, potest de causa restitutionis cognoscere, si specialiter ei commissa sit, videtur enim tunc ordinarius in eum transferre iurisdictionem, prout potest item & mixtum imperium.*

205 *Dicta in proximo num. necessaria sunt omnino, vt quis cognoscere possit de causa restitutionis.*

206 *Hoc casu fauorabiliter concessum est, vt mixtum etiam imperium delegari possit.*

207 *Inter ordinarium, & illum cui mandata est iurisdictio regulariter non est differentia, & ideo æquiparantur.*

208 *Ordinarius & ille cui mandata est iurisdictio differunt in modo delegandi, & ibi differentiam assignat.*

209 *Iudex datus ab ordinario in causa particulari nullam habet iurisdictionem, scilicet principaliter commissam, sed tantum iudicandi munus, & sententiam à se latam executioni mandare non potest.*

210 *Is cui mandata est iurisdictio per ordinarium, cum iurisdictionem habeat vniuersalem, potest exequi sententiam suam.*

211 *Agit de intellectu, & vera explicatione illius differentiæ quam in ista materia constituit l. 1. in principio, iuncto §. 1. infra, quis & à quo appelletur, quem textum ad id expendit.*

212 *Refert communem concordiam ad illum text.*

213 *Reijcit prædictam concordiam & illius fundamento respondet.*

214 *Veram concordiam adducit.*

215 *De pari ad parem non admittitur appellatio.*

216 *Reprobat tradita à Panorm. cap. dilecti, 3. num. 10. & ibi Perusi. nu. 31. de appellat. & optimo argumento contrariam opinionem confirmat.*

217 *Reprobat similiter tradita per Bart. l. 1. §. final. num. 1. infra, quis & à quo appelletur.*

218 *Iure Canonico in terminis de quibus proximè n. 217. dispositum est, quod ad delegantem non appelletur, nisi delegatus aliquam partem iurisdictionis sibi reseruauerit.*

219 *Iure ciuili etiam proxima resolutio procedit, & ratio ibi traditur.*

220 *Secundum ius Canonicum iura ciuilia interpretāda, & restrigēda sunt.*

221 *Si delegatus non mandauerit totam iurisdictionem sed certam illius speciem, adhuc ab eo non erit appellandum ad delegantem.*

222 *Refert Couar. pract. q. cap. 4. num. 8. tradentem quod si certa species iurisdictionis mandata sit, appellandum sit ad delegantem.*

223 *Adducit pro eadē parte traditionem*

glos. Clement. 1. verb. foraneo, de rescript.

224 *Ad veram resolutionem articuli duo casus distinguit.*

225 *Primus casus vtrum à vicario foraneo appellandum sit ad Episcopum, vel ad immediatum superiorem.*

226 *Secundus, vtrum dato quod ad Episcopum appellandum sit regulariter, tamen saltem non sit ad eum appellandum, quando huic vicario foraneo mandauit iurisdictionem in certa parte prouinciæ.*

227 *In primo casu facit differentiam inter vicarium generalem Episcopi, & inter vicarium foraneum.*

228 *A vicario generali Episcopi ad Episcopum non appellatur, secus à vicario foraneo qui habet iurisdictionem delegatam, & non habet idem tribunal cum Episcopo.*

229 *In secundo vero casu elegantem distinctionē assignat ad eius resolutionem.*

230 *Nihil interest quod cognitio demandetur ratione vniuersæ causæ vel plurium.*

231 *Quando in hoc casu sumus in dubio, determinet amplectendam esse resolutionem Couar. de quo n. 222.*

232 *Reprobat in artic. considerationē Bar. l. 1. §. final. ad finem, infra quis & apud quem.*

233 *Distinctionem Bart. reprobat & suam assignat.*

234 *Collationes beneficiorum, vel cognitionem causarum criminalium in generali commissione facta vicario non includuntur, sed necessaria est specialis commissio.*

235 *Vicarius quoad has causas specialiter commissas non censebitur Vicarius, nec habet iurisdictionem ordinariam, sed magis delegatam.*

236 *Si Episcopus non totam iurisdictionem committat, sed tantum partem in certa parte prouinciæ, is non vicarius, sed magis delegatus censebitur, & ab eo non poterit appellari ad ipsum delegantē, sed ad Episcopum.*

237 *Ponderat text. in vers. item hi, ex quo colligit nō sufficere magistratum habere vim imperij, vt iudices dare possit, nisi id consuetudine obtentum sit.*

238 *Ad resolutionem huius vltimi notabilis duo considerat.*

239 *Primò qui sint magistratus, qui dicuntur habere vim imperij.*

240 *Secundò qua ratione vltra id fuerit necessarium introducere per dictam consuetudinem.*

241 *Illi dicuntur habere vim imperij, qui potestatem habent coërcendi atrociter, & in carcerem ducendi.*

242 *Tradit author alteram declarationem, vt scilicet illi dicantur habere vim imperij, qui habent mixtū imperiū.*

243 *Expendit pro hac declaratione l. 1. C. de Pedaneis iudicibus, & l. ex consensu, §. 1. infra de appell.*

244 *Procurator Cæsaris tunc dicetur gerere vicem Præsidis, quando priuati scienter eius prorogarunt iurisdictionem.*

245 *Procurator Cæsaris etiam intra prorogantes non habet merum imperium.*

246 *Expendit pro eadem opinione text. in præsenti, in vers. item hi, ibi cæterique Romæ magistratus.*

247 *Reprobat Bart. imperium, num. 7. supra de iurisdictione omnium iudicum, dum putat omnes magistratus Romanos habuisse merum, & mixtum imperium.*

248 *Apud Romanos erant minores magistratus, qui non habebant imperium, nec potestatem, nec ius coërcendi & ducendi in carcerem, quod ad imperium pertinet.*

249 *Quæstor & cæteri, qui non habent lictores, nec viatores, nec vocationem in ius, nec prehensionem habent.*

250 *Refert Plutarchum circa ædiles curules qui dicerentur & qui populares.*

251 *Quæstores & prædicti ædiles populares etiam durante officio in ius vocari possunt.*

252 *Concludit contra Bar. quem reprobauit, num. 247.*

253 *Omnes magistratus Romani habebant saltem mixtum imperium, vt iudicem dare possit.*

254 *Concludit satis esse delegantem & habere mixtum imperium, vt iudicem dare possit.*

255 *Reprobat tradita per Dec. l. 1. n. 27. supra de officio & eius fundamento respondet.*

256 *Incipit tractare de secundo membro, de quo num. 240.*

257 *Ideo necessaria fuit consuetudo, quia magistratus Romani adhoc fuerunt electi vt causas per se determinarēt.*

258 *Dicti magistratus quantumcunque haberent vim imperij, tamē necessaria fuit consuetudo, vt per alios causas expedire possint.*

259 *Tradit rationem ob quam ea consuetudo fuit inducta.*

260 *Ad similitudinem Prætoris consuetudo fuit obtenta, vt & alij magistratus Romani iudices dare possint, qui causas iudicarent.*

261 *Excitat difficultates quas hic adducit Lancelot. Dec. & primam proponit.*

262 *Repræsentat etiam secundam difficultatem ex d. Lancel. quibus tamen ipse Lancelotus non satisfacit.*

263 *Auctor respondet ad primam, quod vt ea quæ iure magistratus competerent, venirent in delegatione, oportuit id consuetudine introduci.*

264 *Magistratus municipales cum solā iurisdictionem habeant nō autem imperium etiam mixtum, non poterunt dare iudices sed per se iudicabunt.*

265 *Magistratus municipales delegare possunt.*

266 *In confirmationē proximæ resolutionis adducit text. in l. 1. in fin. supra de iurisd. omnium iud.*

267 *Argumentatur etiam pro eadē parte ex eo, quia hi magistratus municipales habent iurisdictionem iure proprio.*

268 *Iurisdictio est iudicis dandi licentia.*

269 *Tertiò argumentatur ex eo quod ea quæ competunt iure magistratus delegare possunt.*

270 *Confirmat illationem quam supra posuit n. 264. & ad argumenta in contrarium adducta respondet.*

271 *Respondet ad primum argumentum de quo num. 264.*

272 *Respondet item ad secundum argumentum, de quo num. 267.*

273 *Respondet ad tertiam difficultatem, de qua num. 268.*

274 *Facultas iudicandi in magistratu municipali reperitur omnino separata à mero & mixto imperio.*

275 *Declarat quomodo euitari possit difficultas quæ solet moueri aduersus Iureconsultum d. l. imperij in fine, quòd datio iudicis expeditur officio iudicis nobili, & sic magis pertinet ad imperium quam ad iurisdictionem, quæ expeditur officio iudicis mercenario, mediantibus actionibus.*

276 *Si attendas personam dantis iudicem is magis officio mercenario id expediebat, quia Prætor erat obligatus iudicare, vel iudicem dare.*

277 *Respectu iudicis dati idem euidentius apparet, cum ipse officio mercenario teneatur iudicare iuxta formulam actionis assignatam per Prætorem.*

278 *Ostendit in d. l. imperium non poni diffinitiones meri, & mixti imperij contra multos, de quibus ibi.*

279 *In dicta l. imperium iurisdictio sumpta in genere, diuiditur in tres species & cuiuslibet speciei proponuntur exempla.*

280 *Respondet ad quartam difficultatem, de qua num. 265.*

281 *Licet delegatus ordinarij delegare non possit, tamen consuetudine intro-*

duci potest vt delegare possit, quæ conclusio communis est.

282 Refert Lancelot. Dec. hic in fine contra hanc communem opinionem tenentem, & eius fundamenta adducit.

283 Si consuetudo fuerit inducta per populum indistinctè procedit hæc conclusio.

284 Consuetudo de qua proximè vincit. l. contrariam.

285 Si consuetudo legitimè præscripta non proponatur, sed tantum stilus indicum, non procedet hæc conclusio.

286 Solus stilus non potest derogare iuris prohibitioni.

287 Refert qui tenent quod si stilus fuerit legitimè præscriptus derogari posse iuris prohibitioni.

288 Reprobat dictam limitationem cum stilus differat à consuetudine, propter quam solum à iuris prohibitione recedi potest.

289 Stilus refertur ad certas personas, scilicet iudicum, ac ideo non potest dici consuetudo quæ debet esse maioris partis populi.

290 Opinio de qua num. 287. tantum defendi poterit si stilus ita sit notorius, vt transierit in notitiam maioris partis populi.

291 Poterit etiã saluari dicta opinio, quando stilus fuerit præter legem, nam tunc indistinctè obseruandus erit.

292 Examinat vtrum ea quæ iure antiquo erant in vsu in hac materia receperint aliquã mutationẽ ex iure nouo.

293 Ad decisionem quæstionis incipit agere de explicatione, l. 2. Cod. de Pedaneis iudicibus.

294 Causas super quibus partes litigare solent, in tres diuiduntur species, quædam enim dicuntur infimæ, quædam mediocres, quædam grauiores.

295 Infimæ olim dicebantur, quæ non excedebant decem aureos.

296 Hodie causæ infimæ dicuntur, quæ non excedunt triginta aureos.

297 Mediæ quæ excedũt prædictam quantitatem.

298 Grauiores dicuntur causæ meri vel mixti imperij & ingenuitatis.

299 Causæ infimæ etiam hodie delegari possunt.

300 Causæ mediæ olim indistinctè delegari poterant per prætorem.

301 Hodie dictæ causæ non possunt delegari nisi in duobus casibus de quibus ibi.

302 In dictis duobus casibus poterunt Præsides eas causas hodie delegare nulla facta reseruatione.

303 Refert Alexandrum tenentem quod in prædictis casibus possit Præses delegare causarum cognitionem, non autem diffinitionem.

304 Ostendit dictam traditionem Alexandri posse admitti in terminis l. 2. vers. quod vsq; adeo, C. de Pedaneis iudicibus, quam ad id ponderat.

305 Præses hoc casu tenebitur obseruare formam præscriptam in auth. ad hæc, Codic. de iud.

306 Quam formã etiam obseruauit quando in totum causas delegat.

307 Agitur de secunda parte principali dict. l. 2. quæ incipit in vers. quod non ita.

308 Refert communem intellectum ad illum text.

309 Causa meri imperij etiam hodie delegari possunt propter absentiam Præsidis, non solum quoad cognitionem, sed etiam quoad diffinitionem.

310 Propter publicas occupationes vel multitudinem causarum hodie delegare non poterunt, nec quoad cognitionem, nec quoad diffinitionem.

311 Bart. dict. l. 1. supra de officio eius, num. 13. contrarium tenet, sed communiter probatur.

312 Ostendit in his terminis non posse induci decisio, dict. auth. ad hæc.

313 Hodie non solum causæ meri, vel mixti imperij delegari non possunt, sed etiam

etiam nec causæ ingenuitatis, vel libertinitatis.

314 Hæ causæ attenta ea natura magis pertinent ad iurisdictionem, quia expediuntur per actiones præiudiciales.

315 Hodie prædictæ causæ delegari non possunt, quia pertinent ad supremum gradum iurisdictionis propter earum grauitatem.

316 Ex dicto communi intellectu l.2. colligit duo, in quibus ius vetus sit innouatum.

317 Causas medias quas olim Præses liberè delegare poterat hodie non potest, nisi impeditus per publicas occupationes vel causarum multitudinem.

318 Causas meri imperij, etiam propter prædictas causas hodie delegari non possunt, sed de eis per se hodie Præses cognoscere debet, & eas diffinire.

319 Ostendit dictum communem intellectum minimè conuenire verbis, d. l. 2. C. de Pedaneis iudicibus.

320 Refert nouum intellectum Alciati ad eum text.

321 Refert qui improbant dictum intellectum Alciati.

322 Refert Doctores qui alios intellectus ad d. text. præstiterunt.

323 Incipit exponere aliqua notatu digna ad veram interpretationem d.l.2.

324 Improbat interpretationem glos. verbo in Præsidum, & contrariam veriorem existimat.

325 Proconsuli concessa fuit potestas per leges iudices dandi litigatoribus, quod pariter in Præside admittendum est.

326 Refert differentiam quæ dari potest inter Proconsules, & Præsides, & vnde hæc nomina sortiti sint.

327 Considerat quomodo magistratibus Romanis fuit concessa potestas dandi iudices.

328 Considerat item d.l.2.C. de Ped. iudicibus esse correctoriam iuris antiqui.

329 Declarat d.l.2. procedere in Præsidibus de quibus loquitur, & in magistratibus prouincialibus.

330 D.l.2. non procedit in magistratibus Romanis.

331 Lex correctoria ex similitudine rationis ad diuersos magistratus, & omnino separatos non extenditur.

332 In prouincijs proponebatur edictum prouinciale, Romæ verò edictum vrbanum, & perpetuum.

333 Hodie non obstante decis. d.l.2. poterunt magistratus Romani iudices dare vt olim poterant.

334 Ostendit iure antiquo Præsides ob leuem causam, licet de ea non constaret, posse causas delegare, hodie verò de causis constare deberi, quod sint veræ, & non simulatæ.

335 Hoc casu in dubio accersioni præsidis stabitur, sed probatio in contrarium admittetur.

336 Aduertit secundam partem, d. l. 2. vers. quod non ita, non videri bene per Doctores explicatam, & text. ad id expendit.

337 De causis expressis in tit. ff. de varijs. & extraordinarijs cognitionibus cognoscebant Præsides per se.

338 Vocantur extraordinariæ cognitiones, quia iurisdictiones ordinariæ fiebant per dationem iudicum.

339 Assignat verum intellectum ad d.l.2. vers. quod vsque adeo.

340 De causis ingenuitatis, vel libertinitatis, hodie oportet, quod Præsides de illis per se cognoscant.

341 Refert Auth. ad hæc, C. de iud. duos habere intellectus, & primum assignat qui communis est.

342 Si Præses propter publicas occupationes impeditus sit, potest causas delegare reseruata tantum sibi sententia.

343 Refert ad quid teneatur Præses, quando delegationem vt proximè facit.

344 Reprobat dictum communem intellectum, ad quem litteram dictæ auth. expendit.

345 *Expendit item contra dictum intellectum cap. super quæstionum, in principio, de cuius intellectu ibidem agit.*
346 *Non est facilè admittenda differentia inter ius Canonicum, & Ciuile.*
347 *Consuetudo generalis obseruat, quod si quis deleget causam, reseruata sibi sententia, non tenetur audire partes.*
348 *Per generalem consuetudinem d. auth. ad hac, quoad hoc abrogata est.*
349 *Agit de secundo intellectu d. auth. ad hac, reiecto primo.*
350 *Reijcit proximum intellectum ad d. auth. ad hac.*
351 *Iudices Pedanei, parum distant à consiliarijs, & in vtrisque eadem militat ratio.*
352 *Reiectis ijs intellectibus nouum assignat Auctor ad d. auth. ad hac.*
353 *Auth. ad hac, desumpta fuit ex auth. vt defuncti seu funera eorum, §. illud, Collat. 5.*
354 *Dicta auth. ad hac, intelligenda est de causis solitis apud administratores agitari propter illarum grauitatem, quam etiam propter publicas occupationes delegari regulariter non possunt.*
355 *Declarat quid disponatur in d. §. illud, auth. vt defuncti.*
356 *Declarat in quo d. auth. ad hac, sit notabilis.*
357 *Tradit quomodo sint intelligendi Doctores, qui dicunt, quod prædictæ causæ possunt committi consiliarijs vel Pedaneis iudicibus. Auth. tantum, item quoad cognitionem, & non quoad diuisionem.*
358 *Explicat literam d. auth. ad hac.*
359 *Causæ publicarum occupationum regulariter nō reperitur in delegato principis, cui vna tātū causa cōmittitur, & ideo ei non permittitur delegare.*
360 *Quod procedit quando causæ delegato principis commissæ erant graues, de quibus administratores solebant cognoscere.*
361 *Agit de intellectu cap. si pro debilitate, de officio delegati.*
362 *Quando causæ graues committuntur etiam iure Canonico delegari non possunt, nisi ex iusta causa.*
363 *Explicat d. auth. ad hac, in secūdo casu.*
364 *Allegat iura quæ probant nullum magistratum posse conseruatorem pro se, siue locum tenentem generalem constituere.*
365 *Refert Longauallium tenentem ex dictis iuribus correctam esse dispositionem l. more. ff. iurisdictione omnium iudicum.*
366 *Improbat Longauallium, & ad iura, n. 364. allegata respondet.*
367 *Auth. de Collatoribus, §. ad hoc prohibemus, & similes in quibus terminis procedant.*
368 *Ius ciuile prohibet Præsidem hunc locum tenentem constituere.*
369 *Vt prædicta Vicarij constitutio iure ciuili valeat, oportet id consuetudine legitimè præscripta induci.*
370 *Non bene infertur de prædicta constitutione ad eum cui mandata est iurisdictio.*
371 *Ille cui mandata est iurisdictio in multis differt à vicario generali.*
372 *Vicarius habet iurisdictionem ordinariam, is verò cui mandata est iurisdictio habet delegatam, quam exercet nomine mandantis.*
373 *Respondet ad obiectionem quæ mouetur ex eo, quod vicarius iure ciuili non dicebatur habere iurisdictionem ordinariam.*
374 *In locis in quibus consuetudine obtentum est, vt possit creari vicarius, vel locum tenens, is etiam iure ciuili videbitur habere ordinariam iurisdictionem.*
375 *Quando alicui mandatur iurisdictio, is totam iurisdictionem mandantis videtur habere saltem, quoad exercitium.*
376 *Quando quis constituitur Vicarius, iurisdictio*

iurisdictio videtur residere in persona vtriusque insolidum, & dicitur habere idem tribunal.

377 *Delegatus non dicitur officialis illius qui ei mandauit iurisdictionem, secus verò vicarius.*

378 *Vicarius non potest pro se constituere alium vicarium, qui habeat ordinariam iurisdictionem, secus in eo qui mandatam habet iurisdictionem.*

379 *Declarat non esse simpliciter verum: quod iure ciuili nemo possit habere vicarium & casus distinguit.*

380 *Postquam Præses prouinciam fuerit ingressus, nō poterit constituere locum tenentem generalem, nisi de licentiā Principis prouinciam egrediatur.*

381 *Quando Præses propter grauem infirmitatem, non potest negotia expedire, poterit vicarium constituere.*

382 *Locum tenentes quo casu censeantur ordinarij remissiuè.*

383 *Locum tenentes possunt facere omnia ea, quæ Præses poterat exceptis his, quæ exprimuntur in dicto §. ad hoc prohibemus.*

384 *Supra dicta admittit in Regno Portugalliæ expressa Ordin. lib. 1. titul. 58. §. 51.*

385 *Vltra personas expressas in hoc tex. reperitur alia quæ iudicem dare potest, scilicet delegatus Principis.*

386 *Delegatus Principis maior est ordinario, ac proinde prout ordinarius delegat ipse à fortiori delegare poterit.*

387 *Ostendit proximam rationem non esse concludentem.*

388 *Ordinarius ea, quæ sibi specialiter, & nominatim committuntur, delegare non potest.*

389 *Delegatus Principis in causa sibi cōmissa dignior est ordinario.*

390 *Ordinario principaliter tribuitur officium, & in consequentiā iurisdictio.*

391 *Delegato Principis tribuitur principaliter iurisdictio.*

392 *Postquam delegato cum effectu iurisdictio quæsita est, ea iurisdictio firmior & fortior censetur, quam ordinaria, licet communis opinio commendat contrarium.*

393 *Ostendit quo casu intelligi debeant, qui existimant iurisdictionem ordinariam esse fortiorem, quam delegatam à Principe.*

394 *Nouam considerat auctor potestatem delegandi fuisse concessam delegato Principis in priuilegium.*

395 *Refert rationem decidendi ad cap. vt officium, §. verum de hæretic. in 6.*

396 *Delegatus Principis pro arbitrio suæ voluntatis potest delegare etiam nulla causa iusta interueniente.*

397 *Dicto delegato Principis hæc potestas delegandi ei concessa fuit vt ea liberè vti posset.*

398 *Refert qui tenent delegatum Principis illa potestate vti non posse nisi vrgente necessitate.*

399 *Reprobat Doctores in hoc vltimo n. citatos, & magis communem amplectitur, & respondit ad contraria.*

400 *Respondet ad dictum cap. si pro debilitate, de officio delegati, & text. ibi expendit.*

401 *Exceptio debet esse de regula.*

402 *Respondet ad cap. pastoralis, in principio, de officio delegati, & de eius intellectu agit.*

403 *Si constet delegatum Principis ideo subdelegasse, quia vult malitiosè se exonerare à cognitione causæ sibi cōmissæ, irritabitur delegatio, & cogetur per se de causa cognoscere.*

404 *Malitia de qua in n. proximo, in dubio non præsumitur.*

405 *Incipit tractare de causis, quæ delegari possunt.*

406 *Ea quæ specialiter committuntur, hoc est in priuilegium conceduntur maiorib. iudicib. hæc delegare nō possunt.*

407 *Quæ iure Magistratus competunt, hoc est cuilibet magistratui etiam infimo hæc delegari possunt.*

408 *Merum*

408 *Merum imperium quod maioribus magistratibus conceditur, in priuilegium non poterit per eos delegari.*

409 *Mixtum imperium, quod competit maioribus magistratibus in priuilegium, quia minoribus expresśè denegatur, delegari non potest.*

410 *Iure ciuili tantum quæ sunt simplicis iurisdictionis delegari possunt.*

411 *Examinat vtrum dicta cõmunis explicatio conueniat verbis & menti, d.l.1.*

412 *Examinat item vtrum illationes, quæ ex ea fiunt, sint in se veræ?*

413 *Verbum specialiter solet referri ad ea, quæ alicui conceduntur in priuilegiũ contra ordinarias iuris regulas.*

414 *Reprobat dictam expositionem verbi specialiter, & aliam assignat.*

415 *Verbum specialiter simpliciter prolatum significat, idem quod verbum nominatim, siue expressim, maximè in hac materia.*

416 *Exponit explicationem Fulgosij d.l. 1.num.11.*

417 *Dictam explicationem veriorem esse probat, ex multis doctoribus quos refert.*

418 *Ex dicta explicatione Fulgosij de qua n.416. colligit notabilem conclusionem, quam ibi refert.*

419 *Quando de nouo mandat Magistratui aliud, quod iure Magistratus ei antea non competebat, ita videtur datum vt nullus alius Magistratus in eo possit se intromittere.*

420 *Quando Magistratui ex postfacto aliquid de nouo nominatim conceditur, non potest illud delegare, & rationem conclusionis ibi latè assignat.*

421 *Inducit ad confirmationem conclusionis tradita per plateam ex eo n.3. Cod.de agentibus in rebus, lib.12.*

422 *Subrogatum non sapit naturam subrogati, quoad ea, quæ in subrogato specialiter inducta fuerunt.*

423 *Commissio facta officiali non potest expediri per eius substitutum.*

424 *Licet cap.Sede vacãtes succedat Episcopo in iurisdictione, non tantum succedit in ijs, quæ nominatim Episcopo commissa fuerunt.*

425 *Dispositio generalis non comprehendit ea quæ iure speciali alicui concessa fuerunt.*

426 *Assignat intellectum ad l.2.supra de officio eius.*

427 *Extra casum manumissionis faciendæ per minorem viginti annis, de qua in d.l.2. actus manumittendi ex se delegabilis est.*

428 *Per l. apud Proconsulem, infra de manumissis vindicta declarari debet, l.2.supra de officio Procons.*

429 *Declaratur etiam d.l.2.supra de officio eius, in secundo exemplo.*

430 *Authoritas quæ in transactione facta super alimentis præstatur, specialiter fuit commissa Prætori, & ideò delegari non potest.*

431 *Incipit agere de secundo quæsito, quod promiserat n.11.*

432 *Examinat vtrum illationem quam fecit n.408.in se vera sit.*

433 *Multis Magistratibus Romanis cõpetebat merum imperium iure magistratus.*

434 *Regulariter magistratus Romani habuerunt merum imperium, & tantum ab illis licitum fuit appellare ad populum Romanum.*

435 *Adducit in confirmationem l.2.§. deinde Cornelius, supra de orig. iuris, quam ad idem expendit.*

436 *Post illam l. Quæstores fuerunt effecti perpetui publicorum delictorum cognitores.*

437 *Ad resolutionem artic. multa adducit notatu digna.*

438 *In l.2.supra de in ius vocando, referuntur quatuor magistratus, qui dicebantur habere proprietatem meri imperij, & ij poterant iubere vt delinquentes in carcerẽ detruderentur, &*

& eos coërcere.

439 *Poterant etiã magistratus inobedientes coërcere mulcta & verberibus.*

440 *Item cognoscere poterant de causis criminalibus, licet non possent condemnare delinquentes, nisi id à populo Romano fuisset permissum.*

441 *Tradit declarationem ad tradita per Dionysium Halicarnassium lib. 5. antiquitatũ Romanarum, pag. 215.*

442 *Item non poterant Ciues condemnare, nec punire sine iussu populi Romani.*

443 *Item post translatum imperium non nisi consulto imperatore, vel lege, aut Senatusconsul. id eis specialiter consideretur.*

444 *Post delegationem populi vel Imperatoris poterant delinquentes condemnare, & punire.*

445 *Aduertit author quod iura non dicunt simpliciter merum imperium delegari non posse, sed loquuntur de mero imperio in vtendo gladio aduersus facinorosos.*

446 *Ex quo infert est, non colligenda conclusio à Doctoribus tradita n. 408. imo contraria.*

447 *Ostendit non solum causas meri imperij extra ius gladij delegari posse specialiter, sed & quod generaliter mãdata iurisdictione transirent.*

448 *Merum imperium quod consistit in vim gladij in alium transferri non potest.*

449 *Merum imperium apud Romanos nulli magistratui competebat iure magistratus, nisi iussu populi concederetur, & apud Imperatores lege, vel constitutione.*

450 *Declarat l. 1. §. fi. supra de officio eius.*

451 *Declarat item l. nemo potest, infra de reg. iuris.*

452 *Declarat l. solent, supra de officio proconsul.*

453 *Supremus gradus meri imperij qui consistit in vtendo gladio aduersus facinorosos delegari non potest.*

454 *Ea quæ pertinent ad merum imperium medium, vel minimum, hæc delegari poterunt.*

455 *Ex supra resolutis multa infert Author noua in hac materia.*

456 *Et primò infert rationem ad conclusionem num. 408.*

457 *Reprobat rationem proximè ab Alciato assignatam, & illi respondet.*

458 *Expendit contra prædictam rationem text. in l. 1. supra, de officio eius.*

459 *Axioma iuris est receptissimum, quod magistratus habeat proprietatem meri imperij.*

460 *Item alio fundamento explodit dictam rationem Alciati.*

461 *Refert aliam rationem prædictæ conclusionis de qua n. 408. assignatam ab Alexandro, dict. l. num. 6. supra de officio eius.*

462 *Reprobat prædictam rationem, & illius fundamentis satisfacit.*

463 *Ex sola grauitate causæ non videtur electa industria personæ, nisi aliunde de hoc constet.*

464 *Reprobat item concordiam quam inter has opiniones assignare solet, quam ibi refert.*

465 *In hac materia nulla fit differentia, vtrum delegatio sit facta constituto in magistratu, vel fiat priuato.*

466 *Causas meri imperij delegari possunt ex causa absentiæ, vel infirmitatis.*

467 *Reiectis supradictis rationibus veram rationem ad dictam conclusionem num. 408. assignat.*

468 *Tradit intellectum ad l. si quid erit, sup. de off. procons.*

469 *Ostendit in quo maximè sit notandus, text. in d. l. si quid erit.*

470 *Ostendit per illum text. esse reijciendam opinionem Bar. d. l. Imperium, num. 10.*

471 *Pœna per quam affligitur mediocriter corpus dicitur pertinere ad minus imperium, & ideo mandata iurisdictione*

ctione transfertur.

472 *Pœna per quam affligitur corpus atrociter, dicitur pertinere ad mutus imperium, & ideo mandata iurisdictione non transit.*

473 *Infert ex prædictis intellectum ad l. vnicam, C. de officio proconsul.*

474 *Dicta l. vnica, non solum procedit in legato proconsulis, sed in omni eo, cui mandata fit iurisdictio per eum, cui competebat merum imperium.*

475 *Infertur etiam intellectus ad legem solent, in princ. supra, de off. proconsul.*

476 *Ostendit quomodo mandatum, de quo in d. l. solent, agit Iureconsultus posse dici ordinarium, & extraordinarium.*

477 *Qui non potest mandare condemnationem non poterit etiam mandare absolutionem.*

478 *Inquisitores prout soli condemnare non possunt, pariter nec absoluere soli possunt.*

479 *Tradit quid sit addendum in d. l. vn. C. de off. proconsul.*

480 *Infertur etiam intellectus ad l. 2. §. deinde Cornelius, supra, de orig. iuris.*

481 *Infertur item intellectus ad d. l. 1. §. in fin. & ad l. fin. supra, de offic. eius.*

482 *Modica coercio pertinet ad merum imperium minimum.*

483 *Coercio corporalis sine dubio pertinet ad merum imperium, scilicet minimum.*

484 *Reprobat responsionem Bart. n. 482.*

485 *Refertur noua consideratio authoris.*

486 *In iuribus proximè allegatis merum imperium principaliter non transfertur, sed venit in consequentiam iurisdictionis principaliter trāslatæ.*

487 *De iure naturali homines tenentur obedire superioribus.*

488 *Tradit exemplum proximæ considerationis, de qua à num. 485.*

489 *Tradit differentiam inter imperium merum, quod dicitur minimum, & inter imperium, quod dicitur non merum.*

490 *Habens merum potest delinquentes fustibus castigare, non sic habens imperium, quod dicitur merum, solum enim inobedientes mulctare potest.*

491 *Explicatur text. in l. magistratibus, iuncta gl. sup. de iurisd. omn. iud.*

492 *Seruus facilius corporaliter punitur quam homo liber.*

493 *Lex loquens in seruo non debet extendi ad hominem liberum in hac materia.*

494 *Secunda pars d. l. magistratus, debet intelligi de homine vili & abiecto.*

495 *Hodie leuis castigatio videtur permissa omnibus inferioribus magistratibus.*

496 *Reprobat proximam traditionem vt emitetur legum correctio.*

497 *Auth. de defens. ciuit. §. audient. ostendit loqui in casu diuerso.*

498 *Si ciuiliter agatur ostendit non esse recedendum à iure antiquo.*

499 *Si agatur de pœna capitali, de his non poterit cognoscere, neque is cui competit imperium non merum, neque etiam competit merum imperium minimum, sed ad maiores iudices causa remitti debet.*

500 *Tradit aliam differentiam inter prædictos casus.*

501 *Modicum imperium minimum si iure magistratus competat delegari potest alias secus.*

502 *Modica coercio, quæ pertinet ad imperium quod dicitur nō merum, cum cohæreat iurisdictioni mandata iurisdictione indistinctè transibit in delegantem.*

503 *Modica coercio quæ defensoribus ciuitatum delegari non potest.*

504 *Tradit ex Cagnolo generali consuetudine obtentum esse, vt causæ meri imperij delegari possint etiam, quoad pœnam sanguinis.*

505 *Hodie omnes magistratus municipales,*

les, qui Capitanei in Italia appellantur, cognoscunt de causis meri & mixti imperij.

506 *Quelibet ciuitas hodie censetur esse vna prouincia.*

507 *Rector ciuitatis consideratur tanquam Præses prouinciæ.*

508 *Proxime resoluta non simpliciter vera sunt, sed tantum procedunt in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, alias secus.*

509 *Ordinarius licet merũ imperium sibi datum delegare non potest, delegatus tamen Principis nouum imperium sibi datum derogare potest.*

510 *Opponit contra proximam resolutionem de text. in l. 1. supra, de offic. eius, quem ad id expendit, & multos Doctores allegat contra dictam resolutionem.*

511 *Priorem opinionem, de qua num. 509. defendit, & ad fundamenta contraria respondet.*

512 *Princeps sine dubio delegare potest merum imperium.*

513 *Delegatus Princ. eius personam repræsentat.*

514 *Respondetur ad d. l. 1. sup. de offi. eius.*

515 *Tradit elegantem rationem differentiæ proximæ responsionis.*

516 *Quando constat in delegato Principi fuisse industriam personæ illius tunc delegare non poterit.*

517 *Iure Canonico merum imperium delegari potest, licet de iure ciuili contrarium sit.*

518 *Hæc differentia est receptissima in vtrumque ius.*

519 *Refert, qui contrariã opinionẽ tenent.*

520 *Primam opinionem amplectitur, & rationem differentiæ vltra alios assignat.*

521 *De iure Canonico merum imperium competit iure magistratus maioribus magistratibus.*

522 *Aliam rationem differentiæ assignat, quam latè ampliat.*

523 *Confirmat optimo fundamento proximam rationem.*

524 *In simplici delegatione censebuntur venire merum imperiũ & mixtum, quia etiam in reseruatis Principi, si per eum solita sint concedi, censebuntur venire in generali concessione.*

525 *Si Iure Canonico aliquid per speciale priuilegium sit concessum ordinario, non potest id ordinarius delegare.*

526 *Argumentatur contra proximam resolutionem ex text. in c. fin. de offic. ordinarij, quem ad id expendit.*

527 *Respondet ad illum text. & de eius intellectu agit.*

528 *Declarat quo casu opinio glos. poterit saluari.*

529 *Quando concessio non fuit facta personæ, sed potius dignitati, vel officio perpetuo tunc poterit delegari.*

530 *Nudum ministerium alicui commissum propter naturam causæ non poterit alteri delegari.*

531 *Si nudum ministerium non competat iure commissionis, sed ex priuilegio, delegari potest.*

532 *Incipit tractare de veritate secundæ illationis, de qua num. 409.*

533 *Proponit contrariam opinionem contra dictam illationem, in qua traditur causas mixti imperij in iure ciuili delegari posse.*

534 *Adducit pro eadem contraria opinione text. l. penult. in principio, supra de officio eius, quem ad id latè expẽdit.*

535 *Mittere aliquem in possessionem delegari potest, quod vtique magis pertinet ad mixtum imperium.*

536 *Adducit item pro eadem sententia text. in l. 4. §. 1. vers. duas, infra de damno infect.*

537 *Causa restitutionis pertinet ad mixtum imperium, & tamen delegari potest.*

538 *Ad perfectam resolutionem articuli aliqua præmittit notatu digna.*

539 *Mixtum imperiũ nihil aliud est, quam*

imploratio officij iudicis nobilis ad priuatam vtilitatem.

540 *Declarat, in quo differat dictum mixtum imperium ab eo qui inest iurisdictioni, de quo fit mentio l. fin. supra de officio eius.*

541 *Mixtum imperium ex proxima differentia per se subsistit, quod principaliter cēsetur cum ipsa iurisdictione, licet imperium cohærens iurisdictioni censeatur illi cohærere, tanquam quid accessorium.*

542 *Multi magistratus Romani habebant mixtum imperium iure magistratus.*

543 *Mixtum imperium quod iure magistratus competebat delegari poterat.*

544 *Declarat qua ratione procedat, l. penult. in principio, supra de officio eius, & l. 1. §. damus, inf. de suspectis tutor.*

545 *Accusatio tutoris suspecti inducta fuit l. duodecim tabularum; & nulli magistratui nominatim fuit data, sicque delegari potest.*

546 *Ius Canonicum permittens mixtum imperiū delegari posse, non discrepat à iure ciuili, imo cum eo concordat.*

547 *Respondet ad fundamenta magis communis opinionis, de qua num. 532. & ibi ad primum respondit.*

548 *Respondet item ad l. nequicquam, §. vbi decretum, supra de officio proconsul. & de eius intellectu latè agit.*

549 *Modus respondendi ex abrupto causa non cognita & non auditis partibus tantum Principi concedebatur, cuius responsio libello dato vim legis habebat.*

1 PRæsupposuerat † Iureconsult. in prin. huius legis, *posse Prætorem concedere, vel vetare, qui debeant esse iudices:* vnde subsequenter
2 quærit, † *Vtrum vltra prætorē sint aliqui, qui possint dare iudices ad iudicandum*
3 *causas?* Quæ quidem † materia obscura est, & intricata, & quæ percipi non
possit, nisi præuia voce magistra, *vt asserit Fulgos. l. 2. in princ. Cod. de Ped. iud.*
Ad cuius faciliorem explicationem
præmittendum est, iurisdictionem † 4
in duas diuidi species principales, scilicet, in Ordinariam, & Delegatam,
vt colligitur ex *l. more, sup. de iurisdict. omn. iud.* In qua inter † alias, ea elegans 5
refertur differentia in nostra materia:
vt qui † habet iurisdictionem iure 6
proprio, eam possit alteri mandare: is
vero qui eam habet alieno beneficio,
mandare non possit; Quam differentiam ita explicat Bart. *ibi, num. 4.* quod
ille dicatur habere † iurisdictionem 7
iure proprio, quando residet in eius
persona, prout est ordinarius: Is autem dicatur illam habere † alieno be- 8
neficio, qui illam habet ex iure residente in persona alterius: prout est
delegatus. Pro qua † expositione vi- 9
detur text. *l. 1. §. fin. sup. de off. eius,* &
ideo eam probat idem Bart. *l. 1. n. 15. ad med. sup. de iurisd. om. iud. Hypol. tract. bannitorum, verb. commissio, nu. 3.* Communiter † recipi asserit Zas. *d. l. more,* 10
nu. 4. quæ tamen communis expositio
non placet: Primò, quia verba Iurecons. impropriat, nam aliquid habere
iure † proprio: non solum significat 11
aliquid habere ex iure residēte in eius
persona: sed etiam iure proprietatis,
& tanquam suum. Secundò, quia † in 12
d. l. more, tota differentia constituitur
in eo, vtrum quis habeat iurisdictionē iure proprio, vel alieno beneficio,
quasi *habere iure proprio*, significet *non alieno beneficio,* sed ex se, & planè etiam
ordinarius † non habet iurisdictionem 13
ex se, sed alieno beneficio, hoc est,
Principis, *c. quæ sint regalia.* Et ideo † 14
reiecta communi expositione, & alia
noua Vaconij *declar. 84. n. 2.* Ego † ad- 15
uerto, quod in iurisdictione † ordina- 16
ria, semper precedit officiū publicum,
siue etiā magistratus, qui creatus est,
vt perpetuò duret: & huic magistra-
tui,

tul, tanquam quid proprium annecti- tur iuſdictio, vt probat *l. fin. C. vbi & apud quem, tradit eleganter Petrus de Bel-*
17 *la Pert. rep. d. l. more, n. 19.* Perſona † au- tem poſtea eligitur, vt prædicti officij adminiſtrationem, & exercitationem habeat, *l. 1. ſup. de off. eius.* Si igitur con-
18 ſideres † perſonam electi, ad illius of- ficij, ſiue magiſtratus exercitationem: verum eſt dicere, quod illud cõſequi- tur alieno beneficio, hoc eſt, ex con- ceſſione Principis. Poſtquam autem electus eſt, quæ tanquam propria ſunt annexa illi officio, ſiue magiſtratui di- citur habere iure proprio, quia non habet illa immediate ex benefic. Prin- cipis, ſed potius immediatè habet ra- tione magiſtratus, qui ei cõceſſus eſt. Quod clarè ſignificat, *l. 1. ſup. de offic.*
19 *eius,* ibi *(iure magiſtratus)* prout † ſi ciui- tas habeat aliqua propria, & illa ciui- tas tibi donetur, ciuitatem quidem conſequeris alieno beneficio, cęterum quæ ſunt propria ciuitatis, magis vi- deris conſequi iure ciuitatis, & ſic iu- re proprio: cum illa ciuitas tua ſit, & ratione illius conſequeris ei coheren-
20 tia tanquam propria: Prout † & Prin- ceps habet quidẽ imperium ex tranſ- latione facta in eum per populum, *l. 1. ſup. de conſt. Prin.* Et tamen illa, quæ co- herebant imperio, videtur obtinere iure proprio, iuxta notata, *l. 1. §. per*
21 *hanc, ſup. de rei vend.* Quæ † conſidera- tio non cadit in eo, cui mandatur iu- riſdictio per alium, neque enim per
22 delegationem † creatur magiſtratus, vt illius ratione videatur aliquid ha- bere, ſed principaliter totum videtur habere ratione delegationis, ſibi fa- ctæ, & ſic alieno beneficio, *Bald. l. præ- cipimus, nu. 1. ad fin. C. de appel.* & iuxta
23 hæc nouè veniunt † explicandæ ratio- nes expreſſæ, *l. & quia, ſup. de iuriſd. om. iud.* Nam ideo dicit, eum qui habet iuriſdictionem alieno beneficio, eam alteri mandare non poſſe, quia princi- paliter ei data non eſt, hoc eſt, quia non eſt creatus magiſtratus, cuius ra- tione iuriſdictionem videatur conſe- qui principaliter, & nõ immediatè ex alieno beneficio, quicquid Doct. *d. l. more,* aliter † exponant, & Vacon. *decl.* 24
84. *n. 3.* addit ad *d. l. & quia,* aliam ra- tionẽ, quia lex non defert iuriſdictio- nem, ſed datam confirmat. Quod ita exponendum eſt, quod lex non defert ei iuriſdictionem creando illum ma- giſtratũ, vt ſic potius iuriſdictionem videatur conſequi iure magiſtratus, quam alieno beneficio: ſed datam per hominem lex confirmat, quia homo † 25
non potuit eum creare magiſtratum, neque iuriſdictionem concedere, *c. 1. quæ ſint regalia, Soc. l. 1. §. fin. n. 4. inf. quis & à quo appell.* & ſic delegatus † ſem- 26
per videtur immediatè accipere iuriſ- dictionem alieno beneficio, *Bald. d. l. præcipimus, n. 1. ad fin. C. de appell.*

Secundò præmittendum eſt, valde † eſſe controuerſum apud Doct. *quan-* 27
do videatur conceſſa iuriſdictio ordinaria vel delegata? In quo † tamen articulo 28
videtur amplectenda celebris doctri- na Bart. *l. ambitioſa, num. 34. inf. de de- cre. ab ord. fac.* de qua agit Bologn. *l. 1. num. 52. ſup. de offic. eius,* & ex ea prima ſit concluſio.

Si verba † conceſſionis principali- 29
ter ad officium referantur, ſemper vi- detur conceſſa iuriſdictio ordinaria, vt ſi dicatur *ad officium Priorum perti- neat,* & communiter recipitur, *vt aſſerit Men. lib. 1. de arb. q. 12 n. 2.* Ratio col- ligitur ex ſupra traditis: nam cum ad officiũ habeatur relatio, videtur con- ceſſa iuriſdictio, quæ officio adhæret, & conſequenter ordinaria, *vt ſup. dixi- mus.* Ex qua prima concluſione infer- tur, quod non ſolum, quando alicui à principio conceditur officium, cen- ſetur conceſſa iuriſdictio ordinaria, *vt dictum eſt,* ſed etiam, quando † iam 30
habet officium, ſi poſtea ei fiat com-

missio generalis aliquarum causarum, facta relatione ad officium: nam tunc ea cõcessio facta de nouo videtur concedi in vim ordinariæ iurisdictionis, ad ampliationem, *c.licet, de off. ord.* Et
31 idem † erit recipiendum, si relatio non fiat ad officium, sed ad officiales, vt quia dicatur, *cognitio harum causarum pertineat ad priores:* nam cum habeatur respectus ad dignitatem, perinde habendum est, ac si ad officium facta esset relatio, *c.quoniam Abbas de off. deleg.* & tenent multi quos refert Men. *de præsumpt.lib.2.præsumpt.16.n.22.ad fin.*
32 Hanc tamen † conclusionem limitabis, si exprimatur clausula (*authoritate nostra*) vel *authoritate huius statuti co-*
33 *gnoscas.* Nam cum † constet ex verbis, quod non authoritate officij, sed authoritate concedentis cognoscat magis delegata, quã ordinaria, hoc casu videtur concessa iurisdictio, *c.1.de cler. ægrotante, lib.6.iuncta gl. verb. authoritate, Clem.1. de supplenda negligentia Prælatorum: Clem.quia contingit, de relig.domib.c. cum aliquibus, de rescript. in 6.* & ita limitat Bart. *vbi sup. & l. more, n.8. supra, de iurisd.omn.iud.* & communiter recipitur hæc limitatio, *vt asserit Boer. decis.151.n.5. Menoch.lib.1.de arb.q.12. nu.4. & de præsumpt.lib.2. præsumpt.16. n.28.* declarando tamen cum Alex. *d.l. more, n.17. & Iasd.ius ciuile, n.8.in princ. supra, de iust.& iur.* Ex qua declaratione Matthes. *sing 89.* collegit vnam notabilem ampliationem ad regulam, *c.licet de off. ordin.* quod quando de nouo
34 fit commissio † iudici, videtur facta in vim iurisdictionis ordinariæ: *notat Alb.l. diem functo, n.6.supra, de off.assessoris, & infra l.vtius dicemus.*

Tamen id non procedet, si addantur ea verba, (*authoritate nostra cogno-*
35 *scas*) nam † tunc magis delegata videbitur concessa iurisdictio, *per sup. tradita.* & est text. *c.cum aliquibus, in fin.de*
36 *rescriptis, in 6.* & à fortiori † idem erit admittendum (si in commissione dicatur, *delegamus*) *Ant. c.cum ab Ecclesiar. num.8. de off. ord. Maran. in praxi, 4.par.dist.5.iudicior.num.20.ad fin. Hypol. tract. bannit. verb. commissario, nu.4. & 5.* vbi declarat.

Secunda principalis conclusio ex Bart. *vbi supra,* ea est: quod † si verba 37
sint dubia, & per ea concedatur alicui cognitio vniuersalis negotiorũ: censetur concessa ordinaria iurisdictio, Vnde † si creatur officiales, vt cogno- 38
scant de causis pertinẽtibus ad abundantiam, cẽsebitur cõcessa iurisdictio ordinaria, *l.1.in princ. & §. cum vrbem, supra, de offic. Præfecti vrbis, Authen.habita, C.ne filius pro patre,* vbi † Doctori- 39
bus cõceditur iurisdictio cognoscendi, de omnibus causis scholarium, quç iurisdictio censetur ordinaria, *vt ibi per gl. & Dd. Alc.in Rub.de off.ord.n.20. & plures relati per Men.de præsum.lib.2. præsump.16.n.38.* addit Alc. *vbi supra,* ordinariam quoque videri concessam iurisdictionem, si vniuersaliter † co- 40
gnitio committatur, restricta tamen ad certum negotiorum genus: vt causæ omnes fideicommissorum, *in princ. Inst. de fideicommiss. hæred.* quod & admittit Soc. *d.l.more num.17.* & probat Men. *lib.1.d.arb.q.12.n.9.* quibus adde Marant. *in praxi 4.parte, in 5. dist.iud. n.2. Ant. Blanchum tract. de comprom.q. 6. n.4. vers. ego in tanta.*

Non est tamen omittendum, quod hæc 2.conclusio Bart. duas habet difficultates. Nam Bart. sentit: quod si vniuersaliter committatur certũ genus causarum, censetur commissa iurisdictio ordinaria, quod & sentit *l.2. §.1.n.7.inf.de optio.leg.& l.more, n.8.sup. de iurisd.om.iud.* & subscribunt † supra 41
allegati, quod tamen videtur esse contra text. *l.fin. C. vbi, & apud quem* qui sentit, quòd vt † iurisdictio ordinaria 42
dicatur alicui cõpetere, oportet quod habeat iurisdictionem cũ territorio.

Nam

Nam si ratione certarum causarum vel personarum detur iurisdictio sine territorio, non censebitur concessa iurisdictio ordinaria, *vbi notat. Bart. nu.* 10. cui subscribit Ias. *l.* 1.*nu.*14. *in fin.sup. de iurisd. om. iud.* Ex quo infert Bart.*d.l.in fin n.*11.*C.vbi & apud quem,*
43 quod si† creetur aliquis ad sindicãdos omnes magistratus, is censebitur delegatus, quia conceditur iurisdictio non coherens territorio, neq; cõprehendens omnes causas & personas existentes in territorio, sed tantũ certum genus causarum. Subscribit Iason *d.l.more num.*50. Secunda difficultas insurgit, ex *cap. ne aliqui, de haretic.*
44 *in* 6. vbi † Inquisitores aduersus hæreticam prauitatem habent iurisdictionem in tota prouincia: & tamen quia est limitata ad causas hæresis, censentur delegati, & non ordinarij, *vt ibi notat Io. And. & Domin. conf.*64. *in prin. Alciat.in Rub. nu.* 20. *de offic.ordin.Brunus de haret.lib.*4.*c.*2. *Simanc.in Catholicis instit.tit.*34.*nu.*3.

Sed his difficultatibus nõ obstan-
45 tibus non est recedendum à magis † communi resolutione: Neque obstant difficultates supra motæ: nam ad primum respondetur, quod licet ordinarius regulariter habeat territorium, *c. cum episcopus, de off.ord.in* 6. Tamen nõ
46 est de † essentia iurisdictionis ordinariæ, quod sit annexa territorio: nam licet ei non cohæreat, si tamẽ vniuersalis sit, censebitur ordinaria. Vnde Doctores, qui habent iurisdictionem in causis scholarium, ordinarij censentur, quamuis non habeant territorium, *vt in proœmio ff.§.pen.* & tradit gl. *d.Auth.habita, verb.magistro, C. ne filius pro patre*: & prosequitur Alex. *l. iubere cauere, à nu* 4. *supra de iurisd.omn.iud.*
47 Et in specie quod† territorium non sit de essentia iurisdictionis ordinariæ: tenet Bal. *l.*1.*§.initio, col.*1. *in fin. supra de offi. Praef.vrb.& c suspicionis, nu.*5. *in fi.de off.deleg. Fel.c.post cessionem, nu.*1. *de prob. Maran.in prati.* 4.*par.*5.*d.st. iudic.nu.*2.*in fin. Ant. Bl .n.de comprom. q.* 6.*nu.*4.*in fi.* Et hinc est, quòd si† alicui 48 committatur cognitio omniũ causarum mutui, ille cẽsebitur ordinarius, quantumcumq; certum genus causarum videatur commissum, *ex: solent Alex.l.solet, nu.*9.*supra, de iur isd. Dec.c. causam matrimonij, nu.*10.*de offi.del. Bellon.in rub.nu.*4. *sup.de off.eius*, quibus adde Imol.*Clem.*2.*n.*38.*de rescr.* Quicquid repugnat idem Imo.*c.cum ab Ecclesiarum, nu.*7. *n fi.de off.ordin.*& Perus. *c. si causam, nu.*28.*de appell.* Vnde† contra Bar.*d.l.fi nu.*11.*C.vbi & apud quem,* 49 receptũ est, quod si eligantur officiales, qui sindicent vniuersaliter alios, is censebitur ordinarius, cum vniuersitas causarũ ei commissa sit, vt resoluit Purp.*d.l. more. nu.*52. & eleganter Carauita *ritu* 295. *nu.*23. & pro constanti tenet Paris *de sindic.verb.suspicio. c.*1 *nu.*1. vbi *nu.* 2. declarat. *pag.* 428. Neque repugnat † tex. *in l.fin.C.vbi & apud quem*, quia licet ibi fiat mentio iurisdictionis cohærentis territorio, non ob id sequitur, illud requiri pro substantia iurisdictionis ordinariæ: vt constat ex supradictis. 50

Neque etiam obstat secunda † dif 51 ficultas supra mota ex decisione *c. ne aliqui, de haret.in* 6. quia respõdent Domin.*c.per hoc, eo tit.n.*1.*& ibi Perus.nu.*3, quod Inquisitores dati sunt ad vnum tantum negotium, scilicet hæreticorum, & ideo quamuis iurisdictio eorũ sit generalis respectu personarum, tamẽ cum sit restricta ad vnicum genus causarum, delegati censentur: Ex quo inferunt, quod quando † iurisdi- 52 ctio committitur super certo genere causarum, is censebitur delegatus, & nõ ordinarius: quod & sentit Dominic.*d.c.ne aliqui, nu.*3 *& subscribit Albertin.c.*1.*de haret.in* 6.*q.*7.*nu.*6. *Bellon. in tract.ad quem appell. fit. nu.*10. *qui* adde

adde Imol. Clem.2. nu. 34. de rescript. & Perusin.c.cum causam, nu.28.in fin.de ap-
53 *pell.*Quinimo hanc esse communem† opinionem, si prædicta iurisdictio concedatur alicui priuato asserit Menoch. *de præsumpt. lib. 2.præs.16.nu.31. allegando Bar.d.l.more nu.8.*

54 Quod tamen est†falsum:quia imo in prædictis terminis, magis videtur concessa iurisdictio ordinaria, *vt resoluit Alex l scler,nu.9 supra, de iurisd.om. iud.& sup.diximus*: & in specie contra Domin.obser.Dec.*c.causam matrimonij, nu.10.de offi.del.*& probat Men.*de arb. lib.1.q.12.nu.9.*neque contradicit Bar.
55 *d.l.more, nu.*8. Quia imo pro nobis † sentit, & tantum admittit videri esse delegatum, quando certa causa vel certæ causæ particulares alicui committuntur, de quo infra dicemus *in tertia conclusione principali.* Si autem certum genus causarum committatur vniuersaliter, sentit iurisdictionem ordinariam committi, quod etiã sentit, *l.ambitiosa, nu.* 4. *infra de decretis ab ord.facien.* Tantum igitur supra allegatorum opinio admitti potest, quan-
56 do prædicta † commissio facta est per hominem. Nam cum is non possit à se abdicare officium. *l.pen.sup.de off.Præf.* neq; creare nouum magistratum, iurisdictio per eum concessa etiam vniuersaliter,non faciet ordinarium, sed magis delegatum ad vniuersitatẽ causarum,vt aduertit Baptist. *d.l.more,nu.*
57 25. resoluens aliud esse, si prædicta † commissio fieret per legem, siue per Principem: nam tunc in his terminis censebitur concessa ordinaria,& subscribit Purpur.*ibi nu.*53.

58 Quare†Panor.*c.pen.nu.1. de restit.in integ.*respondet, speciale esse Inquisitoribus, vt cẽseantur delegati, & non ordinarij, quãtumcunque iurisdictio eis vniuersaliter concessa sit. Quam specialitatem etiam agnoscit Imol. *Clem.2. nu.34. de rescript.* Non tamen assignant rationem specialitatis:quare†Menoch.*de præsumpt.lib.2.præsumpt.* 59
*16.nu.31.*existimat.*d.c.ne aliqui,de hæret.* tantum probare, Inquisitores esse delegatos, nõ tamen aperit rationem propter quam sint delegati:Addit igitur ipse Menoch. ideo delegatos censeri,quia Papa constituit, vt authoritate sua iudicarent, *cap. vt officium, in prin.de hæret.in 6.*& ideo merito delegati censentur, *c.cum aliquibus, de rescript. in 6.*& diximus supra *in 1. conclusione.*

Sed non placet †hæc consideratio, 60
quia *d.c.vt officiũ,*nõ dicit,quod Inquisitores cognoscant authoritate Apostolica, sed potius quod habeant officium inquirendi authoritate Apostolica. Quare videbatur dicendos esse ordinarios, *l. more,supra de iurisd. omn. iud.* & ideo in hac difficultate † 61
amplectendam esse existimo resolutionem Petri de Bella Pertica, *dict. l more, nu.* 19. quem probat. Hypol. *tract.bannitorum, verb.commissario, num.* 54.Quod aut alicui committitur vniuersitas causarum sub nomine officij, vel magistratus perpetuo duraturi,& vera est communis opinio, quam defendimus.Si verò fiat commissio non sub nomine officij magistratus perpetuo duraturi, tunc licet vniuersitas causarum committatur, magis dicetur delegatus ad vniuersitatem causarum:quam ordinarius, vt colligitur ex *l.fin.C. vbi & apud quem,* & text.*l.2. §.post deinde,sup.de orig. iur.* & ex traditis per Car *Clem.si.nu.3.de præb.* Et sub hoc secundo membro includuntur † 62
Inquisitores:neque enim sub nomine officij, vel magistratus perpetuo duraturi fit commissio. Sed tantum sub nomine officij ad nutum remouibilis: *Card.Clem.2.in prin.n.2.ad fin. de hæret.* & ideo delegati censentur, nam hac eadem ratione legati † missi per Pa- 63
pam ad aliquod regnum, censentur
dele

delegati: cum non sint propositi offi-
64 cio † perpetuo duraturi, quamuis effe-
ctus ordinarij habeant, *c. 2. de off. legat. in 6.* & explicat notab. Petrus de Bella Pertica *rep. d. l. more, n. 20.*

In Hispania autem cum creatum
65 sit officium † perpetuum Inquisitoris generalis, is dicetur habere iurisdictionem ordinariam, *Bald. l. 1 § initio, col. 1. ad fin. supra de off. Praef. vrb.* caeteri autem Inquisitores ad nutum remouibiles, censebuntur eius delegati. *Simanc. in Cath. inst. tit. 34. num. 14.* Ex qua opinione ita defensa infertur:
66 quod si alias habenti † iurisdictionem ordinariam, fiat commissio certi generis causarum, quae alias ad eius cognitionem non pertinebat, iure ordinario videtur facta commissio, quasi ordinaria iurisdictio; quam alias habebat ad praedictas causas de nouo
67 concessas, videatur extensa, *Lapus † allegat. 88. Ang. consil. 214 num. 1. Baptist. d. l. more, num. 26. & ibi Dec. n. 36. & Purp. num. 55. Bologn. l. 52. supra, de offic. eius.*

Est tamen aduertendum, quod imo in praedicto casu censeri delegatum, & non ordinarium Alb. senti *l. saepe, num. 8. supra de offic. Praesid.* & tanquam receptum probat Men. *de praesumpt. lib.*
68 *2. praesumpt. 16. num. 25.* Pro † concordia harum opinionum resoluendum est, quod si alicui certum genus causarum vniuersaliter cōmittatur, procedit prima opinio: si verò certa causa cognoscenda committatur, censebitur delegatus: nisi ea certa causa committatur cognoscenda habita relatione ad officium: nam tunc iure ordinario videtur facta commissio, *l. 1. iuncta glos. verb. specialiter, Cod. ne liceat poten.* quam extollit Bald. *l. à iudice, num. 9. Cod. de iud. Dec. cap. caeterum, 1. notab. de iud. Purpur. d. l. more,*
69 *num. 15.* Et sic † eueniet, quod vnus & idem iudex habeat iurisdictionem ordinariam generalem, & etiam specialem propter nouam causam officio commissam, *Bald. cap. 1. nu. 2. & Aluar. col. fin. de inuest. in mar. facta*, quando enim concessio † perpetua est, semper 70 censetur ordinaria, *iuxta plene relatos per Caranitam ritu 295. num. 24. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 16. num. 8. & seq.*

Tertia & vltima conclusio in hac materia, si † alicui priuato de nouo 71 concedatur causa particularis cognoscenda, censetur delegatus, nam repugnat substantiae iurisdictionis ordinariae, quod competat ad causam particularem, *arg. l. si certarum. inf. de testa. tut. tradit. Bart. d. l. more, num. 8. & d. l. ambitiosa, num. 34* & est receptissima conclusio, *vt per Men. de praesumpt lib. 2. praesumpt. 16. num. 29.* Et eadem ratione, si ordinario † causa committa- 72 tur particularis, cuius cognitio alias ad eum non pertinebat, quoad eam censebitur delegatus, cum commissio facta fuerit personae, & non officio: vt clarè est de mente Bart. *d. l. more, num. 8. & d. l. ambitiosa, num. 34.* Quinimo etsi alicui † committātur omnes 73 causae, vertētes inter Titium & Sempronium, cum commissio sit particularis respectu personarum, dicetur iurisdictio delegata, & non ordinaria, *Alex. l. solet, num. 9. supra de iurisd. omn. iud.* Licet † quando fit concessio 74 vniuersalis & restricta ad certum genus personarum, vel causarum, iurisdictio censeatur ordinaria, *l. 1. C. de iurisd. omn. iud. & supra dictum est.*

Postremò † memorandum est, quod 75 auditores Rotae vel Principis alicuius dicentur ordinarij, quamuis de causis nō cognoscant, nisi ex Principis commissione, quia, vt censeantur ordinarij satis est, quod habeant officium constans & perpetuum, *l. iurisperitos, in princ. ff. de excus. tut. & ita Bal. l. fin. C. vbi senat. vel clariss. & l. praecipimus,*

num.1. C. de appell. subscribit Ias. *l. ius ciuile, num.* 8. *vers.* 3. *limita supr.a, de iust.& iur.& d.l.more, num.* 52. *& ibi Purpurat. num.* 59. *Felin. in Rubrica, n.*3. *post medium, de rescript. Hypol. tract. bannitorum, verb. commissario, num.* 5. Quicquid varias Doctorum opiniones in hoc ar-
76 tic. † referat Ant. Natt. *cons.* 51. *num.* 14. *lib.*1 & ad illius veram explicationem
77 vidẽdus est † etiam Alciat. *in Rubr.n.*21. *de offic. ordin.* & Gomez *in Compendio vtriusque signaturæ pag.*324.

His ita explicatis & præsuppositis, deueniendo iam ad particularem explicationem huius text. ex eo primo
78 colligendum est, quod † potestas dandi iudicem, hoc est denegandi, est de regulariter prohibitis, ita vt non competat nisi illis, quibus specialiter lege inueniatur permissum. Et ita notauit Lancel. Dec. in præsenti, quod etiam colligitur ex *l. pen. in f. eod. & ex Rub. c. qui pro sua iurisdictione tradit Fulg. l.* 1. *n.*14. *& ibi Rimin. num.*8. *ad med. & Ias. n.*26. *supra de offic. eius.* Quinimo vltra
79 alios † expendendum est, textum istum sentire, id verum esse, etiam in iudice
80 ordinario, vt cõstat ex exemplo † proconsulis hîc relato, qui sine dubio habet iurisdictionem ordinariam, *l. si in aliquam, §. fin. cum l. seq. supra de offic. procons.* & tamen præsupponit, proconsulem non potuisse iudicem dare; nisi ei lege inueniretur concessum.

81 Sed in † contrarium vrget, *l. more, supra de iurisd. omn. iud.* in qua præsupponitur, habentem ordinariam iurisdictionem, suo iure iudicem dare posse, quod & probat, *l. à iudice, C. de iudic.*

82 Pro † cõcordia aduertendum est: quod is text. vers. (*item hi*) probat, omnes magistratus Rom. iudices dare posse, quod etiam præsupponit *l eum qui, sup. de iurisd. omn. iud.*

83 Quamobrem † conclusio, quam ex mente huius text. collegimus, scilicet eos magistratus iudices dare posse, quibus id lege inuenitur permissum, intelligẽda est, in † magistratibus pro- 84
uincialibus, non autem in Romanis: in quibus contraria conclusio constituenda est, quod hi possunt dare iudices, nisi specialiter inueniantur prohibiti: vt probat *l. fin. supra de offic. Praef. vrb.* idque more maiorũ † fuisse rece- 85
ptum in magistratibus Romanis probat, *l. more, sup. de iurisd. om. iud.* Quæ quidem † consuetudo introducta fuit 86
propter vim imperij, quam habebant magistratus Romani, vt probat is text. *vers. item hi,* & ad hunc modum sunt explicanda tradita per Rimin. *d. l. more, num.* 2.

Ex quibus infertur † intellectus ad 87
*l.*1. *in fin. supra de iurisd. omn. iud.* dum probat, quod ad officium iudicis pertinet, litigantibus dare iudices: Nam debet referri ad magistratus Romanos, quibus per viam regulæ hoc ius competit. Similiter, & dum *l. imperium, in fin. sup. de iurisd. omn. iud.* dicit, quod † iurisdictio est iudicis dandi li- 88
centia, nam si referatur ad magistratus Romanos, hæc licentia videtur competere propter morem maiorum, *d. l. more maiorum.* Si autem referatur ad magistratus prouinciales, debet intelligi de licẽtia specialiter data per legem, vel Senatusconsultum: & ita prædictos magistratus in hac materia pro diuersis ponit, *l. ex omnibus, supra de offic. Præsid.* & adhunc etiam modum debet † declarari, *l. eum qui, supra* 89
de iurisd. omn. iud.

Et ex ista consideratione facilè respondetur ad difficultates supra motas: nam † dicimus primum, quod reg. 90
d. l. more, cum simi. procedit in magistratibus Romanis, qui si sint ordinarij iudices, dare possunt more maiorum, sed si sint magistratus prouinciales, id facere non poterunt, nisi lege vel senatusconsulto eis inueniatur permissum, vt concessum est proconsulibus.

Et

91 Et licet † in tex. isto tantum fiat mentio de procõsulibus, tamen dicendum est, sub illis fuisse comprehensos om-
92 nes ordinarios, quia † exempla non arctant reg. generalem, *l. damni inf. §. pu. inf. de dam. inf.* nam & is text. probat, eum, cui mãdata fuit iurisdictio, iudicem dare posse: & quãuis tex. is exemplificat in legato proconsulis, tamen cõmuniter intelligitur in omni alio, cui sit mãdata iurisd. *vt statim dicemus.*

93 Ex hoc igitur primo † nota. huius text. ita explicato, infertur primo intellectus ad *l. à iudice, C. de iud.* dum
94 præsupponit, ordinarium † regulariter iudicem dare posse, quod si referas ad magistratus ordinarios Romanos: intelligendum est, id facere posse, more maiorum, *d.l more.* Si autem referas ad magistratus prouinciales, vel similes, intelligas, quando id lege illis inueniatur permissum, vt dictum est. Iudex autem datus per ordinarium iudicem, dare non potest, vt text. ille probat addita ea ratione, quia iudiciario munere fungitur: quæ ratio obscura est. Et videbatur, quod clarior reddi poterat, quod his non inuenitur concessum, vt iudices dare possint: vt est de mente gl. *d.l. à iudice, verb. munere, in 1.*
95 *exposit.* Nam prout † in præmissis valet argumentum, *Non inuenitur prohibitum, Ergo censetur permissum, l. nec non §. quod eis, sup. quibus ex cau. maior. l. 1. sup. de testib.* Ita per contrarium in prohibitis valet argumentum, *Non inuenitur permissum,* ergo *censetur prohibitum. l. Gallus, §. ille casus, & ibi notat Alex. n. 9. Bal. l. nulla, n. 5. C. de iur. dot.* Defendendo tamen ratione expressam *in d.l. à indic.*

Dicendum est, quod cum imperator generaliter constituerit, delegatum ordinarij, iudicem dare non posse, non assignauit prædictam rationem, quia tantum concluderet, quoad delegatos per magistratus prouinciales: non autem quoad datos per magistratus Romanos, *vt constat ex supra traditis:* & ideo assignauit eam † ratio- 96
nem generalem expressam *in d.l. à iudice,* quæ omnes delegatos à quocunque magistratu datos pariter comprehenderet, de cuius rationis vera explicatione statim agemus.

Secundò infertur, quod † omnis il 97
le, cui ius dandi iudicem non competit: id ex consensu partium obtinere non poterit: nam in † prohibitis per 98
legem, consensus partium nihil operari potest, *gl. l. à Diuo Pio, inf. de ritu nup. gl. l. 1. C. ne fideiuss. dot. dent.* & ita expresse Rota *decis. 8. de off. deleg. in nouis.* Vnde cauendum est à Ias. *in d.l. à iudice, n. 10.* dum dicit, quod si partes patiantur litem contestari coram subdelegato à delegato ordinarij, valebit iudicium, quasi per tacitum consensum partium firmetur subdelegatio, alias inualida. Sed falsũ † est ex supra 99
dictis, & ideo Ias. merito improbat Purp. *d.l. more, num. 103. & l. eum qui, num. 9. sup. de iurisd. omn. iud.*

Tertiò infertur, quod ille, qui † se- 100
cundum leges delegare nõ potest, non poterit delegare, etiamsi iustè sit impeditus. Nam prohibitum † per legem 101
propter necessitatem superuenientem non redditur permissum, *c. sacris, de his quæ vi, l. palam, inf. de ritu nup. tradit Bart. l. legatus, n. 7. sup. de off. procons. Dec. d.l. more, n. 5. & c. si pro debilitate, n. 2. de off. deleg.* & videtur text. *l. pen. C. de Ped. iud.* Declarando tamen iuxta *l. 1. ad fin. supra de offic. eius,* de quo inferius agemus. Hoc igitur † impedimentum, si 102
diu debeat durare debet superior loco impediti alium subrogare, *l. si longius, in princ. inf. eo.* alias expectandum est, quod cesset impedimentum, *l. pen. vers. fin. inf. de vacat. mun.*

Quartò infertur, quod † ille, cui nõ 103
competit ius delegandi, etiam post litem contestatam, non poterit subdelegare: quia prohibitio legis perpetuo durat,

durat, *l. non dubium, Cod. de legibus*, & ita Bart. *d. l. more, num.11. & ibi Curt. Iun.num.69.* & Purpur.*num.*100. asserunt receptum: *Iacobin. d. l. à indice, num.8.& ibi Ias.num.5.* & videtur text. *cap. cum causam, ad fin. de appellat. & l. pen.C.de Ped.iudic.* Neque obstat, quod
104 procurator † ad iudicia post litem contestatam, potest alium procuratorem substituere, *l. neque in fin. Cod. de procu. cap.1.§.1. de procur. in 6.* Et vali-
105 dum censetur argumentum † de procuratore iudiciali ad delegatum, *l. & quia supra, de iurisd. omn. iudic.* Qua ratione glos. ibi, & glos. *l.legatus, supra, de off. proconf. glos.1. l. 1. §. fin. inf. quis & à quo appelletur, & glos. l.fin. C. vbi &*
106 *apud quem*, existimant, † quemlibet delegatum delegare posse post litem contestatam, & magis probat Dec. *d. l.more, num.38.* Sed respondetur in nostro proposito, non subsistere prædictum argumentum: quia in lite con-
107 testata † censetur quidam quasi contractus celebratus inter partes, *l. 3. §. idem scribit, sup. de pecul.* propter quem, procurator efficitur dominus litis, *l. neque Cod. de procur.* & ideo tanquam in lite iam propria, potest alium sub-
108 stituere, *arg. d.l.more*, Quæ ratio † cessat in iudice, cum quo nullus quasi contractus videtur contrahi, *vt aduertit Fulgos.l.fin.n.5. C. vbi & apud quem.*
109 Et hinc est, quod † procurator post litem contestatam, reuocari non potest, nisi propter iustam causam de nouo superuenientem, *l. procuratoribus, C. de procurat. l.ante litem, cum ll.seq.*
110 *supra de procu.* Et tamen † delegatus indistinctè reuocari potest, *l. iudicium soluitur, inf. eod.*

111 Vltimò infertur, quod ille, qui † secundum leges delegare non potest, neque vnũ articulum causæ sibi commissæ delegare poterit: quia genera-
112 lis † prohibitio etiam minima comprehendit, *cap. maioribus, de prebend. cap. quæritur. §. fin. 22. quæst. 2.* quod ita esse receptum resoluit Iason. *d.l. à iudice, num.10.* & ibi Iacobin. *num.6. Alexand. d.l. more, num.26. & ibi Curt. Iun. num.67. Purpuratus num.96. Felin. cap. super quæstionum, in princ. num.4. de offic. deleg. Perusin. cap. cum causam, num.9. & ibi Decius num.6. de appellat. Rota decis.8. num.2. & decis.3. de offic. deleg. in nouis, Bellonus in Rubr. num.73. supra de off. eius, & ante omnes Bart. l.legatus, n.6. supra, de off. proconf.*

Contrariam † tamen opinionem 113
probauit Bart. sibi contrarius *d.l. more, num.11.* cui subscribit And. Siculus *cap. super quæstionum, in princ. n.57. de off.deleg.* Adducunt pro hac opinione text. *Clemen. 1. de off. deleg. item & cap. cum Bertoldus, de re iud.* Sed non est † recedendum à magis recepta opi- 114
nione. Neque obstant iura adducta pro contraria opinione: nam ad † pri- 115
mum de Clem. 1. *de off. deleg.* placet responsio Alex. *d.l.à iudice, num.10. & d. l. more, num.26.* Quod loquitur in delegato Principis: cui per legem concessa est potestas delegandi, *d.l. à iudice, in fin. & cap. pastoralis, in princ. de offic.deleg.* Ex qua † responsione ad- 116
iunctis exemplis propositis *in d. Clemen.1.* colligendum est, quod ille, cui per Principem commissa est examinatio testium, poterit illam examinationem alteri delegare: quicquid post Rotam contrarium defendat Felin. *c. cum Bertoldus, num.18. de re iud.* item & colligendum † est, *in d. Clem.1. de offic.* 117
delegat. esse text. expressum contra Rotam *decis.18. de offic. deleg. in antiq.* & contra Bart. *l.legatus, num.6. sup. de off. proconf. & d. l. more, num.10.* & ibi Purpur. *num.99.* dum dicunt, delegatum Principis, cui sit commissa executio, nõ posse subdelegare: hoc enim est contra textum *d. Clem.1. in secundo exemplo*, vt aduertit Aretin. *d.l.à iudice.* & tantum † contraria opinio admitti 118
potest,

potest, quando in commissione expressa est clausula: vt delegatus per se exequatur, *vt tradit Ias. d. l. adipiscimur, num. 6. inf. de acq. poss.*

119 Neque etiam † obstat text. *c. Ber-*
120 *toldus, de re iud.* nam reiecta † responsione Pan. *ibi num. 22.* probata à Felino *ibi num. 17. & in cap. super quæstionum, §. si vero, num. 16. de off. deleg. Alex. l. more, num. 7. & ibi Purpur. num. 77. & Iacobin. d. l. à iudice, num. 16.* quia id, quod pro constanti præsupponitur in dicta responsione, nullo iure probatur, reiecta etiam alia responsione Decij *cap. cum causam, num. 6. de appell.* & alia Alciat. *in Rub. num. 14. de offic. ord.* alia etiam Couar. *resol. c. 20. lib. 3.*
121 *ad fin.* vera responsio † est, quod in eodem text. principalis erat dubitatio de sententia lata per iudicem ordinarium.

122 Vnde † quoad alia, quæ incidenter tractantur debent præsupponi termini habiles, *l. qui testamento, §. 1. supra de testament. l. vt gradatim, §. 1. infra de mun. & hon. cap. 1. de ætat. & qual. lib. 6.* Dum igitur *in d. cap. cum Bertoldus,* exprimitur, delegatus ordinarij subdelegasse vices suas: & sic non solum vnum articulum, sed etiam totum negotium illis commissum, intelligendum est, & ideo hanc delegationem valuisse: quia ordinarius dum delegaret, dedit potestatem delegato,
123 vt subdelegare posset. Nam id † quod vulgo dicitur, *Subdelegatum delegati, non posse subdelegare, d. l. à iudice, C. de iud.* limitandum est non procedere, si ordinarius tempore delegationis, concesserit ei potestatem subdelegandi, *gloss. fin. cap. is cui, de offic. deleg. in 6. Bartol. d. l. more, num. 12. & ibi Curt. Iun. num. 71. Purpur. num. 104. Alexand. in Rub. num. 11 supra de offic. eius, Perusin. cap. cum causam, num. 5. & ibi Deci. n. 4. de appellat. Iacobin. d. l. à iudice, num. 5.*

124 Intelligendo tamen, quando † hæc potestas concessa est delegatis, vt possent subdelegare, non nomine proprio, sed nomine ipsius delegantis, quia tunc magis delegans videtur subdelegare, *l. pater ex prouincia, in fin. inf. de manu vind. l. fin. C. vbi & apud quem.* Nam si daret † licentiam dele- 125
gato, vt nomine suo subdelegare posset, hæc licentia nihil valeret: quia cum *dict. l. à iudice,* prohibeat delegatum suo nomine subdelegare posse: delegans non posset concedere prædictam licentiam contra illam iuris prohibitionem, vt declarat Fel. *cap. super quæstionum, §. si vero, num. 18. de off. deleg. Purpur. d. l. more, n. 105.*

Poterit † sanè Bart. opinio reprobata saluari, quando delegatus subdelegat aliquem articulum non iurisdictionalem, sed pertinentem ad ea, quę 126
in mero facto consistunt, ac proinde nullam iurisdictionalem cognitionem requirentem: hunc enim articulum delegatus ordinarij subdelegare poterit, vt † probat tex. *cap. super quæstionum, vers. nos autem, de off. deleg.* Nam 127
dum loquitur de articulo in facto consistente, & nullam iurisdictionalem cognitionem requirente, sed tantum meram executionem respiciente, generaliter loquitur, tam in delegato Principis, quam ordinarij: dum autem postea loquitur de delegato, qui principium causæ vel medium, vel etiam finem subdelegat, restrinxit se ad delegatum Principis, quia † 128
cum hæc respiciant cognitionem iurisdictionalem, soli delegato Principis permittitur prædictam delegationem facere, *vt ibi aduertit Pan. num. 9. Iacob. d. l. à iudice, n. 7.* Et in simili hos casus distinguit Rota *decis. 1. de off. dele. in antiq.* Quis † autem dicatur arti- 129
culus non iurisdictionalis in solo facto consistens, declarat Rota *decis. 3. & decis. 8. de off. del. in nouis, Alex d. l. à iudice, n. 11. Fel. c. cum Bertoldus, num. 18. de re iud. Purpur. d. l. more, n. 100.*

Vlterius ex isto text. magis in spe-
130 cie colligendum est,quod†proconsul
potest dare iudicẽ,quia lege id ei per-
missum est:habet tamẽ hæc conclusio
131 duas difficultates.Prima†est,quod Iu-
reconsultus dicit, *his competere facultatem dandi iudicẽ,quibus lege constitutione, vel Senatusconsulto id permissum est*,& ta-
men postea tantũ ponit exemplum in
procõsule,cui lege id permissum fuit:
de alijs autem nullũ proponit exem-
plum,ac ita videtur diminutus, *vt hic*
132 *aduertit Lancell Dec*.Secunda†difficul-
tas est,quod is text.præsupponit, pro-
consulem nõ potuisse dare iudicẽ,nisi
ei lege esset permissum,& tamen Pro-
cons.iure suo potest mandare iurisdi-
ctionẽ:vt probat is tex.vers.*(is quoque)* *& l.legatus,supr.de off.proconf.*& merito,
quia est ordinarius in tota prouincia,
& ordinariũ certum est iure suo dele-
gare posse,*l.more,supr.de iurisd.omn.iud.*
133 Sed defendendo not.ad primam †
difficultatẽ respondetur:quod cum ex
ipsis legibus,& Senatuscõsultis posset
cõstare, de personis, quibus cõcessum
erat iudices dare,nõ erat opus propo-
nere exẽpla alia,sed pro maiori decla-
ratione proposuit exemplũ in Procõ-
sule,cui lege fuit cõcessũ iudicẽ dare.
134 Ad secundã†difficultatẽ respondē-
tur,quod vt constat ex tex.magistrati-
bus Romanis more maiorũ cõcessum
fuit iudices dare. *d. l. more*. Sed magi-
stratibus prouincialibus hoc ius non
fuit cõmunicatũ,nisi quatenus id lege
eis videretur permissum:& ideo præ-
supponitur,quod Proconsuli,qui erat
magistratus prouincialis,non compe-
tebat ius dandi iudicem,nisi ei lege id
permissum est. Ex ea autem lege,quæ
Proconsulibus concessit hanc pote-
statem:eandem videtur communicas-
se omnibus ordinarijs, quia in eis mi-
litabat eadem ratio, *vt sup.diximus*.
135 Vlterius ex isto text. vers.*is quoque*, quæst.
colligẽdũ est:quod †is,cui mãdata est Resol.
iurisdictio, iudicem dare potest:quod
text.exẽplificat in legato proconsulis. num.
Est autẽ†quæst.*Vtrum hæc cõclusio gene-* 148.
raliter accipiẽda sit in quocunq, cui sit mã- &
data iurisdictio?an vero sit restringenda ad 180. 136
*solũ legatũ proconsulis?*Et † Ang.Paul.& 137
Iacobin.*hic* intelligũt, hãc cõclusionẽ
tantũ procedere in legato procõsulis:
qui cũ detur de conscientia legis,quia
de eo *in tit.sup.de off.proconf.*fit particu-
laris mentio : & ideo huic legato fuit
permissum dare iudicem:quod tamen
denegatũ cẽsetur alijs,quibus mãdata
sit iurisdictio:& ita etiã gl.*l.legatus.sup.* *de off.procõs.Bart.d.l.à iudice,& ibi Alex.* *n.5.Iacobin.n.6. Decan Rub.n.10.sup.de* *offic.eius, & defendit Curt.Iun.l.fin.à n.5,* *sup.de off.eius,Bellon.lib.3.Supput.c.10*,&
elegãter defendit Rimin. *d.l.more,n.6.*
Contrariam†tamen opinionẽ,imo 138
quod is text. procedat in omni eo,cui
sit mandata iurisdictio, tenet Fulg. *hic* *n.2.*quia regula generaliter proposita
est:& quamuis ponatur exemplum in
legato proconsulis,tamen exẽpla non
restringunt regulã generalem, *l.damni* *infecti stipulatio,inf.de dam.inf.* & quia † 139
leges passim arguunt de legato pro-
cõnsulis ad eos,quibus mãdata est iu-
risdictio,*l.1.§.an autẽ,inf.de susp.tut.l.1.* *§.fin.supr.de offic.eius*,quam opinionem
constãter etiam probat Fulg. *l.fin.n.2.* *sup.de off.eius,& l.more,n.7.& l.solet,n.4.* *supr.de iurisd.omn. iud.* & post Cuman.
eandem opinionem latè defendit So-
cin.*rep.l.1.§ fin.col.pen.& fin.inf.quis &* *à quo appelletur, Alciat.lib.2.paradox.c.5.* *Coras. in Rub.num.7. supra, de off.eius.*
Sed ad†veram resolutionem huius 140
articuli sciẽdũ est,in hac materia duos
esse terminos diuersos,quos Doctores
malè confundunt,sc.mandare iurisdi-
ctionem,& dare iudicem. Nã mãdare
† iurisdictionẽ dicitur, qui vel totam 141
partẽ illius delegat,*l.solet.supr.de iurisd.* *omn.iud.* Ille†autem dicitur dare iudi- 142
cem, qui aliquã causam particularem
cõmittit alicui cognoscendã:assigna-
uit hanc differentiam Soc. *l.1.§ fin.à* *n.10.*

n.10.*infr.quis & à quo appelletur*,& eam probat Alciat.*in Rub.n.13.de off.ord.& lib.2.Parad.c.5.Iacob.Niger in Rub.n.4. & ibi Purpur.n.6.& Bolognet.n.50.supra de offic. eius, Longaual. rep. l.imperium, à n.21.sup.de iurisd.omn. iud. Ant.Caimus repet.l.2.Cod.de Pedan.iud. pag.77. & sequitur Conar.resol.lib.3.cap.20. col.pen.*

143 Et quamuis † Ias.*d.l. à iudice,n.10.ad fin.*prædictã differentiã non admittat: & ei subscribat Gaspar Valasc. *d.l.imperium*, *n.18.* & ex professo defendat Dec.*in Rub.n.*10.& ibi Cagnol.*n.15.& n.23.& Hyppol.Riminald.à n.146.supra de off.eius*;cõtendentes,quod mandata

144 † dicitur iurisdictio,etiã quãdo causa particularis cõmittitur cognoscenda, *l.Prætor,17.supr.de iurisd omn.iud.*quam ad id notat Dec. *in l.1.§ fin.n.6.supr.de offic.eius*,& defendit Bellon.*in Rub.n.*4.

145 *supra de off.eius*,& facit pro illis,quia † mandare,vel delegare,idẽ significant, *l.neque mandare,inf.de tutor.& curat.dat.* notat Ias.*l.fin.num.2.sup. de off.eius.*

146 Sed his non obstantibus † prædicta differentia,sine dubio verior est: pro qua est text.in præsenti versic. *iudicem autem*,iuncto vers.*is quoque*,qui apertè probat, differẽtiam esse inter hos terminos iudicem dare, & mãdare iuris-

147 dictionem,nec † replices cum Alex.*d. l.more*,& ibi Purpurat.*n.97.*& Bellon. *in Rub.n.67.sup.de offic.eius*,quod is textus in legato procõsulis videtur designare aliquã specialitatem, quæ vtiq; nulla esset,si generaliter ille,cui mandata est iurisdictio,iudicẽ dare posset:

148 quia † respondetur,textum istum nullum speciale designare in legato proconsulis,sed potius ponere regulã generalem, quod is, cui mandata est iurisdictio,iudicẽ dare possit: & quamuis exemplificet in legato procõsulis, tamen exempla non restringunt regulam generalem,& in specie colligitur ex *l.legatus*, secundum literam Pandectarum Florentinarũ *sup.de off.proconsf.*

Et retenta hac opinione, nõ obstabũt rationes † adductæ in contrarium. 149

Nam ad primã † de *l.solet,sup.de iurisd. omn.iud.*respõdetur,textum illum non probare,quod mandata dicatur iurisdictio,quãdo particularis causa committitur:cũ contrariũ sit expressum,*d. l.à iudice,C.de iud.*Tantũ igitur probat ille text. quod mandata dicetur iurisdictio,quando,vel tota iurisdictio,vel quãdo certa species illius,sub vniuersitatis nomine cõmittitur,*vt ibi per gl.* 150

Neque obstat secunda † ratio,quia nos facimus differẽtiã inter delegare iurisdictionẽ,vel mãdare:sed ratione adiuncti eam constituimus:nã si dicat *delego* vel *mando iurisdictionem*, dicetur delegata vniuersitas causarũ, quæ sub nomine iurisdictionis continetur, & cõsequenter is iudicem dare potest:si autẽ dicatur *delego* vel *mando tali,cognitionẽ causæ particularis*,ratione adiuncti nõ dicetur mãdata iurisdictio,sed tãtũ facultatẽ iudicandi fuisse concessã, *d.l. à iudice,& l.fin.C.vbi & apud quem.* 151

Ex qua opinione ita defensa apertè colligitur, quod † si cui mandata sit iurisdictio, is iudicem dare poterit,vt probat is text.verb.(*is quoque.*)Si verò detur iudex ad certã causã is delegare non poterit.Similiter ille,cui † mãdata est iurisdictio,licet iudicẽ dare possit, quoad rem particularẽ,non tamen iurisdictionẽ sibi mandatam, poterit alteri delegare,quia eã alieno beneficio obtinet,vt probat *l.more, supr.de iurisd. omn.iud.*quæ in his terminis loquitur. 152 153

Quæ quidem † conclusiones sunt conformes receptissimis Doctorum opinionibus in hac materia: licet ipsi non aduertãt.Nam communiter concluditur,quod delegatus ad vniuersitatem causarum,potest causam particularem delegare,non tamen vniuersalem iurisdictionem in alium transferre. Delegatus autẽ ad causam particularem, nullo modo delegare poterit:quod ita resoluit gl.*d.l.more,& d. l. legatus,sup.de off.proconsf.& gl.l.1.§.fin. inf.* 154

inf. quis & à quo appell. glos.d.l. à iudice, & glos. cap. super quæstionum, §. si vero, de offic. deleg. & glos.cap. cum causam, de appell. quas esse communiter receptas asserit Andr. Siculus, *cap. super quæstionum, §. porro, num. 13. de offic. deleg. Alex. d. l. à iudice, num. 6. & ibi Iason. num. 8. Felin. d. cap. super quæstionum, in princ. num. 17. Curtius Iun. d.l. more, num. 67. & ibi Purpur. num. 98. Curt. Iun. l. 2. n. 7. supra de officio eius, Couar. resol. lib. 3. cap. 20. col. pen.*

155 Meritò igitur † si alicui mandetur iurisdictio, intelligetur scilicet vniuersalis, vt verba sonant & probat, *l. 1. §. an autem. inf. de suspect. tut.* is vtique iudicem dare poterit, non sic qui iudex datus est, vt cognosceret tantum de causa particulari.

156 Ratio † autem huius differentiæ ex eo procedit, quod is, cui mandata est iurisdictio, iurisdictionem quidem habent, sed mandatam, & sic ex alieno beneficio, & ideo eam in alium transferre non poterit, *d.l. more.* Et ta-
157 men † qui iurisdictionem habet, iudicem in re particulari dare poterit, quia tunc nihil iurisdictionis transfert, *l. quamuis, sup. si quis omissa cau. testa.*
158 quia is iudex † datus, non iurisdictionem, sed tantum iudiciario munere
159 fungitur, vt dicit † text. *d. l. à iudice,* quem glos. ibi verb. *munere*, duobus modis exponit: primo quod iudex datus, habet iurisdictionem beneficio alieno, & ideo subdelegare non potest, *d. l. more,* quam expositionem receptam esse asserit Ias. *ibi num. 4. Hypol. Rimin. in Rub. num. 14. ad fin. sup. de off. eius.*

160 Sed non placet hæc † expositio, quia tantum concludit, quando habens iurisdictionem mandatam, eam vniuersaliter vult in alium transferre, nam id poterit, quia eam habet alieno beneficio, *d. l. more*, sed non concludit quoad dationem iudicis particularis, de qua nos agimus: nam legatus proconsulis iurisdictionem alteri mandare non potest, quia eam habet alieno beneficio, & tamen is potest dare iudicem in causa particulari, *vt dictum est.*

Secundò † igitur exponit glos. *d.l. à* 161
iudice, verb. munere, quòd delegatus fungitur iudiciario munere, à quo per subdelegationem, se eximere non potest: quia munus iudicandi est necessarium, *l. fin. §. iudicandi, inf. de mun. & honor. l. pen. inf. de vacat. muner.* & ideo subdelegando nõ permittitur ei, quod ab hoc onere iudicandi se eximat, *Auth. vt desu. r. seu fun. §. fin. collat. 5. c. pastoralis, in princ. de off. deleg.*

Sed † & hanc expositionem impro- 162
bat Ias. *d. l. à iudice, num. 3.* quia ea admissa, neque ordinarius delegare posset. Cui tamen † rationi defendendo 163
glos. facilè responderi posset: quod † 164
ordinarius, vel ille, cui mandata est iurisdictio, delegando vnam causam, non eximunt se ab onere iudicandi, cum omnes alias iudicare debeant. *Oldra. consil. 147. num. 2.* à quo vtique onere se eximeret, si ille, cui particularis causa esset commissa: posset eam subdelegare.

Ex alio tamen non † placet prædi- 165
cta expositio: quia minimè conuenit verbis, & rationi expressæ *in dict. l. à iudice.* Omissis igitur his explicationibus, & aliis quas refert Alex. *d. l. 1. n. 9. & ibi Dec. ad fin. sup. de offic. eius, Iacob. d. l. à iudice, num. 2. & ibi Ias. num. 3. Curtius Iun. d.l. more, num. 5. post Ias. ibi num. 1.* Ego † aduerto in hac difficul- 166
tate duas incurrere quæstiones. *Prima* † est, qua ratione is, cui mandata 167
est iurisdictio, possit iudicem dare: & tamen non possit mandare iurisdictionem vniuersaliter. *Secunda* † est, 168
cur delegatus ordinarij, vel eius, cui mandata est iurisdictio, non possit delegare, *d.l. à iudice.* Et prima quidem facilè

169 facilè † absoluitur: quod is, cui mandata est iurisdictio, habet illam alieno beneficio, vnde eam in alium trásferre non potest, *d.l. more*, & tamen iudicem dare potest, quia in hunc non transfert iurisdictionem, sed tantum concedit munus siue facultatem iudicandi, vt probat *d.l. à iudice*, & *l. fin. ad*
170 *medium, C. vbi & apud quem.* Pariter † secunda quæstio absolui potest, nam cum iudex datus in causa particulari, nullam habeat iurisdictionem, sed tantum iudicandi munus, delegare non poterit, quia delegatio requirit iurisdictionem in delegante, *l.1. in fin. & l. imperium, in fin. sup. de iurisd. omn.*
171 *iud.* Quæ omnia † confirmantur ex eleganter traditis per Socin. *l.1.§. fin. num.* 10. *infra, quis & à quo appelletur*, quod quando ordinarius, vel ille, cui mandata est iurisdictio, dat iudicem, nullam in eum transfert iurisdictionem, sed tantum iniungit iudicandi munus; & quamuis in consequentiam ei videatur concessa iurisdictio, quatenus est necessarium, vt causa, quæ committitur, effectum habeat, *l.2. sup. de iurisd. omn. iud.* Tamen cum hoc veniat in quandam consequentiam, attenditur id, quod principaliter committitur & non id, quod venit in consequentiam, *l.1. de auth. tut.* Cùm igitur prædictus iudex datus, non habeat iurisdictionem, meritò dari potest per eum, cui mandata est iurisdictio, cum tunc non transferat in eum aliquam particulam iurisdictionis, quam habet ex alieno beneficio, *arg. l. quamuis, inf. si quis, omiss. cau. testa.* & similiter iudex datus non poterit delegare, cum nullam iurisdictionem habeat: cum
172 tamen † substantia delegationis requiratur, quod delegans iurisdictionem habeat, *vt dictum est, & abscribit Alc. lib.2. Para. cap.5. & in Rub. num.13. de of. ord.*

Ex quibus consequi videtur, quod
† si causa particularis committatur, & 173
delegatus expresè declaret, quod transfert in eum iurisdictionem in ea causa particulari, provt facere posse videtur probare text. *l. solet, cum l. seq. supra de iurisd. omn. iud.* tunc à cessante ratione, de qua supra, is eam causam particularem subdelegare poterit: quod in specie admittit Socin. *l.1.§. fin. col. fin. post princ. infra, quis & à quo appelletur, subscribit Alc. in Rubr. num.9. de offic. ord.*

Sed subsistendum est, quod † huic 174
illationi nimis videtur obstare, quod licet legatus proconsulis, cui est mandata iurisdictio, possit iudicem dare, vt probat is text. versi. *is quoque*, tamen si ei mandata sit causa particularis, in ea alium iudicem dare non potest, *gl. l. legatus, supra, de offic. proconsf. Iason. d.l. à iudice, num.6. Decius cap. si pro debilitate, num.2. de offic. deleg. Purpurat. l. 1. num.641. supra, de offic. eius.* Ergo ille, cui mandatur iurisdictio in re particulari, nullo modo subdelegare poterit.

Pro resolutione dicẽdum est, quod
† in dubio licet verba videantur so- 175
nare, quod datur iurisdictio in re particulari, tamen interpretandum est, ei dari facultatem iudicandi principaliter, *vt dictum est*: & in † his ter- 176
minis loquitur, & procedit gl. *d.l. legatus, suprà, de officio proconsul.* Item est † aduertendum, quod hæc quæstio 177
tantum procedere potest, quando ordinarius facit prædictam commissionem: nam is provt potest totam iurisdictionem mandare, quam habet iure proprio, *dict. l. more*, ita etiam, & quamlibet particulam suæ iurisdictionis mandare poterit, *d.l. solet, cum gloss. sup. de iurisd. omn. iud.* Et aliud dicendum est, & in eo, cui mandata sit iurisdictio: nam is, provt neque totam mandare potest: ita neque quamlibet eius particulam, *arg. l. quamuis,*

infra, si quis omissa causa, vt aduertit Longaual. *d. l. imperium, num.* 22. Vnde cùm non possit mandare iurisdictionem, vel particulam illius, etsi velit cessat in his terminis dubitatio, & ad hunc modum poterunt concordari opiniones.

178 Ex quibus † ita resolutis, infertur
179 vera explicatio ad istum text. Nam † dicimus ideo legatum proconsulis, iudicem dare posse, quia ei mandata, est iurisdictio per ipsum procõsulem; vnde pariter idem recipiendum est in quocunque alio, cui sit mandata iuris-
180 dictio; neque enim in † hoc text. continetur aliqua specialitas in legato proconsulis, sed in eo dispositum procedet, secundum regulam generalem, vt constat ex supra traditis, *l.* 1. §. *an autem, inf. de suspe. tut. & tradunt supra allegati, & Fulg. l. magistratibus n.* 3. *supr. de iurisd. om. iud.* & verius esse agnoscit Alex. *d. l. imperium, n.* 23. *Ias. l.* 1. §. *fin. n.* 5. *sup. de off. eius. Alc. in Rub. n.* 10. *de off. ord.*
181 Vnde reiicienda est † opinio multotum, quos sup. allegauimus, quod is text. specialiter procedat in legato procõsulis, & latè probat Hyppol. Rimin. *in Rub. n.* 157. *supra. de off. eius*, sed falsum esse patet ex eo, quia legatus procõsulis, ideo iudicem dare potest, quia ei per proconsulem mandatur iurisdictio vniuersalis: & ideo potest dare iudicẽ in causa particulari, provt & quilibet, cui mandata est iurisdictio, eum dare potest, *iuxta communem supra relatam.* Similiter provt delega-
182 tus † ad vniuersitatem causarum, non potest mandare iurisdictionem vniuersalem alteri, *l. more. sup. de iurisd. om. iud.* & tradit gl. *l.* 1. §. *fi. inf. quis & à quo appell. Alex. & Ias. vterque n.* 8. *d. l.* 1. *iudice, Dec. c. cum causam, n.* 7. *de appell. Rimin. tl. Senior, l. solet, n.* 4. *supra, de iurisd. omnium iud. Purpur. d. l. imperium, num.* 36. *& ante eos Socin. l.* 1. §. *fin. col.* 3. *post principium. infra, quis & à quo appellet.* pariter & legatus † proconsulis eam 183
alteri mandare non potest: quia habet illam alieno beneficio, *l. legati, supra de offic. proconf.* ac ita locum habet regula *d. l. more*, & in terminis tradit Fulgo. *l. fin. num.* 2. *supra de officio eius.* Quare † proconsul, qui habet iurisdi- 184
ctionem iure proprio, eam legato suo mandare potest, legatus autem illius, eam mandare non potest: quia habet illam alieno beneficio, *d. l. more*, quicquid contrarium præsupponat Alexand. *d. l. more, n.* 8. *& alij supra allegati*, & nihilominus iudicem dare potest in causa particulari, ob rationem de qua supra. Et † ad hæc expẽdo istum 185
textum, dum probat, legatum proconsulis iudicem dare posse, quia ei mandata est iurisdictio, & sic restringendo se ad iudicis dationẽ, apertè sentit, iurisdictionem eã vniuersaliter alteri mandare non posse, quia habet illam alieno beneficio. Ad idem † expendo, 186
l. legatus supra de off. proconf. secundum literam affirmatiuam, quæ inuenitur in Pandectis Florentinis, dum dicit, quod legatus, postquam ei mandata est iurisdictio, iudicem dare potest: in quo sentit, quod cùm habeat iurisdictionem mandatam, & sic alieno beneficio, iudicem dare posse, & tamen eam alteri mandare non posse vniuersaliter, vt dictum est.

Secundò principaliter ex prædictis infertur, non esse veram † opinionem 187
Imolæ, *l. si vni. inf. de re iud.* quam ibi probat Ias. *n.* 9. *Dec.* § *cum causa, num.* 9. *de appell. & c. causam matrimonij. num.* 9. *de officio deleg. & l. solet, num.* 13. *supra, de iurisdictione omnium iud. Iason. d. l. more, num.* 2. *& ibi Curtius Iunior num.* 26. *Vacon. in declarationibus iuris, declaratione* 48. *num.* 7. dum contendunt, delegatum ad vniuersitatem causarum, neque iudicem dare posse in causa particulari: Nam conuincuntur authoritate huius text. versic. *is quoque, & l. legatus,*

gatus,supra de offic.proconsulis, inducendo vt supra. Et est ratio, quia ille, cui
188 † mandata est iurisdictio, fungitur vice illius, qui eam mandauit : *l.solet,supra de iurisdict. omnium iudicum, l. etsi*
189 *Prætor,supra de offic.eius*. Vnde † provt mandās iurisdictionem, ratione illius poterat partibus iudices dare, *l. 1. in fin. supra, de iurisdict.omn.iud.* ita etiam poterit id facere eius legatus, qui mādatam habet iurisdictionem: quod significat Iureconsultus, *§. is quoque*, ponderando dictionem *(quoque)* & in
190 hoc sensu poterit † admitti ratio glos. *l. fin. C. de iud. & glos. c. cum causam de appell. & ibi Perus. n.21. Alex.d.l.more, nu.26. Ias.l. si vni. n.7. infra, de re iudic. Curt. Iun. l.1. §. fin. num.17. sup. de off. eius*, dum dicunt, quod ideo delegatus ad vniuersitatem causarum, potest dare iudicem in causa particulari, quia ęquiparatur ordinario: Vera enim erit hæc ratio accipiendo illam in prædicto sensu, quod cum ex delegatione habeat iurisdictionem ordinarij, poterit litigantibus iudices dare, vt ille poterat.

Tertiò principaliter ex supradictis
191 infertur, dubium reddi † dictum Bal. *l. à iudice, ad fin. C. de iud.* quod provt legatus proconsulis potest iudicem dare in causa particulari, idem etiam poterit facere legatus datus à Cardinali legato de latere, qui æquiparatur proconsuli, *c.2.de off.leg.in 6.* Subscribunt Paul. & Iacobi. *hic nu.4. Iacobin. d.l.à iudice, n.6. Pan.c. cum Bertoldus,n. 22. & ibi Fel.n.17. de re iud. Fel.c. super quæstionum, §. si vero, n.16. de off. deleg. Alex. d.l. more, n.8 & ibi Purpur.n.97.* Nam resoluendum est ex supra tradi-
192 tis, quod † hoc dictum admitti potest, quādo Cardinalis committit iurisdictionem suam alteri, vtpote auditori generali: nam tunc is ad instar legati proconsulis iudicem dare poterit in causa particulari, aliàs non poterit, *d.l. à iudice:* neque etiā poterit mandare iurisdictionem alteri ex regula, *d.l. more*, quod ita resoluit Fel. *in c. si pro debilitate, in prin. de offic.deleg. & ibi Dec.n. 16. Ias.d.l.à iudice, n.6. Bellon.in n.76. sup. de off.eius, Couarr. resol.lib.3.c.20.col.fin.*

Quartò principaliter ex supra traditis infertur † intellectus, *ad l. fin. C.* 193 *vbi & apud quem:* proponitur ibi quæstio, qui iudices possint cognoscere de restitutione in integrum per minorem postulata? Et respondet tex. illos, qui habent iurisdictionem ordinariam, de ea causa cognoscere posse: item & delegatos ab illis, quando scilicet in delegatione expressum esset: vt etiam de causa restitutionis possent cognoscere, item : & hi, quibus † ge- 194 neralis cognitio commissa est, hoc est, quibus iurisdictio mandata est : Nam licet nihil fuerit specialiter expressum, de restitutione in integrum, tamē in generali commissione, satis videtur comprehendi, vt probat *d. l. fin. in fin.* quamuis † in alia commissio- 195 ne, extraiudiciali etiam generaliter facta, aliud obseruetur, *l.vnic.* (etiam per procuratorem notat Fulg. *d. l.fin. nu.2. & ibi Paul. num.5.) C.vbi & apud quem, Alex.l.2.num.73.supra, de offi. eius.*

Ab hac tamen † regula *in d.l.fin.* ex- 196 cipiuntur iudices dati ab his, *(qui nullam propriam iurisdictionem habent, sed iudicandi facultatem.)* Quæ exceptio † ob- 197 scura est, & duobus modis explicatur per glos. ibi, *verb. non habent:* quod procedat in delegatis datis à iudicibus, chartulariis, qui non habent iurisdictionem, nisi inter volentes, *iuxta tradita l.1.sup.eo.* nam cum restitutio pertineat ad iurisdictioné contentiosam, iudices dati à prædictis, de restitutione cognoscere non poterunt, & hanc interpretationem probant Paul. Cast. *ibi n.2. ad fin. Alex.l.1.n.93. sup. de off. eius*, & hanc interpretationem expressè probauit Summus Pontifex. *c. pen.*

de restit. in integ. & facit text. auth. *de defenso. ciuit. §. iusiurandum, ad fin. coll. 3.*

198 Sed reiicienda † est hæc interpretatio, quia text. *d. l. fin.* excipiendo delegatos ab his, qui nullam habebant iurisdictionem, præsupponit, quod delegans poterat de causa restitutionis cognoscere, *vt ibi aduertit Paul. n. 3. Purpur. l. 1. n. 629. sup. de off. eius*, & tamen
199 certum est, iudicem † chartularium non posse cognoscere de causa restitutionis, cum tantum in volentes haberent iurisdictionem.

200 Secundò igitur † intellectus traditur à gl. ibi *verb. non habent*: quod tex. ille exemplificetur in delegato, qui nullam propriam iurisdictionem habet, *l. 1. §. fin. supra, de off. eius*, sed tantum alieno beneficio, *d. l. more*, nam huiusmodi delegatus non poterit cognoscere de causa restitutionis in integrum, *subscribit Longaual. d. l. imperiũ, n. 128. Purpur. l. 1. n. 628. supra, de officio eius, Vaconius declaratione 81. num. 2.* Ex qua explicatione, colligenda est nota-
201 bilis differentia, inter † delegatum datũ ab ordinario, & datũ ab eo, cui mandata erit iurisdictio; nam primus poterit cognoscere de restitutione in integrum, non sic secundus: Et est ratio differentiæ, quod ordinarius iure proprio habet iurisdictionem, & ideo alteri eam mandare potest, *d. l. more*, & sic delegatus tanquam habens iurisdictionem de causa restitutionis cognoscere poterit, sed ille, cui mandata est iurisdictio, non potest alteri eam mandare, vtpote habitam ex alieno beneficio, *d. l. more*. Cum igitur non possit in delegatum transferre iurisdictionem, tantum is delegatus videtur habere iudicandi facultatem, & ideo de causa restitutionis merito nõ poterit cognoscere, & iuxta hæc ver-
202 ba *d. l. fin.* ita exponenda sunt, vt † delegati non possint cognoscere de restitutione in integrum, si dati sint ab his, qui nullam habẽt iurisdictionem, scilicet iure proprio; nam cum non possint in alium trãsferre iurisdictionem, *d. l. more*, delegatus non potest videri habere iurisdictionem, sed tantum iudicandi facultatem, & ideo de causa restitutionis diuersa, cognoscere non poterunt. Qua etiam † ratione 203
probat, *d. l. fin.* quod arbitri electi de consensu partium, vel iudices compromissarij, de causa restitutionis cognoscere non possunt, quia & hi nullam iurisd. habent, *l. priuatorum, C. de iurisd. om. iud.* Quę ratio euincit prædictos de causa restitutionis cognoscere non posse, etiamsi specialiter commissa sit, quamuis delegatus † ordi- 204
narij possit de causa restitutionis cognoscere, si specialiter ei commissa sit, quia tunc ordinarius videtur in eum transferre iurisdictionem, prout potest, *d. l. more*, & etiam mixtum imperium, quæ necessaria sunt, vt † quis 205
possit cognoscere de causa restitutionis, *l. ea quæ. §. 1. inf. ad municipales*: nam formaliter in hoc casu concessum † 206
est, vt mixtum etiam imperium delegari posset, *Bart. l. imperium, n. 19. sup. de iurisd. omn. iud.* & rationes specialitatis reddit Pur. *l. 1. n. 644. sup. de off. eius.*

Et iuxta prædicta vlterius ex *d. l. fin.* colligendum est, quod licet non sit differentia regulariter † inter ordina- 207
rium, & eum, cui mandata sit iurisdictio, & ideo æquiparantur, *gl. recepta, c. cum causam, de appel* Tamen in modo delegandi differunt: quia ordinarius † cum iure proprio habeat iurisdictio- 208
nem, eam mandare poterit, *d. l. more*, ac proinde cum is, cui mandata est iurisdictio vtique iurisdictioné habeat, poterit cognoscere de causa restitutionis, prout poterat ordinarius, *l. etsi Prætor, sup. de off. eius.* Cæterùm ille, cui mandata est iurisdictio, cũ illam habeat beneficio alieno, eam alteri mandare non potest, *dict. l. more.* Vnde is delegatus

delegatus tanquã iurisdictionem non habens, sed tantum iudicandi munus, vel facultatem in causa particulari, de causa restitutionis cognoscere non poterit *vt dictum est*. Nam & in simili
209 videmus, quod cum † iudex datus ab ordinario in causa particulari, nullam habeat iurisdictionem, scilicet principaliter commissam, sed tantum iudicandi munus, *l. à iudice, C. de iudic.* sententiam à se latam nõ potest mandare executioni, *l. à Diuo Pio, in princ. inf. de re iud.* quia lata sententia functus est officio suo, *l. iudex posteaquam,*
210 *inf. de re iud.* & tamen † is, cui mandata est iurisdictio per ordinarium, cum iurisdictionem habeat vniuersalem, potest exequi sententiam suam, *vt resoluit Berous cap. significasti, num. 9. de off. del. Longaual. d. l. imperium, n. 172. Alciat. in Rub. num. 13. de offic. ord. Purpur. in Rub. num. 8. supra, de offic. eius,* quicquid repugnet Hyppolitus Riminald. *ibi num. 172.*

211 Vltimò ex prædictis infertur † intellectus, & vera explicatio ad eam differentiam, quã in ista materia constituit, *l. 1. in princ. iuncto §. 1. inf. quis & à quo appelletur.* Nam *d. l. in princ.* probat, quod si iudex datus tulit sententiam, ab ea appellandum est ad iudicem, qui eum dedit: In dicto autem §. 1. dicitur, quod si alicui mandata sit iurisdictio, & ille tulit sententiam, à qua appelletur, appellandum est ad superiorem illius, cui mandauit iurisdictionem: prout & ad eum appellaretur, si ille, qui mandauit iurisdictionem tulisset sententiam, & ab ea esset appellatum: & sic ille text. sibi repu-
212 gnare: communis † cõcordia est, quod *d. l. 1. in princ.* loquatur in delegato ordinarij: sed *d. §.* loquatur de delegato illius, cui mandata fuerat iurisdictio vniuersalis: nam si ab hoc sit appellandum, non erit appellandum ad eum, qui mandauit iurisdictionem, sed ad immediatũ superiorem illius, qui mandauit iurisdictionem: *& ita gl. d. §. 1. & ibi Bart. n. 1. Alex. l. 1. n. 10. & ibi Ripa, num. 12. inf. de dam. inf. Bellon. in quæst. ad quem app. sit. num. 13.*

Sed vtique hæc communis † concordia neque quadrat verbis legis, nec videtur esse in se vera: nam cum ille, cui mandata est iurisdictio, æquiparetur ordinario: *glos. c. cum causam, de appellatio.* & supra diximus, *quemadmodum à iudice dato per ordinarium ad ipsum ordinarium appellandum est, d. l. 1. in princ.* pariter, & à delegato per eum, cui mandata est iurisdictio, ad eum appellandum est: Quare alias concordias in prædicta difficultate refert Hyppol. Rim. *in Rub. à num. 164. sup. de off. eius, & ibi Bolognetus num. 53.* 213

Vera † tamen concordia est, quod *d. l. 1. in pr.* loquitur in iudice dato, in quem cum non fuerit translata iurisdictio, sed tantum facultas iudicandi, *vt dictum est*, qui eum dedit, respectu illius superior remanet: & ideo ad eũ tanquam immediatum superiorem appellandum est. Cæterùm *d. l. 1.* loquitur in eo, cui mandata est iurisdictio: qui cum subeat locum illius, qui mandauit iurisdictionem, *l. etsi Prætor, sup. de off. eius,* non est appellandum ad eum, qui mandauit iurisdictionem: quia cum pares sint, de † pari ad parem non admittitur appellatio, *c. 2. cum gl. de consuet. lib. 6. Dec. in Rub. n. 7. de appell.* & ita hanc concordiam assignauit Aldricus, relatus per Accurs. *dict. l. 1. §.* quam vti veriorem probat Socin. *ibi n. 8. Alciat. in Rub. num. 13. de offic. ord. & lib. 2. paradox. c. 5.* & in effectu post alios probat Marant. *in pract. iudicior. 6. parte, in 2. actu. n. 369. pag. 639.* 214 215

Ex qua concordia patet, cauendum † esse à Panorm. *c. dilecti, el 3. n. 10. & ibi Perusin. n. 31. de appell.* dum dicunt, quod si ille, cui mãdata est iurisdictio, deleget aliquem, ad cognoscendum 216

 de

de causa particulari, non erit ab isto appellandum ad delegantem, sed ad immediatum superiorem: *subscribit Ripa l. 1. num. 12. inf. de dam. inf.* Contrarium enim verius ex supradictis. Cùm enim is, cui mandata est iurisdictio, non possit in totum, vel pro parte eam transferre in alium, *d. l. more,* tantum in iudicem datum transfert iudicandi munus, *d. l. à iudice.* Cùm igitur respectu istius retineat suam iurisdictionem, ad eum tanquam ad immediatum superiorem appellãdum est, iuxta generalitatem, *l. 1. in princ. inf. quis & à quo appell. & l. Imperatores, §. 1. inf. de app.* & tenet Alex. *l. 1. num. 10. inf. de dam. infect.*

Similiter & ex prędictis cauendum
217 est † à traditis per Bart. *l. 1. §. fin. n. 10.*
inf. quis & à quo appellet. tradentem,
quod iure ciuili si delegatus Principis
causam sibi commissam alteri in totum deleget, prout potest, *l. à iudice,*
in fin. Cod. de iudic. indistinctè ad delegantem est appellandum, *l. vn. in fin.*
Cod. qui pro sua iurisdictione, l. præcipimus, §. hac si appellatio, Cod. de appella.
218 quãuis iure † Canonico in his terminis, dispositum inueniatur, quod hoc
casu ad delegantem non appelletur,
nisi delegatus aliquam partem iurisdictionis sibi reseruauerit, vt est expressum *cap. super quæstionum, §. porro,*
de off. deleg. cap. si delegatus, de offic. deleg.
219 *lib. 6.* Nam verius est, quod † etiam iure ciuili ad delegantem non sit appellandum, nisi aliquam partem iurisdictionis sibi reseruauerit: quia hoc
casu incipit militare eadem ratio, quæ
militat in eo, cui mandata est iurisdictio, à quo non appellatur ad delegantem, sed ad immediatum superiorem illius, qui mandauit iurisdictionem, vt expressè cautum fuit iure
220 Can. secundum † quod iura ciuilia interpretanda, & restringenda sunt: *vt
tradit Imol. d. §. porro, num. 9. Perus. cap.*
dilecti, el 3. num. 30. de appell. Alex. l. 1. num. 1. & ibi Ripa. num. 12. inf. de dam. infecto.

Quinimo † si delegatus non man- 221
dauerit totã iurisdictionem, sed certam illius speciem adhuc ab eo non
erit appellandum ad delegantem: quia
in specie mandata fungitur vice delegantis, *l. solet, sup. de iurisd. omn.
iud.* & ibi expendit Rim in. *num. 4.* Vnde cum in ea specie censeatur æqualis deleganti: adhuc militat ratio supra assignata, & in specie colligitur ex generalitate, *l. 1. §. fin. infra, qui & à quo appell.*

Sed subsistendũ est, quia † Couar. 222
practic. quæst. cap. 4. num. 8. verius existimat, quod si certa species iurisdictionis mandata sit, appellandum sit
ad delegantem, & prius tenuit Paul.
Castrens. *l. 2. ante fin. supra, de off. eius,*
& pro illis videtur † facere traditio 223
glos. *Clem. 2. verb. foraneo, de rescript.*
quam probat Bart. *l. 1. §. fin. infra, quis & à quo appell.* dum tenent, quod à Vicario foraneo appellari potest ad Episcopum: quia non habet idem tribunal cum eo, subscribit Alex. *in Rubr. num. 17. & ibi Ias. num. 2. de offic. eius, Panorm. cap. relatum, num. 8. de offic. deleg. Brunus cons. 102. num. 4. Curt. Iun. cons. 2. num. 6. & notabiliter Cald. consil. 2. de appell.*

Pro vera † autem resolutione, duo 224
casus in hoc articulo distinguendi
sunt. Primus † est. *vtrum à Vicario fo-* 225
*raneo appellandum sit ad Episcopum, vel
ad immediatum superiorem Episcopi?* Secundus † est, *vtrum dato, quod ad Episco-* 226
*pum appellandum sit regulariter, tamen
saltem non sit ad eum appellandum, quando
hunc Vicario foraneo mandauit iurisdictionem in certa parte prouinciæ?* Et † quoad 227
primum casum resoluendum est, inter Vicarium generalem Episcopi, & inter Vicarium foraneum constituendam esse differentiam: nam à Vica-

rio

228 rio † Episcopi generali ad eum non est appellandum ob rationem expressam, *cap.2.de consuet.in 6.* Quæ vtique ratio cessat in Vicario foraneo, qui habet iurisdictionem delegatam, & non habet idem tribunal cum Episcopo, *vt eleganter explicat Calder.consi.2. de appell. Ang.l. præcipimus, numero 1. Codic. de appell.*

229 Quoad † secundum autem casum, omissis aliorum dictis, existimo distinguendum esse, cum Batt. *l. ambitiosa,num.34.inf.de decret.ab ord.faciend.* inspicienda esse verba commissionis: Nam si in ea dicatur, quod Episcopus mandat iurisdictionem in certa parte prouinciæ, locum habebit decisio, *l.1. § fi.inf. quis & à quo appell.* explicata vt supra. Si verò dicatur, quod committit alicui causarum cognitionem, in certa parte prouinciæ, ad Episcopum appellabitur, quia tunc magis videtur committi cognitio de pluribus causis, quam quod ei mandata sit iurisdictio, & ita locum habebit *l.1.princ. inf.quis & à quo appell.& quæ tradit Dec. l. solet,n.11.sup. de iurisd.omn.iud.* Nam
230 † nihil videtur interesse, quod cognitio demandetur ratione vnius causæ vel plurium, *l.fin.ad fin. C. vbi & apud*
231 *quem.* Si autem simus † in dubio, videtur amplectenda resolutio, *Couarr. practic. quæst. cap.4. num.8. supra relata.*
232 Neque placet † in hoc articulo consideratio Bart. *l.1. §.fin. ad finem, infr. quis & à quo appell.* quod si committitur iurisdictio in eodem loco, in quo Episcopus habet tribunal erectum, censeatur ille, cui facta fuit commissio, Vicarius generalis Episcopi, ac ita locum habeat decis. *cap. 2. de consuet. in 6.* Et aliud sit, si committatur iurisdictio in alio diuerso loco: nam tunc magis censebitur Vi-
233 carius foraneus: nam † hæc distinctio neque iure probatur, neque est probabilis: & ideo potius distinguetur, quod si tota committatur iurisdictio, erit Vicarius Episcopi, aliàs magis dicetur delegatus ad vniuersitatem causarum. Et ideo si Episcopus specialiter concedat Vicario collationes † beneficiorum, vel cognitionem causarum criminalium, quæ 234
in generali commissione facta Vicario non includuntur, *cap. licet, & cap. fin.de offic.Vicar.in 6.* † quoad eas causas specialiter commissas, non censebitur Vicarius: neque tanquam habens iurisdictionem ordinariam, sed magis tanquam delegatus, *Rota decis. 371. num.2. in nouis, & hodie decis. 7. de offic. Vicar. in nouis subscribit Perus. cap.dilecti, el 3. num.34. de appellat. Fel. in Rub. col. penult. ad fin. de offic. deleg. Maranta in pract.cap.4.part.5.dist.iudic. num.16.* 235

Sed si non † totam iurisdictionem committat, sed tantum partem in certa parte prouinciæ, is non Vicarius, sed magis delegatus censebitur: quia licet tanquam is, cui mandata est pars iurisdictionis, iudicem dare posset, vt probat is text. adiuncto vers. *is quoque:* tamen ab hoc non poterit appellari ad ipsum delegantem, iuxta decisionem & rationem text. *l.1.§. fin. inf. quis & à quo appell.* adiuncta regula *l.quæ de tota, sup. de rei vend.* quicquid contrarium sentiat Rot. *decis. 3. de offic. Vicar. in nouis.* Magis ergò tunc appellabitur ad Episcopum, ad quem appellandum est à Vicario foraneo Episcopi, vt dictum est. 236

His ita explicatis † postremò ex isto text. vers. *(item hi)* colligendum est, etiam illos posse dare iudices, quibus more id permissum est, propter vim imperij. Circa quod expendendum est: text. sentire, non sufficere magistratum habere vim imperij, vt iudices dare possit, nisi id consuetudine obtentum sit. 237

Sed

238 Sed ad perfectam † declarationem huius vltimi notabilis, de duobus vi-
239 dendum est. Primò, † *qui sint magistratus, qui dicuntur habere vim imperij.* Secun-
240 dò, † *qua ratione vltra id, fuerit necessarium introducere prædictā consuetudinem.*

Et quoad primum videtur dicen-
241 dum † hos habere vim imperij, qui potestatem habent coercendi atrociter & in carcerem ducendi, *l. 2. iuncta gl. verb. coercere, sup. de in ius voc.* Sed
242 quoad † nostrum ego verius existimo, vt illi dicantur habere vim imperij, qui habent mixtum imperium. Pro
243 quo † expendo *l. 1. Cod. de Peda. Iud. & l. ex consensu, §. 1. inf. de appellat.* dum probant, procuratorem Cæsaris tunc posse dare iudices litigantibus, quando gerit vices Præsidis, quod gl. 2. *d. l. 1. C. de Ped. iud. Imo. & Ang. l. ex consensu, §. 1. inf. de appell.* declarant, tunc
244 procuratorem † Cæsaris, dici gerere vicem Præsidis, quando priuati scienter, eius prorogant iurisdictionem, *l. 1. C. de iurisd. om. iud.* Sentiunt igitur, quod procurator Cęsaris, cuius prorogata fuit iurisdictio, iudicem dare possit, & tamen certum est, pro-
245 curatorem † Cæsaris etiam inter prorogantes, non habere merum imperium, *l. 1. & l fin. Cod. vbi causa fiscal. l. fin. supra, de offic. procur. Cæsaris, tradit. Longaual. d. l. imperium, num.* 105. Ergo tantum videtur habere mixtum imperium, quod sufficit, vt iudicem dare possit propter vim imperij.

246 Item & pro hac opinione † expendo istum text. versic. *item hi,* ibi *(cæterique Romæ magistratus)* scilicet cuiuscunque ordinis, est expressum, *l. si. inf. quis & à quo appellet. & l. eum qui, sup. de iurisd. omn. iud.* quicquid controuertat Hypp. Rim. *l. 1. n. 67. supra, de offi. eius,* id quod etiam significat *l. à Diuo Pio, in prin. inf. de re iud.*

247 Nam est aduertendum, quod † licet Bartol. *l. imperium, nu. 7. supra de iurisd. omn. iud.* existimauerit, omnes magistratus Romanos habuisse merum & mixtum imperium, tamen id verum non est, quia & † apud Romanos erāt 248
minores magistratus, qui non habebant imperium, neque potestatem, vt est expressum *l. neque magistratibus, in fin. inf. de iniur. notat Purpur. l. 1. n. 409. supr. de off. eius,* & consequenter, qui non haberent ius coercendi, & ducendi in carcerem, quod pertinet ad imperium, vt tradit Aul. Gell. *lib. 13. N. Atticar.* Inquiens, quod † quæstor, 249
& cæteri, qui non habent lictores, neque viatores, neque vocationem in ius, nec prehensionem habent, & † 250
Plutarch. in vita Marij, inquit, *duplices sunt ædiles, alteri curules, qui magistratus non habent; alteri minores, qui populares vocantur.* Er hinc est, quod † quæstores, & 251
prædicti ædiles populares etiam durante officio in ius vocari possunt, vt probat *d. l. neque magistratibus, in fin. & l. lectos, cum l. seq. supra, de peric. & commod. rei vendic.* tradit Aulus Gell. *lib. Noct. Attic. c. 13. & Longaual. d. l. imperium. n.* 106. Quare † Bar. *d. l. imperium,* 252
num. 7. non debuit dicere, omnes magistratus Romanos habere merum imperium, quia imo certis tantum magistratibus competebat, quos ibi enumerat Longaual. *d. l. imperium, nu.* 49. Potius igitur docere debuisset, quod omnes habebant saltem mixtum imperium, vt colligitur ex *l. item quæritur, §. si quis mensuram, supra, locati, & l. quemadmodum, §. si magistratus, inf. ad l. Aqui.* Cùm igitur omnes † magi- 253
stratus Rom. possent iudices dare, vt probant iura supra citata, clarè colligitur, in hac materia satis esse, † dele- 254
gantem habere mixtum imperium, vt iudices dare possit.

Ex quo infertur cauendum † esse à 255
Decci. *l. 1. n. 27. sup. de of. eius,* dum tenet, ius delegandi, tantum competere magistratibus Rom. maioribus: qui habe-

berent

berent merum & mixtum imperium, non autem inferioribus,& ibi defendit Hypp. Rim. *num.40. & num.49.* Confunduntur enim ex supra traditis, & in specie contra eos est text. *l. fin. inf. quis & à quo appell. & l. eum qui supra de iurisdict. omn. iud.* ibi *(aliqua potestate)* adiuncta doctrina gl. Clem. 1. *verb. vel earum, de for. comp.* & sic significat ad delegandum sufficere mixtum imperium, *l. potestatis.213. in princ. infra, de verb. sign.*

256 Quoad secundum † autem dicen-
257 dum est, ideo necessariam † fuisse consuetudinem, quia magistratus Romani ad hoc fuerunt electi, vt causas per se determinarent, *l. 2. §. post originem, sup. de orig. iur. l. 2. C. de Ped. iud.* & ideo
258 quantumcunque † haberent vim imperij, tamen necessaria fuit consuetudo, vt per alios causas expedire pos-
259 sint. Fuit † autem inducta consuetudo ob eam rationem, quia in creatione Prætoris, ita expresè fuit declaratum *(qui de causis iudicet iudicareve iubeat Prætor esto)* vt author est Cic. *lib. 3. de legibus.* qui quidem Prętor iuxta potestatem sibi concessam, non iudicabat quidem causas, sed tantum audiebat partes, & eos remittebat ad iudices Pedaneos sub certa verborum formula, à qua ipsi non poterant recedere in iudicando, Theoph. *in princ. Inst. de interd. Duar. l. 1. disp. cap 53. & Couar. c. possess. 2. part. §. 6. num. 4. de reg.*
260 *iur. in 6.* Ad † similitudinem igitur Prætoris consuetudine fuit obtentum, vt & alij magistratus Romani iudices dare possent, qui causas iudicarent, vt probat is text. & *d. l. more,* Vnde cum hæc consuetudo tantum circa magistratus Romanos inducta fuerit: non potuit extendi ad magistratus prouinciales, & ideo oportuit lege, vel Senatusconsulto specialiter id eis permitti, *vt supra diximus.*

Ex qua conclusione ita explicata infertur vera respósio ad † difficulta- 261
tes, quas contra eam excitat Lancel. Dec. *hic.* Quarum prima est, quod aut ea, quæ delegantur, competebant iure magistratus, & non fuit necessaria consuetudo, quod iudices darentur aut non competebant, iure magistratus: & tunc etiam stante cósuetudine delegare nó poterant, vt vtrumque probat, *l. 1. sup. de offic. eius.* Ergo conclusio huius text. verificari non potest. Secunda † est, quod is text. 262
modo dicit, quod hi possunt dare iudices, *quibus lege, vel S C. permissum est*: & modo *quod his, quibus more id concessum est,* & tamen verius videtur, quod ius delegandi semper competit more maiorum, *d. l. more.* Neque Lancel. Dec. his difficultatibus satisfacit. Ego autem † ad primam respondeo, 263
quod vt ea quę iure magistratus competerent venirét in delegatione, oportuit id consuetudine introduci, vt probatum † est. Ad secundam respondetur, quod consuetudo id tantum introduxit in magistratibus Romanis, vnde in prouincialibus oportuit id de nouo induci lege, vel Senatusconsulto.

Secundò ex prædicta conclusione infertur, quod cùm magistratus † mu 264
nicipales solam iurisdictionem habeant, non autem imperium etiam mixtum, *l. ea quæ, §. 1. inf. ad municip.* non poterunt dare iudices, sed per se iudicabunt, vt est de mente huius tex. & tradit Fulg. *l. eum qui, num. 2. sup. de iurisdict. omn iud.* & latè defendit Soc. *l. 1. §. fin. à num. 11. inf. quis & à quo appell. Dec. l. 1. num. 27. & ibi Curt. Iun. num. 39. Hypp. Rim. à num. 40. sup. de offic. eius, Curt. Iun d. l. imperium, n. 24. Alciat. cap. quod sedem, num. 53. vers. sed potest, de offic. ord. Ant. Caimus, l. 1. C. qui pro sua iurisdictione.*

Sed subsistendum est, quia † imo 265
magistratus municipales delegare

posse, tenet gl. *l. 1. Auth. qua vero, sup. de offic. eius*, & ibi Sapia. *n. 33.* asserit receptū, & ibi defendit Purpur. à *n.* 404. & esse receptum fatetur Alexand. *d. l. more n.* 27. quibus adde gl. *in proœmio ff. veteris, §. fin. verb. professores, gloss. Auth. habita, verb. dedimus, C. ne filius pro pa-*
266 *tre, Vaconius declaratio.* 81. *n.* 3. Pro qua † opinione prima adducitur, *l. 1. in fin. sup. de iurisdict. omn. iudic.* dum probat, iudicis officium consistere, in dandis iudicibus litigatoribus: Ergo omnis qui ius dicit, potest dare iudices litigatoribus & sic delegare, cui respon-
267 det *nu.* 271. Secundò † quia prædicti magistratus municipales habent iurisdictionem iure proprio, quia sunt ordinarij, ergo delegare poterunt, *d. l.*
268 *more.* Tertiò † quia iurisdictio est iudicis dādi licentia, *l. imperium, in fi. sup. de iurisd. om. iud.* Ergo quicunque habet iurisdictionem, habet iudices dandi
269 licentiam. Quartò † quod ea, quę competunt iure magistratus, delegari possunt, *l. 1. vers. qua vero, sup. de off. eius.* Sed magistratibus municipalibus competit iurisdictio iure magistratus, ergo delegare poterunt.

270 Sed his non obstantibus, non † est recedendum à nostra illatione, quæ bene deducitur ex mente huius text. *& l. eum qui, sup. de iurisd. omn. iudic.* ibi *(aliqua potestate)* adiuncta *l. potestatis,* 213 *. inf. de ver. sign.* Neq; obstant rationes adductæ pro contraria opinione:
271 quia † ad primum de *l. 1. in fin. sup. de iurisd. om. iud.* respondetur, quod in ea lege tractatur de officio iudicis habentis merum & mixtum imperium, *vt ibi tradit glos.* 1. Et respectu huius verum est, quod iurisdictio est iudicis dandi licentiā, scilicet in magistratibus Rom. propter vim imperij, & simul propter morē maiorum: in prouincialibus autem, quia id lege & Senatusconsulto eis permissum fuit vt dictū est, sed in magistratu, qui solam habet iurisdictionem verificari non potest, *vt supra diximus.*

Non obstat † secundò *d. l. more,* quia 272
loquitur in delegatione, quæ permissa est more maiorum, vt in magistratibus Rom. qui mos nihil pertinebat ad municipia, & ideò vt hi iudices date possent, oportuit id lege permitti, quæ tamen permissio nullibi reperitur illis facta: & hæc est melior responsio quam illa, quam assignat Soc. *l. 1. §. fi. n.* 13. *inf. quis & à quo appell.*

Non obstat † tertium de *l. impe-* 273
rium, in fin. supr. de iurisd. omn. iud. quia reiectis respōsionibus Doctorū, quas ibi refert Bolognetus *n.* 20. *& n.* 30. *post Rimin. ibid. n.* 8. respondetur, illum quoque textum procedere in iudice, qui cum iurisdictione habebat quoque mixtum & merum imperium, vt text. ille sentit in dictione *(quoque)* & latiùs ibi comprobat Rimin. Iunior. *à num.* 135. *& l. 1. num.* 6. *supra, de off. eius.* Respectu igitur huiusmodi iudicis verum est, iurisdictionem esse iudicis dandi licentiam, *vt supra diximus.* Sed si iurisdictio per se separatim consideretur, non est iudicis dandi licentia, sed potius † facultas iudi- 274
candi per se. Cùm igitur in magistratu municipali ea reperiatur omnino separata à mero & mixto imperio, *l. ea qua, §. 1. ad municipal.* non potest ei applicari diffinitio iurisdictionis, de qua *in d. l. imperium. in fin.*

Per quam considerationem † faci- 275
lè euitatur difficultas, quam solet mouere aduersus Iureconsf. *d. l. imperium, in fin.* scilicet, quod datio iudicis expeditur officio iudicis nobili, & sic magis pertinet ad imperium, quam ad iurisdictionem, quæ expeditur officio iudicis mercenario, mediantibus actionibus: quam difficultatem mouit Alciat. *c. quod sedem, n.* 45. *de off. ordin. & lib.* 2. *paradox. c.* 8. *Bellon. lib.* 3. *Supput. c.* 5. *& ante eos Soc. l. 1. §. fi. n.* 18.

inf.

inf. quis & à quo appell. Iaf. l. 1. col. 2. ad fin. supra, de iurisd. omn. iud. & d.l. imperium, n. 31. facilè enim respondetur, quod qui habet vim imperij (hoc est *Prætor*) imprimis audit partes, & actionem eis dat sub certa formula: quam actionem remittebat ad iudicem datum: à qua ipse non poterat recedere, vt explicat Theoph. *in prin. Inst. de interd. Duar. l. iurisgentium, §. & ideò verb.*
276 *actionem dabo, sup. de pact.* Si ergo † attendas personam dantis iudicem, is magis ex officio mercenario id expediebat: quia Prætor erat obligatus iudicare, vel iudicem dare, *Cic. lib. 3. de legib.* & ideò partes à Prætore petebant iudicem illis dari, *vt refert Brissonius lib. 5. Formul. pag. 413.* Respectu
277 autem † iudicis dati, id euidentiùs apparet, cum ipse officio mercenario teneatur iudicare, iuxta formulã actionis assignatæ per Prætorem, & est de mente Curtij Iun. *l. 1. n. 20. & l. imperium, n. 23. & n. 122. & ibi Purpur. n. 14. sup. de iurisd. omn. iudic.* & vera videtur explicatio, quicquid alio modo explicat Alciat. *lib. 2. paradox. c. 8. & c. quod sedem, n. 45. de offic. ordin.* & alio etiam modo explicet Bellon. *libr. 3. Supputat. c. 4.* & aliter Longaual. *d.l. imperium, n. 70. & ibi Curt. Iun. n. 15.* & denique aliter exponat Viglius, *§. præterea, n. 7. Inst. quibus non est perm. facere testam.*
278 Similiter & ex prædictis † colligitur, *in d.l. imperium*, non poni diffinitiones meri & mixti imperij, & simplicis iurisdictionis, vt ibi malè existimauit Ang. quem ibi sequitur Curt. Iun. *à n. 8. Purpur. n. 24. Alciat. lib. 2. paradox. c. 8. & c. quod sedem, n. 45. de offic. ord. Bellon. lib. 3. supra, c. 5.* Sed potius in
279 eo tex. iurisdictio † sumpta in genere, diuiditur in tres species, & cuiuslibet speciei ibi proponuntur exempla, *vt ibi post alios tradit Iaf. n. 2.*
280 Non obstat † quarta ratio adducta pro magis communi sententia, ex reg. *l. 1. §. quæ verò sup. de offic. eius:* nam respondetur regulam, quæ ibi proponitur, respectu magistratuum Roman. à more maiorum traxisse originem, *d. l. more*, & respectu magistratuum prouincialium à lege, vel Senatusconsulto: his enim semotis, neque quæ competunt iure magistratus delegari possent, *vt supra diximus:* & patet quia *in d.l. 1.* non agitur de personis, quæ delegare possunt, sed habito pro constanti, quod delegare possit, mouetur quæstio, quæ veniunt in delegatione generaliter facta, denique *d.l. in princ.* loquitur de magistratibus maioribus, quibus iure magistratus competebat, merum & mixtum imperium. Vnde *d. verf. quæ verò.* in eisdem terminis intelligi debet, & hos fatemur, competentia iure magistratus delegando in alium transferre, & ita in effectu Dec. *d.l. 1. num. 27. & ibi Hypp. Rimin. n. 60.* Quicquid repugnat Purpur. *ibidem, num. 395. & num. 411.*

Vlteriùs vt nihil intactum remaneat, non est silentio inuoluendum, quod ille, qui aliàs delegare non poterat: tamen propter consuetudinem delegare potest. Ex quo inferunt Angel. Pau. & Fulg. hic, quod † licet delegatus ordinarij, delegare non possit, *l. à iudice, C. de iud.* tamen consuetudine introduci potest, vt delegare possit: *subscribunt Alex. d.l. more, n. 28. Iaf. d.l. à iudice, col. 3. in 7. limitat Hypp. Rimin. l. 1. n. 52. supra, de offic. eius, Pallat. rep. cap. per vestras, §. sed & pulchra, n. 28. pag. 185.* quibus adde Fel. *c. cum contingat, n. 2. de foro comp. & cap. super quæstionum. § fin. col. fin. de off. deleg.* 281

Cæterùm ab hac recepta sententia † recedit, Lancel. Dec. *hic in fin.* quia is text. loquitur in ordinario, qui cùm habeat iurisdictionem iure proprio, meritò delegare potest, *d.l. more*, Vnde ex hoc textu non est inferendum ad delegatum ipsius ordinarij, qui non habet 282

habet iuriſdictionem iure proprio.

Pro reſolutione dicẽdum eſt, quod
283 ſi fuerit † conſuetudo inducta per populum, & legitimè præſcripta, indiſtinctè procedet hæc concluſio, quia
284 talis † conſuetudo vincit legem contrariam, *l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. c. fin. de conſuet. tenet Bart. d. l. more, nu. 9. & Alex. conſ. 36. nu. 11. lib. 2.* Vnde ſi non
285 eſſet † conſuetudo legitimè præſcripta, ſed tantum ſtylus iudicum, non
286 procederet hæc concluſio, quia † ſolus ſtylus non poteſt derogare iuris prohibitioni, *vt tradit Alex. d. conſ. 36. n. 11. lib. 2. Dec. in Rub. n. 2. de conſue. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas, tract. de conſuet. art. 2.*
287 *gl. 13. num. 13.* Quod † tamen limitat Roch. *in Rub. de conſuet. nu. 27. & Aymon tract. de antiquitate temp. 4. par. §.*
288 *tranſeamus nunc, n. 36. pag. 137.* niſi † ſtylus fuerit legitimè præſcriptus, quæ limitatio non placet, quia ſecundùm eam ſtylus non differet à conſuetudine, & tamen Doct. communiter differentiam conſtituunt inter prædicta, *Alex. d. conſ. 36. n. 11. lib. 2.* Et patet, quia
289 † cum ſtylus referatur ad certas perſonas, ſcilicet iudicũ, non poteſt dici conſuetudo, quæ debet eſſe maioris partis populi, tantum igitur prędicto-
290 rum opinio defendi poterit, ſi † ſtylus ita ſit notorius, vt tranſierit in notitiã maioris partis populi: nam ex tunc magis cenſebitur conſuetudo, quam ſtylus, & ideo ſi legitimè fuerit præſcripta præualebit legi, *vt dictum eſt,* &
291 ita Alexand. *in d. conſil.* Poterit † etiam ſaluari, quando ſtylus fuerit præter legem: nam tunc indiſtinctè obſeruandus erit, *gl. l. Labeo, verb. agentium, inf. de aqua plu. arcen. Pan. c. ex litteris, num. 5. de conſtit. & proſequuntur Lancel. Dec. d. l. more, in princ. & ibi Cur. Iun. n. 2.*

Expeditis his, quæ pertinebant, ad declarationem huius text. notabilium ex eo collectorum, vt hæc materia perfectè remaneat declarata vidẽdum nobis eſt, † *Vtrum ea, quæ iure antiquo* 292
erant in vſu, vt ſupra declarauimus, receperint aliquam mutationem ex iure nouo, quòd vt faciliùs præſtare † poſſimus, 293
initium aſſumemus, ex deciſione text. *l. 2. C. de Peda. iud.* quam eſſe difficiliorem legem, quam in eo libro reperiatur dicit Bart. ibi.

Ad prędictã igitur legis explicationem ſciendum eſt, cauſas † ſuper qui- 294
bus partes litigare ſolent, in tres diuidi ſpecies. Quædã † enim dicuntur in- 295
fimæ, quædam mediocres, & quædam grauiores. Infimæ olim dicebantur, quæ non excedebant 10. aureos, *l. 1. C. de defenſ. ciuit.* hodie † autem dicun- 296
tur infimæ, quæ non excedunt 300. aureos, *Auth. defenſoribus ciui. §. audien. col. 3. explicat Cagnol. d. l. imperium, n. 317.* quicquid inuoluat Vacon. *declar. 81. n. 3.* Mediæ † autem dicuntur, quæ ex- 297
cedunt prædictam quantitatem, *Iaſ. d. l. imperium, n. 31. verſ. in ſecundo gradu:* grauiores † autem dicũtur cauſæ me- 298
ri, vel mixti imperij, & ingenuitatis.

Quibus ita præmiſſis in materia, *d. l. 2.* prima ſit concluſio: Cauſæ † infi- 299
mæ, etiam hodie delegari poſſunt, vt eſt expreſſum *l. fin. C. de Ped. iud.* per quam debet declarari *d. l. 2.* & in hac omnes cõueniunt. Secunda concluſio ſit: Cauſæ † mediæ, olim indiſtinctè 300
poterant delegari per Prætorem, hodie autem † non poſſunt delegari, niſi 301
in duobus caſibus. Vel quando propter occupationes publicas Prætor, vel Præſes eſt impeditus; vel quando propter multitudinem cauſarum, Pręſes per ſe ea facilè expedire non poteſt: ita videtur probare text. *d. l. 2. in 1. par. C. de Peda. iud.* quam ita interpretatur gloſ. ibi verb. *non potuerunt,* & veriorem eſſe intellectum contra Bart. *d. l. 2.* reſoluit Alex. *l. imperium, n. penult. ad fin. ſupra, de iuriſd. omn. iud. & in diſput. Rex Aragonum, in 3. dub. col. pen. ad mediũ, & Ant. Gibertus Coſtanus*

in

302 *in quæst. iuris,c.9.num.2.* In prædictis †
igitur duobus casibus, poterunt Præ-
sides eas hodie delegare in totũ, nul-
la facta reseruatione, vt est de mente
d.l.2. & ibi tradit Salyc. num.4. & tenet
gl.2. Auth.ad hac. C.de iud. & ibi Alex.
303 *n.2.* Quamuis † idem Alex. *l.1.n.49.su-*
pra, de off.eius, pro constanti habeat,
quod possit Præses in prædictis casi-
bus delegare causarum cognitionem,
non autem diffinitionem: Cuius tra-
304 ditio † potest admitti in terminis *d.l.2.*
vers. vsq; adeò: quam Dd. communiter
interpretantur, quasi probet, quod li-
cèt non sint publicę occupationes, ne-
que causarum multitudo, propter
quas permittitur Præsidi, etiam hodie
causas delegare, *vt dictum est*, si tamen
adsit alia iusta causa, propter quam
Præses non possit per se causas deter-
minare, tunc possit etiam eas delega-
re, quoad cognitionem, non autem
quoad diffinitionem, quam Præses te-
netur sibi reseruare, & ita tradũt Alb.
Ang. & Paul. *ibi in pri. Bal.l.nec quicquã,*
§.vbi decretum in lectu. col. fin. sup. de off.
305 *proconſ.* Quo † casu tenebitur etiam
obseruare formam præscriptam *in*
Auth.ad hae, C.de iud. Prout & eam ob-
306 seruare tenetur, quando propter † pu-
blicas occupationes, vel causarũ mul-
titudinem non vult eos delegare in
totum, prout poterat si vellet, *vt supra*
diximus, sed voluntariè sibi reseruat
causæ diffinitionem: nam & tunc te-
nebitur obseruare formam præscri-
ptam, *d. Auth.ad hae, vt ibi tenet gl.2. &*
Alex.n.2. & Salyc.l.2.nu.4.C. de Pedan.
iud. & ad hunc modum cõmmuniter
intelligitur *prima pars dict.l.2.*

307 Succedit igitur † secunda pars prin-
cipalis *d.l.2.* quæ incipiet à vers. *quod*
308 *non it.s*, cuius † communis intellectus
est, non posse hodie Præsides delegare
causas meri vel mixti imperij, quas
antea solebant delegare: nam hodie
eas delegare non poterunt, etiamsi
impediti sint propter publicas oc-
cupationes, vel causarum multitudi-
nem, & hunc intellectum communi-
ter recipi asserit Cagn. *d.l.imperium,n.*
151. Quamuis igitur † causæ meri im- 309
perij etiam hodie delegari possint,
propter absentiam Præsidis, *l.1.ad fin.*
princ. sup.de off. eius, notat gl.1. ad fin.l.
Pomponius, de re iud. non solùm quoad
cognitionem, sed etiam quoad diffi-
nitionem, *vt ibi resoluit Alex.n.49.* Ta-
men propter † publicas occupationes, 310
vel multitudinem causarum, hodie
delegare non poterunt: neque quoad
cognitionem, neque quoad diffinitio-
nem; *Bar.l.1.n.12.sup.de off.eius, & ibi*
Iac. Niger n.71. & quicquam propter
multitudinem causarum, & has ho-
die delegari posse post Guilh. existi-
met † Bar. *d.l.1.n.13.* cuius opinio cõ- 311
muniter reprobatur, *vt ibi asserit Cur.*
Iun.n.83. Quare † in his terminis fru- 312
stra induceretur decisio. *d. Auth. ad*
hae, quæ loquitur in causis, quarum
saltem cognitio delegari potest: quic-
quid esse inducendam etiam in his
casibus existimet Curt.Iun. *d.l.1.n.82.*

Quinimo non solum † causæ meri, 313
vel mixti imperij, indistinctè hodie
delegari non possunt, sed etiam neq;
causæ ingenuitatis, vel libertinitatis,
d.l.2.in fin. quia licèt hæ † causæ, atten- 314
ta earum natura, magis pertineant
ad iurisdictionem, quia expediuntur
per actiones præiudiciales, *Bar. d.l.*
imperium, num.24. Tamen † quia perti- 315
nent ad supremum gradum iurisdi-
ctionis, propter earum grauitatem
hodie delegari non possunt, ad simili-
tudinem causarum meri vel mixti im-
perij, vt *explicãt Longaual.d.l.imperium,*
n.36. & ibi Cagn.n.305. & sic non po-
terunt delegari etiam propter publi-
cas occupationes, vel causarum mul-
titudinem, declarando tamen prædi-
cta, *vt notabiliter per Bart.rep.l. nec quic-*
quam, §.vbi decretum, num.9. sup.de offic.

proconſ. & inſiſtunt Curt. Iun.l.1.nu.47. ſup.de off.eius,& ibi Hypp. Rimin.n.218.

316 Ex hoc igitur † communi intellectu ad *d.l.2* duo per eam legem videntur innouata circa ius vetus, vel ſci-
317 licet cauſæ † mediæ, quas olim Præſes liberè delegare poterat: hodie nõ poſſit, niſi impeditus per publicas occupationes, vel cauſarum multitudi-
318 nem: Item & ſecundum quod † cauſæ meri vel mixti imperij etiam propter prædictas cauſas, hodie delegari non poſſunt: ſed de eis per ſe hodie Præſes cognoſcere debet, & eas diffinire, *not. Cald.lib.2.var.cap.9.num.3.*

319 Eſt nihilominus † aduertendum, hunc communem intellectum minimè conuenire verbis *d.l.2. C. de Peda. iud.vt ibi oſtendit Ant. Caunius pag.83.& Alc.c.quod ſedem, n.37.de off.ord.* Quare
320 alium † nouum intellectum ad eum text. aſſignat Alc. *lib.2. Paradox. cap.2.* quem repetit *d.c.quod ſedem, n.38.de off.*
321 *ord.* ſed improbant † Purp. *d.l.1.n.598. ſupra, de off.eius, & ib.Hypp.Rimin.num. 277.Cagnol.d.l.imperiũ, n.152.* & alium
322 † etiam aſſignat Longaual. *d. l. imperium, n.35.* & alium Vaconius *declarat. 82.n.2.* & alium Rimin, *Iun.l 1.n.196. de off.eius*, & aliũ Pincirol. *in notitia imperij Orietalis, c.99.ad fi.* ſed nullus perfectè enucleat metẽ *d.l.2.C.de Ped.iud.*

323 Quare ad veram † interpretationem *d.l.2* in primis eſt aduertendum: quod tex.ille loquitur in Pręſide prouinciæ, & licet gl.ibi verb. *in Præſidum* intelligat, idem eſſe in quolibet ordi-
324 nario, tamen † ego contrarium verius exiſtimo: nam conſidero, quod vt con-
325 ſtar ex iſto text. proconſuli † conceſſa fuit poteſtas per legem, iudices dandi litigatoribus, quod pariter in Præſide admittendum eſt. *l.ſæpe, cum ſeq.*
326 *ſup.de off.Præſid.* Nam inter † Proconſulem & Præſidem, ea tantum eſt differentia: quod partitis prouinciis inter Imperatorem Auguſtum Cæſarem, & inter populum Romanum, vt refert Strabo *lib.vlt. de ſitu orbis*, qui mittebantur in Cæſaris prouincias dicebantur Præſides, qui verò in prouincias in populo reſeruatas vocabantur proconſules, vel Prætores, *vt tradit Alciat.lib.3.Parergon, c.3.& tract. de magiſtrat n.13.* Quicquid aliter declarat gl.*l.1.ſup.de off.Præſi.* quam probat Alex. *in diſp.Rex Aragonum, 1.dub. col.2.ante med.*

Item conſidero, quod † magiſtratibus populi Romani conceſſa fuit poteſtas dandi iudices more maiorum propter vim imperij, vt probat is text. *& l.more, ſup.de iuriſd.om. iud.* Denique † conſidero *d.l.2.de Ped.iud.* eſſe correctoriam iuris antiqui, cum in effectu tollat Præſidibus eam poteſtatem dandi iudices, quæ per legem illis fuerat conceſſa, vt probat is text. iuxta quæ dicendum eſt: quòd *d.l.2.* procedet † in Præſidibus, de quibus loquitur, & pariter in magiſtratibus prouincialibus: Non autem † procedet in magiſtratibus Romanis. Nam † cùm correctoria ſit, ex ſimilitudine rationis ad diuerſos magiſtratus, & omnino ſeparatos, nõ extendetur *gl.in Auth. quas actiones, C.de ſacroſ. eccle.* & quia in hac materia magiſtratus Romani ſemper ſeparantur à prouincialibus: adeò † quidem vt in prouinciis proponeretur edictum prouinciale, Romæ autem proponeretur edictum vrbanum, & perpetuum, *vt declarat Ant. Auguſt.lib.1.emenda.cap.5.* Vnde † hodie nõ obſtãte deciſione *d.l.2.C. de Peda.iud.* poterũt magiſtratus Romani iudices dare, vt olim poterant: cum in illis hoc nõ inueniatur correctum. 327 328 329 330 331 332 333

Vlterius eſt aduertendum, quòd *d. l.2. in 1. par.* bene videtur explicata per interpretationem Doctorum *ſupra relatam*, addendo tamen mentem illius legis eſſe, quod licèt iure antiquo ob quodcũq; leue † impedimẽtũ 334

Præſidis,

Præsidis, poterant per eum causæ delegari: ac ob id non oportebat constare de impedimento, sed satis erat Præsidē declarare, se de ea causa commodè per se cognoscere non posse, vt significat *d. l. 2. in princ.* intelligendo non de impotentia iuris, sed facti, *vt ibi declarat Paul. n. 1. ad fi.* tamen hodie oportet delegationem fieri ob publicas occupationes Præsidis, vel ob multitudinē causarum, & ideo oportet constare prædictam causam esse veram, & non simulatam: vt ibi declarant Salyc. c. 4. *Longan. d. l. imperium,*
335 *n. 35. & Sapia. n. fin.* In dubio † autem assertioni Præsidis stabitur, *Menoch. cons. 17. n. 11. lib. 1.* admittetur tamen probatio in contrarium, *Alb. lib. 1. n. 26. supra, de offic. eius.*

336 Cæterùm † secunda pars *d. l. 2. vers. quod non ita*, videtur bene per Dd. explicata: nam neque facit mentionem de causis meri vel mixti imperij, vt communis præsupponit: sed tantum dicit, quod causæ, de quibus ante eam legem, Præsides per se cognoscebant, hodie etiam debeant de illis per se cognoscere, neque possent eas delegare eo prætextu, quod propter publicas occupationes, vel multitudinem causarum de illis nō posse commodè co-
337 gnoscere. Quæ autem † illæ causæ fuerint, in ea lege non exprimitur, & ideo potest exemplificari in causis, de quibus in tit. *ff. de var. extraord. cogn.* nam
338 † de causis ibi expressis cognoscebant Præsides per se: & ideo vocantur extraordinariæ cognitiones, quia cognitiones ordinariè fiebant per dationem iudicum, *vt declarat Brison. lib. 4. antiq. iuris, c. 2. & Pancir. in not. imperij Orient. c. 99. ante fi. & melius Prateius in Lex. iuris, verb. extraordin. cognitiones.*

Similiter & *d. l. 2. vers. quod vsque adeo*, non bene declaratur per Dd. &
339 verus † intellectus est, prædictas causas ita esse retinendas in cognitione Præsidum, vt propter publicas occupationes, vel multitudinem causarum non diminuantur eorum iudicia, circa prædictas causas, hoc est, non desinant in illis per se cognitionem adhibere neq; illas vlla ratione aliis delegent cognoscendas. Quinimo licet de † causis ingenuitatis, vel libertinitatis 340
possent Præsides antea per se cognoscere, vel iudices dare, hodie oportet, quòd Præsides de illis per se cognoscant, *Sapia. d. l. imperium, n. fin.* Et hæc videtur vera explicatio, *d. l. 2. C. de Pedan. iud. vers. quod non vsque.*

Secundò principaliter textus iuris noui, qui in hac materia innouationem fecit, est † Auth. *ad hac, C. de iud.* 341
quæ duos habet intellectus. Primus est, quod si Præses † propter publicas 342
occupationes impeditus sit, potest causas delegare, reseruata tamen sibi sententia, & ita Paul. Cast. *cons. 209. n. 1. lib. 1. And. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 97. n. 16.* Sed in casu, quo fecerit † prædictam delegationem, tenetur 343
partes audire, & in initio, & in medio, & in fine, *notat Pacian. de proba. lib. 1. c. 65. n. 69.* Si autem causam simpliciter deleget, nō reseruata sibi sententia, nō tenetur in aliqua parte litis, audire partes, sed delegatus totum adimplebit, & ita intellexit glos. 2. *de Auth. ad hac, & gl. in Auth. vt defūcti, seu funera eorum, §. illud, verb. per se, col. 5. & ibi Bart. n. 2.* & hunc esse communem illius Auth. intellectum asserit Cagn. *l. 2. n. 74. C. de edendo*, & expressim probatur in Extrau. 1. *de hæe. inter commu.*

Is tamen † communis intellectus 344
admittendus non est: quia non constat ex littera *d. Auth.* quod ordinarius delegauerit causam reseruata sibi sententia, imo in quacunque delegatione præscribit formam, de qua ibi. Item † 345
c. super quæstionum, in princ. de off. deleg. probat, quod licet quis deleget causam reseruata sibi sententia, non tenetur tamen

tamen in aliqua parte litis, partes audire, & licet Dd. quos ibi refert Pan. *ad fin.* dicant, quod in hoc differentia est inter ius Ciuile, & Canonicum, & expressè probet Extrauag.1.
346 *de heret. inter communes*, tamen † non est facilè admittenda differentia inter vtrumque ius, *cap.1. de noui operis*
347 *nunc.* &. consuetudo † generalis obseruat: quod si quis deleget causam reseruata sibi sententia, non tenetur
348 ter audire partes, vt † disponit *d. Auth. ad hæc*, quæ per generalem consuetudinem, quoad hoc abrogata est, *vt asserit Cagn. l. 2. n. 75. C. de edend.*

Reiecto igitur prædicto primo in-
349 tellectu, succedit † secundus: quod *d. Auth. ad hac*, procedat: quando delegatus non delegat causam, sed eam vult determinare per suos consiliarios, siue assessores: nam tunc tenetur obseruare formam in ea præscriptam: quem intellectum vti veriorem ponit & probat Barth. *d. Auth. ad hac, & Auth. vt defuncti seu fun. eor. §. fin n. 5. collat. 5. Pan. super quastionum, ad fin. princip. de off. deleg. Alex. in disput. text. Aragonum, dub. 1. col. 5. ad fin. & col. fin. in fin.* & hunc intellectum tanquam nouum sibi atrogat Cagnol. *l. 2. n. 76. C. de edendo. Longaual. d. l. imperium, n. 37. Vacon. declar. 83. n. 2. & Orian. in Rub. n. 12. ad fin. sup. de off. eius.* Sed etiam is
350 † intellectus non videtur admittendus: quia Auth. *vt defuncti seu fun. eor. §. illud, collat. 5.* (à qua desumpta fuit *d. Auth. ad hac*) apertè loquitur, quando causa committitur iudicibus Pedaneis, hoc est, delegatis, vt tunc non possint procedere, nisi modo ibi per-
351 scripto. & quia iudices † Pedanei parum distant, à consiliariis, & in vtrisque eadem militat ratio, *vt post Fulg. aduertit Alex. d. Auth. ad hac, n. 7. ad fin.*
352 Et ideò reiectis † his intellectibus, nouo sensu accipio *d. Auth ad hac.* Ad-
353 uerto † enim, *vt iam diximus*, eam desumptam fuisse, ex Auth. *vt defuncti seu funer. eor. § illud, collat. 5.* Quæ loquitur in causa, quæ apud administratores agitatur, hoc est, agitari debet, vt ibi exponit gl. verb. *agitatur.* & vt text. sit notabilior, videtur intelligendus, de causis solitis apud administratores agitari, propter † illarum graui- 354
tatem: quę etiam propter publicas occupationes regulariter delegari non possunt, *l. 2. versic. quod nō ita, C. de Peda. iud.* secūdùm verum intellectum. Disponit † igitur *d. §. illud*, posse nihilomi- 355
nus administratores prædictas causas propter publicas occupationes, delegare consiliariis suis, siue iudicibus Pedaneis, qui idem sunt cum consiliariis suis, *vt ibi dicitur*: & nos declarauimus *in princ. huius l.* dummodo hoc casu administrator causam audiat in principio litis, hoc est in litis contestatione, & in medio, & in fine. Et iuxta hunc intellectum erit † text. 356
notab. d. Auth. *ad hac*, probans, quod causæ, quæ etiam propter publicas occupationes delegari non possunt: tamen poterunt administratores, quò ad cognitionem, eas delegare consiliariis siue iudicibus Pedaneis, obseruata forma præscripta, *d. Auth. ad hac*, quod sentit Curt. Iun. *l. 1. n. 82. sup. de offic. eius*, dum dicit, quod si obseruetur forma d. Auth. *ad hac*, possunt delegari causæ meri imperij, licet aliàs causæ meri imperij delegari non possint, etiam propter publicas occupationes, *l. 2. Cod. de Ped. iud.* secundùm cōmunem intellectum. Et hunc eundem intellectum probauit Cagnol. *l. 2. n. 76. ad fin. C. de edendo*, qui † tamen 357
sunt intelligendi, quod possunt prædictæ causæ committi consiliariis; vel Pedanæis iudicibus tantum: item quoad cognitionem, & nō quoad decisionem, *vt constat ex supra traditis, & notat Fulgos. consil. 167. Visis, col. 2. post princ. versic. secunda ratione.*

Et

Et iuxta prædicta venit explicanda
358 † litera d. Auth. *ad hæc*, dum in fine probat, quod delegatus Principis etiã prædicta forma obseruata, non potest delegare causam, sed debet per se cognoscere, & cum consiliariis eam determinare, *notat Menoch.lib.1.de arbit. q.37.n.18.* Dubitant enim Doctores, qua ratione id fuerit inductum, cum delegatus Principis possit delegare ad similitudinem ordinarij, *l. à iudice, ad fin.C.de iudic.* Et respondent, quod delegare modo, de quo supra, non per-
359 mittitur, nisi quando ordinarius † propter publicas occupationes est impeditus, quæ occupatio regulariter non verificatur in legato Principis, cui vna tantum causa committitur,& ideo ei non permittitur delegare causam,quam alias delegare non poterat, *Rimin.in Rub.n.5.supra, de of.eius,Curt. Iun.l.1.n.77.eod.tit.*

Quibus tamen addendum est,præ-
360 dicta procedere,quando† causæ commissæ delegato Principis, erant graues,& de quibus administratores solebant cognoscere, de quibus agit d. Auth. *ad hæc, in princ.* & regulare est, quod quando causæ graues committuntur delegato Principis:non potest eas delegare alteri,nisi ex iusta causa, quod videtur probare text. *c. si pro debilitate, de off. deleg.* nam reiectis intellectibus traditis ad illum text. per Hypp. Rimin.*l.1. à n.94. supra,de offic. eius*, verior intellectus illius est, quod agit de causis grauibus cõmissis Episcopo : & has vult non posse delegare
361 per Episcopum, nisi propter causam† infirmitatis,vel ob aliam iustam causam. Quinimo disponit,quod si causæ ita graues sint, vt sine præsentia Episcopi,commodè expediri non possint, neque etiam expeditis causis, possit eas delegare:& ibi not. Dec.*n.4* ac ita
362 ex eo text. colligitur, quod † quando causæ graues committuntur etiam iure Canonico, delegari non possunt, nisi ex iusta causa, quomodo † debet 363
declarari d. Auth. *ad hæc*, in secundo casu,vt scilicet delegatus Principis ex iusta causa graues causas sibi commissas possit delegare.Nam licet propter causam publicarum occupationum, eas delegare non possit, quia in delegato vnius causæ regulariter non possit verificari prædicta causa,tamen ex alia iusta causa, quæ in eius persona verificetur, eam delegare poterit, & videtur expressum, *c. super quæstionum, in princ. de offic.dele.* Si autem non sint graues, eas delegatus Principis, liberè delegare poterit, *d.l. à iudice, in fin. cap. pastoralis,in princ.de off.deleg.& infra latius dicemus.*

Tertius textus iuris noui,qui difficultatem facit†in hac materia,est tex. 364
Auth.*de collatoribus §.ad hoc,prohibemus collatione noua*, & est text.similis Auth. *vt nulli iudicum, in princ. eadem collat.9. & in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio,§. nulla, collat.2.& Auth.de defensor. ciuit.§.nulla,collat.3.* Quæ probant,nullum magistratum posse pro se conseruatorem, siue locum tenentem,generalem constituere, per quæ iura† *Longaual. d.l.imperium, num.34.* existimat, 365
hodie correctam esse dispositionem, *l. more, supra, de iurisd. omn. iud.* quod tamen non placet : quia non est facilè admittenda legum correctio. Neque obstant iura † supra allegata, quia in 366
primis respondet Alex. *in disput. Rex Aragonum,1.dub.col.pen.ad fin.& 3 dub. collat.9.in fin.*quod in illis iuribus prohibetur Præsides constituere generales conseruatores in prouinciis,& tamen non prohibetur causas particulares delegare:quæ tamen solutio non tollit difficultatem:quia non concludit,quoad eum,cui mandata est iurisdictio, in quo propriè loquitur, *d.l. more.* Melius † ergo respondetur, *d.§.* 367
*ad hoc,prohibemus,cum similib.*procedere

in Vicario, vel locum tenente: nam
368 ius † ciuile prohibet Præsidem, hunc locum tenentem constituere, vt esse receptum resoluit Alex. *in Rub. nu.* 18. *supra, de off. eius, Capit. decis.* 151. *num.* 1. *Auēd. lib.* 1. *de exequen. mand. c.* 3. *in prin. Maranta in pract.* 4. *part.* 5. *distinct. iud. n.* 19. *pag.* 123. ob rationem, quam assignat gl. *l.* 1. *verb. mandata, in fin. supra, de off. eius.* quam probat Bald. *in Rub. n.* 20. *de off. deleg.* vel ob aliam rationem quam assignat Bart. *l.* 1. *n.* 6. *ad fin. sup. de off. eius*, quam ibi probat Ias. *n.* 68. *Curt. Iun. n.* 68. *Purp. n.* 672. & ampliat prædicta notabiliter Paris. de Put. *tra. de synd. verb. substitutus, n.* 3. *pag.* 424.

369 Vt igitur prædicta † Vicarij constitutio, iure ciuili valeat, oportet id consuetudine legitimè perscripta induci, *Bald. l. aliquando.* 6. *oppos. sup. de off. proconf. Capit. decis.* 151. *n.* 2. Inde autem
370 † inferri non potest ad eum, cui mandata est iurisdictio: quia hoc non inuenitur prohibitū, imo expresse concessum *per d. l. more, & l. legati, sup. de off. proconf.* & in terminis tradit gl. *l.* 1. *verb. mandari, in fin. & ibi Alexand. nu.* 37. *supra, de officio eius.*

371 Neque dicat aliquis, eum cui † mandata est iurisdictio, nihil videri differre à Vicario generali: quia imo in multis differunt: & primum quia vi-
372 carius † videtur habere iurisdictionem ordinariam, *gl. c.* 2. *de consuet. in* 6. *& gl. c. Romana, verb. generaliter, de appell. in* 6. *gl. c. perlectis*, 21. *dist.* & tamen is, cui mandata est iurisdictio, habet delegatam, quam exercet, nomine mandātis, *l.* 1. *§. fin. supra, de off. eius, not. Corn. cons.* 11. *n.* 3. *ad fin. lib.* 4. *Auend. lib.* 1. *de exequendis mand. c.* 3. *n.* 3. *Coraf. lib.* 3. *Miscel.*
373 *c.* 19. *ad fin.* neque replicet † quis quod imo Vicarius iure ciuili non dicitur habere iurisdictionem ordinariam, & resoluit Alex. *in Rub. num.* 17. *supra, de of. eius, Maranta in pract.* 4. *parte, distinct. iudiciorum, n.* 12. Quia respondetur, id ea ratione fuisse admissum: quia iure ciuili Vicarij constitutio esset prohibita, vnde ex ea neque ordinaria, neque delegata iurisdictio vicario potuit acquiri, contra prohibitionem legis. Cæterùm † in locis, in quibus con- 374
suetudine obtétum est: vt possit creari Vicarius, vel locum tenens, is etiam iure ciuili videbitur habere ordinariā iurisdictionem, *vt resoluit Couar. resol. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. & ideo merito Bald. *l. aliquando, n.* 7. *sup. de off. proconf.* tradit, quod in his, quæ requirunt iurisdictionem ordinariam, necessarium est constituere vicarium: neque sufficiet ei mandare iurisdictionem. Præterea quando † alicui mandatur iurisdictio: 375
is totam iurisdictionem mandantis, videtur habere, saltem quoad exercitium, *l.* 1. *§. damus, infra, de susp. tuto. l. etsi Prætor, super, de off. eius, & super quast. §. porro, de off. del.* Sed quando † quis 376
constituitur Vicarius, iurisdictio videtur residere in personam vtriusque insolidum, *c.* 2. *de consue. in* 6. & hac ratione Vicarius dicitur habere idem tribunal cū Episcopo *d. c.* 2. nō sic ille, cui mandata est iurisdictio prætérita, delegatus † nō dicitur officialis illius, 377
qui ei mandauit iurisdictionem, *Dec. in Rub. n.* 4. *de off. deleg.* & tamen Vicarius dicitur officialis illius, qui eum constituit *Clem.* 2. *de rescript. c. Romana, in princ. de appell. in* 6.

Denique Vicarius † non potest pro 378
se constituere alium Vicarium, qui habeat ordinariam iurisdictionem: *c. clericos, de offic. vicar.* & tamen cum habeat ordinariam iurisdictionē poterit alteri mandare suam iurisdictionem, *dict. l. more, Bald. l. aliquando, n.* 3. *sup. de off. proconf. Auiles de Prætoribus, c.* 4. *verb. iustitia, n.* 7. *pag.* 102. Addo ego, quod † 379
neque est simpliciter verum, quod iure ciuili nemo possit habere Vicarium, vel locum tenentem: sed distinguendum est: nam antequam Præses ingre

ingrediatur prouinciam, poterit lo-
cum tenentem constituere cum om-
ni potestate, excepto eo, quod non
possit aliquem capitaliter punire, vel
membrum abscindere, vt est expres-
sum, *d. Auth. de collatoribus, §. ad hoc pro-*
380 *hibemus collat. 9.* Tamen, postquã † pro-
uinciam fuerit ingressus, non poterit
constituere locum tenentem genera-
lem, vt in eo text. probatur, nisi de li-
centia Principis, prouinciam egredia-
tur: nam tunc poterit constituere lo-
cum tenentem: quia incipit militare
eadem ratio, quæ militat, quando
ipse adhuc non erat ingressus prouin-
ciam, *tradit Bart. l. obseruare, n. 5. sup. de*
off. proconf. Capit. decis. 151. *n.* 4. vel etiam
381 quando † propter grauem infirmita-
tem, non potest negotia expedire:
nam tunc ex prædicta ratione poterit
Vicarium constituere, *arg. l. 1. ad fin.*
prin. sup. de off. eius, in quibus casibus
382 prædicti † locum tenentes censentur
ordinarij, *Curt. Iun. in Rub. n. 19. sup. de*
off. eius, Marant. in pract. 4. par. 5. dist. iu-
383 *dic. n.* 17. & possunt † facere omnia ea,
quæ Præses poterat, exceptis his, quæ
exprimuntur *in d. §. ad hoc probibemus,*
Guid. Papæ decis. 234. *Corn. consil.* 11.
col. 2. lib. 4. Auendan. lib. 1. de exequendis
mand. c. 3. à n. 3. declarãdo, vt per Alex.
384 *d. l. more, n.* 42. quæ omnia † in regno
Portugalliæ probat elegãs ordinatio,
lib. 1. tit. 39. §. 29. veteris impressionis, &
hodie lib. 1. tit. 58. §. 51. nouæ impressionis.
His ita expeditis vt nihil in hac
materia intactum remaneat: sciẽdum
385 est, quod † vltra personas expressas
in hoc textu reperitur in iure alia per-
sona, quæ iudicem dare potest, scili-
cet delegatus Principis, *l. à iudice, in fin.*
C. de iud. c. pastoralis, in princ. de off. deleg.
c. cum causam. de appell. videndum ta-
men est de ratione huius conclusio-
nis: & ea videtur esse, quod delegatus
Principis, maior est ordinario, *c. sanè,*
el 1. de off. deleg. Si ergo ordinarius de-
legat, à fortiori delegabit delegatus
† Principis, & ita Ias. *d. l. à indice, n.* 11. 386
Curt. Iun. in Rub. n. 14. *supra, de off. eius.*
Quæ tamen ratio † non est conclu- 387
dens, si consideres, quod delegato
Principis specialiter & nominatim
causa particularis cõmittitur: & pla-
nè † ordinarius ea, quæ sibi speciali- 388
ter & nominatim committuntur de-
legare non potest, *l. 1. supra, de off. eius,*
tradit gl. fi. C. ne liceat potentioribus, quam
probat Pau. Castr. *d. l. à iudice, n. 9. Ias.*
l. 1. n. 64. supra, de off. eius. Adde quod
neque expeditũ est, quod † delegatus 389
Principis sit maior ordinario, vt co-
natur ostẽdere Coras. *lib. 3. Misc. c. 19.*
à n. 7. sed frustra, quia certum est dele-
gatum in causa sibi commissa, dignio-
rem censeri ordinario: *vt latè probat*
Alex. in Rub. n. 4. & n. 11. Ias. col. 1. Cur.
Iun. n. 7. Purpur. n. 28. sup. de of. eius, Dec.
in Rub. n. 2. de off. deleg. Goz. ad. consf. 76. n.
7. Alci. lib. 2. parad. c. 12. Et meritò quia
† ordinario principaliter tribuitur of- 390
ficium, & in consequentiam iurisdi-
ctio: Delegato † autem Principis, tri- 391
buitur principaliter iurisdictio per
Principem, & hac ratione cẽsetur di-
gnior. Quinimò & postquam † dele- 392
gato cum effectu iurisdictio quæsita
est, ea iurisdictio fortior, & firmior
censetur, quam ordinaria: vt probat
Bellon. *in Rub. n.* 52. *sup. de off. eius,* quã-
uis magis communis opinio conten-
dat, ordinariam esse fortiorem & fir-
miorem, quam delegatam vt decẽ ar-
gumentis probat Alex. *in Rub. n. 5. &*
ibi Dec. n. 5. Cur. Iu. n. 7. Purp. n. 38. sup. de
off. eius. Ias. l. duo iudices, num. 16. inf. de re
iud. Dec. in Rub. n. 2. de off. deleg. & c. ad
hac, el 1. col. 2. de appell. quorum tamen † 393
rationes tantũ euincunt, ordinariam
iurisdictionẽ censeri firmiorem, ante-
quam delegata sit radicata in persona
delegantis, postquã autẽ in eius perso-
na radicata est, censetur firmior & di-
gnior, nõ quidẽ absolutè, sed respectu

causæ sibi commissæ per Principem: *vt aduertit And. Sican Rub.n.18. de off. deleg. Purp in Rub. num.36.& ibi Bellon. n.50.Hyp.Rim.n.28 sup.de of.eius*,quicquid ibi reluctetur Dec.*num*.4.

Reiecta igitur prima ratione, prædictæ conclusionis, aliam † nouam
394 assignat Cuiat.*lib.12.obseru. c.1. in fin.* quæ etiam non est probabilis,& ideò ego existimo, potestatem delegandi fuisse concessam delegato principis in priuilegium, vt colligitur ex mente *c.pastor,in prin.de off.deleg.& c.cum causam, de appellat.* & in terminis tradit Rota *decis.8.n.2.de off.del.in nouis*.Et ex
395 his inferas rationem† decidendi, *ad c. vt officium,§.verum, de here.in 6.* vbi Inquisitores hæresum possunt delegare, qui tamen non sunt ordinarij,sed delegati, *c.per hoc, de heret. in 6.* Nam vera ratio est quod sunt delegati Principis, & ideo subdelegant, *gl. Clem.2. verb.ipsorum,de heret. Alex.d.l.more,in fi. & ibi Purp.n.99.*Quicquid alias rationes assignent Dd.quas refert idē Purpu.*l.1.n.618.sup. de off.eius*. Et amplia-
396 bis hanc conclusionem,vt delegatus† Principis pro arbitrio suæ voluntatis possit delegare, etiā nulla causa iusta interueniente:nam cū in priuilegium
397 †hæc potestas ei concessa fuerat,liberè ea vti potest, quod dicit receptum Ias.*d.l.à iudice.n.11.* & fatetur Dec.*c.si pro debilitate,nu.2. de off.dele.*vbi tamen
398 contrariū† defendit per illū text. *& c. pastoralis,in princ.*(vbi vrgente necessitate) de officio delegati, quod & defendit idē Dec.*l.fi.in prin.sup.de off.eius*.
399 Sed non est recedendum † à magis communi traditione, quæ euidenter comprobatur per rationem supra al-
400 latam:Neq; obstant contraria, Nam † ad primū de *d.c.si pro debilitate*,respondetur procedere, quando causa, quæ delegata est, erat grauis: nam tunc propter qualitatem causę non poterit ea delegari sine iusta causa, *vt supra diximus*. Et facit pro hac interpretatione,quia text.ille in fine dicit,quod si causæ ita graues sint, vt non possint commodè expediri sine præsentia delegati, tunc etiam ex iusta causa delegari non poterunt, *vt ibi notat Deci. n.4.Alex.l.1.n.59.& ibi Rimin.n.22.sup. de off.eius*. Cùm igitur exceptio † de- 401
beat esse de regula, *l.nam quod liquidè, §.fin.inf. de penu.legat.* clarè innuitur causas, de quibus in prin. fuisse graues:ita tamen vt sine præsentia delegati expediri possent, tunc enim ex iusta causa delegabuntur.

Non obstat† secundò *d.c.pastoralis,* 402
in princ. de off. deleg. quia vt ibi auertit And. Sicul.text.ille non exigat necessitatem, ad effectum, vt delegatus causam sibi commissam subdelegare possit:sed tantum ad effectum,vt personæ sublimiori delegare possit, & eam cogere ad suscipiendam commissionem:tunc enim exigitur necessitas in delegante:aliis igitur personis liberè delegare poterit:& eos cogere, vt suscipiant delegationem, quicquid inuoluat Dec.*d.cap.si pro debilitate.n.2.* Illud sanè verum est,quod† si constet, 403
delegatum Principis ideo subdelegasse, quia malitiosè vult se exonerare à cognitione causæ sibi commissæ,irritabitur delegatio & cogetur per se de causa cognoscere, vt est expressum *d.c.pastoralis, in prin.* Quæ tamen† ma- 404
litia in dubio non præsumetur, *vt ibi tradit gl.2.& Bella.n.2.ad fi.& Pan.n.6. per reg.l.quoties,§.qui dolo, inf.de probat.*

Ex prædictis igitur sufficiēter constat de personis, quæ delegare possunt; sed ad perfectam declarationem materiæ restat videre † de causis,quæ 405
delegare possunt: quem articulum clarè tractat, & determinat Papinianus IC. *l.1. sup. de off. eius*, cuius quidem responsi communis interpretatio est:quod quæ † specialiter cōmittun- 406
tur,hoc est, in priuilegiū cōceduntur maioribus

maioribus iudicibus, hæc delegari nõ
possunt, vt ibi exponit gl. *verb. speciali-*
407 *ter*, quæ † verò iure magistratus com-
petunt, hoc est, cuilibet magistratui
etiam infimo, hæc delegari possunt,
vt ibi exponit gl. *verb. tribuuntur*, *ad
fin.* Et hanc expositionem vti commu-
nem probant Alex. *ibi num.* 15. *& nu.*
26. *Ias. n.* 26. *Curt. Iun. n.* 54. *Purpur. n.*
344. *Iacob. Niger. n.* 82. & defendit Bo-
lognetus *ibi n.* 35 *& seq. & num.* 69.

Ex qua expositione inferunt com-
408 muniter Doct. quòd † cùm merum
imperium concedatur maioribus ma-
gistratibus in priuilegium non pote-
rit per eos delegari, quod multis ex-
emplis comprobat Iurecon. *d. l.* 1. pro-
bant etiam idem Iureconsultus *l. solent
supra, de offic. proconf. & l. nemo potest, inf.
de reg. iur.* sed melius explicatur, *n.* 446.
409 Inferunt etiam, quòd † cùm mix-
tum imperium competat maioribus
magistratibus in priuilegiũ: quia mi-
noribus expresse denegatur, *l. ea quæ.
§. 1. inf. ad municip.* neque etiam hoc
delegari poterit, quod cum communi
resoluit Alex. *d. l.* 1. *n.* 6. *& ibi Ias. n.* 28.
Cur. Iun. 21. *Dec. l. omnia quæcunque*, 72.
n. 4. *inf. de reg. iur. Alex. in disp. Rex Ara-
gonum. dub.* 3. *col.* 3. *post princip.* ex quibus
consequitur ea tantum, quæ sunt sim-
410 plicis iurisdictionis, iure † ciuili de-
legari posse: & de hac illatione, an
vera sit, vide *num.* 532.

Nobis autem de duobus videndum
411 est. Primò, † *vtrum communis explica-
tio, & expositio, conueniat verbis & men-
412 ti, d. l.* 1. Secundò, † *vtrum illationes, quæ
ex ea fiunt sint in se veræ?* Et quoad pri-
mum Curt. Iun. *d. l. n.* 47. *Cagnol. n.* 73. &
Hyp. Rimi. *n.* 194. contendunt com-
munem interpretationem bene con-
413 uenire verbis & mẽti, *d. l.* quia † verbũ
specialiter, solet referri ad ea, quæ alicui
conceduntur in priuilegium, contra
ordinarias iuris regulas, *l. ius speciale,
sup. de legib. l. si non speciali, C. de testam.*

sed aperte falluntur, quia † licet ver- 414
bum, *ius speciale*, designet priuilegium
contra regulas ordinarias concessum,
vt probant prædicta iura, tamẽ † ver- 415
bum, *specialiter*, simpliciter prolatum,
significat idem quod verbum nomi-
natim siue expressim, *c. pastoralis*, §. 1.
de rescr. Ant. à But. consf. 19. *num.* 10. Et in
hac materia, quod verbum, *specialiter*,
debeat exponi, hoc est nominatim,
probat *l. muto. §. tutoris datio. inf. de tutel.
& notat Alc. lib. 1. paradox. c. 1. n.* 3. eo
maximè, quia secũdum cõmunem ex-
plicationem, *d. l.* 1. probaret conclusio-
nem supra relatam; quæ tamen nulla
probabili ratione nititur, vt ostendit
Hyp. Rimin. *d. l.* 1. *n.* 198. Probabilior † 416
igitur videtur explicatio Fulgos. *d. l.* 1.
n. 11. quod *d. l.* 1. probet, quod quæcun-
que siue sint meri imperij, siue mixti:
siue etiam simplicis iurisdictionis, quę
tamen specialiter, hoc est, nominatim
& expressim concessa fuerunt alicui
magistratui, delegare non possunt, quę
verò competunt ratione magistratus,
& non ex speciali concessione, delega-
ri possunt. Quam explicationem † vti 417
veriorem probant Dec. *ibi n.* 42. *Purp.
n.* 358. & plures quos refert Rimi. Iun.
n. 209. & latè cõprobat *idẽ ibid. n.* 270.
probat etiam Alci. *lib.* 2. *parad. c.* 1. *n.* 3.
& c. quod sedem, *n.* 51. *de off. ord. Deci.
tract. cri. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 15. *Longau. d. l. im-
perium, nu.* 150. *Vacon. decl.* 79. *à n.* 4. *Ant.
Caim. l.* 2. *de Pedan. iud. pag.* 80.

Secundùm quam † explicationem 418
ex *d. l.* 1. colligenda est notab. conclu-
sio: quod si quid in creatione magi-
stratus non competebat illum gereti,
sed postea vel lege, vel S C. specialiter
aliquid commissum est: non potest id
delegari, & consequenter, neq; veniet
in generali delegatione, neque etiam
nominatim poterit delegari, vt colli-
gitur ex verbis *d. l.* 1. & clarius ex *l. pe-
nul. in prin. supra. de off. eius.*

Item colligendũ est, quod † quãdo 419

de nouo mandatur magistratui, illud quod iure magistratus ei antea non competebat, ita videtur datum, vt nullus alius magistratus in eo possit se intromittere quod apertè probat, *l. muto.§. tutoris, inf. de tutel. & l. 1. §. de his.cum gl. inf. de separ. l. 1 iuncta gl. fin. in prin. C. ne liceat potent.* rationem reddit Cur. Iun. *l. 1. num. 54. supra, de off. eius.*

420 Denique colligendum est, quod † quando magistratui expost facto aliquid de nouo nominatim conceditur, non potest illud delegare. Et ratio vltra alios est: quia cum is iure magistratus id non faciat, sed potius ex authoritate legis, vel Senatusconsulti, illud de nouo concedentis, vt probat *d. l. 1. sup. de off. eius, & l. muto, §. tutoris, inf. de tutel.* quoad illud magis cẽsetur delegatus, quam ordinarius ex doctrina Bart. *l. more, n. 8. sup. de iurisd. omn. iud.* & clarè sentit *d. l. 1. sup. de off. eius,* ibi (*delegatam*) Cùm igitur magistratus, qui nominatus est, solùm fuerit admissus ad huius rei cognitionẽ, & cæteri sint exclusi, tacitè videtur cautum, vt neque per viam delegationis alter de ea causa cognoscat. Ad quod induco eleganter tradita per Plat. *l. ex eo. n. 3. C. de agent. in reb. lib. 12.*

421 concludentem, quod † si aliqua causa commissa est magistratui nominatim, tacitè videtur cautũ, quod neq; illius locum tenens, de ea possit cognoscere per elegantes rationes, quas refert, cui subscribit Auiles de Prætoribus *c. 4. verb. iustitia, n. 5. pag. 112.* Cõsonat traditio Bar. *l. 1. §. hac actio, col. 1. vers. fallit*

422 *primo, inf. si quis testa. liber. esse,* quod † subrogatum non sapit naturã subrogati, quoad ea, quæ in subrogato spe cialiter inducta fuerunt, & ideo Paris. *de synd. verb. substitutus, c. 2. n. 8. pag. 25.*

423 tradit, quod † commissio facta officiali non potest expediri per eius substitutũ, & prosequitur Auend. *lib. 1. exeq. mand. c. 3. n. 5. vers. & correctior.* nã & licet † capitulum sede vacãte succedat 424 Episcopo in iurisdictione, *c. 2. ne sede vacante, lib. 6. c. 1. de maior. & obed. lib. 6.* tamẽ non succedit in his, quæ nóminatim Episcopo fuerunt commissa, *Pan. c. cum olim, col. pen. post med. de maior. & obed. Roman. cons. 506. col. fin. Marant. in praxi 4. p. 5. distinct. iud. n. 66. pag. 135.* Accedat *l. si filius, C. de bon. proscrip.* ex qua Bal. & Ang. ibi colligunt, quod † 425 dispositio generalis non comprehendit ea, quæ iure speciali alicui cõcessa fuerunt, exornat Ruin. *cons. 200. n. 19. lib. 2. & cons. 142. n. 16. lib. 5. Crotus l. 1. n. 9. inf. d. leg. 1.*

Ex qua ratione ita comprobata, infertur intellectus † ad *l. 2. sup. de off. eius,* 426 dũ probat, quod is, cui mãdata est iurisdictio, non poterit consilium congregare, *notat & explicat Alciat. lib. 1. parergon. cap. 41.* Ceterùm gl. 2. ibidem exemplificat textum, quando minor 20. annis vult manumittere seruum, neq; enim potest manumittere, nisi ex iusta causa: & apud cõsilium probanda, *ead. l. Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* vbi Theophilus declarat, quod in prouinciis proconsul, vel Præses consilium cogebat, Romæ autem Prætor. Cùm igitur id negotium per legem Æliam Sentiam Prætori vel Proconsuli cõmissum fuerit nominatim, non poterit delegari, *iuxta supra tradita.* Et est vera explicatio, quicquid aliter explicet Alciat. *lib. 2. paradox. c. 1. n. 7.* & aliter Longaual. *d. l. imperium, nu. 4.* & aliter Vacon. *declar. 79. n. 10.* & Hypp. Riminal. *l. 1. n. 255. supra, de off. eius.* Sed extra † hunc casum manumissionis 427 faciendæ per minorẽ 20. annis, actus manumittendi ex se delegabilis est, *l. apud proconsulem, infra, de manu. vindict.* per quam † debet declarari, *l. 2. supra,* 428 *de offic. pro. cons.* & latè probat Hyp. Rimin. *l. 1. n. 247. supra, de offic. eius.*

Similiter & iuxta prædicta debet † 429 declarari secundũ exemplũ *d. l. 2. sup. de*

de off. eius, quia licentia danda minori, vt possit alienare immobilia constitutione expressim fuit commissa Prætori, *l. 1. inf. de reb. cor.* & ideo delegari
430 non potest. Prout & authoritas † præstanda in transactione facta super alimentis, specialiter fuit commissa Prætori, *l. cum hi, in prin. sup. de transactio.* & ideo delegari non potest, *l. neque mandantem, in pri. inf. de tut. & cur. datis ab his* : & hac etiam ratione procedit, *l. 1. §. de his, iuncta gloss. verb. nullius, inf. de separat.*

Expedito primo quæsito supra
431 proposito, restat videre de secundo † quæsito ; *vtrum illationes quas faciunt Doctores in d. l. adiuncta communi expositione sint in se veræ?* Et quatenus perti-
432 net ad primam † illationem, de qua *n.* 408. quod causæ meri imperij delegari non possint, imprimis est aduertendum, *d. l. 1.* nō probare prædictam cōclusionem, imo magis contrarium sentire : neque enim simpliciter dicit, causas meri imperij delegari non posse, sed tantum, quod ille, qui habet iuris publici exercitationem aliqua lege, vel constitutione sibi delegatam, non potest illam mandare. Ergo sentit causas meri imperij sua natura delegabiles esse, & tantum impediri earum delegationem : quando specialiter certo magistratui, delegatæ sunt, iuxta regulam generalem præscriptam. *in prin. d. l. 1.*

433 Accedat, quod † multis magistratibus Romanis competebat merum imperium iure magistratus, *l. illicitas, §. qui vniuersas. sup. de of. præs. l. 2. sup. in ius vocan. l. sed etsi per Prætorem, §. hac clausula, sup. quib. ex cau. maior. prosequitur*
434 *Longau d. l. imperiũ, à n. 94.* Quinimo † regulariter magistratus Rom. habuisse merum imperium, & tantum ab illis licitum fuisse appellare ad pop. Romanum, tradit Diony. Hal. *lib. 5. antiq. Rom. pag. 215.* Ergo si competit iure magistratus, transibit in eum, cui mandata fuit iurisdictio, iuxta regulam perscriptam. *d. l. 1. §. quæ vero.*

Addo † *l. 2. §. deinde Cornelius. sup. de ori. iur.* quæ probat Corn. Sylam creasse quæstores, qui de publicis criminibus cognoscerēt, ita vt quamuis olim in singula crimina, singulares quæstores crearentur : tamen † post illam legem fuerunt effecti perpetui publicorum delictorum cognitores, *vt tradit Duar. lib. 1. disput. c. 53.* Ergo saltem hi quæstores, iure magistratus habentes merum imperium, illud delegare poterunt. 435 436

Pro vera tamen † resolutione huius articuli, sciendum est, apud Romanos multos fuisse magistratus, qui haberent proprietatem meri imperij, quorum quatuor † referunt, *l. 2. supr. in ius voc.* ac proinde hi poterant iubere, vt delinquentes in carcerem ducerentur, & eos coercere, vt exprimitur *d. l. 2.* & tradit *Cic. lib. 3. de legib.* inquiens, magistratus † inobedientes posse coërcere mulcta & verberibus: item poterant † cognoscere de causis criminalibus, *vt latè probat Hypp. Rimin. l. 1. n. 152. supra, de offi. eius.* tamen condemnare eos non poterant, nisi id à pop. Roman. fuisset permissum, *l. 2. §. ex actis deinde, et l. 2. & §. deinde cum suprà. de orig. iur. notat Longaual. d. l. imperium, n. 183.* iuxta quod † supplendus est Dion. Halycarn. *lib. 5. antiq. Rom. pag. 215.* Dum dicit, quod magistratus Romani poterant animaduertere in ciues, nisi ad populum prouocassent : nam verius dixisset, quòd à consulibus, & magistratibus Romanis licitum erat generaliter prouocare ad populum post condemnationem. 437 438 439 440 441

Item & vlterius, quod † non possent ciues condēnare, & consequenter neque punire in iussu populi Romani, vt probant iuxta supra citata, & similiter † post translatū imperium in 442 443

Impe

Imperatores, *l.1. supra, de constit. princ.* non poterant magistratus punire ciues delinquentes inconsulto Imperatore, nisi lege, constitutione, vel Senatusconsulto, id eis specialiter esset concessum, vt clarè significat Iureconsul. *d.l.1. supra, de offic. eius ibi exercitationem publicorum iudiciorum lege vel constitutione delegatam*, sentit enim magistratus non habere perfectam exercitationem publicorum iudiciorum, nisi eis lege vel constitutione delegaretur. Nam post eam delegationem
444 † poterant delinquentes condemnare & punire, vt declarat Alex. *in disput. Rex Arag.1.dub. col.7. post princ. & 2.dub. post princ.*

445 Item est aduertendum, quod † iura non dicunt simpliciter, merum imperium delegari non posse, sed loquuntur de mero imperio, quod consistit in vtendo gladio aduersus facinorosos: vt exprimitur *l. nemo potest, 70. infra, de regul. iur.* & colligitur ex *l.1.§.fin. supra, de off. eius, & l.solent, in*
446 *princ. sup. de off. proconf.* non igitur † regula constituenda fuit, vt fecerunt Doct. quod ea, quæ sunt meri imperij, delegari non possunt, de qua *n.* 408. Imò regula fuit constituenda in contrarium, quod quæ sunt meri imperij, delegari possunt, si iure magistratus competant iuxta regulam generalem, *d. l.1.§. quæ verò*, ac proinde cum maioribus magistratibus competeret iure magistratus potestas iubendi delinquentes in carcerem duci, item & eos coërcere, *l.2. sup. de in ius voc. l.2.§. exactis deinde regibus, el 2.*
447 *sup. de orig. iur.* non † solùm delegari poterant specialiter, sed & generaliter mandata iurisdictione transirent, *l.si quid erit sup. de offic. Proconf.* Et ideò cùm iure magistratus competet ius cognoscendi de causis criminalibus, *vt dictum est:* mandata iurisdictione hoc ius transibat, *l.solent, in princ. supr. de offic. proconf.* Ab hac tamen regula excipiatur † merum imperium, quod 448
consistit in vsu gladij in facinorosos, *d.l.imperium, in fin.* hoc enim in alium transferri non potest, *l. nemo potest, 70. infr. de reg. iur.* Et est ratio, quia prædictum † merum imperium apud 449
Rom. nulli magistratui competebat iure magistratus: nam apud antiquos non competebat, nisi iussu populi concederetur, & apud Impp. nisi lege vel constitutione concederetur, *vt dictum est.* Ergo meritò delegari non poterant, iuxta reg. præscriptam, *d. l. in princ. sup. de offic. eius.* Et hac † ratione 450
l.1. §.fin. supra, de offic. eius, non dicit simpliciter mãdata iurisdictione non transferri merum imperium: sed addit (*quod lege datur.*)

Similiter † *d.l.nemo potest, inf. de reg.* 451
iur. & † *l.solent, in princ. supr. de off. pro-* 452
conf. dicitur, quod gladij potestatem sibi datam, nemo in alium transferre potest: ita vt vera resolutio in hoc articulo sit: quod † supremus gradus 453
meri imperij, qui consistit in vtendo gladio aduersus facinorosos, *Bar. receptus d.l.imperium, n.8. hoc*, delegari non poterit, sed † quæ pertinent ad merum imperium medium, vel mini- 454
mum hæc delegari poterunt, *per supradicta.* Et colligitur ex text. bene expenso Auth. *de collatoribus, §. ad hoc prohibemus, collat. 9.*

Ex quibus † ita animaduersis, mul- 455
ta inferuntur noua in hac materia. Et primò † infertur ratio ad conclusio- 456
nẽ quę habet, quod causæ meri imperij delegari non possunt: nam Alciat. *lib.2. parad. c.6. ad fin.* eam esse existimat, quia magistratus non habent proprietatem meri imperij, sed tantùm exercitationem, & vsum: vt videtur probare text. *d. l.1. sup. de offic. eius*, & ideò hũc vsum in alium transferre non possunt, *in princ. Inst. de vsu & habitat.* Subscribit Purpur. *d. l.1. n.424.*

*num.*424. & 466. *Loriotus tract. de iu-*
457 *risdictione axiomate* 12. Sed non est † admittenda hæc ratio, quia multi sunt magistratus, qui habent proprietatem meri imperij, *l. illicitas, §. qui vniuersas, supra, de officio Præsidis, l.* 2. *supra, de in ius voc. l. imperium, supra de iurisdictione omnium iudic. l. nemo potest* 70. *inf. de reg.*
458 *iur.* Item contra † prædictam rationem expendo text. *d. l.* 1. *sup. de offic. eius.* Non enim simpliciter dicit, magistratũ qui habet exercitationem iuris publici, non posse delegare: sed addit, qui illud habet à lege, vel Senatuscõsulto, quasi si hoc non obstaret, posset exercitationẽ iuris publici, hoc est, eius proprietatem delegare: quod latius contra Alcia. probat Bellon. *lib.* 1. *supput. iuris,*
459 *c.* 1. *n.* 30. Et ita receptum † esse iuris axioma, quod magistratus habeat proprietatem meri imperij resoluit Cag. *d. l.* 1. *n.* 33. & *ibi Hyp. Rim. n.* 80.
460 Præterea † exploditur ratio Alciati ex eo, quod merum imperium ex causa absentiæ vel infirmitatis delegari potest, *l.* 1. *ad fin. principij, supra, de off. eius.* & tamen si magistratus illius tantum habet vsum, neque ex prædictis causis posset illud delegare, *B. in d. l. legatus, ad fin. supra, de officio procons.*
461 Quare aliam † rationem prædictæ conclusiones, de qua *nu.* 408. assignat Alex. *d. l.* 1. *n.* 6. *supra, de off. eius,* quod propter grauitatem causarum meri imperij, censetur electa industria personæ magistratus, & ideo eas delegare non potest, *c. fin. §. is autem, de off. del.* Et hãc esse magis receptam rationem asserit Curt Iun. *d. l.* 1. *n.* 24. & *ibi Purpur. n.* 445. *Hyppol. Rimin num.* 71. Quæ
462 etiam † non videtur tuta, quia † ex so-
463 la grauitate causæ non videri electam industriam personæ, nisi aliunde de hoc constet, resoluit Panorm. *c. fin §. is autem, n.* 6. per illum textum, & ibi Felin. *n.* 3. *de off. deleg. Iason. l.* 1. *n.* 28. *ad finem, supra de officio eius,* & probatur Clem. 1. §. 1. *ad fin. de hæret.* & *c. ex literis, de restitut. in integ.* quicquid contrarium præsupponat Pan. sibi contrarius, *c. si pro debilitate, vlt. notab.* & *ibi Imo. n.* 4. *de off. deleg. Caput. decis.* 151. *n.* 5.

Neque placet † concordia, quę inter 464
has opiniones assignari solet, quod videtur electa industria personæ, duobus simul concurrentibus: quod causa sit grauis, & sic commissa alicui constituto in magistratu, cuius fides perspecta sit, *argum. l.* 1. *sup. de off. Præfecti prætor.* vbi Bald. *num.* 6. hanc tradit resolutionem, cui subscribunt Deci. *d. l.* 1. *num.* 28. & *ibi Curt. Iun. num.* 54. *Purpura. nu.* 358. & *n.* 622. Sed neque hæc videtur admittenda quia † in hac 465
materia nulla sit differentia, Vtrum delegatio sit facta constituto in magistratu, vel fiat priuato? vt colligitur ex *l. etsi Prætor, supra de off. eius,* & quia certum est † causas meri imperij de- 466
legari posse ex causa absentiæ, vel infirmitatis, *l.* 1. *ad finem princ. supra de off. eius.* Quod non ita generaliter fuisset admissum: si ex prædictis duobus simul concurrentibus videtur electa industria personæ, *c. si pro debilitate, in fin. de off. deleg.* & ex aliis etiam prædictam rationem impugnat Hyppol. Rimin. *d. l.* 1. *à n.* 77. *supra de offic. eius.*

His igitur † reiectis rationibus, ve- 467
ra ratio colligitur ex supra traditis: nã causæ meri imperij regulariter delegari possunt, *vt supra diximus:* & tamen prohibetur delegari supremum gradum meri imperij, quod consistit in vtẽdo gladio aduersus facinorosos: nam hoc merum imperium delegari non poterit, quia nulli magistratui competebat iure magistratus, *vt supra probauimus,* & ideo exercitationem iuris publici concessam alicui non poterit eam delegare, cum iure magistratus ei non competat, iuxta secundam regulam propositam à Iureconsulto, *d. l.* 1. *supra de offic. eius.*

Secundò principaliter ex supra tra-
468 ditis infertur † intellectus, ad *l. si quid erit, supra de off. proconf.* vbi legatus proconsulis, potest delinquentes coërcere, & verberare, non tamen atrociter, *notat Fulgos. l. fin. n. 2. supra de offic. eius,* & tamen is propter mandatam iurisdictionem, non habet ius animaduertendi in facinorosos homines, *l. 1. §. fin. supra de off. eius.* Nam iuxta prædicta dicendum est: quod cum iubere in carcerem duci, item & coercere competat maioribus magistratibus Romanis iure magistratus, *l. 2. supra, de in ius voc. l. 2. §. exactis deinde regibus, el 2. supra de orig. iur.* Cùm igitur iure magistratus competant, mandata iurisdictione transibunt: Cæterùm animaduersio in caput facinorosorum in eum non transibit, quia nulli magistratui hoc ius competebat iure magistratus, *vt supra dictum est.*

469 Et est maximè † notandus text. *d. l. si quid erit,* dum probat, quod coërcio, quæ competit maioribus magistratibus, *l. 2. supra de in ius voc.* debet intelligi, quando per coërcionem corpus mediocriter afficitur: non autem si atrociter: nam tunc coërcio iure magistratus competeret, nō tamen mandata iurisdictione transiret, hæc atrox coërcio, vt probat *d. l. si quid erit.*

470 Similiter & per illum text. venit † reiicienda opinio Bart. *d. l. imperium, n. 10.* dum tenet, quod pœna, per quam corpus atrociter affligitur, dicitur pertinere ad merum imperium minus: non autem ad merum imperium maius: nam contrarium clarè colligitur ex *d. l. si quid erit,* & colligitur etiam *l. nemo potest, 70. inf. de reg. iuris,* dum dicit, neminem posse delegare gladij potestatem sibi commissam, neque coercendi, scilicet corpus atrociter, vt colligitur ex *d. l. si quid erit,* quicquid inuoluat Dec. *d. l. nemo potest, nu. 3.* Vnde
471 potius Bart. docere debuisset, quod † pœna, per quam affligitur mediocriter corpus, dicitur pertinere ad minus imperium, & ideo mandata iurisdictione transfertur *d. l. si quid erit.* Pœna † autem, per quam affligitur corpus 472 atrociter, dicitur pertinere ad maius imperium, & ideo mandata iurisdictione non transit, *d. l. si quid erit.*

Tertiò ex prædictis † infertur intel- 473
lectus ad *l. vn. C. de off. proconf.* dum probat, legatum procōsulis posse cognoscere de causa criminali, non autem condemnare. Ratio namque est, quia iure magistratus competebat proconsuli, de causis criminalibus cognoscere, cum merum imperium haberet, *l. 2. sup. de in ius voc.* & supra diximus, & probatur *l. 1. §. fin. inf. de suspect. tut.* & tamen non poterat condēnare, neque punire, nisi iussu populi vel lege, vel Senatusconsulto ei esset permissum, *vt sup. diximus.* Mandata igitur iurisdictione transibit in legatum, ius cognoscēdi de causa criminali, quia hoc iure magistratus proconsuli competebat, non autem poterat condemnare vel punire, quia hoc iure magistratus non competebat, sed lege vel S C. ei delegabatur, & ideo mandata iurisdictione non transit. Ex quibus † con- 474
stat *d. l. vn.* non solum procedere in legato proconsulis, de quo loquitur, sed in omni eo, cui mādata sit iurisdictio, per eum, cui competebat merum imperium, quicquid specialiter procedere in legato proconsulis dicat receptum Alex. *in disput. Rex Aragonum, 1. dub. col. 3. ad medium.*

Quartò ex prædictis † infertur in- 475
tellectus ad *l. solent, in prin. sup. de off. proconf.* quæ pro constanti habet valere, delegationem factam legato proconsulis, per quam ei committitur, vt custodias audiat (id est, *delinquētes in carcere custoditos*) quia scilicet hoc iure magistratus proconsuli competebat, *vt dictū est.* Sed si in delegatione vlterius
conti

contineatur, quod conuictos ad se remittat, & innocentes absoluat: dicit IC. *d.l. solent*, hoc genus mandati extraordinarium esse, hoc est contra iuris ordinem, & ideò nihil valere, *vt ibi per gl. verb. liberet*: quia nemo potest gladij potestatem sibi datam in alium transferre, *vt ibi dicitur*: quod vtiq; ita explicandum est, vt quatenus prædictum mandatum continebat, vt nocentes remitteret ad proconsulẽ, hoc mandatum ordinariũ est & validum, *l. vn. C. de off. Praefect. vig.* Sed quatenus continet, vt innocentes absoluat, hoc
476 mandatum † extraordinariũ est, propter rationem ibi expressam: in qua significatur condemnationem & absolutionem ab eadem potestate pendere. Et ideò qui non potest manda-
477 re condemnationem, non † poterit etiam mandare absolutionem, *l. 3. inf. de re iud. & ibi Imol. Alex. & Ias. num. 2.*
478 Vnde & Inquisitores † hæreticorum, prout soli condemnare non possunt, *Clem. 1. §. 1. de hæret.* pariter neque soli absoluere possunt, vt aduersus gloss. ibi, *verb. contra eos*, & resoluit verius, & receptiùs Simanc. *in Cathol. instit. tit. 3. num. 9.* Quare dum text. *d.l. C. de offic. procon.* dicit, proconsules non posse condemnare delinquentes, adden-
479 dum † est, quod neque innocentes possunt absoluere *per sup. tradita*.
480 Quintò ex prædictis infertur † intellectus ad *l. 2. §. deinde Cornelius, sup. de orig. iur.* Nã cum quæstores, qui de publicis iudicijs inquirerent, essent creati per Syllam, hi quidem iure magistratus possunt inquirere, & hoc ius delegare: sed non poterunt condemnare, neque punire, quia id lege illa Syllæ, specialiter eis fuit concessum, ac ita locum habet regula, *l. 1. sup. de off. eius, facit l. aut damnum, §. praefecto, inf. de pœn.*
481 Vltimò ex supradictis infertur † intellectus ad *l. 1. §. fin. in fin. & ad l. fin. sup. de off. eius*, dum probant, quod mandata iurisdictione transit in delegatum imperium modicum, quod videtur cohærere iurisdictioni: nam imprimis est aduertendum, quod *d.l. fi. sup. de off. eius*, dicit, illud imperium non esse merum, & sic videtur confundere receptam traditionem Bart. *d.l. imperiũ, n. 11.* quod † modica coërcio pertinet ad merum imperium minimum: cui tamen difficultati respondet Bar. *d.l. imperium, n. 12.* quod dum *d. l. fin.* dicit modicam coërcionem, non pertinere ad merum imperium, esse intelligendam de modica coërcione verbali, non autem corporali. Nam hæc † sine dubio pertinet ad merum imperium, scilicet minimum: *subscribit Dec. l. nemo potest, n. 3. ad fin. infra, de reg. iur.* Sed non est † admittenda hęc responsio, quia apertè diuinat, & ideò alium intellectum assignat Alciat. *lib. 2. Paradox. c. 1.* & alium Bellon. *lib. 3. Supputatio. c. 6. ad fin.* & alios refert etiam Cagnol. *d. l. imperium, n. 257. & ibi Hyppol. Rimin. à n. 133. & à n. 258. & Bolog. n. 81.* 482 483 484

Ego † autem ad veram explicationem considero, quod in terminis prædictorũ iurium, ideò dicitur non venire merum † imperium, quia in illis principaliter merum imperium non transfertur, sed venit in consequentiam iurisdictionis principaliter translatæ, quia sine eo imperio, inutilis redderetur. Quamuis igitur hoc imperium per se consideratum, merum sit, quia exercetur officio iudicis nobili ad vtilitatem publicam, vt scilicet † homines discant obedire superioribus, vt iure naturali tenentur, *l. veluti supra, de iust. & iur. c. 2. de maior. & obed. tradit in terminis Vaconius declar. 78. n. 5. Hyppol. Rimin. d.l. 1. n. 286. & n. 302. sup. de off. eius*, tamen considerato eo, quod principaliter cõmittatur, non dicetur merum imperium, cùm 485 486 487

tamen insit, quasi quid cohærens iurisdictioni principaliter commissæ: & ad illius faciliorem executionem, quare si tanquã quid principale competeret:tunc merum imperium minimum appellaretur, *vt Bar.voluit.*

488 Exemplum † erit in magistratibus maioribus,quibus competit ius mulctãdi, & verberibus afficiendi inobediẽtes, *Cicero lib.3.de legibus.*Nam cum hoc imperium principaliter eis competat, dicetur merum imperium,scil. minimum,*vt dictum est.*

Ex quibus colligẽdum est,eam esse
489 † differentiam inter imperium merum,quod dicitur minimum, & inter imperium quod dicitur non merum,
490 *d.l.fin.supr.de off.eius*:nam†habens primum potest delinquentes fustibus castigare *l.3.§.1.& l.fin.sup.de off.Praefecti vig.*non sic habens imperium, quod dicitur non merum : nam is potest inobedientes mulctare,non autẽ verberibus afficere, cùm hæc pœna maior qualibet pecuniaria esse censeatur,*l.in seruos ũ,inf.de pœ.*nisi persona sit vilis,& abiecta:nã tunc fustibus castigari potest,*Bar.l.leuia,n.10.inf. de accus.*

491 Et iuxta hæc venit † explicandus text.*l. magistratibus, iuncta gl.1. sup.de iurisdict. omn. iud.* quod magistratus municipales, quibus cõpetit imperiũ non merum, possunt modicè castigare inobedientes, scilicet fustibus eos cædendo, *vt ibi per Dec. num.6.& Cur. Iun.num.1.* quod repugnat supra traditis:sed respondetur, quod loquitur
492 in seruo delinquente, qui † facilius corporaliter punitur, quam homo liber,*l.si priuatus, inf.qui & à quibus* text.
493 igitur *d.l. magistratibus*, loquens † in seruo, nõ debet extendi ad hominem liberum,*vt ibi aduertit Goueanus in fine, & ante eum Imola l.4.§. duas, ad fin.infra, de dam. inf. Alexan.in disput. Rex Aragonum,dubio 2.col.4.ad med.ũ,*quod
494 si contendas vltimam†partem,*d.l.magistratibus*,generaliter loqui,& sic debere intelligi etiam de homine libero,vt ibi contendit Dec.*n.6.* tamẽ dicendum est debere intelligi de homine libero vili, & abiecto, qui ad modum serui puniri potest, *Bar.l.leuia,n.10.infra,de accus.*

Hodie sanè hæc leuis † castigatio 495 videtur permissa, omnibus inferioribus magistratibus per Auth.*defensoribus ciuitatum, §.audient.coll.3.* & fatetur Imo.*d.l.4.duas ad fin.§.& Alex.d.l. magistratibus,n.3.* Sed non placet,quia † euitanda est legum correctio: & *d.* 496 *§.audient.* loquitur in defensore ciuitatis,qui differt à magistratu municipali, & ideo dispositũ in vno ad aliud diuersum extendi non debet: *vt aduertit Dec.d.l.magistratibus, n.5.* Item *d.§.audient.* loquitur, quando agitur de leuibus criminibus puniendis,quo casu merum imperiũ minimum,principaliter † conceditur defensoribus 497 ciuitatum, vnde meritò possunt modicè castigare, *Bart.d.l. leuia, n.1.* Sed si†ciuiliter agatur, cum tunc tantum 498 posset habere locum imperium,quod dicitur non merum, non videtur recedendum à iure antiquo, quod in his terminis non inuenitur correctum. Illud certum est,quod † si aga- 499 tur de pœna capitali, & sic de pœnis pertinentibus ad maius imperium, *Bart.d.l.imperium,n.8.*de his non poterit cognoscere,neque ille,cui competit imperium non merum,neq; etiam cui competit merum imperium minimum, sed ad maiores iudices causa remitti debet,*l.fin.suprà,de off.Praef.vig. l.vn. C.eo.tit.* & in simili distinguit *l.1. §.fin.cum l.sequi.inf.de suspect.tut.*

Adde & aliam † differentiam inter 500 prædictos casus, quod ille, cui competit merum imperium minimum, poterit quidẽ castigare & verberare, vt ei visum fuerit dũmodo atrociter non verberer, *l.quid enim. sup. de offic. proconf.*

proconf. sed cui competit imperium, quod nō est merum, multo leuius debet castigare, cum his specificè tantū modica coertio concedatur, *l. 1. § fi. in fin. & l. fi. sup. de off. eius*, *l. magistratibus, sup. de iurisd. omn iud.*

Denique est & alia differētia, quod
501 modicum † imperium minimum, si iure magistratus competat, delegari potest, alias secus, vt sentit *l. nemo po-*
502 *test, 70. inf. de reg. iur.* Sed modica † coertio, quæ pertinet ad imperiū (quod dicitur *non merum*) cū cohereat iurisdictioni, mandata iurisdictione transibit ad delegantem, vt probat *l. fi. sup. de of. eius.* & ad hunc modum est explicandus, *Bar. d. l. imperium, n. 13.* Et
503 adde prædictis, quod † modica illa coertio, quæ conceditur defensoribus ciuitatum, *in Auth. de defen. ciuit. §. audient. coll. 3.* cum ex dispositione illius Auth. de nouo concedatur, delegari non poterit, *vt in terminis tradit Vacon. decla. 78 n. 6. Hyppol. Rimin. l. 1. n. 287. sup. de off. eius.*

Neque est omittendum in hac ma-
504 teria illud, quod † tradit Cagnol. *l. 2. n. 77. ad fi. C. de edend.* & in libello *exercitationis, c. 11.* generali consuetudine obtentum esse, quod causæ meri & mixti imperij delegari possunt: etiam quoad pœnā sanguinis. Quæ consuetudo videtur ortū habuisse ex traditis per Marant. *in praxi. 4. part. 1. distin.*
505 *iud. n. 61. pag. 134.* quod hodie † omnes magistratus municipales, qui Capitanei in Italia appellantur, cognoscunt de causis meri & mixti imperij: quia
506 quælibet † ciuitas hodie censetur esse vna prouincia, *gloss. l. fin. verb. id est, C. de*
507 *præscr. longi temp.* Ac ita rector † illius consideratur tanquā Præses prouinciæ, *Aug. l. 1. §. solent, ad fin. inf. quando appellandum sit*, & consequenter videtur ei cōpetere merum imperium, *l. illicitas, § qui vniuersas, sup. de off. Præ-*
508 *sid.* Quod tamen † non est simpliciter verum: sed tantum admitti potest, in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, alias secus, vt declarat idem Cagn. *d. l. imperium, n. 162. Cassan. in consuet. Burg. Rub. 1. vers. es doiro, n. 86. pag. 75.* de quo videndus est Decian. *tract. crimin. lib. 4. c. 25. n. 2.*

Neque est omittendum, quod licèt 509
† ordinarius merum imperium sibi datum delegare non possit, tamen delegatus Principis merum imperium sibi datum delegare poterit, vt videtur probare text. *l. vn. in fin. C. qui pro sua iurisd. & Clem. 1. §. ad fi. de hæret. tradit Bar. l. 1. n. 10. sup. de off. eius, & ibi Ias. n. 63. Rimi. n. 30. Dec. n. 84. Curt. Iun. n. 74* asserunt receptum & *Ias. l. à iudice, n. 9. C. de iud. Corn. consi. 34. num. 20. lib. 1. Guid. Pap. decis. 624. Boër. deci. 6. n. 8. Capitius decis. 15. n. 6. Decian. tract. crim. lib. 4. c. 25. n. 4.* Et hanc opin. proculdubio esse magis cōmunem, asserit Marant. *in pract. 4. par. 5. dist. iudic. n. 63.* & de eius veritate latè agit Hyppol. Riminald. *d. l. 1. à n. 63. post Rimin. Senior. ibi à n. 32. supra de off. eius.* Sed † in contra- 510
riū nimis vrget, *d. l. 1. supra, de off. eius*, dum probat, merū imperium datum per legem delegari nō posse: ergo neque datum per Principem, qui *lex viua* dicitur, quod ibi tenet & probat Alex. *n. 84. Purpur. 622. Alex. & Ias. n. 22. l. à D. Pio, in princ. infra, de re iudic. Alciat. c. quod sedem, n. 54. de officio ordin. vers. 4.* fallit & latissimè Menoch. *lib. 1. de arbit. q. 54. à n. 3.* Quinimò hodie hanc esse magis communem opinionem asserit Dec. *c. si pro debilitate, n. 3, vers. sed responderi, de off. deleg. & Hyppol. Rimin. l. 1. n. fin. supra, de off. eius.*

Sed his non obstantibus, non est recedendum à prima † opinione ma- 511
gis communiter recepta per iura, per Bar. adducta, & quia † Princeps sine 512
dubio delegare potest merum imperium, *l. fin. C. vbi Senatores vel clarissimi*, ergo & eius † delegatus, qui eius re- 513

præsentat personam, *l. etsi Prætor, sup.*
514 *de off. eius.* Neque obstat † tex. *d. l. 1. sup. de off. eius*, quia illi variè respondent tenentes cõmunem opin. *vt refert ibi Hyppol. Rimin. à nu.* 126. Sed mihi placet responsio Pauli Cas. *l. 1. n. 3. C. ne liceat poten.* vt imperiũ quod lex defert delegari non possit, & tamen merum imperium à Principe viuo concessum delegari possit, & refert Hyppol. Ri-
515 min. *d. l. 1. n.* 142. Et ratio † differentiæ est: quia quando per legem fit delegatio magistratui, magis habetur respectus ad magistratum: quam ad personam illum gerentis: & ideo ea concessio tantũ verificari potest in eo, qui habet prædictum magistratũ iure proprio, non autem iure alieno: *Platea l. ex eo, n. 3. C. de agent. in rebus, lib. 12. & supra diximus*, sed in delegato Principis non habente magistratum, magis ad eius personam videtur habitus respectus: & ideo is delegare po-
516 terit, *l. à iudice, in fi. C. de eod.* nisi † aliũde colligatur, electam fuisse industriã personæ illius, nam tũc delegare non poterit obstante regula, *cap. fi. §. is autem, de off. deleg. tradit Marant. in pract. 4. p. 5. dist. iudic. num. 64.*

Postremò addendum est pro complemento illius articuli, quod licèt iure ciuili, merum imperium delega-
517 ri non possit, tamen † iure Canon. delegari potest, *gl. c. quod sedem, de offic. ord. gl. fi. c. in Archiepiscopatu, de raptor.*
518 *gl. c. peruenit, 95. dist.* Et esse † receptissimam differentiam inter vtrũque ius asserunt Alex. *l. 3. n. 6. & ibi Iaf. n. 28. Cur. Iun. n. 27. Purpur. n. 492. supra, de officio eius, Decianus tract. crimi. lib. 4. c. 25. n. 2.* & consulendo probat Socin. *cons. 143. col. 1. lib. 1. Corn. consil. 34. n. 21. lib. 1. Dec. l. omnia, in fin. infra, de reg. iur.*
519 Non diffiteor tamen, contrariam † opinionem, imo quod neque iure Canonico causæ meri imperij delegari possint, probarunt Imol. Felin. & Alc. *num. 54. vers. 3. fallit c. quod sedem, de offic. ordin.* & latè disputando defendit Couar. *resol. lib. 3. c. 20. num. fin.*

Sed non est recedendum à prima † 520
opinione, magis cõmuniter recepta. Et vltra alios ratio huius differentiæ est, quod iure ciuili ideo merum imperium delegari nõ poterat: quia nulli competebat iure magistratus, sed oportebat populum vel legem id cõcedi nominatim, & ideo delegari non potest, *d. l. 1. sup. de off. eius, & supra di-*
ximus. Quæ ratio † cessat iure Cano- 521
nico: nam eo iure merum imperium competit iure magistratus, maioribus, magistratibus, vt probat *cap. fin. de off. ord. ibi (ex officio)* vt expendunt Cagn. *d. l. 1. nu. 30. & ibi Hyppol. Rimin. num.* 124. Quod etiam colligitur ex *c. aqua, de consecr. eccl. & ex c. in Archiepiscopatu, de raptor.* Iure igitur Canonico merum imperium iure magistratus competens merito delegari poterit, vt videtur agnoscere IC. *d. l. 1. vers. quæ vero, supra, de off. eius.* Item etsi prædicta ratione cessaret, adhuc tamen de-
buit admitti prædicta † differentia in- 522
ter vtrunque ius: considerando quod iure ciuili non prohibentur delegari causæ meri imperij, simplieiter, sed tantũ causæ, quæ pertinent ad supremum gradum meri imperij, qui consistit in vsu gladij aduersus facinorosos, *l. nemo potest 70. inf. de reg. iur. l. solet. in pri. sup. de officio procons. & supra diximus.* Quæ ratio cessat iure Canonico, neque enim Ecclesiastica vtuntur iure gladij aduersus facinorosos, *c. in Archiepiscopatu, in fi. de raptor. c. fi. ne cler. vel mon. lib. 6.* Ergo meritò illud delegare poterit, cùm id quasi ex necessitate præcisa faciant: vt in simili probat, *l. 1. ad finem principij, sup. de off. eius*, & confirmatur, quia † propter prædi- 523
ctam rationẽ solent Ecclesiastici causas meri imperij delegare secularibus, *c. in Archiepiscopatu, de raptor. iũcta gl. fin.*

Vnde

524 Vnde & in † ſimplici delegatione, cenſebūtur venire merum imperium & mixtum, quia etiam in reſeruatis Principi, ſi per eum ſolita ſint concedi, cenſebūtur venire in generali conceſſione, vt probat text. *c. quod tranſlationem, de off. leg.* quē ad id notat Rom. *conſ. 59. n. 3. Capol. conſil. crimin. 17. n. 21. Purpur. l. 1. n. 71. ſupra, de iuriſdict. omn. iud. Hyppol. Rimin. d. l. imperium, n. 249.* Ergo & facultas delegandi merum imperium propter prædictam neceſſitatem, debet videri Eccleſiaſticis conceſſa: conferunt tradita per Hyppol. Rimin *l. 1. n. 108 ſupra, de officio eius.*

525 Ex quibus infertur, quod † ſi iure Canonico aliquid per ſpeciale priuilegium ſit conceſſum ordinario, non poſſet id ordinarius delegare: quia ceſſat ratio, de qua ſupra, & in his terminis etiam iure Canonico locum obtinet. Sed ſubſiſtendum eſt: quia in

526 † contrarium videtur text. *in c. fin. de off. ord.* qui probat, ordinarium poſſe delegare poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione incurſa, ob manus iniectionem in clericum, quæ per ſpeciale priuilegium ei fuerat conceſſa, vt in ſpecie aduertit Couar. *reſolut.*

527 *lib. 3. c. 20. nu. 5.* Sed † reſpondeo imo illum text. noſtram probare illationem: nā loquitur, quando ordinario competebat illud ius abſoluendi ex officio, ac ita, quando ei competebat iure communi, vt in caſu *c. mulieres, & c. de monialibus, de ſententia excommunic. vt expendit Nauar. conſ. 1. num. 88. de conſtit.* Ergo ſentit, quod ſi ex ſpeciali priuilegio competeret, non poſſet illud delegari: Et quamuis gloſſ. ibi dicat, idem eſſe, ſi competeret ex priuilegio vel ſpeciali conceſſione, & cum ea tranſeant communiter Doctores, tamen text. ille apertè contrarium ſentit, quaſi tunc obſeruanda ſit regula,

528 *d. l. 1. ſup. de off. eius*, poterit † tamen

529 opinio gl. ſaluari, quando ea † conceſſio non fuit facta perſonæ, ſed potius dignitatis, vel officio perpetuo. Nam tūc delegari poterit, *arg. c. quoniā, Abbas, de off. deleg. vt tradit Nauar. in Manual. c. 27. n. 45. & dict. conſ. 1. num. 88. de conſtit.* quicquid inuoluat Menoch. *lib. 1. de arb. q. 54. nu. 45.* Illud certum eſt, quod licet nudum † miniſterium alicui commiſſum, propter naturā cauſę nō poſſit alteri delegari, *c. fi. §. cæterum, de off. deleg.* Tamen ſi id † non competat iure commiſſionis, ſed ex priuilegio, delegari poterit, *vt tradit gl. d. c. fi. de off. ord. quam ibi notant Ant. Anchar. & Panor. & Felin. c. fi. §. fi. col. 1. ad fi. verſ. limita. 2. de off. deleg.* Et hæc de prima illatione, quam faciunt Doctores ex communi interpretatione per eos præſtita ad *d. l. 1. ſup. de offic. eius.* 530 531

Reſtat igitur † videre de veritate ſecundæ illationis, de qua *nu. 409.* per eos factæ, ſcilicet, quod neque cauſæ mixti imperij delegari poſſint, qui ad hanc concluſionem probandam mouentur ex eo, quod hoc mixtum imperium, conceditur magiſtratibus maioribus in priuilegium, cùm minoribus denegetur, *l. ea quæ. §. 1. ff. ad municip.* Ergo denegari non poterit, iuxta communem intellectum, *d. l. 1. in 1. parte, ſup. de offic. eius*, adducitur etiam *l. ne quicquam, §. vbi decretum, ſup. de off. proconſ.* cum qua concordat *l. omnia, inf. de reg. iur.* per quas rationes prędictam illationē probat Alex. *l. 1. n. 6. ſup. de off. eius*, & ibi Iaſ. *n. 28. Curt. Iun. n. 21. Dec. l. omnia, n. 4. infra, de reg. iur.* 532

Contrariam † tamen opinionem, imo cauſas mixti imperij, iure ciuili delegari poſſe, probat Fulgoſ. *l. 1. à n. 15 ſup. de offic. eius, & ibi Decius num. 34. Purpur. n. 358. Alc. lib. 2. Parad. c. 1. & c. quod ſedem, n. 15. de offic. ord. Longaual. d. l. imperium, num. 146. Anton. Caimus l. 2. Cod. de Ped. iudic. pag. 80. Couar. reſolut. lib. 3. c. 20. n. 1.* & latè articulum in vtramque partem diſputat Alex. *in diſput.* 533

disput. Rex Aragonum, in 3. dubio.

534 Pro qua † sententia videtur text. expressus, *l. penult. in princ. supra de offi-*

535 *cio eius*, dum probat, quod † mittere aliquem in possessionem, delegari potest: quod vtique magis pertinet ad mixtum imperium, *l. iubere cauere, supra de iurisdictione omnium iud.* & hac ratione nō competit magistratui municipali, *l. ea quæ*, §. 1. *infra, ad municip.* circa quam inductionem latiùs insistunt Riminald. *l. 1. n. 257. supra de officio eius.* Quicquid cauillentur gloss. & Doctores *dicta l. penult. §. 1. & Alexand. in disput. Rex Aragonum dubio 3.*

536 *colum. 4. ante medium*, & pro † hac eadem sententia est text. clarus, *l. 4 §. 1. vers. duas, infra de damno infect.* item

537 causa † restitutionis pertinet ad mixtum imperium, *d. l. ea quæ*, §. 1. & tamen delegari potest, *l. fin. Cod. vbi, & apud quem.*

538 Ad perfectam † tamen resolutionem huius articuli, præmittendum

539 est, mixtū † imperium nihil aliud esse, quam imploratio officij iudicis nobilis ad priuatam vtilitatem: & dif-

540 fert † ab eo, qui inest iurisdictioni, de quo fit mentio, *l. fin. sup. de offi. eius*, quia mixtum imperium principaliter pertinet ad priuatam vtilitatem, & executio debet fieri in bonis, & non in persona: & tamen imperium, quod inest iurisdictioni, pertinet ad publicam vtilitatem, & in coërtione personæ exercetur, quicquid hos terminos confundat Coras. *lib. 3. Miscel.*

541 *c. 17. num. 15.* Et hac ratione † mixtum imperium per se subsistit, quod principaliter censetur cum ipsa iurisdictione, *d. l. imperium.* & tamen imperium cohærens iurisdictioni censetur illi cohærere, tanquam quid accessorium.

Item est præmittendum, quod licet apud Rom. nullus magistratus haberet merum imperium iure magistratus, *vt supra probauimus*, multi † 542 tamen erant magistratus, qui haberēt mixtum imperium iure magistratus, *Bar. d. l. imperium.* Quamuis igitur merum imperium iure ciuili delegari non posset: quia non competebat iure magistratus, tamen † mixtum 543 imperium, quod iure magistratus competebat, delegari poterat, *l. 1. §. quæ verò, sup. de off. eius*, & iuxta hanc rationem † procedit text. *l. pen. in princ.* 544 *sup. de off. eius.* dum probat cognitionem suspecti tutoris delegari posse, vt etiam probat *l. 1. §. damus, inf. suspect. tut.* Nam est ratio, quod † accusatio 545 suspecti tutoris inducta fuit lege 12. tab. *l. 1. inf. suspect. tut.* & nulli magistratui nominatim fuit data, *Cicer. lib. 3. de legib.* & ideò cum iure magistratus videatur competere, delegari potest, *vt explicat Fulg. d. l. pen. n. 6 sup. de off. eius, Alc. lib. 2. Parad. c. 1. num. 2.* Quicquid aliam rationem assignet Curt. Iun. *l. 1. n. 56. supr. de offic. eius, & ibi Hypp. Rimi. num. 3. Longau. d. l. imperium, n. 155.* Vnde † ius Canonicum permittens 546 mixtum imperium delegari posse, *c. ex literis, de off. deleg. c. cum venissent, de eo qui mitt. in poss. & notat Purpur. l. iubere cauere, n. 39 sup. de iurisd. omn. iud.* non discrepat à iure ciuili, imò cum eo concordat, *vt supra dictum est.*

Neque obstant rationes † magis 547 communis opin. in contrarium: nam ad primum respondetur, quod apud Rom. omnibus fere magistratibus competebat mixtum imperium iure magistratus, *Bar. d. l. imperium, n. 7.* & ideò delegari potest, *l. 1. §. qua verò, sup. de offic. eius.*

Non obstat † secundum de *l. ne* 548 *quicquam, §. vbi decretum, sup. de off. proconf.* quia respondetur, quod quicquid Doctores ibi comminiscantur, text. ille nihil agit de delegatione admittenda, vel neganda, sed tantum probat, quod decreta Prætoris, vel Proconsulis,

consulis, quę debebant interponi causa cognita, & auditis partibus nihil valent, si expediantur per libellum coram illis productum: cui responderunt
549 † ex abrupto, causa non cognita, & non auditis partibus concedendo scilicet illud, quod in libello petebatur, is enim modus respondendi, tantum Principi concedebatur, cuius responsio libello dato vim legis habebat: vt ibi declarat Bud. & latius Marius Salomonius, & Petrus Stella *in rep. à num.* 13. *Alc. lib.* 2. *Parad. c.* 3. *Vaconius declar. iur.* 50. *n.* 4. *& post eos* Hyppol. *Rimin. d l.* 1. *n.* 258. *sup. de off. eius*, qui videndi sunt ad plenam interpretationem, *dict* §. *vbi decretum*. & sic nihil facit ad nostrum propositum.

L. cum Prętor, 12. §. fin. ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Agit. is text. de personis qui non possunt esse iudices delegati, nec eis possit mandari iurisdictio.*

2 *De hoc est apud Hispanos, l.* 4. *tit.* 4. *partit.* 3. *concordat etiam l.* 27. *tit.* 6. *part.* 7.

3 *Aducrtit text. procedere exciviendo personas, quæ non possunt esse iudices. vnde vltra exceptas reliquas videtur admittere.*

4 *Declarat iuxta regulam permissiuam huius text. filius familias iudicem esse posse.*

5 *Munus iudicandi est publici iuris.*

6 *In his quæ sunt publici iuris non consideratur patria potestas.*

7 *In testibus inuenitur eadem regula permissiua.*

8 *Esse iudicem vel esse testem æquiparantur quoad hanc regulam permissiuam.*

9 *Extra hunc casum facilius repellitur iudex quam testis.*

10 *Incipit examinare qui iudices esse non possint, & iuxta verba illos enumerat, & de singulis agendum erit.*

11 *Declarat qui prohibeantur esse iudices natura.*

12 *Furiosus non poterit succedere in maioratu, qui habeat iurisdictionem annexam.*

13 *Natura prohibetur etiam esse iudicem mutum, & surdum, & impuberem.*

14 *Mouet difficultatem contra duo proximè exempla.*

15 *Argumentatur de matrimonio ad iudicem.*

16 *Argumentatur item de testamenti factione.*

17 *Arguit item ex eo quod mutus & surdus potest pacisci, & omnes contractus celebrare, in quibus contrahentis voce opus non est.*

18 *Tradit ad hanc difficultatem responsionem Pauli Castrens. hic num.* 2.

19 *Reijcit proximam responsionem.*

20 *Tradit veram responsionem in qua casus distinguendo procedit.*

21 *Declarat si primo modo, accipiamus mutum, an ratio in hoc text. expressa vera sit.*

22 *Declarat item quid in secundo modo dicendum.*

23 *Mutus & surdus à natura pupillo æquiparatur.*

24 *Huiusmodi mutus non potest aliquem actum facere in quo iudicio opus sit.*

25 *Quomodo debet declarari. l.* 4. *tit.* 4. *part.* 3.

26 *Proximè dicta de muto & surdo à natura procedunt præsumptiuè, secus si constiterit huiusmodi mutum intellectum habere: poterit enim celebrare omnes actus iudicio & intellectu exigentes.*

27 *Mutum intelligentem à non intelligente distinguit Iureconsultus.*

28 *Tradit quid dicendum de muto & surdo ex accidenti, vel de muto & surdo separatim.*

29 *Examinat illam controuersiam, vtrum mutus*

mutus & surdus simul possint matrimonium contrahere, & refert Doctores affirmatiuam partem tenentes.

30 *Refert Doctores qui contrariam opin. sequuntur.*

31 *Partem affirmatiuam quaestionis sequitur, & in quo muto locum habere possit declarat.*

32 *Proponit sequelam quae ex dictis colligitur circa mutum & surdum, an iudices esse possint.*

33 *Contrariam opinionem proponit & eius authores, & fundamenta.*

34 *Mutus tantum vel surdus tantum, non potest esse arbiter.*

35 *Approbat hanc contriam opinionem, & ad fundamenta prioris opinionis, de qua n. 32. respondet.*

36 *Respondet ad textum in praesenti pro illa opinione ponderato.*

37 *Respondet ad l. caecus, supra eodem, de cuius intellectu agit.*

38 *Refert ex Paulo hic nu. 2. iam caecum iudicem dari posse.*

39 *Caecus iudex dari potest cum prohibitus non inueniatur, imo admissus.*

40 *Caecus habet iudicium & intellectum, imo perfectiora habet phantasmata.*

41 *Caecus poterit esse arbiter.*

42 *Caecus poterit fieri Doctor & magister.*

43 *Caecus poterit succedere in maioratu, qui annexam habet iurisdictionem, & in omni eo quod per viam successionis ei defertur.*

44 *Caecus magistratus creari non potest.*

45 *In magistratu publico, maiestas publica & honestas maximè attenditur.*

46 *Qualiter caecitas probetur remissiuè.*

47 *Declarat quomodo sit interpretanda, l. 2. tit. 4. partit. 3.*

48 *Impubes qui nullum habet iudicium, iudicare prohibetur, & ab omnibus officijs publicis arcetur.*

49 *Impubes nec propter penuriam hominum eligi potest in iudicem, vel magistratum.*

50 *Impubes, nec ex dispensatione Principis iudex esse poterit, cum contra iura naturalia Princeps dispensare non possit.*

51 *Dicta de impubere procedunt etiamsi impubes proximus sit pubertati.*

52 *Refert ex Cumano contrariam sententiam, imo posse Principem dispensare, vt proximus pubertati possit esse iudex.*

53 *Tradit ex Bart. statutum posse dispensare cum proximo pubertati, vt testamentum facere possit.*

54 *Adducit pro eadem opinione authoritas glos. c. statutum, in princ. verb. Canonicis, de rescript. in 6.*

55 *Primam opinionem vt veriorem amplectitur, & ad rationes contrarias respondet, & primo ad Dictum Bart. de quo num. 53.*

56 *Ad iudicandum multa sunt ponderanda, in quibus magnus discursus rationis sit necessarius.*

57 *In iudicante oportet vt incurrat multas, & magnas qualitates prudentiae & rectae rationis.*

58 *Has partes enumerat l. 5. tit. 4. part. 3. & l. 1. tit. 9. lib. 3. ordinamenti.*

59 *Impubes licet possit facere testamentum, tamen ante vigesimum annum absque Principis dispensatione iudicare non potest.*

60 *Respondet ad ea, quae ex gl. in c. statutum, tradiderat, num. 54.*

61 *Reprobat etiam d. glos. dum dicit, quod si excedat septennio possit Papa dispensare.*

62 *Papa contra defectum naturae dispensare non potest.*

63 *Declarat casum in quo opinio d. glos. saluari poterit.*

64 *Item refert alium casum, in quo dicta opinio admitti poterit.*

65 *Refert Bart. in l. impuberem, in principio, num. 3. infra de falsis contrarium tenentem.*

66 *In delegatione iurisdictionis habilitas illius delegati imprimitur tempore concessionis*

concessionis rescripti.

67 Contrariam opinionem contra Bart. sequetur quam probat ex Ordinat. Portugalliæ lib.1.tit.93.

68 Respondet ad rationem Cagnoli de qua num.65.

69 Respectu exercitij sufficit collatio fieri in tempus habile.

70 Examinat text. dum restringit se ad impuberem, an pubem admittat vt possit esse iudex.

71 Ante vigesimum ætatis annum impletum, quis iudex esse non potest.

72 Dictam prohibitionem probauit ius Canonicum.

73 In probitione iuris positiui Princeps poterit liberè dispensare.

74 Incipit agere de intellectu l. quidam consulebant 57. infra de re iudicata

75 Proponit quæstionem, de qua agitur in d.l. quidam consulebant.

76 Communis interpretatio illius textus est, vt contineat duas partes

77 Tradit quid in prima parte prohibetur scilicet quem in 18. anno constitutum iudicem dare posse.

78 In secunda parte probat quod licet minor sit 18. tamen in duobus casibus poterit esse iudex, si de consensu partium datus sit, vel quando Princeps ex certa scientia eum in magistratum creauit.

79 Princeps ex quando certa scientia minorem 18. annis in iudicem elegit, dispensare cum eo videtur, vt possit magistratum gerere, & omnia per eum gesta valere.

80 Aduertit dicta l. quidam consulebant transtulisse l.5. titul.3. partit.4. & l.3. tit.9. noua recopilationis

81 Ostendit dicta communem interpretationem nullo modo admittēdam esse.

82 Refert responsionem glos. hic ad d. legem cum lege, & eorum qui eam sequuntur & communem dicunt.

83 Ostendit dictam responsionem tutam non esse.

84 Ille qui est habilis ad iudicandum, est cogendus ad iudicandum.

85 Compromissum factum in minore 25. annis non est validum.

86 Ostendit tradita nu.78. non esse vera.

87 Adducit responsionem eorum, qui dicunt in his duobus differri ius Canonicum à iure ciuili.

88 Lex cum lege supra de receptis arbitr. in iudice simpliciter dato requirit ætatem vigesimam annorum.

89 Declarat vnde ea l. initium traxerit.

90 Approbat circa hunc articulum communem opinionem Canonistarum in dict. cap. cum vigesimum.

91 Nouè aduertit author aliqua notatu digna ad legem quidam consulebāt.

92 Et primò circa quod ibi dicitur esse æquissimum, vt valeat sententia illius qui excedit ætatē 18. annorum.

93 Difficultates quæ Vlpiano illius legis authore occurrere possint describit.

94 Æquitas non scripta nihil valet, contra rigorem iuris scriptum.

95 Vlpianus in dict. l. quidam consulebant quasi se declarans addit suam conclusionem in duobus casibus admitti posse nō obstāte legis prohibitione.

96 Primum casum ibi refert & rationem in qua fundatur.

97 Ad comprobationem dicti primi casus adducit author elegātia verba Ælij Lāpridij in vita Alexandri Seueri.

98 Obijcit difficultatem contra proximè resoluta.

99 Difficultatem diluit ex ijs, quæ tradit Flauius Vopiscus in vita Probi Imperatoris.

100 In deferendis honoribus non tam ætas expectari debet, quam quod eligendus virtutibus fulgeat & moribus polleat.

101 Princeps non solùm videtur dispensare cum eo cuius sciuit defectū ætatis, sed etiā & quando id ignorauit si verum simile sit, quod si de eo fuisset certus, cū eo nihilominus dispensaret.

102 *Refert secundum casum in quo valet sententia lata ab eo qui excedit 18. annum.*

103 *Qui excedit 18. annum dicitur esse constitutus in plena pubertate.*

104 *Constitutus in 18. anno ætatis solet distingui ab aliis minoribus.*

105 *In multis ciuitatibus cauetur statutis, quod hæc ætas censeatur legitima.*

106 *Si minor 18. annis datus sit iudex etiam de consensu partiũ non valebit iudicis datio, nec senteñtia ab eo lata.*

107 *Ostendit omnino reijciẽdum esse, magis communem intellectum ad legem quidam consulebat in secunda parte & ex prima conclusione text. id comprobat.*

108 *Ostendit etiam solum consensum partium nõ reddere validam dationem, nisi alia duo requisita simul concurrant, de quibus num. 105.*

109 *Comprobat legem quidam consulebat non discrepare ad cap. cum vigesimũ, imò magis cum illo conformare.*

110 *Declarat decisionem dict. cap. cum vigesimũ, dum dicit quod nec Princeps potest minorẽ 18. annis dare iudicẽ.*

111 *Princeps hoc casu videtur derogare, quando scienter eum dedit iudicem.*

112 *Explicatur vltimo d. l. quidam consulebat, in fine.*

113 *Si minor datus sit iudex in causa particulari, non præsumitur scientia in Principe vt cum eo dispensare velit, & ideo ad validandum actum oportet constare de Principis scientia.*

114 *Si scientia Principis clarè non probetur dispensatio non præsumitur.*

115 *Si constet de scientia Principis verè, vel præsumptiuè valebit datio à principio.*

116 *Aliud determinat quando de consensu partium minor iudex datus est, tunc enim necessarium est vt per concursum illorum trium requisitorum reualidetur, & rationem dictæ resolutionis assignat.*

117 *Singula quæ non prosunt multa collecta iuuant.*

118 *Supradicta procedunt in officijs vel dignitatibus, quæ per electionem conferuntur.*

119 *Si per viam successionis officium, vel dignitas deferatur, etiam pupillus in iurisdictione, & dignitate succedet, & dabitur ei curator, qui eius nomine administret iurisdictionem.*

120 *Examinat aliud exemplum illius, qui non potest iudicare, quando scilicet per l. prohibetur iudicare.*

121 *Qui motus fuit à Senatu propter propriam turpitudinem, 15. l. Iulia repetundarum prohibetur esse iudex.*

122 *Concordat cum proxima resolutione l. Castella, 4. titu. 4. part. 2.*

123 *Motus à Senatu propter propriam turpitudinem censetur infamis.*

124 *Infamibus non patent portæ dignitatum, & ideo nec iudex delegatus esse potest.*

125 *Infamis electus de consensu partium, arbiter esse potest.*

126 *Infamis potest esse procurator ad negotia.*

127 *Infamis non potest esse aduocatus in iudicio. cũm officium aduocati gerere honor, & dignitas censeatur.*

128 *Infames si sint arbitri iuris, vel dati per statutum non admittentur ad prædicta arbitria.*

129 *Si quis lege sit prohibitus iudicare, vt infamis non potest officium delatũ acceptare, sed tenẽtur detegere ad defectũ suũ, aliàs grauiter punietur.*

130 *Ponderat in contrarium dictum Innocentij in cap. super, num. 6. de officio delegati.*

131 *Assignat concordiam ex Angelo hic num. 2. & alijs ad dictas opiniones.*

132 *Reijcit prædictam concordiam, & illius fundamentis respondet.*

133 *Veriorem concordiam assignat, in qua distinguendo procedit.*

134 *Si infamia sit detecta per sententiam, vel*

vel alio modo tenetur electus detegere suum defectum simpliciter, dicendo se iudicem esse non posse.

135 *Si adhuc infamia non sit detecta, non tenetur eam infamis detegere, & se publicè defamare.*

136 *Exceptio infamiæ opponi debet ante litem cõtestatã, cũ respiciat defectum personæ iudicis, alias si nõ opponatur index infamis in causa procedet.*

137 *Refert contrariæ opinionis Auctores qui eam veriorem in puncto iuris esse contendunt.*

138 *Ratio proximæ opinionis traditur.*

139 *Quando inhabilitas non pendet à voluntate partium earum taciturnitas non tollit prædictam inhabilitatem.*

140 *Adducit concordiam ad has opiniones.*

141 *Si defectus infamiæ erat occultus valent gesta per infamem, propter communem errorem.*

142 *Si defectus infamiæ erat iam detectus, & notorius procedet.*

143 *Secunda opinio l. Barbarius, supra de officio Prætoris, locum non habet quando defectus est notorius.*

144 *Respondet ad argumenta in contrarium adducta & primò ad regulam l. fin. Codic. de except.*

145 *Regula dict. l. fin. non procedit, quando exceptio dilatoria reddit iudicium retro nullum, quia tunc quocunque tempore opponi potest.*

146 *Respondet ad l. filius f. §. veterani, supra de procuratoribus.*

147 *Limitat secundò conclusionem huius text. de qua num. 120. procedere in iudice delegato tantum.*

148 *Gesta per iudicem infamem, si fuerit ordinarius valebunt propter communem errorem, etiam si huiusmodi defectus sit notorius, de quo tamen vide num. 153.*

149 *Dictam differentiam impugnat, & eius fundamentis respondet.*

150 *Infames notoriè publico officio obtinere non possunt.*

151 *De infamia iudicis quilibet opponere potest.*

152 *Respondet ad differentiam traditam per Innocentium, n. 148.*

153 *Gesta per ordinarium inhabilem si defectus sit notorius non valent.*

154 *Reprobat differentiam quæ in hoc articulo constituitur inter iudicem ordinarium & delegatum.*

155 *Dict. l. Barbarius, datis paribus terminis etiã in iudice delegato procedit.*

156 *Assignat aliam rationem contra ea quæ dicta sunt num. 148.*

157 *Durante lite super inhabilitate valebunt gesta per inhabilem toleratum.*

158 *Propter defectum probatum per viam exceptionis, quis non debet priuari officio.*

159 *Declarat quos effectus operabitur inhabilitas probata per viã exceptionis.*

160 *Tertiam limitationem ad conclusionem deductam ex hoc text. assignat.*

161 *Si alicui opponatur quod sit criminosus, vel periurus non obstante exceptione iudex erit, donec priuetur per sententiam.*

162 *Declarat quæ infamia requiratur, vt quis ad iudicandum propter infamiam remoueatur scilicet infamia iuris ex sententia condemnatoria.*

163 *Infamia facti aliquem ad iudicandum non excludit.*

164 *Opponit quod infamia facti repellit vnumquemque ad dignitatem obtinendam.*

165 *Assignat concordiam ad proximam differentiam.*

166 *Si infamis infamia facti, quia esset criminosus, fuerit electus ad officium publicum, valebit electio, nec pro crimine accusari poterit dum durat officium.*

167 *Si ratione delictorum ex quibus resultat infamia facti fuerit accusatus pendente illa accusatione, non valebit electio, etiamsi adhuc non sit condemnatus.*

168 *Reprobat tradita per Angelum hic num.1.*
169 *Testis criminosus repellitur à testimonio ferendo.*
170 *Iudex criminosus repellitur à iudicando.*
171 *Opponit difficultatē cōtra proximè resolutā ex l.2. supra, de Senatoribus.*
172 *Ad difficultatem respondet & declarat eleganter unde illa differentia procedat.*
173 *Criminosus etiam notorius adhuc iudex esse poterit.*
174 *Licet text. agat de prohibito per legem iudicare, tamen poterit etiam eam exemplificari in terminis legis cum lege supra de receptis arbitris.*
175 *Vltimam limitationem tradit ex Angelo hic n.2. de qua latè agit.*
176 *In confirmatione limitationis allegat dictum Bald. l. 1. num. 1. Codic. de secundis nuptijs.*
177 *Contrariam opinionem proponit, & optimis fundamentis corroborat, & ad fundamenta pro limitatione, de qua num.175. ad lucta respondet.*
178 *Respondet ad dictum Angeli his n. 2. de quo num.75.*
179 *Furiosi & impuberes & similes non non sunt incapaces iurisdictionis, sed tantum exercitij, & ideo iurisdictionem cuius sunt capaces per alios exercere possunt.*
180 *Respondet ad dictum Baldi de quo num.176.*
181 *Duæ sunt species infamiæ, quædam enim dicitur infamia iuris, & quædam infamia facti.*
182 *Inter has infamias ea est præcipua differentia, quod propter infamiam iuris non solum priuatur infamis officiis, vel beneficiis obtinendis, sed etiam iam obtentis.*
183 *Tradit ex Bal. quod infamis dicitur exauthoratus ab omni dignitate & officio publico, & beneficijs Ecclesiasticis.*
184 *Proxima dicta à Baldo declarat procedere, quando quis efficitur infamis propter proprium delictum, secus si pro delicto alterius.*
185 *Filius hæretici propter delictum patris, non amittit beneficia iam obtenta.*
186 *Declarat in quibus terminis procedat traditio glossa Clement. 1. verb. obtinendi de pœnis.*
187 *Declarat item tradita supra de infamibus intelligenda esse, si quis per veras probationes condemnatus est.*
188 *Ille qui per fictas probationes condemnatus est vt infamis non censebitur infamis, infamia iuris nec incurrit pœnas illis infamibus impositas.*
189 *Infamis infamia iuris nunquam priuabitur beneficijs vel officijs publicis ipso iure, sed oportet quod de nouo illis per sententiam priuetur.*
190 *Ad priuationē nō est necessaria sententia in certis delictis, in quibus ipso iure censetur priuatus iam obtentis.*
191 *Tradit ex Baldo l.2. n.1. ad finem supra de Senatoribus, neminem esse priuatum ipso iure propter infamiam iuris, sed venire priuandum per sententiam.*
192 *Vtrum propter iuris infamiā ante priuationē veniat suspendēdus ab exercitio dignitatis, vel officij remissiuè.*
193 *Propter infamiam facti licet quis efficiatur inhabilis ad officia, & beneficia publica de nouo obtinenda tamen propter eam nunquam quis priuatur iam obtentis.*
194 *Refert rationem proximæ resolutionis, qui contrariam tenuerunt recenset.*
195 *Reprobat Doctores qui contra. tenuerunt & dict. resolutionem n. 193. veriorem esse ostendit.*
196 *Propter infamiam facti non arcebitur, quis à beneficijs, vel officijs obtinendis, nisi quis iam accusatus sit de crimine.*
197 *Neque etiam si crimen sit notorium*

ab

ob id priuabitur officio, vel beneficio obtento, nisi per sententiam de nouo priuetur.

198 *Examinat dictũ Bald.l.1.n.1.Codic. de secundis nupt. de quo supra n. 176. & multa ex illa tradit notatu digna.*

199 *Proponit primam quæstionem ex dicto Bald.& eiusdem resolutionem.*

200 *Mulier etiam infamis potest in hæreditate succedere.*

201 *Proponit secundam rationem ex eodem Bald.ad resolutionem per eum assignatam.*

202 *Aliquid retinetur in consequentiam, quod principaliter obtineri nõ potest.*

203 *Ostendit rationes Bald.euincere idem esse, si post infamiam incursam prætendat succedere de nouo in maioratu,cuius successio post infamiam incursam de nouo ei incipit deferri.*

204 *Refert qui tenent contra proximam resolutionem Bald. & eorum fundamenta adducit.*

205 *Quando circa eandem personam concurrunt duæ regulæ contrariæ, altera præmissiua,& altera prohibitiua, semper præualet prohibitiua.*

206 *Quando concurrunt duæ causæ, vna quæ nocet,& altera quæ prodest præfertur illa, quæ nocet.*

207 *Ostendit dictas rationes non multum vrgere,& eis respondet remissiuè.*

208 *Opinionem contra Bald. magis approbat, & aliqua notatu digna contra illum,& sequaces aduertit.*

209 *Refert ex dictis Doctoribus,& Bald. bona Comitatus in hac quæstione consideranda esse per se & separatim:titulus verò in consequentiam & accessorium.*

210 *Titulus dignitatis tanquam accessorium trãsit in naturam ipsius principalis ac ita non consideratur tanquam diuersa, sed potius tanquam vnum tantum.*

211 *Regula c.accessorium,de reg.iur.in 6. procedit etiamsi accessorium sit magis dignum, pretiosiùs quam sit ipsum principale cui annectitur.*

212 *Illud quod ex se est digniùs, si accedat minus digno ratione accessionis cõsideratur tanquã minus dignum.*

213 *Ostendit proxime resoluta licet in se vera sint malè amplificari ad nostram quæstionem.*

214 *Bona comprehensa sub titulo Comitatus ita sub eo continentur, vt amplius non considerentur per se, sed transeant in naturam ipsius tituli Comitatus.*

215 *Tituli Comitatus, & similes censentur dignitates regales.*

216 *Comes in Regno Castellæ propter solum titulũ efficitur de consilio Regis.*

217 *Insimul vnitis inseparabiliter dignius trahit ad se minus dignum, & illud transfundit in suam propriam naturam & nomen.*

218 *Colligit legitimam consequentiam in hac materia contra Baldum & sequaces.*

219 *Respondet ad fundamenta Bald. & sequacium & in primis ad primum.*

220 *Confirmat proximam responsionem.*

221 *Monachus capax est bonorum, & hæreditatem per se consideratarum.*

222 *Si bona sint vnita dignitati siue iurisdictioni in illis bonis Monachus non succedet.*

223 *Bona siue hæreditas hoc casu trãsfunduntur in nomen & naturã dignitatis cuius Monachus incapax est.*

224 *Respondet ad secundam rationem,& ostendit quomodo dictum Bald. in prima parte quæstionis, de qua numero 199.locum habere possit.*

225 *Reprobat resolutionẽ quam ex Bald. tradiderat,n.203.*

226 *Pro vera articuli resolutione, aduertit quod tribus modis bona solent vniri inseparabiliter.*

227 *Quædam bona vniuntur inseparabiliter tanquam æquè principalia.*

228 *Quæ*

228 *Quædam verò ita vniuntur vt bona considerentur tanquam quid principale, & dignitas tanquam accessoria.*

229 *Tertio modo è contra quod dignitas consideretur tanquam quid principale, & bona tanquam quid accessorium.*

230 *Declarat quid sit dicendum, si primo modo bona annectentur, & ibi tradit exemplum.*

231 *Dispositio loquens in vno de æquè principaliter vnitis aliud non comprehendit neque ad illud extenditur.*

232 *Si secundo modo bona vniuntur, tunc verum est quod id quod est principale tantum consideretur, & accessorium reputatur tanquā pars ipsius principalis, & sub eius nomine confundetur.*

233 *In his quæ accessoriè veniunt non requiritur habilitas extremorum, quia sufficit ea reperiri in eo quod est principale.*

234 *Refert dictum incerti authoris tract. de crimine læsa maiestatis quæst. 9. num. 8.*

235 *Refert ad idem traditionem Bart. per text. licet, l. 1. num. 1. ff. authoritate tutorum.*

236 *Declarat qua ratione procedat id quod tradit Bart. l. quidam sunt, num. 1. in fin. ff. de pœnis.*

237 *Fœmina quæ non potest succedere in dignitate siue in iurisdictione, poterit in ea succedere si deferatur iure hæreditario & sic in consequentiam actus permissi.*

238 *Quando tertio modo bona vniuntur quid dicendum sit declarat.*

239 *Ostendit prædicta procedere, quando manifestè constat, quod quid sit principale, vel sit accessorium, in dubio vero recurrendum esse ad gloss. Clement. per litteras, verb. Ecclesias de preb.*

240 *In dubio vnio cēsetur æquè principaliter facta, & ideò allegāti factā fuisse accessoriè incūbet onus probandi.*

241 *Quando constiterit, l. vnio facta est per modum principalis, & accessorij ad constituendum quod sit principale recurrendum est ad coniecturas quas ibi refert.*

242 *Nomen semper imponitur à digniori.*

243 *Denominatio sæpius probat qualitatem rei.*

244 *Adducit pro eadem sententia multa iura.*

245 *In dubio id quod ex se dignius censetur quoque esse principalius in dispositione, & minus dignum censetur esse accessorium.*

246 *Ex supra dictis infert non esse verum dictum Bald. supra relatum à numero 199.*

247 *Semper dignitas & iurisdictio censentur quid principale etiamsi admittamus cohærere territorio per modum de quo ibi.*

248 *Tradit contra Molinam de primog. & alios infames non posse succedere in maioratu dignitatis.*

249 *Absurdum est quod infames repellantur à quibuscumque officijs publicis, & quod possint succedere in omnibus dignitatibus, & officijs.*

250 *Reprobat Molin. & Didacum de pace dum existimant in simplici maioratu non habente dignitatem annexam infamem succedere posse.*

251 *Consuetudine Hispaniæ simplex maioratus cēsetur esse magna dignitas.*

252 *Quando maioratus habet vasallos, vel iurisdictionem, tunc sine dubio censebitur quasi dignitas.*

253 *Incipit agere de his qui moribus prohibentur iudicare, quod Iureconsultus excēplificat in fœminis & seruis.*

254 *Fœminæ non prohibentur iudicare per aliquam legem, sed tantùm moribus & consuetudine id fuisse inductum.*

255 *Cum consuetudo idem operetur, quod lex*

lex si fœmina contra hanc consuetudinem iudicet, nil valebit iudicium etiamsi partes taceant, vel expressè consentiant.

256 *Impugnat proximam conclusionem ex eo, quod mulier non potest esse in iudicio pro alio, & tamen si nil opponatur valebit iudicium, & procedet petitio fœmina.*

257 *Difficultati respondet ex traditis per Bart. loco ibi allegato.*

258 *Princeps cõsuetudinẽ derogare potest.*

259 *Princeps derogata consuetudine potest iubere & constituere vt mulier possit iudicare.*

260 *Consuetudine induci potest vt fœmina generaliter possit iudicare.*

261 *Refert dictum Panormitan. cap. dilecti, n. 3. de arbitris circa fœminas qua consuetudine ad iudicandum possent admitti.*

262 *Fœmina ideò non admittitur ad iudicandum, quia hoc honestati & pudicitiæ fœminarum repugnat, si se litibus intromittant & congregationibus virorum.*

263 *Consuetudo repugnans honestati & pudicitiæ valere non potest.*

264 *Refert qui contrariam opinionem tenent, imò valere cõsuetudinem quod indistinctè fœmina possint iudicare, quam vt veriorem approbat, & rationibus Panormit. respondet.*

265 *Respondet ad primam rationem Panormitan. deductam ex l. honestius, Cod. arbitr.*

266 *Quomodo intelligatur, neque non est obligatorium, de regul. iur. in 6.*

267 *Defendit opinionem Imol. c. dilecti, num. 2. de arbitr. quod si compromittatur in fœmina cum iuramento illa erit arbitrix.*

268 *Si iurisdictio iure successionis ad fœminam deueniat, poterit per se iurisdictionem exercere si velit, vel aliud remittere, vt eam exerceat suo nomine.*

269 *Seruus moribus non poterit esse iudex, nec etiam arbiter.*

270 *Monachus seruo æquiparatur, ac ideò iudex esse non poterit.*

271 *Monachus non erit arbiter.*

272 *Monachus de licentia sui superioris potest esse arbitrator seu amicabilis compositor.*

273 *Monachus de licentia sui superioris poterit esse arbiter, si agatur de pertinentibus ad vtilitatem ipsius monasterij.*

274 *Si seruus sit iudex vel arbiter, non valebit sententia, etsi partes taceant.*

275 *Seruus quod attinet ad ius ciuile pro mortuo reputatur.*

276 *Si compromissum factũ sit in seruum tanquam in arbitrum, & ille postea factus liber arbitrum acceptauerit; tunc enim validum censebitur arbitrum, & sententia ab eo lata.*

277 *Compromissum non habet subsistentiam, nisi postquam fuerit acceptatum per arbitrum.*

278 *Habilitas per se arbitri, & validitas compromissi consideratur tempore acceptationis.*

279 *Si seruus dum esset in seruitute compromissum acceptauit etiamsi postea fiat liber nil valet, & necessarium est vt fiat nouo compromissum.*

280 *Si seruus eligatur in iudicem, nil valet electio.*

281 *Seruus si communi æstimatione habebatur pro libero propter communem vtilitatem, & communem errorem valebunt gesta per eum tanquam propter verum iudicem.*

282 *Si liber communi reputatione reputaretur seruus, nil per eum gesta valerent.*

GIT † is textus de personis: *qui non possunt esse iudices delegati, neq; eis possit mandari iurisdictio:* & † cõcordat *l. 4. tit. 4 partit. 3. & ibi notat Greg. gl. 1. concordat etiam* 1 2

l.27. tit.6. partit.7. & ibi Greg. gl 3. Et
3 est † aduertendum quod cum is text.
procedat excipiendo quasdam perso-
nas,quæ nõ possunt esse iudices,clarè
sentit, quemlibet posse esse iudicem,
exceptis personis hic declaratis, *& ita*
Fulg. Paul. & Lancelot. Dec. hic Ias. in
Rub.n.6.sup.de off.eius, & ante eos Bald.
c.1.ad fin. de procur. Et hac ratione iux-
4 ta † hanc regulam permissiuam,filius
famil. poterit esse iudex, vt probat is
5 text. *in fin.* Et † est ratio, quia munus
iudicandi est publici iuris,*l.quippe,inf.*
eo.l.fin.§.iudicandi, inf.de mun.& honor.
6 & in † his quæ sunt publici iuris,non
cõsideratur patria potestas,*l.filius fam.*
supra, de his qui sunt sui, l. nam quod, in
7 *princ. inf.ad Treb.* Similiter † & iuxta
prædictam regulã,in testibus inueni-
tur regula permissiua , quod quilibet
potest esse testis , qui non inuenitur
prohibitus,*in princ.inf.de test.*Ita etiam
8 & quilibet poterit † esse iudex,qui spe-
cialiter non inuenitur prohibitus, vt
clarè probat is text. & ita quoad hoc,
scilicet quem posse esse testem,vel iu-
dicem, eos casus æquiparat, *l.2.sup.de*
9 *Senat.* licet extra † hunc casum faci-
lius repellatur iudex,quam testis,*gl.1.*
c. insinuante. de off. deleg.

10 Videndum † igitur est, qui iudices
esse nõ possint,& is tex.probat,quos-
dã natura prohiberi esse iudices,quos-
dam verò lege,& alij , moribus ciui-
tatis. De singulis igitur nobis viden-
11 dum est. Natura † igitur prohibetur
esse iudex furiosus , quia intellectu
caret,concordat *l.4.tit 4.part.3. & ibi*
*not.Greg.in gl.1.*Nam cum ad iudican-
dũ sit necessarius intellectus,furiosus
qui intellectu caret,meritò iudex esse
nõ potest,& prosequitur Hyppol.*tra.*
bannitor.verb.sentẽtia.§.3.n.392.& verb.
12 *sententia,§.4 n.24.*& pariter † furiosus
nõ poterit succedere in maioratu,qui
habeat iurisdictionem annexam, *Mo-*
lin. lib.1. de primog.c.13. à n.13.

Præterea subdit IC. natura † prohi- 13
beri esse iudicem, mutum & surdum,
item & impuberem, quia iudicio ca-
rent:concordat *l.4.tit.4.part.3.vbi Gre-*
gor.in glos.2. ampliat : quæ † postrema 14
exempla non carent difficultate:Nam
si verũ esset id quod tex.probat:quod
mutus & surdus carẽt iudicio,& ideo
† natura prohiberentur esse iudices, 15
sequeretur quod neque possent con-
trahere matrimonium, *c. cum dilectus,*
de sponsal.& tamen certũ est,hos posse
contrahere matrimonium,*c.cum apud,*
de sponsal.l.mutus.ff. de iure dot.l.ex facto,
ff.de vulg. Item † sequeretur, quod ea- 16
dem ratione, non posset testamentum
facere,*§.præterea,Inst quibus nõ est perm.*
fac.testa.& tamen certum est,hos posse
facere testamentum,obseruata distin-
ctione, *l. discretis.C. qui testam. fac. pos.*
denique mutus † & surdus pacisci po- 17
test,*l.item quia,in princ sup de pact.*Item
& donare, *l. qui id quod §.mutus, inf.de*
dona.& denique omnes contractus ce-
lebrare, in quibus contrahendis voce
opus non est, *l. in quibuscunque, inf. de*
act. & obl.l. vbi non voce, inf. de reg.iur.
quos tamen non possent celebrare, si
verum esset , id quod textus is dicit,
hos iudicio carere , & ideo natura
prohiberi esse iudices.

Huic tamen † difficultati, respon- 18
det Paul. Cast. *hic n.2.* mutum & sur-
dum non prohiberi iudicare propter
defectũ iudicij:sed propter defectum
illorum duorum sensuum,tam neces-
sariorum ad humanos conceptus ex-
plicandos, allegat *l. 1. §. casum, sup. de*
*post.*quę responsio † reiicienda est,cùm 19
illi apertè repugnent verba huius tex.
clarè dicentia , hos non posse esse iu-
dices, quia iudicio carent.

Pro vera † igitur respõsione aduer- 20
tẽdum est,quod aut intelligimus tex.
istum loqui de eo, qui mutus est tan-
tum:& non surdus, vel de surdo tan-
tum , qui non sit simul mutus vel in-
telli

telligimus de eo, qui vtroque defe-
21 ctu laborat, si primo † modo accipiamus: in his non erit vera ratio in hoc tex. expressa: cùm certum sit, hos iudicio nõ carere: ac proinde omnes actus posse facere, in quibus celebrandis, voce opus non est: *vt probant iura sup.*
22 *alleg.* Si autem † secundo modo accipiamus, distinguendum est: nam aut quis est mutus, & surdus simul à natura, aut ex accidenti. Si à natura, tũc propter rerum humanarum inexperientiam, præsumitur non habere intellectum perfectum & sufficientẽ ad actus humanos celebrandos, & ideò
23 IC. eum † pupillo æquiparant, *l. Fulcinius, §. adeò, infr. quib. ex cauf. in poss. eat. not. Pau. d. l. discretis, n. 2. Aret. l. qui in potestate, §. 1. n. 2. inf. de testam.* Et in huiusmodi muto verificatur ratio huius tex. quod nõ possunt esse iudices, quia iudicio carent, scilicet perfecto: & hac ratione non succedunt in maioratu iurisdictionem annexam habẽte, *Molin. lib. 1. de primog. c. 13. à n. 41.* Neque
24 etiam alium † actum potest facere, in quo iudicio opus sit, *d. l. discretis, ſ. qui test. facere pos. tradit gloss. recepta, l. qui id quod, §. mutus, inf. de dona.* & ad hunc
25 modum debet † declarari, *l. 4. tit. 4.*
26 *par. 3.* Est tamẽ prædictis † addendum, quod cũ ea procedant præsumptiuè, si clarè cõstiterit, quod mutus & surdus etiam à natura, intellectum habet, is poterit celebrare omnes actus, iudicium & intellectũ exigentes, *vt tradit Alex. l. 1. in prin. n. 8. inf. de verb. obl. nota*
27 *Corn. d. l. discretis, n. 5.* & ita mutũ † intelligente distinguit IC. *l. seruo inuito,*
28 *§. si pupillo, in fin. inf. ad Treb.* Si verò † fiat quæstio de muto & surdo ex accidẽti, vel de muto & surdo separatim, quia tunc cessat ratio, de qua supra, quia creditur, quod iudicium habeat, non videbitur prohibitus iudicare quasi iudicio careat, & sic poterit omnes alios actus facere, in quibus iudicio opus est, *d. l. discretis.*

Et iuxta hæc componenda & resoluenda est ea † controuersia, *Virum* 29 *mutus & surdus simul possint matrimoniũ contrahere?* In qua quæstione Propos. *c. apud, n. 5. de sponsal.* per illum text. resoluit, matrimonium contrahere posse, & idem resoluit Alex. *l. 1. in princ. n. 10. & ibi Galeaul. n. 23. infra, de verb. obl. & Vincent. n. 44.* & secundã istam opinionẽ consuluit Paris. *cons. 63. lib. 4.*

Contrariam † tamen opinionem, 30 imò hos matrimonium contrahere non posse, tenet Anchar. *d. c. cum apud, num. 5.* quem sequitur Ias. *d. l. discretis, n. 2. ad fin. & n. 8. & l. mutum, num. 4. infra, de acq. her.* Sed ex prædictis † re- 31 soluendum est, primam opinionem admittendam esse, in muto & surdo à natura, quem tamen constat intelligere, sed in dubio præsumetur non intelligere, & ideò non poterit contrahere matrimonium, vt existimat secunda opinio.

Item ex prædictis videtur † sequi, 32 quod mutus tantùm, vel surdus tantùm, vel etiam mutus & surdus simul, ex accidenti poterunt esse iudices: nam cùm præsumantur habere intellectum, *vt supra diximus*, poterunt omnes actus facere iudicium & intellectum exigentes, cùm in illis cesset ratio in hoc textu expressa, & facit, *l. cecus sup. eodem.* Sed nihilominus † con- 33 trariam opinionem probat Pau. *hic. num. 2.* quem probat Ang. Aret. *§. penult. num. 17. Inst. de except. Antonius Blancus de compromisso, q. 2. n. 27.* Et pro illis vrget, quod mutus † tantùm, vel 34 surdus tantùm, non potest esse arbiter, *l. sed etsi, 19. in fine principij, supra, de recept. arbit.* Ergo pariter non poterit esse iudex, iuxta æquiparationem, *l. 1. sup. de recep. arb.* quæ opinio videtur verior. Cui non obstant adducta in † 35 contrarium, nã ad primũ de isto † tex. 36 respondetur, agere de his, qui propter

naturam prohibentur iudicare, prout, sunt prædicti, si careant iudicio & intellectu. Vnde ex eo tantum inferri potest, hos si habeant intellectum, natura non prohiberi iudicare, quia præsumuntur iudiciũ & intellectum habere. Ceterùm quia nihilominus carent sensibus, tam necessariis ad humanos conceptus explicandos: non poterunt esse iudices: prout neque arbitri esse possunt, *vt dictum est.*

37 Non obstat secundus † de *l. cæcus, sup. eo.* quia gl. ibi intellexit eum tex. procedere in illo, qui postquam iudex datus est, in cæcitatem incidit: nam is nihilominus officium iudicandi retinebit, sed si iam cæcus datus sit iudex, non valebit datio, neque poterit esse iudex propter prædictum defectum. Allegat text. qui prædicto modo in terminis videtur distinguere, *l. 1. §. casum, sup. de postulan. & gl. sequuntur Bar. & alij ibi Panorm. cons. 47. lib. 1. & Anton. Blancus de compr. quæst. 2. num. 31. Hypp. tract. bannitorum, verb. sententia, §. 4. num. 28. Mascard. de probat. lib. 1. quæst. 278. num. fin. Bologn. consil. 4. num. 41. & num. 91. & consil. seq. num 10. facit l. etiam, §. cum gl. infra, de author. tut.* Contrariam tamen opinionem, imo iã cæ-

38 cum iudicem dari posse, tenet † Pau. *hic num. 2.* expendens, quod inter prohibitos iudicare, non innumeratis text. cæcum, & subscribit Lancellotus Deci. *l. cæcus, ad finem, supra eodem,* propter generalitatem illius text. & tanquam nouũ probat Duar. *lib. 1. disput. c. 23.* quem sequitur Men. *cons. 100. n. 252. lib. 1.* Pro concordia dicendum

39 est, cæcum † iudicem delegatum dari posse, quia non inuenitur prohibitus, imo magis admissus, vt colligitur ex generalitate *l. cæcus, sup. eo.* cum

40 cæcus † is habeat iudicium & intellectum, imo perfectiora habet phantasmata, *vt post Arist. tradit Lancel. Dec. l. cæcus ad fin. sup. eod.* Nihil igitur prohibet, eum iudicem delegatum dari posse, vnde eadem ratione poterit esse † arbiter, quiequid in neget Ant. 41 Blan. *de compromisso, q. 2. n. 30.* Et similiter † poterit cæcus fieri Doctor & magister, *Menoch. illust. q. c. 103. n. 107.* item 42 & succedere † in maioratu, qui anne 43 xam habeat iurisdictionem, *vt post alios probat Molina lib. 1. de primog. c. 13. n. 67.* & in omni eo, quod per viam successionis ei defertur, *Bart. Lancel. Dec. & Iacobin. l. cæcus, sup. eo. Bologn. cons. 4. n. 31. & 41.* Cæcus † tamen non poterit 44 creari magistratus, & vt expresse distinguit Iuteconsf. *l. 1. §. casum, supra, de postul.* Et est ratio, quia † in magi- 45 stratu publico maiestas publica & honestas, maximè attenditur, *l. rescripto, in princ. inf. de mun. & hon.* & non conuenit maiestati publicæ: quod cæcus creetur magistratus, *vt aduertit Duar. lib. 1. disput. c. 23.* quẽ probat Menoch. *cons. 100. n. 252. lib. 1.* & † qualiter pro 46 betur cæcitas tractat Mascard. *de prob. lib. 1. q. 278.* & iuxta prædicta est † in- 47 terpretanda, *l. 4. tit. 4. part. 3.*

Vltima persona, quæ natura prohibetur iudicare est † impubes: quia 48 nullum habet iudicium, *§. præterea, Inst. quibus non est permiss. facere testam.* & ideo ab omnibus officiis publicis arcetur, *l. 2. § fin. inf. de reg. iur.* Adeo quod neque propter penuriam † hominum 49 eligi possit in iudicem vel magistratum, *l. 2. § impuberes, infr. de iure immun.* Imo eum propter defectum naturalem iudices esse non possint, vt probat is text. neque Princeps † cum eo 50 dispensare poterit, quia cõtra iura naturalia Princeps dispensare nõ potest, *§. sed naturalia, Inst. de re nat.* & in specie sentit gl. hic *verb. & impubes,* & latius in terminis comprobat Soarez *alleg. 12. à n. 6.* cui addendus est Bar. *l. bonorũ, n. 4. C. qui admitti.* Quod procedit † etsi 51 impubes proximus sit pubertati, vt colligitur ex generalitate huius tex. & tradit

tradit Zaf. *l.quidam consulebat, n. 8. inf. de re iu iic.* & latius comprobat Soar. *d.alleg.12.à num. 15.* & in simili tradit Vantius *de null. tit. quomodo sententia nulla reparari possit,n.54.pag. 582.*

52 Ceterùm subsistendum est ,quia † Cuman. *d.l.quidam consulebat ,n.3. inf. de re iud.* in cõtraria est sententia, imo quod Princeps possit dispensare, vt proximus pubertati possit esse iudex,
53 allegat † Bar. *l.si quaramus,n.6.infra,de testa.*qui tenet, statutum posse dispensare cum proximo pubertati, vt testamentum facere possit, quam opinionem tanquam nouam proponit & defendit Ard. Sicul. *c. cum vigesimum, n. 12. & ibi Fel. col. 2. ad fin. de offi. deleg.*
54 Qui etiam pro hac † opinione adducunt authoritatem gl. *cap. statutum, in prin. verb. Canonicus de rescri. in 6.* quæ existimat, Papã ex certa scientia posse Canonicum septennem dare iudicem delegatum: quam probant Dec.*l.2.§. item impuberes , n. 4. & ibi Cagn.num.7. inf.de reg.iur.*

55 Sed vtique prima † opinio verior est, per rationem supra allatam. Neque obstant rationes contrariæ opinionis, nam ad primam de *d. Bar. l.si quaramus,n.6.sup.de testa.*Respondetur in primis,illud non esse tutũ,vt ostendit Thesaurus *decis.Pedem.*87.Item & eo admisso, nõ bene ex eo infertur ad nostrum casum:nam facere testamentum non est actus, in quo magno intellectu, seu discursu rationis vtendum sit,prout requiritur in officio iu-
56 dicandi,nam in eo multa † sunt ponderãda, in quib.magnus discursus rationis sit necessarius, *cap. 1. de re iudi. in 6.c.iudicantem,30.q.5.*& ob id opor-
57 tet † iudicantem, multas habere qualitates prudentiæ, & rectæ rationis,
58 quas † enumerat *l.5.tit. 4. part.3. & l. 1.tit.9.libr.3.Ordinamenti,* & prosequitur Auiles *de Pretorib. in proœm. verb. quales quiera,n.7.pag.14.* quæ in impubere.etiam proximo pubertati, minimè reperiuntur.Faciliùs igitur potest dispensari cum proximo pubertati:vt possit testamentum facere, quã quod possit fungi munere iudicandi. Quo fit, vt licet iam pubes † possit facere 59
absque vlla dispensatione, *d. §. praterea, Inst. quib.non est perm. facere test.l.si frater, C. qui testam. facere pos.* tamen idem ante 20. annum absque Principis dispensatione iudicare non poterit, *l.cum lege ,sup.de recep.arb.c.cum vigesimum , de off.deleg.*

Non obstat † secunda ratio de au- 60
thoritate gl.*c.statutum, in prin.verb.Canonicus, de rescri.in 6.*quia tantum dicit in principio,quod cum minore septẽnio, possit Papa dispensare, vt sit Canonicus in Ecclesia Cathedrali, non tamen ob id videtur voluisse, quod Papa possit in ea ætate eum iudicem delegatũ constituere:imo sentit,quod licet dispenset cum minore septennio, vt sit Canon in Ecclesia cathedrali, non ob id censetur cum eo dispensare, vt in ea ætate possit esse iudex delegatus: *notat & extollit Domin. ibi,n.7.Fel.c.at si clerici,§.de adult.col.pen. post prin.de iud* dum autem postea subdit prædicta gl.quod si excedat septẽnium, possit cum eo dispensare,vt sit Iudex delegatus,& cũ ea trãseant Dd. cõmuniter, *vt ibi asserit Gem.num.111.*

Tamen verũ † esse non potest,cum 61
natura repugnet, quod is possit esse iudex,vt probat tex.noster, & vtique Papa † contra defectum naturæ di- 62
spensare non potuit, *Innoc. receptus,c. sciscitatus, de rescri.* & in terminis aduertit Bald.*l.bonorum. n.4.C.qui admitti,& l.vnica,n. 85.C.de confessis.* Poterit tamen prædicta contraria opinio defendi,in officio,non requirent magnã scientiam: neque rationis discursum: hoc enim officium dispensatiuè ei poterit concedi, *l.fi. C. de testam.milit.& ibi notant Odofr. & Bal. & tradit Dec.l.*

2.§.*item impuberes,n.5. & ibi Cagno.n.8.*
63 *infra, de reg.iur.* dũmodo † sit proximus
pubertati,*vt tradit Salyc.d.l fin. C.de te-*
stam. milit. & Soarez allegat. 2. n. 22. ad
64 *fin.* Itẽ potest admitti † contraria opi-
nio, quando impuberi conceditur of-
ficiũ iudicandi,addita clausula, vt ca
viatur postquam fuerit legitimæ æta-
tis:nam tunc cessat ratio huius text.&
incipit militare regula, *l. quod sponsæ,*
C.de donat.ante nup.& c.ei qui,de prab.in
6.& §.furiosus,Inst.qui testa.tut.dari poss.
& ita in terminis Decius *l. 2. §.nẽ im-*
puberes,n.3.& c.post cessionem,n.5.de pro-
bat. & consil. 40. n. 2. Soarez alleg. 12.
65 *num.* 23. Est tamen † aduertendum,
quod in contrarium viget doctrina
Bart. *l. impuberem.in prin.n.3.inf.de fal-*
sis, propter regulam tex. *c. si eo tempo-*
re, de rescri. in 6. & subscribit Guil-
lelm. *c. Raynutius, verb. adiectæ, n. 15.*
de testa. & post aliquos defendit Ca-
gnol. *d.l.2.§. item impuberes,n. 6.* ea ra-
66 tione, quia in † delegatione iurisdi-
ctionis,habilitas illius imprimitur tẽ-
pore concessi rescripti, & ideo eo
tempore debet adesse habilitas per-
sonæ delegati, *iuxta tradita per Fel. c.*
eam te.num.11.de rescrip.
67 Sed opinio † Decij verior est,quam
expressè probat Ord. Portugalliæ, *lib.*
1.tit.73 antiquæ impressionis, & lib.1.tit.
93. nouæ impressionis. Neque obstat †
68 Cagnoli ratio, quia impubes non est
incapax iurisdictionis,sed tantũ exer-
citij illius, vt colligitur ex isto tex. &
69 ideo † respectu exercitij sufficiet col-
lationem conferri in tempus habile,
l. in tempus,inf.de hæred.instit.
70 Neque est omittendum, quod † is
tex. restringendo se ad impuberẽ vi-
detur sentire, quòd pubes poterit esse
iudex, quod tamen non est verũ:quia
71 non potest quis esse iudex † ante im-
pletum vigesimum ætatis annum, *l.*
cum lege 46. supra de recept. arb. cum vi-
gesimum,de offic.deleg. Sed respondetur,
textum istũ probare propter defectũ
naturæ,impuberem non posse esse iu-
dicem,neque Principem cum hoc de-
fectu dispensare posse, *vt supra proba-*
uimus, quod si iam pubes sit,non pro-
hibebitur iudicare propter illum de-
fectum naturæ, quia præsumitur iam
habere intellectum sufficientem ad
iudicandum, sed nihilominus non
poterit esse iudex propter prohibitio-
nem legis Iuliæ iudiciariæ, quæ ve-
tuit, quem esse iudicem ante vigesi-
mum ætatis annum, vt refertur *in d.l.*
cum lege, quam † prohibitionem pro- 72
bauit ius Canonicum, *in d.c.cum vige-*
simum. Vnde cùm sit impedimentum
iuris † positiui, Princeps poterit cum 73
eo liberè dispensare si velit, *c. proposuit,*
de concess. præb. & in terminis probat *l.*
quidam consulebat,in fi.inf. de re iud. vbi
Pau. *n. 1.* ita resoluit & Pan. *d. c. cum*
vigesimum,n.2. Soarez alleg.12.n.12. &
in casu simili tradit Vant.*tract.de null.*
tit. quib. modis senten. nulla repar. possit,
num.54.pag.582.
Verùm tamen, quia † vera resolu- 74
tio huius articuli pendet ab intelle-
ctu, *d. l. quidam consulebat 57. infr.de re*
iud. aliqua circa interpretationem il-
lius tractabuntur.
Proponitur igitur in eo textu † 75
quæstio, *Vtrum sententia lata à minore*
20. annis valida esset? Cui quæstioni
obscurè respõdet Iureconf. Vlpianus,
cõmunis † tamen interpretatio illius 76
legis est:quod contineat duas partes.
In prima † probat,in 18. an. cõstitutũ 77
iudicem dari posse, & latã ab eo sen-
tentiam valere. In secũda † autẽ pro- 78
bat, quod licet sit minor 18.annis,ta-
men in duobus casibus poterit esse
iudex, si de consensu partium datus
sit,vel quãdo † Princeps ex certa sciẽ- 79
tia cum magistratum creauit, quia
tũc videtur dispensare, vt licet minor
18.annis sit, tamẽ possit magistratum
gerere, & omnia gesta per eũ valere,
&

& ita interpretatur gl. pen. ibi, quam sequitur Bar. *in princ.* & alij communiter, *vt ibi asserunt Alex. Zas. & Duar. in prin. Soarez alleg.* 12. *nu.* 10. & secun-
80 dum † hunc sensum, *d.l. quidã consulebat*, transtulit *l.5. tit.3. part.4. & l.3. tit. 9. lib.3. ordinamenti noua recopila. & subscribit Caldas l. si curatorem, verb. hunc contractum, n.44. C. in integ. rest.*

81 Sed hæc communis † interpretatio, nullo modo admittenda est: quia secundum eam probaret, *d.l. quidam consulebat*: quod maior 18. annis possit esse iudex, cuius tamen contrarium probat text. *l. cum lege*, 46. *supra de recep.*
82 *arbit.* Cui difficultati minimè † satis facit gl. *d.l. cum lege, & gl. d.l. quidam consulebat, & gl. hic verb. & impubes*, dum respondet, quod *d.l. cum lege*, tantùm probat, quod minor 20. annis non est cogendus inuitus recipere arbitrium, tamen non negat textus valere sententiam, si sponte illud recipiat, & maior sit 18. annis, vt est expressum *d.l. quidam consulebat*, vbi Alex. *n.3. Zasius n.*12. asserunt esse receptam illius text. interpretationem, & Ant. Blanc. *de comprom. q.2. num.*22. *Viuius lib.2. commun. op. n.*179. *Caldas l. si curatorem, verb. hunc contractum, ante fin.* quæ ta-
83 men † responsio non est tuta: quia *d.l. cum lege*, apertè probat lege Iulia iudiciaria cautum fuisse, vt minor 20. annis non cogeretur esse iudex, ita vt
84 quamuis ille, qui † sit habilis ad iudicandum, sit cogendus esse iudex, *l. fi. §. iudicandi. inf. de mun. & hon.* tamen minor 20. annis non est cogendus iudicare: quia non creditur esse habilis ad iudicandum.

Ex quo infert *d.l. cum lege*, quod si
85 in minorem 20. annis factum † fuerit compromissum, non sit validum: cùm prædicta lex eum inhabilem reddiderit ad iudicandum, & ideo meritò *c. cum vigesimũ, de off. deleg.* requirit 20. annum, vt quis possit esse iudex: præterea † probaret, *d.l. quidam consul.* se- 86
cundum prædictum intellectũ, quod minor 18. annis posset esse iudex, si de cõsensu partium datus esset: cuius tamen contrarium expressè probat, *c. cum vigesimum, de of. dele.* Neque satisfacit † responsio eorum, qui dicunt, in 87
his duobus differre ius Canonicum à iure ciuili, quod receptum esse asserit Zas. *d. l. quidam consulebat, n.3. & 6. & Duar* Nam replicabitur, non esse facilè admittendam differentiam inter ius ciuile & Canonicum, *c.1. de noui oper.* maximè † quia *d.l. cum lege*, etiam 88
in iudice simpliciter dato, requirit ætatem 20. annorum, siue ea lex † fue- 89
rit lex Iulia iudiciaria: quam tulit Iul. Cæsar, & tradit Briss. *lib.4. antiquit. iuris, c.7.* siue etiam sit lex Iulia annalis: *vt credit Cuiat. lib.17. obser. c.*34. de qua multa tradidit Ant. Aug. *tract. de legi. & Senatuscons. pag.*331. ad quas leges videtur allusisse *Ouid. in Fast.* dũ dicit.

—— finitáque certis
Legibus est ætas, vnde petatur honor.

Verior igitur videtur † communis 90
opinio Canonistarum, *d.c. cum vigesimum, quod minor 20. annis*, non possit esse iudex delegatus: vt admonet Ant. Blãcus *de comprom. q.2. n.*22. & tãquam veriorem opinionem, probat Viuius *lib.2. com. opin.* 179. quam opinionem tanquam veriorem probant Cumant. & Imol. vterque, *n.3. d.l. quidam consulebat*, conantes ita declarare verba, *d.l. quidam consulebat*, vt conueniant cum decisione *d.c. cum vigesimum*, & etiam Zas. *lib.2. singul. intellectuum, cap.*22. Sed quia interpretationem prædictorum, quasi literæ non conuenientem impugnat Alex. *d. l. quidam consulebat, num.2. ad fin.*

Ad veram † interpretationem *d.l.* 91
quidam consulebat, ego aduertendum esse existimo: quod Vlp *d.l. quidam consulebat, in 1. par.* clarè † determinet, 92
quod æquissimũ sit, valere sententiam illius,

illius, qui excedit ætatem 18. anno-
93 rum, tamen cum † forsan ei occurre-
ret dispositio legis Iuliæ, quæ veta-
bat, quem posse iudicem esse ante 20.
annum, vt refertur *in d. l. cum lege*, &
94 aduerteret etiam æquitatem † non
scriptam nihil valere contra rigorem
iuris scriptum, *iuxta tradita, l. placuit,*
95 *C. de iudic.* quasi † se declarans addit
suam conclusionem, saltem in duobus
casibus admitti posse, non obstante
96 prædictæ legis prohibitione. Prima †
est, si minor 20. annis, & tamen exce-
dens 18 annum fuit creatus magistra-
tus ordinarius: vt quia fuit creatus
Prætor vel consul: nam iurisdictio
istius non est improbanda, & conse-
quenter valebunt sententiæ per eum
latæ. Et est ratio, quia Princeps crean-
do eum magistratum ex certa scien-
tia, videtur dispensare cum eo in de-
fectu ætatis, vt clarè probat *d. l. quidam*
97 *consulebat. in fin.* Addo ego † verba ele-
gantia Ælij Lampridij in vita Alex.
Seueri: quod Princeps in creandis
magistratibus summam diligentiam
adhibere debet, informando se prius
de illorum scientia, vita & mori-
bus: graue enim esset illis committe-
re fortunas hominum & vitas, & de
eorum vita & moribus diligenter
non inquirere. Verisimile igitur est
Principem, qui eum elegit in magi-
stratum sciuisse eius ætatem, & cum
illius defectu dispensasse, *d. l. quidam*
98 *consulebat, in fin.* Et si fortè † obijcias,
quod potuit probari contrarium, imo
quod Princeps ignorauit eius ætatem,
quo casu non videretur cum eo dis-
pensasse, quæ esset magna restrictio
generalitatis, *d. l. quidam consulebat. in*
99 *fin.* respondetur, † quod vt refert Fl.
Vopiscus *in vita Probi Imper.* dicebat
100 Valerianus Imp. quod in † deferendis
honoribus non tam ætas spectari de-
bet, quam quod eligendus, virtutibus
fulgeat, & moribus polleat. Si ergo
electus in magistratum talis sit, cre-
dendum est, quod si Princeps certus
fuisset de defectu ætatis, cum eo dis-
pensaret. Vnde perinde haberi debet:
ac si Princeps de defectu ætatis fuisset
certus, nam † Princeps non solùm vi- 101
detur dispensare cum eo, cuius sciuit
defectum ætatis: sed etiam & quando
id ignorauit, si verisimile sit, quod si
de eo fuisset certus, cum eo nihilomi-
nus dispensaret: vt in specie aduertit
Imol. *d. l. quidam consulebat, n. 6. ad fin.*
cui subscribit Anan. *c. fin. n. 6. de schism.*
Ant. Natt. conf. 420. nu. 19. lib. 2. & col-
ligitur ex doctrina Bart. *l. 2. num. 2 C. si*
seruus vel libert. ad decur. aspir. lib. 10.
quam probat Rom. *conf. 216. num 8.*
Paris. conf 44 num. 18. lib 4. Ant. Gab.
lib. 1. commun. tit. de præsum. concl. 8. n. 15.
Secundus † casus, in quo valet sen- 102
tentia lata ab eo, qui excedit 18. an-
num, est, quando de communi con-
sensu partium iudex datus est; nam
tunc valebit sententia, *d. l. quidam con-*
sulebat, & ibi gl. verb. minor: & ratio est,
quia † qui excedit 18. annum, dicitur 103
esse constitutus, in plena pubertate,
l. si arrogato. in fin. sup. de adopt. Vnde † 104
constitutus in 18. ætatis anno, solet
distingui ab alijs minoribus, *Auth. si*
captiui, & ibi not. Bal. num 3. in fin. C. de
Episc. & cler. & ideo in multis † ciui- 105
tatibus cauetur statutis, quod hæc
ætas censeatur legitima. *Corn. conf.*
108. *num. 8. lib. 3.* Si ergo is iudex datus
sit de consensu partium, qui proprio
præiudicio videtur renunciare, &
preterea accedat authoritas dantis iu-
dicem, his tribus simul concurrenti-
bus, valida reputabitur iudicis datio,
quæ altero ex his deficiente, inualida
censebitur, & consequenter non va-
lebit sententia, per prædictum iudi-
cem lata. & ita gl. 2. *d. c. cum vigesimum,*
& ibi notab. Bal. n. 3. ad fin. Imol. d. l. qui-
dam consulebat, num. 4 Zasius lib. sing. in-
tellectuum, c. 22. ad fin.

Ex

Ex qua resolutione infertur primò, 106 quòd † si minor 18. annis datus sit iudex, etiam de consensu partium, non valebit iudicis datio, neque sententia ab eo lata, quia deficit primum requisitum ex tribus supra relatis, & est expressum *d.c. cum vigesimum*. Vnde patet † omnino reiiciendum esse magis communem intellectum ad *d.l. quidam consulebat, in 2. part.* quod text. agat de eo, qui est minor 18. annis, vt si datus sit de consensu partium, valeat datio, hoc enim falsum est: *ex supra traditis, & d.l. quidam consulebat, in 2. part.* si bene aduertas, conclusionem generalem positam in prima parte illius text. scilicet, æquissimum esse, valere sententiam latam ab eo, qui excederet 18. annum, eam restringit in 2. part. & assignat duos casus, in quibus illa conclusio admitti & saluari possit.

107

108 Inferrur secundò, quod † solus consensus partium, non reddet validam dationem, nisi alia duo requisita simul interueniant, quod probat *d.l. cum lege*, quæ probat, non valere arbitrium factum in minorem 20. annis, etiamsi de consensu partium electus sit, quia non interuenit authoritas illius, qui iudicem dedit, *tradit Bald. cap. cum vigesimum, num. 3. ad fin. Imol. d.l. quidam consulebat, num. 4.*

109 Infertur tertiò, quod † *d.l. quidam consulebat*, non discrepat à decisione *d. c. cum vigesimum*, imo maximè cum illa cócordat: adeo quod sentiat idem, quod est expressum, *d.c. cum vigesimum*: quod minor 18. annis non poterit esse iudex, etiamsi datus sit de consen-

110 su partiũ: Quinimo † videtur sentire, *d.c. cum vigesimum*, quod neque Princeps potest minorem 18. dare iudicem. Quod sanè intelligendũ est, quod non valebit datio, propter præsumptum defectum voluntatis Principis, quia non est verisimile, quod cum eo dispensatet, si de minori ætate illius fuisset certus. Si autem constaret de certa scientia Principis, valeret datio: quia iuris positiui prohibitioni, potuit derogare, & ita expressum est, *d. c. cum vigesimum, in fin.* & videtur voluisse † derogare, quando scienter eum 111 dedit iudicem, *d.l. quidam consulebat, in fin.* exornat Roman. *cons. 216. à n. 7. Ias. l. Barbarius, n. 20. sup. de off. Prat. Paris. cons. 44. n. 15. lib. 4. Ant. Gab. lib. 1. commun. tit. de præsumpt. conclus. 8.* ampliando vt per Bart. *in Extraua. ad reprimendum verb. non obstantibus, n. 3.* & declarando vt per Oldr. *cons. 328. num. 9. & Soares alleg. 12. num. 24.*

Vltimò † ex prædictis infertur ex- 112 plicatio ad *d.l. quidam consulebat, in fin.* quod si Princeps creauit aliquem magistratum, qui nõ haberet ætatem sufficientem, videtur cum eo dispensare: nam procedit in terminis, in quibus loquitur, quando quis est creatus magistratus generalis: nam tunc præsumitur scientia in Principe, propter rationem assignatam: Aliud igitur erit, si minor † datus sit iudex in causa par- 113 ticulari: nam tunc non præsumetur scientia in Principe, *arg. c. 1. de constit. in 6.* & ideo, vt valida censeatur datio, oportet tunc probare scientiam Principis, *c. si eo tempore, de rescr. in 6. & tradit Rom. cons. 216. n. 8.* Vnde neque cum eo Princeps videbitur dispensare, nisi scientia † Principis clarè probata sit. 114 *Pan. cap. cum vigesimum, num. 2. de offic. deleg. Alex. d. l. quidam consulebat, n. 7. Ant. Natta. cons. 420. n. 19. lib. 2. Soares alleg. 12. n. 24.* Similiter † si constet de 115 scientia Principis verè, vel præsumptiuè, valebit datio à principio, quia Princeps cum eo videtur dispensasse, *d.l. quidam consulebat, in fin.* & aliud erit, quãdo † de cõsensu partium datus est. 116 neque enim valet datio à principio, nisi per concursum illorum trium reualidetur, & quasi rata habeatur: licet enim hoc casu detur authoritas dãtis

iudicem, tamen ea authoritas poterit
interuenire ex parte inferioris à Prin
cipe, vt clarè significat *d.l qui iam con
sulebat*, & ibi notat Imola *num.4*.& sic
non poterat derogare legi Iuliæ, prout
poterat Princeps. Vnde non sufficiet
eius scientia, vt cum lege videatur di-
spensatum, *c. cum inferior. de maior. &
obed* Sed oportet illa tria simul verifi-
cari, vt valida censeatur datio, aliàs
ex se inualida, iuxta regulam, quod
117 singula† quæ nō prosunt, multa colle-
cta iuuant, *§. sed hodie. Inst. de adopt. gl.
recepta l.2. in prin. inf. de excus. tut.*
118 Postremò notabis, prædicta † pro-
cedere in officiis, vel dignitatibus,
quæ per electionem conferũtur: nam
119 si † per viam successionis deferantur,
etiam pupillus in iurisdictione & di-
gnitate succedet, & dabitur ei cura-
tor, cui eius nomine administret iu-
risdictionem, *arg. c. grandi, de supplen.
negl. Prael. lib.6. tradit Pan. Castr. hic ad
fin. Bar. leg. ca. us, sup. eod. Dec. l.2. §. item
impuberes, n.7. inf. de reg. iur.* & in notab.
casu probat Pan. *cons.47. lib.1. & post
alios Ant. Gom.3. tom. c.1. n.55. ad fin.* ex
quibus dubia redduntur tradita per
Ripã *l. nemo potest, à n.4. inf. de leg.1.* & de
materia vide Caldas *l. si curatorẽ, verb.
hunc contractum, à n.45. C. de rest. in integ.*
120 His ita explicatis succedit aliud †
exemplum, illius, qui nomen potest
iudicare, quando scilicet per legem
prohibetur iudicare: & proponit is
121 text. exemplũ in eo, qui motus† fuit à
Senatu: intellige tu propter propriam
turpitudinem. Nam is lege Iulia repe-
tũdarum prohibetur esse iudex, vt est
expressum *l.2. sup. de Senat.* & notat
Pet. Greg. *c. sciscitatus, n.9. de rescrip.* &
122 concordat *l.4. tit.4 par.3.* addit† gl hic,
verb. motus. ideo legem Iuliam repe-
123 tun. hoc statuisse, quia† motus à Sena-
tu propter propriam turpitudinem
censetur infamis, vt etiam tradit gl.
124 pen. *l.2. sup. de Senat.* & infamibus† non
patent portæ dignitatum, *l.2. C. de di-
gnit lib.12.* & ideo neque iudex dele-
gatus esse potest, qui tamen, infamis † 125
electus de consensu partium arbiter
esse potest, *l. Pedius, sup. de rece. arb.* quia
arbiter nullam habet iurisdictionem,
l. priuatorũ, C. de iurisd. om. iud. prout † & 126
infamis potest esse procurator ad ne-
gotia, *§. fin. Inst. de excep. notat Bart. l.
eandem, §.1. n.3. & 4. inf. ad l. Iul. repet.
Pac de prob. lib.2. c.21. n.112.* non tamẽ† 127
poterit esse aduocatus in iudicio: quia
officium gerere aduocati, honor &
dignitas censetur: *Bar. l.1. §. hoc edicto,
post princ. de postul.* prout si † infames 128
sint arbitri iuris, vel dati per statu-
tum, non admittentur ad prędicta ar-
bitria, quia his casibus cẽsentur habe-
re iurisdictionem *Ant. Blan. de com-
prom. q.2. num.13.* Quinimo adeo est
vera prædicta conclusio, vt si† quis le- 129
ge sit prohibitus iudicare, vel alias sit
infamis, non potest officium delatum
acceptare, sed tenetur detegere defe-
ctum suum, alias grauiter punietur, *l.
2. C. si seruus, vel liber. ad decur. lib. ad de-
cur. lib.10. & ibi notat. Bar. n.3.*
Sed subsistendum est, quia† in con- 130
trarium est dictum Innoc. *c. cum super.
n.6. de off. del.* quod nemo tenetur de-
tegere turpitudinem suam. Opinio-
nes tamen† cõcordat Ang. *hinc 2. Pau.* 131
n.4. & Lancel. Dec. ad fin. quod si infa-
mis eligatur in magistratum, tenetur
detegere defectum suum: sed si certa
causa ei delegetur, non tenetur dete-
gere: quia delegatio certæ causæ, non
est honor, sed potius onus, *l. fin. §. in-
dicandi, infra de mun. & hon.* Quę tamen
† concordia recipienda non est, quia 132
repugnat is text. dum loquitur de
iudice dato, & tamẽ probat, infamem
iudicem delegatum esse non posse, vt
etiam probat *c. sciscitatus, de rescri.* Ne-
que est verum, quod delegatio causæ,
non censeatur honor, cum contra-
rium probet *c. vt debitus, de appell.*

Et

133 Et ideò verior † cõcordia est, quod
134 † si infamia detecta sit per sententiã, vel alio modo detegatur, tenetur electus detegere suum defectum, non quidem eum specificando, sed simpliciter dicendo, se iudicem esse non posse, *arg. l. antepen. inf. de suspect. tut. & l. relegatorum, in fin. inf. de interd. & releg.*
135 Sed si † adhuc non sit detecta prædicta infamia, non tenetur eam detegere, & se publicè infamare: iuxta doctrinam Bart. *l. iusiurandum, §. si procurator, n. 5. supr. de iureiur.* & clarè sentit in terminis Bar. *d. l. 2. n. 3. C. si seruus vel libert. ad decur. lib. 10. Pan. c. sciscitatus, n. 14. de rescriptis.*

Conclusionem hanc deductam ex isto textu limitabis non procedere: si
136 hæc † exceptio infamiæ opponatur post litem contestatam: nam cùm hęc exceptio respiciat defectum personæ iudicis, ante litem contestatam opponenda est, *l. fin C. de except. c. inter monasterium, de re iud.* facit bonus text. *l. filiusfamil. §. veterani, supra de procur.* & ita limitat Innoc. *c. cum super, n. 5. de off. deleg.* subscribit Pau. *hic n. 2. ad fin.* & asserit receptum Alex. *l. quidam consulebat, n. 18. infra de re iud. Dec. c. sciscitatus, n. 10. de rescrip Greg. l. 4. tit 4. part. 3. verb. que fuesse, Hyppol. tract. bannitorum, verb. sententia. § 3. n. 383. & §. 4. n. 27. Azeuedus l. 4. tit. 9. lib. 3 ordin. n. 9.*

137 Contrariam † tamen opinionem, imò non valere iudiciũ agitatum per infamem etiamsi de infamia non fuerit oppositum ante litem contestatam: tenet Ang. *hic n. 1.* & probat Panorm. *d. c. sciscitatus, num. 12.* cuius opinionem in puncto iuris esse veriorem dicit Dec. *ibi n. 10.* & ibi Fel. *n. 4. ad fin.* eam vti veriorem probat, & pro illis vrgenter facit, quod lex prohibet
138 hos esse iudices: & quando † exceptio dilatoria, siue declinatoria, fundatur in legis resistentia & prohibitione, quocumque tempore opponi potest, cum factum contra legis prohibitionem sit omnino nullum, *l. non dubium, C. de legib. & tradunt Alb. & alij, l. nulli, C. de iud. B. al. notab. l. fin. n. 7. ad fi. C. ad Maced. Ias. l. ita demũ, n. 5. in fi. C. de procur. Affl. decis. 354. n. 8.* & quia † quãdo 139
inhabilitas non pendet à voluntate partium, earum taciturnitas non tollit prædictam inhabilitatem, *l. quos prohibet. ff. de postul. gl. pen. l. 1. C. vbi de cri. agi opor.* neq; partes legi prohibitiuæ renũciare possunt, *gl. l. à D. Pio, sup. de ritu nup. & gl. 1. C. ne fideiuss. dot. dẽtur.*

Pro concordia † tamẽ harum opi- 140
nionum, videtur dicendum: quod † si 141
defectus infamiæ erat occultus, tunc valent gesta per iudicem infamem, propter communem errorem, *l. Barbarius, sup. de offic. Prat.* quæ locum habet tam in iudice ordinario, quam delegato, *Deci. c. sciscitatus, n. 11. de rescrip.* & in his terminis potest admitti inductio ex regula, *l. fi. C. de except.* & subscribit Hypp. *tract. bannitorum, verb. sentẽtia, §. 4. n. 23 in fi.* Si verò † defectus 142
erat iam detectus, & notorius, procèdet secunda opinio per rationes supra allatas. Neq; † enim *d. l. Barbarius,* 143
locum habet, quando defectus est notorius, vt colligitur ex mente illius l. & tradit Pan. *d. c. sciscitatus, n. 12. ante med.* Neq; enim in his terminis obstant rationes † in contrarium allatæ: 144
nã † ad reg. *l. fi. C. de excep.* respondetur, 145
non procedere, quando exceptio dilatoria reddit iudicium retro nullum: quia tunc quocunque tempore opponi potest, *l. licet, C. de procurat. c. ad petitionem, de accus. tradit Aret. conf. 85. n. 6. Alex. l. 1. §. sublata, num. 2. & ibi Ias. 2. lect. n. 15. infra, ad Trebell. Dec. cons. 276. col. 2. Vantius de null. ex defectu iurisdictionis ord. n. 101. pag. 205.* In nostro autẽ casu exceptio infamiæ & similium defectuum, iudiciũ retro reddit nullum, cum is text. prohibeat eos esse iudices, vel habere iurisdictionem.

146 Non obstat † etiam *l. filius fam. §. veterani. sup. de procur.* nam respondet Bar. ibi *ad fin.* textum illum agere de milite, qui simpliciter non prohibetur comparere in iudicio, quia pro se & tanquam procurator in rem suam, potest in iudicio consistere, *l. qui stipendia, C. de procu.* nos autem agimus de infame, qui indistinctè prohibetur esse iudex: in quibus terminis locum habet traditio gl. pen. *l. 1. C. vbi de crim. agi opor.* & est vera responsio, quicquid aliam assignat Dec. *d. c. sciscitatus, num. 20. ad fin. de rescriptis.*

147 Secundò † principaliter limita conclusionem deductā ex isto textu procedere tantū in iudice delegato: nam
Quæst. Ac. sel. n. 151.
148 si fuerit ordinarius, omnia gesta † per iudicem infamem valebunt, propter communem errorem, etiamsi huiusmodi defectus sit notorius: nam satis est tolerari per superiorem. Et ita hanc differentiam constituit in hac materia Innoc. assignans rationem differentiæ, *c. sciscitatus, de rescri.* & ibi probat Pan. *n. 7. Paul. Cast. hic n. 5. Alex. d. l. quidam consulebat, n. 16. inf. de re iud.* & asserit receptum Fel. *d. c. sciscitatus, n. 5.* & ibi Dec. *nu. 7.* idem fatetur, qui
149 tamen nihilominus prædictam † differentiam impugnat, & meritò, quia
150 certum est, infames † notoriè publica officia obtinere non posse, vt constat ex isto text. & tradit gl. *l. 2 §. miles, verb.*
151 *sacramento, sup. de his qui not. infa.* Ergo † quilibet de hoc defectu opponere potest: bonus text. *l. infamia, C. de decurion. lib. 10.* quem extollit Roman. *cōsil. 197. ad fin. & iam supra probauimus.*

152 Neque obstat ratio † differentiæ assignata per Innoc. quem supra retulimus: quia imprimis non est verum, quod in ea præsupponitur, quod va-
153 lent gesta † per ordinariū inhabilem, etiamsi defectus sit notorius: nam verius est contrarium, vt ostendit Pan. *d. c. sciscitatus, n. 12. ad med. & ibi Dec. n. 7. & supra,* probauimus quicquid contrarium resoluat Fel. *d. c. sciscitatus, n. 5. & Azeued. l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinat. n. 10.* Quinimo neque † differentia, quæ 154
cōstituitur in hoc articulo inter iudicem ordinarium & delegatum, vera videtur: quia datis † paribus terminis 155
d. l. Barbarius, etiam in iudice delegato procedit, *vt supra tetigimus*, quamuis fateor, quod communis error, & reputatio facilius verificabitur in ordinario, quā in delegato ad vnā causā.

Item responderi potest ad prædictam † rationem, quod licèt gesta per 156
ordinarium toleratum valeant mero iure, *d. l. Barbarius*, non tamen inde infertur, non posse ei opponi de prædicto defectu, & eo probato obtinere, vt inhabilis remoueatur à magistratu, *d. c. sciscitatus, de rescr. l. 2. cum gl. sup. de Senat. elegans l. 4. ad fin. tit. 4. par. 3.* Illud vtique admitti potest, quod † durante 157
lite super inhabilitate, valebunt gesta per inhabilem tolleratum, quia adhuc militat regula, *d. l. Barbarius,* & traditio gl. *c. sæpe, de appella.* Neq; prædictis repugnat, quod † propter defe- 158
ctum probatum per viam exceptionis, quis non debet priuari officio, *Innoc. c. inter dilectos, de excess. Prel.* Nam nihilominus inhabilitas probata per viā exceptionis, illos † operabitur effectus 159
quod detegatur cōmunis error: itē & quod superior ex officio procedat ad priuationem, facit *c. 1. ad fi. de except.*

Tertiò principaliter limita † con- 160
clusionem deductam ex isto textu procedere, quando quis propter sententiam aduersus eum latam effectus est infamis: iuxta exēplū huius tex. de remoto à Senatu, scil. per sententiam, *l. 2. supra de Senato.* Nam si tantum † op- 161
ponatur, quod sit criminosus, vel periurus, non obstante exceptione, iudex erit: donec priuetur per sententiam. Neq; enim iure inuenitur cautū, quod propter prędicta crimina nō possit

possit quis esse iudex, & ita post Innoc. declarat Ang. *hic, n.1. ante fi. Paul. n.3. Pan. d. c. sciscitatus, n.8. & ibi Fel. n. 3.* eleganter declarat, ex quorum mente colligendũ est: quod vt quis remo-
162 ueatur à iudicando propter † infamiã, oportet esse infamiam iuris, quæ resultet ex sententia condemnatoria.
163 Nam propter infamiã † facti, quam quis incurrit apud bonos & graues viros, propter crimina ab illo cõmissa: non propter prædictam infamiam prohibetur esse iudex: quia iure id cautum non inuenitur, *Fel. post alios, d.*
164 *c. sciscitatus, n. 11.* Verùm † obstat huic cõclusioni, quod infamia facti repellit quem à dignitate obtinenda de nouo, *gl. 1. l. nullã, C. ex quib. cau. inf. irrog. gl. 1 d. 2. sup. de Senat.* tradit *Roman. cons. 297. ad fin.*
165 Sed pro † concordia dicendũ est,
166 quod † si infamis, qui infamia facti esset criminosus, fuerit electus ad officium publicũ, valebit electio, nec pro crimine accusari poterit, dum durat officium, *l. hos accusare, in princ. inf. de accus.* rationem assignat *Bal. l. fi. n. 1. sup. de rer. diuis. & l. 2. n. 1. sup. de Senat.* Si verò
167 † ratione delictorũ, ex quibus resultauit infamia facti, fuerit accusatus: pendente illa accusatione, nõ valebit electio: etiamsi adhuc non sit cõdemnatus, *l. vn. C. de reis postul. lib. 10. l. is qui reus, inf. de mun. & hon. & c. omnipotens, de accus.* tradit *Rom. cons. 73. n. 3.* Neque
168 in hoc articulo † audiendus est Ang. *hic n. 1. ad fi.* dum dicit, quod si delegatus sit condemnatus pro criminoso, exinde non poterit esse iudex: vt probat is tex. & tamen in ordinario non sufficit esse condemnatum, nisi ab officio sit remotus. *l. 2. sup. de Sena.* nam verius est, quod cum post condemnationem notoria sit infamia: non valebunt gesta per condemnatum, *per ea, quæ supra diximus.*

Præterea & ex prædictis colligitur: quod licet testis † criminosus repellatur à testimonio ferendo, *c. testimon. ij, de testib.* nõ sic iudex † criminosus repellitur à iudicãdo, *notat Paul. hic n. 3. Pan. d. c. sciscitatus, n. 8.* Neque † obstat æquiparatio facta, *l. 2. sup. de Sen.* item quod facilius repellitur quis à iudicãdo, quam testis à testificando, *gl. 1. c. insinuante, de off. del.* quam difficultatem mouet Lancel. Dec. hic & super ea reliquit cogitandum, & etiam *Fel. d. cap. sciscitatus, ad fi.* Sed facilè respondetur hanc † differentiam ex eo procedere, quia principaliter in iudice requiritur scientia iudicandi: in teste autem requiritur fides dictorum: & ideo crimen non impedit quem esse iudicem: cùm neque impediat scientiam iudicandi: & tamen detrahit fidei testis: & intellige prædicta procedere, etiam in notorio † criminoso: nam adhuc militat ratio supra assignata, & ex mẽte communis, contra And. Sic. resoluit Fel. *c. sciscitatus, col. 2.* quicquid inuoluat Dec. *ibi num. 7. ad fi.* & tenebis mente: quod licèt † is textus de prohibito iudicare per legem, vnum tantum proponat exemplum, tamen cum exempla non restringant regulam: poterit etiam exemplificari in terminis, *l. cum lege, sup. de rec. arb.* item *d. l. 1. supra, de postulando.*

Vltimò limita † conclusionem, de qua supra cum Ang. *hic n. 2.* si ad hos incapaces iudicandi, deuoluatur iurisdictio iure successionis & proprietatis: vnde furiosi & alij incapaces iudicandi succedunt in dignitate regni, vel comitatus: & quamuis per se non possint exercere iurisdictionem, poterunt tamẽ per alios exercere, vtpote per tutores, vel curatores, *argum. c. grãdi, de supplen. neg. Prael. li. 6.* quod etiã procedere in infamibus apertè sentit Ang. *hic n. 1. in fin.* Nam cùm dixisset, quod si infamis datus sit iudex, valebunt gesta per eum: quia infamis non est

169 170 171 172 173 174 175

q. vet. sol. n. 177. & 182. & limit. n. 184. & n. 187.

est incapax iurisdictionis: statim subdit, *& quod hac litera dicit, tales esse incapaces iudicandi, intelligendum est: nisi iurisdictionem proprietatis iure obtineat* Ergo apertè tenrit, etiam infames obtinere posse iure successionis iurisdictioné, & dignitatem: & iurisdictionem & dignitatem per alios exercere posse. Id quod ex professo defendit Molin. *lib.* 1. *de primog.c.* 13. *n.* 13. alle-
176 gando † dictum Bal. *l.* 1. *n.* 1. *de sec.nupt.* quod ibi probat Io. de Gatron. *n.* 19. *& Alex.ad Bart.l.* 2. *C.de dign.lib.* 12. *Tiraq.tract.de nobil.c.* 24. *n.* 6. *& idem repetit Molin lib.* 4. *de primog.c.* 11. *n.* 54.
177 Sed subsistédum est, quia † in contrariũ vrget regula, *l.* 2. *C.de dignit.lib.* 12. *c.infamibus, de reg.iur.in* 6. *& c. inter dilectos, de excess. Prel.* & ideo infamis, in regno succedere non potest, *l.* 2. *tit.* 15. *partit.* 2. *& ibi notat Greg.verb siendo,* quicquid reluctetur Luc. de Penna, *l. vnic.col.* 3 *post prin.C.de reis postul.lib.* 10.
178 Neque obstant † adducta in cõtrarium. Nam ad primum de d. Ang. *hic n.* 2. respondetur, quod licèt videatur generaliter loqui, tamen ex exemplis, quæ statim proponit, colligitur loqui,
179 de † furiosis impuberibus & similibus, qui eũ nõ sint incapaces iurisdictionis, sed tantùm exercitij, & ideò iurisdictionem (cuius sunt capaces) per alios exercere possunt, *c.fin.ne cler. vel Mon.lib.* 6. Si igitur iure successionis & proprietatis, in dignitate procedant, poterunt illam exercere per alios, *Paul.& Iac.hic vterque n.* 6. *Ant. Gom.l.tauri,* 45. *n.* 112 *ad fin. Hyp. tract. bannitorum, verb.senẽtia,* §. 3. *n.* 390. Vnde igitur inferri non potest, ad infames infamia iuris, qui est incapax iurisdictionis & dignitatis, *vt probãt infra supra citata, & tradit Pan.c.sciscitatus, n.* 12. *ad med.& ibi Dec.n.* 7. *de rescr.* Iurisdictioné igitur & dignitaté, quam non habet per alios exercere minimè potest, *arg.l.nemo plus iuris, infr. de reg. iur.bonus text. l.* 2. §. 1. *inf. de admin. rerum ad ciuit. pert. notat Bald. cap.* 1. *ad finem, de procur.*

Non obstat † secundò de dicto Bal- 180
di *l.* 1. *n.* 1. *C.de sec.nupt.* quia pro vera
responsione † aduertendum est, duas 181
esse species infamiæ, quædam enim dicitur infamia iuris, de qua in *tit.sup. de quibus ex caus.inf.irrog.& l.infamem, infra de publ. iud.* quædam autem facti, de qua agit, *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 7. *Ordin. noui.* explicat Ias. *l.* 1. 2. *lectu.n.* 44. *C. de summa Trinit.* & notat Perus. *c. infamibus, n.* 2. *de regul. iuris, in* 6. Et inter † has 182
infamias ea est præcipua differentia: quod propter infamiam iuris, non solum priuatur infamis officiis vel beneficiis obtinendis, sed etiam & iam obtentis, *l.iudices, C.de dignitat.lib.* 12. *l. infamia, cum gl. C.de decur.lib.* 10. *c.* 1. *an miles qui interfecit fratrem domini, c.* 1. §. *illud, & ibi not. Bald.quæ fuit prima caus. benef.amittendi. c.inter dilectos, de excessibus Prælat. & ibi tradit Pan.n.* 8. *Ioan. And. & Perusin.in princ.c.infamibus, de reg.iur.in* 6. *Paul.Castren.cons.* 180. *n.* 3. *lib.* 1. probat *l.* 7. *tit.* 6. *part.* 7. & ibi notat Greg. *gl.* 1. *post medium, Molina lib.* 1. *de primogen.cap* 13. *num.* 10 *& latè Azeued.l.* 7. *titul.* 9. *lib.* 3. *noui ord.à num.* 4. & in simili facit c.vt *Inquisitionis, §.priuãdi, de haeret. in* 6. & hac † ratione Bald. 183
l. 1. *post princ. supra, de Senator.* tradit quod infamis dicitur exauthoratus, ab omni dignitate, & officio publico, & beneficiis Ecclesiasticis, *l.* 2. §. *miles, cum gl.supra, de his qui notan inf.*

Quod sanè † est intelligendũ, quã- 184
do quis efficitur infamis propter proprium delictum: nam si propter delictum alterius non priuatur obtentis,
& ideò filius † hæretici propter deli- 185
ctum patris non amittit beneficia iam obtenta, *vt post alios tradit Couar. resolut.libr.* 2. *cap.* 8. *numero* 4. *ad fi. Roias sing.* 66. *Carerius in praxi, tit. de haeret. num.* 141. quibus est addenda gloss. *in Extrauag.*

Extrau ag. execrabilis, de præbend. Ioan.
186 *22.verb.regũ.*Et in his † terminis procedit traditio glos. Clem. 1. *verb. obtinendis, de pœn.* communiter recepta, vt ibi asserit Bonif. *num.* 54. quod priuatus beneficiis & officiis publicis obtinendis, non censetur priuatus antea habitis: provt, & per contrarium, priuatus beneficiis obtentis non censetur priuatus obtinendis, *glos. Clement. 2. verb. obtentis, de pen. not. Conar. resol. lib. 2. cap. 8. num. 4.*
187 Item † sunt intelligenda supra tradita, quando quis per veras probationes condemnatus est: nam si pro-
188 pter † ictas tanquam contumax fuerit
189 condemnatus, neque cẽsebitur † infamis infamia iuris, neque incurret prędictas pœnas impositas infamibus infamia iuris: *Paul. Cast. cons. 467. super hoc puncto, n. 1. lib. 1. Dec. cons. 96. n. 25. lib. 3.* Denique est intelligẽdum, quòd infamis infamia iuris, nunquam priuabitur beneficiis vel officiis publicis ipso iure: sed oportet, quod de nouo
190 illis per sententiam † priuetur, præterquam in certis delictis, in quibus ipso iure censetur priuatus iam obtentis, *vt docet Inn. c. inter dilectos, in pr. de exces. præl. Bar. cons. 174. in fin.* Et hac ratione
191 *Bal. l. 2. n. 1. ad fin. sup. de Sen.* tradit † neminem esse priuatum ipso iure beneficiis, vel officiis obtentis propter infamiam iuris, sed venire priuandum per sententiam, quod etiã tradit Ang. ibi Paul. *cons. 180. n. 3. lib. 1. Greg. l. 7. tit. 6. par. 7. verb. deuen perder.*
192 Vtrum † autem propter iuris infamiam ante priuationem, veniat suspendendus ab exercitio dignitatis, vel officij videndi sunt Bart. *l. eandem, §. 1. n. 4. ff. ad l. Iul. repetund.* & omnino Paul. *cons. 180. num. 3. & lib. 1.* Hæc de infamia iuris.

quæst. resol. loquitur hic remissiue.

193 Propter † infamiam autẽ facti, quę incurritur apud bonos & graues viros propter delicta commissa per infamem, licet quis efficiatur inhabilis ad beneficia vel officia publica de nouo obtinenda, gl. 1. *l. nullam, C. ex quib. caus. inf. irrog.* tamen propter eam nunquam quis priuatur iam obtentis, *c. super his, de accus. Pa. c. super eo, n. 2 de elect. Greg. l. 7. tit. 6. partit. 7. gl. 1. post medium.*

quæst. resol. n. 155.

Ratio † colligitur ex doctrina glos. 194
Clem. 1. *verb. obtinendis, de pœn.* quicquid cõtrarium existimauerit Innoc. *c. per Inquisitionẽ, de elect. Rom cons 297. in fi.* & alij quos refert Ioan. à Garron. *l. 1. n. 21. C. de secun. nupt.* Contrarium † 195 enim est verius & receptius est, *ex sup. traditis,* & in specie opinionem Innocentij improbat Panor. *c. per Inquisitionem, n. 11. de elect.* & quamuis ipse subdat tantam posse esse infamiam facti, vt interim suspendi possit, tamen verum esse non potest, quia infamia facti nihil pertinet ad iam obtẽta. Quinimo † propter infamiam facti: quis 196 non arcebitur à beneficiis, vel officiis obtinendis: nisi quis iam accusatus sit de crimine, *c. omnipotens, & ibi Panorm. de accus. tradit in specie Bald. l. fin. num. 1. supra, de rerum diuis. Lucas de Penna l. 1. col. 2. & seq. C. de reis postula. lib. 10. notab. Gregor. l. 2. tit. 15. partit. 2. verb. y no auiendo, & sup. diximus,* adeò quod nec etiam, si crimen † sit notorium, 197 ob id priuabitur officio, vel beneficio obtento, nisi per sententiam de nouo priuetur, vt contra plures resoluit **Pacian.** *de proba. lib. 2. c. 21. à num. 120.* quicquid in contrarium nitatur Paul. Cast. *cons. 180. n. 3. lib. 1.*

Ex quibus ita præmissis, inferendo ad dictum † Bald *l. 1. n. 1. C. de secund.* 198 *nup.* de quo supra *num. 176.* in primis est aduertendum, quod Baldus permittat regulam, quod infamia iuris, repellit infamem ab omni dignitate & officio publico, *c. infamibus, de reg. iur. in 6. l. neque. Cod. de dignitat. lib. 12.* Deinde † proponit quæstionem, si 199 mulier ex successione possidebit Comitatum,

quæst. resol. n. 308.

mitatum, & vidua effecta, intra annum luctus nupsit, ex quo attento iure ciuili effecta est infamis, *l.1. Cod. de secund. nupt.* Vtrum propter hanc infamiam amittat Comitatum? Et concludit non amittere, duplici ratione, prima quia ista dignitas, est quid hæ-
200 reditarium: & mulier † etiam infamis potest in hæreditate succedere, *l.*
201 *in arenam, C. de inoff. testam.* Secunda † quia ista dignitas venit in consequentiam hæreditatis, & est annexa terri-
202 torio. Porrò † aliquid retinetur in consequentiam, quod principaliter obtineri non potest, *l. si is qui duos, infr.a, de liber. legat.* Et præterea est aduertendum, quod licet proponat quæstionem, in ea, quæ fuit facta infamis, postquam iam successerat in Co-
203 mitatu: tamen eius † rationes eumcunt; idem esse, si post infamiam incursam prætendat succedere de nouo in maioratu: cuius successio post infamiam incursam de nouo ei incipit deferri: & ita etiam intelligunt omnes, qui illum sequuntur, quos supra retulimus, & quia quoad infamiam iuris, nulla est differentia inter obtenta, & obtinenda, *vt sup. probauimus.*
204 Inuenio tamen, quod hanc † Bald. opinionem impugnat Did. de Pace,
205 *q.3.n.64.* motus, quia quando † circa eandem personam concurrunt duæ regulæ contrariæ, altera permissiua, & alia prohibitiua, semper præualet prohibitiua, *l. si Ruffinus, C. de test. im. milit. & ibi notat Ias. n.1. & 2.* & pariter
206 quando † concurrunt duæ causæ, vna quæ nocet, & alia quæ prodest, præfertur illa, quæ nocet, *l.3. §. si inf. ad Salian. Bar. l. cum vir, ad fi. inf. de vsucap. pro dona.* Cùm igitur infamis, licet sit capax bonorum: tamen non sit capax dignitatis, hæc causa quæ nocet, præ-
207 ualere debet. Cæterùm hæ † rationes non multum vrgent, & facilè eis responderi potest, *ex traditis per Tiraq. lib.1. retract. §.30. gl.1. n.31. & per Nico. in rub. n.79 supr. sol. matrim.* quibus addo *l. fi. ad fi. C. de arb.*

Sed quicquid sit, mihi magis placet † opinio contra Bald. ea potissi- 208
mum ratione. Nam aduerto Bald. & sequaces pro constanti habere, bona comprehensa sub tit. Comitatus, † 209
per se subsistere & considerari: item considerari tanquam quid principale, & consequenter titulum dignitatis considerari hoc casu, tanquam quid accessorium ad prædicta bona: ac ita necessariò consequi, tantùm attendi bona, tanquam quid principale, & titulum † dignitatis tanquam 210
accessorium per se non considerari, sed potius transire in naturam ipsius principalis, vt probat text. elegans *c. super eo de præbend. in 6* ac ita non considerantur tanquam duo diuersa, sed potiùs tanquam vnum tantum scilicet principale, *vt ibi notat Io. Monachus, n.3.* qui ad idem adducit, *cap. extirpandæ, §. qui verò, de præbend. & c. eam te, de ætate, & qualitate,* & satis colligitur ex reg. *c. accessorium, de reg. iur. in 6.* & eleganter prosequitur Ioannes Philippus *cons. 52. à num. 25.* & procedit † 211
etiam si accessoriũ sit magis dignum, & pretiosius, quam sit ipsum principale, cui annectitur, vt probat text. elegans, *l. etsi non sint, §. peruenimus, ff. de aur. & arg. leg.* quem ad id notat Bart. *l.1. n.2. ad fi. ff. de pecu. legat. Roman. cons. 330. num.3 in fi. Anchar. c. accessorium, num.2. de regul. iur. in 6. Hyppol. alios referens, singul. 17. ad finem, & consilio 125. numero 35.* Probus ad Monach. *cap. super eo, num.5. de prebend. in 6. Seraphinus tract. de viribus iuramenti priuil. 116. n.2.* quibus adde textum elegantem, *§. si tamen alienam purpuram, & §. litera, & ibi Port. Inst. de rer. diuis.* Et est ratio prædictæ conclusionis, quia illud, quod † ex se digniùs, 212
si accedat minus digno, ratione accessionis,

cessionis, consideratur tanquam minus dignum, vt aduertit Cort. *in singul.*
213 *verb. legatum, el* 1.*n.*2. Cæterùm † licèt hæc in se vera sint, tamen malè videntur applicari ad nostram quæstionem,
214 in qua certum est, bona † comprehensa sub titulo Comitatus, ita sub eo contineri, vt amplius non considerentur per se, sed transeant in naturam ipsius tituli Comitatus, vt clarè colligitur ex *cap.*1.§.*preterea ducatus, de prob. feu. alien. per Fed.* & constat ex eo, quia ti-
215 tulus † Comitatus, & similes censentur dignitates regales, vt probat *c.*1. *post princ. de feud. Marchia*, tradit Bald. *conf.*275. *quod pro regula, nu.*3. *lib.*2. *&* explicat Cur. Iun. *de feu.*1.*par.q.*8.*n.*4.
216 Et hac ratione † Comes in regno Castellæ, propter solùm titulum efficitur de consilio Regis, *l.*4.*tit.*4.*lib.*2.*ordina.*
217 & certum est, quod † in simul iunctis inseparabiliter, dignius trahit ad se minus dignum, & illud transfundit in suam propriam naturam & nomen, *l.*2.*Cod. communia delegatis, & ibi notat Bald.n.*1. *tradit Ias. l. imperium, n.*3.*sup. de iurisd.omn. iud. Tiraq. lib.*1. *retract.*§.
218 30.*gl.*1.*num.*15. & in nostra † materia agnoscit Molina *lib.*1. *de primog.cap.*9. *nu.*21. Ergo si bona per se considerari non debent: sed sola ipsa qualitas Comitatus, & consequenter dignitatis: necessariò in eo locum debet habere regula, *c. infamibus, de reg. iur. in* 6. quod in terminis probat Gregorius *l.*2.*tit.*2. *partit.*7.*verb. mandas, col.*2. cui subscribit Did. de Pâce, *q.ciui.*3.*n.*63. & conferunt tradita in simili per Mol. *lib.*1. *de primog.c.*13.*n.*28. *& n.*37.

219 Neque obstant † rationes Bald. & sequacium quia ad primam respondetur, nos fateri, infames esse capaces hæreditatū per se consideratarum, *l. in arenam, C. de inoffic. testa. tradit Io. de Garronibus. l.*1. *num.*43. *C. de sec. nupt.* tamen si hæc hæreditas siue bona, sint inseparabiliter annexa titulo Comitatus, non considerantur per se, sed transeunt in naturam & nomen dignitatis cui annexa sunt, & sic totum † dicetur dignitas *& sentit Molina lib.* 220
1. *de primog.c.*13.*n.*6.

Et comprobatur ex eo, quod † Mo- 221
nachus capax est bonorum & hæreditatum per se consideratarum, *l. fin.* §.1.*C. de Epis.& cler.* & tamen si † hæc 222
bona sint vnita dignitati siue iurisdictioni, in illis Monachus non succedet, *c. recolentes, & ibi Pan. ante num.*1. *de statu Monac. gl. c. scripsit nobis, verb. dignitate*, 27. *q.*2. *tradit. Anton. Gomes, l. tauri*, 40.*n.*66. *& Mieres de maioratu*, 2. *par.q.*3.*n.*6. *Molina lib.*1.*de primog.c.*13. *à nu.*81. *Matienso l.*1.*tit.*7.*lib.*5.*ordinam. gl.*1.*n.*16. quicquid reluctetur nouissimus Auendanus, *l. tauri*, 40.*gl.*4.*à n.*39. quod vtique ex prædicta ratione procedit: quia bona † siue hæreditas hoc 223
casu transfunduntur in nomen, & naturam dignitatis & iurisdictionis secularis, cuius Monachus est incapax, *c.*1. *ne clerici, vel monachi.*

Non obstat secunda † ratio, quia 224
falsò in ea præsupponitur, bona vnita Comitatui considerari tanquam quid principale: nam hoc falsum esse statim ostendemus, & ideo in casu Baldi *d.l.* 1.*n.*1.*C. de secundis nuptiis*, illa mulier, quæ iā successerat in Comitatu, illum quidem retinebit, neque ab eo excludetur, nisi quando propter infamiam illo expressè priuetur per sententiam; iuxta receptam † resolutionem Bald. 225
*l.*2.*num.*1. *ad finem, ff. de Senatoribus.* Quod si successio maioratus: ei de nouo incipiat deferri, si illa erat iam effecta infamis, tunc non admittetur ad Comitatus successionem, quia ei tunc obstaret regula, *c. infamibus, de reg. iuris, in* 6. & doctrina glos. *l.*2.§.*miles, supra, de his, qui notantur infam. & Bart. l. eadem*, §.1.*n.*4. *inf. ad l. Iul. repetund.* & satis probat *l.*1.*tit.*15.*partit.*2. *& ibi notat Gregor. verb. si vido.*

Tt Cate

226 Cæterùm ad veram † huius articuli resolutionem, illud vlterius est aduertendum: quod bona solent tribus mo-
227 dis vniri inseparabiliter. Quædam † enim vniuntur tanquam æquè princi-
228 palia: quædam † verò ita vniuntur, vt considerentur tanquam quid principale, & dignitas tanquam accesso-
229 ria. Tertio modo † è contra quod dignitas consideratur tanquã quid principale, & bona tanquam quid accessorium, vt tradunt Dd. *c. 1. ne sede vacante, & in Clemen. per literas, de praben.*

230 Si primo modo † bona annectentur, licèt verum sit, quod tunc totum consideretur tanquam quid indiuiduum, & inseparabile, *vt per Molinam lib. 1. de primog. c. 11. n. 16.* tamen vnum non transit in nomen & naturam alterius, sed quodlibet tanquam corpus per se principaliter subsistens, considerabitur, iuxta receptam doctrinam Bart. *l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pignor. act.* exemplum habes in *c. quærelam, de Simon. iuncta gl. verb. non potuit,* & con-
231 sequenter dispositio loquens † in vno de æquè principaliter vnitis, aliud non comprehendit, neque ad illud extenditur, *eleganter Pet. Anch. cons. 114. pro impetrante, à num. 2. & 6. & cap. super eo, num. 2. de præb. in 6.*

232 Si verò secũdo † modo bona vniantur, tunc verum est, quod id, quod est principale, tantum consideratur, & accessorium reputatur tanquam pars ipsius principalis: & sub eius nomine confundetur, *c. super eo, de praben. in 6.* Vnde notab. Bart. *l. fi. n. 10. in fin. de sententiam passis,* tradit, quod in his, quæ
233 † accessoriè veniunt, non requiritur habilitas extremorum, quia sufficit ea reperiri in eo, quod est principale.
234 Subscribit † incertus author *tract. de crim. læsa maiest. q. 9. n. 8. vers. neque obstat.* addens, quod ea, quæ respiciunt executionem actus, vel quæ veniunt accessoriè ad actum principalem, valida censentur, neque inhabilitas circa illa impedit, quin partes omnia cõsequantur, quę in consequentiam actus principalis veniunt: quod etiã tradit Burs. *cons. 286. n. 44. lib. 3.* & in his etiam terminis procedet traditio † Bart. per illũ 235
text. l. 1. n. 1. ff. de author. tut. quod quando aliquid est separatim prohibitum: & præterea aliquibus casibus permissum, tunc id quod necessariò sequitur ex permisso, censetur permissum, neque habet locũ regula, quod id, quod prohibetur directò, non permittitur per indirectum, vel in consequẽtiam, *c. eum qui, de reg. iur. in 6.* Si verò necessariò non sequatur ex permisso, locum habet regula, *d. c. cum quid, tradit idem Bart. l. ambitiosa, n. 25. ff. de decret. ab ord. facien. subscribit Soc. cons. 4. n. 16. in fin. lib. 3. Natta cons. 149. n. 9. lib. 1. Anchar. c. super eo, ad fin. de praben. in 6.* &
hac † etiam ratione procedit id, quod 236
tradit Bart. *l. quidam sunt, n. 1. in fin ff. de pœn.* quem probat Ias. *l. si victum, n. 4. ff. de re iud. Peregrinus de re fisci, lib. 3. tit. 5. n. 10.* Denique iuxta hanc traditionem procedit traditio Ang. *hic n. 2.* quod † fœmina, quæ non potest 237
succedere in dignitate, siue in iurisdictione, *l. 2. ff. de reg. iur.* poterit in ea succedere, si deferatur iure hæreditario, & sic in consequentiam actus permissi, scilicet hæreditatis, in qua ipsa succedere potest, *l. maximum vitium, C. de liber. prat.* de quo videndus est Deci. *cons. 498. n. 21. Purpur. consi. 367. n. 34. lib. 1. Prosper. Passetus cons. 72. nu. 26. & Cagnol. l. 2. n. 4. ff. de reg. iur.*

Si autem † tertio modo vniatur, 238
tunc idem dicendum est per contrarium, cùm contrariorum eadem sit disciplina, *l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

Est sanè aduertendum † prædicta 239
procedere, quando manifestè constat, quod quid sit principale, vel quod sit accessorium, si autem simus in dubio

recurren

recurrendum est ad gl. Clem. *per lite-*
ras, verb. Ecclesias, de prab.

240 Ex qua prima fit conclusio, in † du-
bio vnio censetur æquè principaliter
facta: & ideo alleganti factam fuisse
accessoriè, incumbet onus probandi
iuxta reg. *l. 2. ff. de prab. & subscribit Rota*
decis. 50. de conceß. prab. in antiq. col. fin. &
Anchar. cons. 114. n. 3. & colligitur ex
Bart. *l. si conuenerit, § 1. ff. de pignor. act.*
& tract. de insula, §. nullus, n. 10. & ex
Romano *cons. 218. n. 3. & Socin. cons. 79.*
n. 9. lib. 4. & clarius ex Alex. *cons. 151. n.*
5. lib. 2. Curt. Iun. cons. 110. n. 12. Alciat.
c. quod sedem, n. 62. de offic. ord. eleganter
Cephal. cons. 414. à num. 62. lib. 3.

241 Secunda conclusio sit, quando †
constiterit, quod vnio facta est, per
modum principalis & accessorij, ad
constituendum quid sit principale, re-
currendum est ad coniecturas, quas
refert Anch. *d. cons. 114. ad fi.* inter quas
ea est præcipua: quod sit recurrendum
ad possessionem, & denominationem
bonorum. Nam si bona contineantur
sub nomine Comitatus, siue dignita-
tis, tunc dignitas censetur esse princi-
pale, & bona cēsentur venire accesso-
242 riè, quia † nomen semper imponitur à
digniori, gl. communiter recepta, *l. 1.*
in princ. ff. de verb. obl. & quia, vt inquit
Imo. *d. Clem. per literas, n. 17. de praben.*
243 denominatio † sæpius probat qualita-
tem rei, *c. Michael, de fil. presb. c. per tuas,*
de probat. & ita per traditionem gl. d.
Clem. *per literas*, hanc conclusionem
probarūt omnes Dd. ibi, & dicit com-
muniter receptam Ant. Nat. *cons. 58.*
n. 5. lib. 1. & Mando. cons. 27. n. 5. & ante
eos Fel. c. translato, n. 7. de constit. Affl. lib. 1.
constit. Rub. 27. n. 54. ad med & in mate-
ria tradit etiam Rota *decis. 50. nu. 1. de*
244 *conceß. prab. in antiq.* Pro quibus † vrget
l. pradijs, §. Titio, ff. de leg. 3. & ibi glos.
verb. & rationibus, & l. Seia, §. pen. ff. de
fund. instru. & l. pradia maritima, §. fin.
ff. eo. tit. & ibi gl. notab. & qua Alex. cons.
169. n. 9. lib. 5. Car. in consue. Paris. § 1. gl.
5. à n. 16. & Tiraq. tract. primog. q. 73. n. 4.

Quibus addendum est, quod † in 245
dubio id, quod ex se est dignius, cen-
setur quoque esse principalius in dis-
positione, & minus dignum censetur
esse accessoriū, *vt tradunt Ant. & Imol.*
n. 16. ad fin. d. Clem. per literas. allegant.
l. etsi non sint, §. perueniamus, iuncta glos.
verb. species, ff. de aur. & arg. leg. & sub-
scribit Fel. *d. c. translato. n. 6. de const.* &
ante eos Rota, *decis. 50. de conceß. prab.*
in antiq. col. fin. ante fin.

Ex quibus † ita explicatis necessariò 246
infertur, non esse verum dictum Baldi
d. l. 1. n. 1. C. de sec. nupt. quod in Comi-
tatu bona considerantur tanquā prin-
cipale: & dignitas tanquam accesso-
ria, & veniens in consequētiam. Nam
contrarium colligitur ex supra tradi-
tis: semper enim † dignitas & iurisdi- 247
ctio censetur quid principale, etiamsi
admittamus cohærere territorio per
modum explicatum per Bald. *l. im-*
perium, in prin. ff. de iurisd. omn. iud. quem
sequitur Soc. *cons. 74. n. 2. lib. 1. & Aym.*
cons. 411. n. 35. lib. 3.

Infertur etiam ex prædictis, quod
licèt † Molina *lib. 1. de primog. c. 13. nu.* 248
13. contendat, infames posse succede-
re in maioratu dignitatis, si iure suc-
cessionis ei deferatur, & idem resolnat
Hyp. *tract. bannitor. verb. sententia, §. 3.*
n. 390. Tamen verius esse contrarium
constat ex supra traditis: & quia † ab- 249
surdum prorsus esset, quod infames
repellantur à quibuscunque officiis
publicis, *l. 3. tit. 3. lib. 8. ordin.* & tamen
possent succedere in supremis digni-
tatibus & officiis, contra regulam, *l.*
relegatorum, §. pen. ff. de interd. & releg.
& l. 2. supra de Senator. vt in specie ad-
uertit idem Molina *lib. 4. de primog.*
cap. 11. num. 54.

Quinimo quāuis idem † Mol. *lib. 1.* 250
de primog. c. 13. n. 12. & Did. de Pace *q.*
ciuil. 3. num. 68. existiment, in simplici

maioratu non habente dignitatem annexam, infamem succedere posse, tamen etiam videtur verum, quia
251 propter consuetudinem † Hispaniæ, simplex maioratus censetur esse magna dignitas, vt asserit Couarr. resol. lib. 1. c. 15. ad fin. Ergo vti talis considerari debet iuxta doctrinam Bar. l. 1. nu. 81. C. de dignit. lib. 12. & sine dubio pro-
252 cedet, quod † is maioratus habet vasallos, vel iurisdictionem, quia tunc sine dubio cōsiderabitur vti dignitas, Bal. c. 1. §. Marchio, de his qui feud. dare pos. Greg. l. 2. tit. 2. partit. 7. verb. mandas, col. 2. vnde locum habere debet regula, d. l. 2. C. de dign. lib. 12. cum sim.

His ita expeditis restat vltimo loco
253 † agere de his, qui moribus prohibentur iudicare: quod Iureconsultus hic exemplificat in fœminis, & seruis, ex
254 quibus notandum est, quod † fœminæ non prohibētur iudicare per aliquam legem, sed tantum moribus & consuetudine id fuisse inductum, notat. Bal. l. 1. n. 35. C. de sacrosanct. eccle. Cusatius lib. 3. obser. c. 13. concordat l. 4. tit. 4. par. 3. & ibi assignatur ratio, & de ea conclusione multa tradit Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 6. in prin. à n. 40. & Vantius de null. ex defectu iurisd. deleg. à n. 71. & Coras. de iure ciuil. in artem redig. lib. 2. c. 23. Azeued. l. 7. tit. 9. lib. 2. ord. num. 19. & aliqua tradit Decius cons. 32. à num. 1.

255 Ex quibus infertur, quod † cum consuetudo idem operetur, quod lex l. de quibus supra de legibus si fœmina contra hanc consuetudinem iudicet, nihil valebit iudicium: etiamsi partes taceant, vel etiam expressè consentiant: quia consensus partium, nihil operatur contra prohibitionem legis, vel cōsuetudinis, gl. l. à D. Pio, inf. de re iud. & ita in specie Paul. hic n. 5. Hyppol. tract. bannitorum, verb. sententia, §. 3.
256 n. 387. & §. 4. n. 25. Neq; † obstat, quod mulier non potest esse in iudicio pro alieno, l. alienam. C. de procu. & tamen si nihil opponatur valebit iudicium, & procedit petitio fœminæ: vt ibi tradit Ias. n. 2. versic. 4. limita post gl. 1. l. ita demum, C. de, procur. nam respondetur
† ex traditis in simili casu per Bar. l. 257
filius fam. §. veterani, in fi. supra, de procur.

Secūdò † infertur, quod cùm Prin- 258
ceps possit derogare consuetudinem d. l. de quibus, & l. 2. C. quæ sit longa consuet.
potest † constituere, & iubere, vt 259
non obstante consuetudine mulier possit iudicare, gl. & Bart. l. vnica, C. de mulieribus & in quo loco lib. 10. gl. c. dilecti, verb. remota, de arb. & ibi Beroius, n. 2. Bart. l. 2. in princ. & ibi Dec. num. 5. inf. de reg. iur. Dec. c. dilecta, n. 13. ad fi. de confir. vtil. Ant. Blan. de comprom. quæst. 2. n. 38. Quinimo & contrarium huius textus
† consuetudine induci potest, vt sci- 260
licet fœmina generaliter possit iudicare, l. nihil tam naturale, inf. de reg. iuris, tradit Ang. l. more, infra, de acquir. hær.
Quod tamen intelligebat † Panor. 261
c. dilecti, num. 3. de arb. quando consuetudo induceret, vt fœmina in dignitate constituta iudicaret: nam si generaliter induceret, vt quælibet fœmina indistinctè posset iudicare, non valeret talis consuetudo: quia fœ-
mina † ideo non admittitur ad iudi- 262
candum, quia hoc honestati & pudicitiæ fœminarum repugnat, si se intromittant, in litibus & congregationibus virorum, vt probat d. l. final. Cod.
de arbit. Consuetudo † autem repu- 263
gnās honestati, & pudicitiæ valere nō potest, c. cum decorem, & c. cū ab omni, de vita & honestate cleric. c. erit autem lex, in 4. distinct. circa quod vide Azeuedum, l. 7. titul. 9. lib. 3. ordinamenti, num. 19.

Contrariam † nihilominus opinio- 264
nem est, imo valere consuetudinem quod fœmina indistinctè possit iudicare, tenent Dec. & Cagnol. vterque num. 2. l. 2. infra, de regul. iur. Dec. c. cum dilecta, num. 13. ad fin. de confirm. vtil.

*vtil. An:o.Blancus de compromiſ.q.2. nu.
26. Beroius c.dilecti, n.10.de arbu.* quæ
opinio videtur verior ex ſupra dictis
265 rationibus : Neque † obſtant ratio-
nes Panorm. adductæ in contrarium:
nam reſpondeo, quod illa honeſtas,
cuius fit mentio,*l.fin. C.de arb.*reſpicit
honeſtatem ciuilem, non autem na-
turalem, vt ſatis colligitur ex mente
huius text. dum dicit, quoſdam pro-
hiberi natura eſſe iudices, & quoſ-
dam moribus : Ergo natura mulier
non prohibetur iudicare, & conſe-
quenter honeſtas, de qua *l. fin. Cod. de
arbit.*non eſt naturalis ſed ciuilis, pla-
nè quod probat *c. erit autem lex*, 4. *di-
ſtinct.*quod lex debet eſſe honeſta, de-
bet referri ad honeſtatem naturalem,
& non ad ciuilem. Nam etſi defi-
ciat honeſtas ciuilis, tamen nihilo-
minus valebit, prout dicimus, quod
regula *Non eſt obligatorium de reg.iur.in*
266 *6.*debet † intelligi de iuramento con-
tra bonos mores naturales, non au-
tem contra ciuiles, nam hoc erit obli-
gatorium, *cap.cum contingat, de iure-
iuran. & ibi Panorm. num.5. Imol.num.
33. Couar. cap.quamuis pactum.2. parte,
in princ.num.1.de pact.in 6.* Vnde etiam
267 facilè defendi † poteſt opinio Imol.
c.dilecti. n.2. de arbit. quod ſi compro-
mittatur in fœmina cum iuriſdictio.
in illa erit arbitrix iuxta reg. *d. c. cum
contingat*, non obſtante diſpoſitione,
d.l. fin. Cod.de arbit. & quamuis magis
communis opinio teneat contrarium,
vt aſſerit Beroius *d. c. dilecti, num.6.
de arbit.* tamen communis opinionis
rationes tantum euincunt, cogendas
eſſe partes iuramentum remittere,ne-
quid fiat contra honeſtatem ciuilem,
non autem euincunt iuramentum
mero iure non obligare.

Vltimò illud tenebis mente, quod
268 † ſi iuriſdictio iure ſucceſſionis ad
fœminam deueniat, poterit per ſe iu-
riſdictionem exercere ſi velit, vel alij
committere, vt eam exerceat ſuo no-
mine,*vt poſt Ang.tradit. Pau. hic ad fin.
Dec.l.2.num.3. inf.de reg. iur. & ibi Ca-
gnol.n.4. Dec.conſ.32.n.6. & c.cum dile-
cta,n.13.ad fin de confirm.vtil.notab.Corn.
conſil.16.n.24.lib.1. Antonius Blancus de
compromiſſ.q.2. num.35. Bur. de Pace in
procemio ll.tauri,num.6. Molina de primo-
gen.lib.1.c.13.n.14. Vantius de nullitate
ex defectu iuriſdictionis deleg.num.73.* &
probat *l.4. tit.4. part.3.* quicquid con-
trouertat Beroius *c.dilecti,n.2.& 11.de
arbit.* & vide Decium *conſ.498. nu.11.
Purpuratus conſ.367.num.34.lib.1.* aſſe-
rens hanc fœminam per ſe iudicare
poſſe,*& Proſper.Paſſet.conſ.72.n.26.*

Vltra fœminam etiam ſeruus † mo- 269
ribus non poteſt eſſe iudex, vt pro-
bat is text. & *l.4. titul.4. partit.3. & ibi
Gregor.verb.& eſto es*,& de ratione ele-
ganter agit Azeued.*l.8.tit.9. lib.3. ord.
n.11.*Neque etiam poterit eſſe arbiter,
*l.Pedius,§.1.ſupra,de recep.arb.*Cùm au-
tem Monachus æquiparetur ſeruo *In-
noc.c.cum olim,de priuil.*etiam Monachus
† non poterit eſſe iudex,*gl.fin.hic Pent.* 270
*Greg.lib.3.n.19.in c.ſciſcitatus, n.8.de re-
ſcript.& Azeued.l.8.tit.9.* Neque etiam
† erit arbiter *gloſ. recepta d. l. Pedius,* 271
*§.1.verb.nullum,*de quibus vidẽdus eſt
Vantius *de nullit.ex defectu iuriſdictionis
delegatæ à n.74.& Azeued.l.8. tit.9. lib.
3.ord.n.11.* Quamuis † de licentia ſui 272
ſuperioris,poſſit Monachus eſſe arbi-
trator, ſiue amicabilis compoſitor,
*vt reſoluit Imol.c. Quintauallis, nu.28.de
iureiur.Syluester verb.arbiter,num.14.&
tradunt etiam Alex.conſ.80.num.1.lib.5.
Corn.conſi.2.n.7.lib.2.* Quinimo † de li- 273
centia ſui ſuperioris poterit eſſe arbi-
ter,ſi agatur de pertinentibus ad vti-
litatem ipſius monaſterij, *c. Monachi,
el 1.16.q.1.& poſt alios tradit Ant.Blan-
cus de comprom.quaſt.2. num.5. & notab.
explicat Nauarrus videndus, c. non dica-
tis,12.quaſt.1.num.99.*

Redeundo autem ad hanc noſtram

vltimam conclusionem ampliabis,
274 procedere, vt † si seruus sit iudex, vel
arbiter, non tamen valebit sententia,
275 etsi partes taceant. Nam cùm † seruus
quoad ius ciuile attinet, pro mortuo
habeatur, *l. quod attinet, ff. de reg. iur.*
cōsensus partium hoc casu nihil operari
potest, *Pau. Cast. hic num. 5. Hyppol.*
tract. bannitorum, verb. sententia, §. 5. num.
276 *384. & seq.* Limitabis tamen hanc †
conclusionem non procedere, si compromissum
fuerit in seruum, tanquam
in arbitrum, & ille postea factus liber
acceptauit arbitrium: nam tunc validum
cēsebitur arbitrium, & sententia
ab eo lata erit valida, *l. sed etsi, seruum, in princ. supra de recep. arb.* Et est ra-
277 tio, quia † compromissum non habet
substantiam, nisi postquam fuerit acceptatum
per arbitrum, *l. si cum dies, in*
princ. & ibi Bart. supra de recep. arb. &
278 ideo meritò habilitas † personæ arbitri,
& validitas compromissi, consideratur
tempore acceptationis, *l. non*
279 *oportet 54. infra de leg. 2.* Vnde si † seruus,
dum adhuc esset in seruitute, acceptaret
compromissum, nihil valeret, etsi postea
efficeretur liber: sed est
necessarium, quod in eum fiat nouum
compromissum: vt aduersus Alb. probat
Ant. Blancus *de comprom. q. 2. n. 25.*
280 Similiter † si seruus eligeretur in iudicem,
nihil valeret electio: quia ad iudicandum
non est necessaria acceptatio
iudicis, *l. fi. § iudicādi, infra de muner.*
& honorib. Vnde cùm omnia referātur
ad tempus, quo ille erat seruus, inducetur
regula, *c. si eo tēpore, de rescrip. in 6.*
281 Limita † secundam prędictam conclusionem,
si seruus communi reputatione
haberetur pro libero. Nam
tunc propter communem vtilitatem,
& communem errorem, valent gesta
per eum tanquam verum iudicem,
l. Barbarius, & ibi Doct. supra de
282 *off. Prat.* & per contrarium, si † communi
reputatione censeretur seruus,
non valerent gesta per eum, etiam si attenta veritate esset liber, & non seruus, *Ang. hic, n. 1. post Innoc. c. suscitatus, de rescri. & ibi notab. Fel. n. 5.* Et hæc satis in hac materia.

L. In tribus, 13. cum l seq. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Iudicia diuisoria dicuntur duplicia, cum in illis quilibet censeatur actor & reus.*

2 *Impugnat conclusionem ex eo, quod in his iudicijs ille, qui primus prouocauit ad iudiciū, censetur merus actor, prouocatus autem censetur reus.*

3 *Refert responsionem Pauli ad dictam difficultatem, hic num. 3.*

4 *Reijcit responsionē Pauli vbi proximè.*

5 *Refert responsionem Panormitani c. ex literis, num. 10. de probat.*

6 *Reprobat dictam responsionem Panormitani.*

7 *In hoc iudicio quilibet tenetur præstare duplex iuramentum calumniæ, tanquam actor & tanquam reus.*

8 *In hoc iudicio quilibet tenetur præstare cautionem de agendo & defendendo tanquam actor & reus.*

9 *Proponit declarationem Matthesil. sing. 109. ad hunc art.*

10 *Reijcit proximā explicationē Matthesillani, & eius fundamento respōdet.*

11 *Non solùm ille, qui primus prouocauit ad iudicium, censetur actor quoad formādum processum, sed etiā quoad decisionem litis & ad omnia alia.*

12 *Ad veram explicationem materiæ tres in hac materia casus distinguit.*

13 *Refert primum casum, & resolutionem illius tradit.*

14 *Actiones, de quibus in hoc casu attento initio dicuntur possessoria.*

15 *Ostendit in hoc iudicio, ille, qui agit omnino ostendere debet, rem esse communem,*

communem, si enim conuentus negat esse communem, & eum in ea reportionē nō habere, quasi actor ineptè gerit reus absoluetur ab instantia.

16 *Hac regula non solùm locum habet in iudicio vniuersali familiæ herciscundæ, sed etiam in iudicio particulari communi diuidundo.*

17 *In terminis, de quibus supra, verum est iudicium esse simplex, & non duplex.*

18 *Dicta regula non procedet in iudicio finium regundorum.*

19 *In hoc iudicio actio Actori conceditur, etsi non possideat, & possessor neget actorem aliquod ius habere in re, de cuius finibus agitur.*

20 *Rationem proximæ resolutionis tradit.*

21 *Addit prædictæ conclusioni, oportere agentem hoc indicio saltem possidere fundum, de cuius finibus agitur, etiamsi dictos terminos non possideat.*

22 *Explicat, qua ratione hoc iudicium finium regundorum, appelletur quasi diuisorium.*

23 *In hoc iudicio de dominio rei est articulandum.*

24 *Refert secundum casum, & eius resolutionem assignat.*

25 *Possessio semper præsumitur iusta.*

26 *Declarat quod ratione illius possessionis, non censetur probatum dominium, sed quem effectum operetur, ibi declarat.*

27 *Per solam possessionem non censetur probatum dominium, nisi aliter probetur.*

28 *Quando duo simul possident hereditatem, vterque negat in ea alteri ius competere, tunc recurritur ad iudicium petitoriū petitionis hereditatis.*

29 *Iudicio diuisorio tantum erit locus, quando inter partes conuenit, quod ea res sit communis.*

30 *Refert tertium casum principalem & eius solutionem.*

31 *Declarat, qua ratione in hac casu quilibet ex partibus censeatur actor & reus.*

32 *Infert annotationem ad dictum Baldi l. vnica n 9. ad finem Codic. vti possideris, quem refert & expendit.*

33 *Ostendit contra Baldum, quod in virtute libelli dati per eum, qui prius prouocauerit ad iudicem, assignatur prouocato sua portio, etiamsi illam non petierit in libello.*

34 *Virtute tacitæ confessionis, quem prouocatus videtur acceptasse, poterit fieri condemnatio.*

35 *Quod procedit, etiamsi prouocatus negauerit prouocandi aliquod ius competere in illa re.*

36 *Infert etiam, quod prouocatus ad iudicium diuisorium, nunquam tenetur probare portionem illā suam esse.*

37 *Expendit text. in cap. ex literis, de probationibus, & de eius intellectu agit.*

38 *Tradit explicationem ad dictum text. dum dicit, in iudicijs dubitatum fuisse, quis dicetur actor & reus.*

39 *Declarat, quid importet, quod text. præsupponit, multum interesse, quod quis censeatur actor vel reus.*

40 *In principio litis, & in medio magis fauetur actori quam reo.*

41 *Expendit pro eadem parte l. sequentem.*

42 *In interdicto vti possidetis in dubio præferenda est sententia contra eum lata, qui prius prouocauit ad iudicium.*

43 *Interdictum vti possidetis dicitur duplex. & his iudicijs duplicibus æquiparatur.*

44 *Refert qui contrariam opinionem sequuntur, & eorum fundamenta.*

45 *Concordiam ad opiniones assignat, & elegantem distinctionem tradit.*

46 *In re dubia iudicabit iudex pro reo contra actorem.*

47 *Licèt ille, qui prouocauit ad iudicium, respectu partis, quam petit, censeatur*

tur merus actor, tamē respectu partis socij, quæ iuxta naturam harum actionum ei applicanda est consideratur tanquam reus.

48 *Socius, cui applicanda est sua pars debet probare illam suam esse, aliàs in dubio contra eum ferretur sententia.*

49 *Proximam resolutionem reprobat ex eo, quia is socius habet pro se naturam harum actionum, de qua ibi.*

50 *Explicat illud, quod vulgo dicitur, in his iudicijs quemlibet actorem & reum.*

51 *Explicat etiam, cui in hoc casu competat obligatio edendi instrumenta.*

52 *Respondet ad ea, quæ in contrarium tenet Dec.cap. 1.n.32.de prob.*

53 *In his iudicijs cum quilibet censeatur actor & reus, debet quilibet eodem tempore fundare intentionem suam & ad hoc limitationem adducit.*

54 *Traditur intellectus ad l. duos iudices 28. infra de re iudicata.*

55 *Quando ordinarij ferunt diuersas sententias, vel contrarias præualet ea, quæ lata est pro reo.*

56 *In iudicijs duplicibus si duo iudices contrarias tulerunt sententias nulla præualet, sed recurrendum est ad superiorem illorum iudicum.*

57 *Illud quod dicitur in vno, & in duobus recipiendum est.*

58 *In dubio contra eum, qui prius prouocauit ad iudicium, tanquam contra actorem ferenda est sententia.*

59 *Respondet ad d.l. duos iudices 28. infra de re iud.*

60 *Explicat tex. in §. quadam instituta, de actionibus.*

61 *Declarat quomodo sit explicandus Vasconcelius libr. 4. variorum, cap. 10.num.25.*

62 *Addit rationem actor, qua iudicia, de quibus hic agitur, duplicia dici possint.*

63 *Si quis petat rescindi id, quod contra eum iniustè factum fuit, cum sit originarius reus, quamuis prouocauerit prius, non ob id desinet esse reus.*

64 *Contrarium verius esse ostendit, licet in vno casu, de quo ibi, conclusionem limitet.*

65 *Vbi non valet ingenium causa sorte est dirimenda, & fortunæ est committenda.*

66 *In rebus dubijs sorti locus est, nec tale iudicium reprobatur, præterquam in electionibus.*

67 *Sorti locus est, quando dubium vertitur circa ea, quæ pertinent ad ius: nam si pertineant ad factum non debet admitti sors inuito reo.*

68 *In interdicto, vti possidetis cùm agatur de his quæ pertinent ad factum, in dubijs non recurretur ad sortem.*

69 *In quæstionibus iuris ita demum recurritur ad sortem, si vna ex partibus id petat, secus vna inuita.*

EX isto tex. notandum est, iudicia † diuisoria, dici duplicia: 1
quia in illis quilibet censetur actor & reus, concordat *l. 2. & l. inter cohæredes, §. 1. versic. qui familiæ, infra famil. erciscun. l. iud cium, 10. infra finium regundorum, & l. si defunctus 15. §. finali, infra, de procuratoribus, l. actionis, verbo 36. ad finem, de actio. & obligat. cap. ex literis, de probat. tradit Iason. §. quædam, n. 16. Instit. de actionib. Pacianus de probatio. lib. 1. c. 60. num. 9.*

Sed aduersus † istam cōclusionem 2
nimis videtur vrgere, quod in his iudiciis, ille qui primus prouocauit ad iudiciū, censetur merus actor, prouocatus autem censetur reus, vt probat iste tex. *& l. 2. in fine, infra, communi diuidund. tradit Octauianus consil. 4. num. 1. & consil. 5. num. 5. Andr. Gail. tract. de pignorationib. cap. 21. num. 6. Mascard. de probatio. lib. 1. conclusio. 47. in principio, & notab. explicat Pacianus de probatio. lib. 1. c. 60. num. 9.* quibus addendi sunt Roman. *consil.* 217. *num.* 1.

Bolo

Bolognet. consil.7.num.71. Angusola consil.11. num.4. lib.4. Ergo hæc iudicia non possunt dici duplicia, sed potiùs
3 simplicia:cui difficultati respondet † Paul. *hic num.3.* iura infra allegata, esse intelligenda, antequam partes prouocent ad iudicium, tunc enim dicentur iudicia duplicia aptitudine, quia quilibet potest prouocare ad iudicium diuisorium, vel etiam prouocari, & sic aptitudine, quilibet potest facere, vt sit actor, vel reus: quod in aliis iudiciis non verificatur: neque enim in potestate rei est facere, vt verus actor compellatur partes actoris assumere: cum id à voluntate solius actoris pendeat, *l.vnic.C. vt nemo inuitus.* Hac igitur ratione dicentur duplicia iudicia, *subscribit Ang. §.3. n.1. & ibi Constant. col.1. ad fi. Inst. de interd. Ronchegalus in Rubr. num.30. infra, de duob. reus.*

4 Sed hæc † responsio admittenda est: quia nimis restringit generalitatem iurium infra allegatorum, quæ apertè sentiunt, etiam postquam prouocatum fuit ad iudicium, quemlibet censeri actorem & reum, & est expressum, *cap. ex literis, de probat.* & non obseruat Fabius *l. naturaliter, §. nihil commune, num.4. infra de acquir. possess.* & ita in specie prædictam declarationem Pauli Castrens. improbat Lancelot. Dec. hic & Philippus Decius, *d.c. ex literis, num.12. de probat.*

Quare secundo modo respondet Panormitan. *d.c. ex literis, n.10.* quod
5 ille † qui prouocatur ad iudicium diuisorium, allegat eam rem pro parte esse suam, & sic dicetur iudicium duplex, quia ratione suæ partis, quam petit, quilibet censetur actor, & quia virtualiter consentit partem socij illi adiudicari, censetur etiam reus: sed si neget simpliciter intentionem aduersarij, hæc iudicia magis dicentur simplicia: quia postquam prouocatum est ad iudicium, prouocatus sustinet vices meri rei, *subscribit Bertrandus cons.260.n.2.lib.4. & Hieronym. de Monte tract. finium regundorum, cap.48.n.20.*

Sed neque hæc † responsio tollit dif- 6
ficultatem: repugnat enim generalitas iurium infra allegatorum, quod etiam † postquam prouocatum fuit 7
ad iudicium, quilibet censetur actor, & reus, & hac ratione, quilibet tenetur præstare duplex iuramentum calumniæ, tanquam actor, & reus, *l. inter cohæredes §.1. vers. qui familia, infra famil. herciscun.* Item præstare † cautio- 8
nem de agendo & defendendo tanquam actor & reus, *l. si defunctus, 15. §. fin. supra de procur.*

Tertiò † igitur loco Mathesil. *sing.* 9
109. declarat, quod ille, qui prius prouocauit ad iudicium diuisionis, censetur actor quoad ea, quæ pertinēt ad processum formandum: ne aliàs oriatur confusio & causa processus, sed quoad alia omnia, quilibet censetur actor & reus, *subscribit Iason. l. si idem, §. fin. num.1. supra de iurisdictione omnium iudicum, & l. de pupillo, §. final. num.4. infra de noui oper.* defendit Deci. *dict. cap. ex literis, num.13. ad finem. & Ronchegalus in rubr. num.30. infra de duobus reis, Hieronym. de Monte tractat. finium regundorum, cap.35.n.5.* Sed neque † hæc 10
explicatio recipienda est, quia verius est, quod non solum ille, qui prius prouocauit ad iudicium censetur actor, quoad formandum † processum, sed 11
etiam quoad decisionem litis, & ad omnia alia, vt colligitur ex mente huius text. *& dict. cap. ex literis,* & apertè sentit gloss. *fin. hic,* dum allegat regulam legis fauorabiliores, *infra de reg. iur.* quam probant Odofredus Bald. Angel. & Fulgos. hic Alex. *l. duo iudices num.6. infra de re iud. Panormitan. cons.61. in fine, lib.1.*

Quare ad veram † explicationem, 12
tres in hac materia casus distinguendi

sunt: Primus est, quando ille, qui agit ad diuidendum, non possidet rem,
13 quam † dicit communem, & prætere a possessor negat agentem aliquam portionem habere in prædicta re: & certum est prouocantem ad iudicium diuisorium, ineptè egisse prædicta actione: nam cum de essentia harum actionum sit, quod res cuius diuisio petitur, sit communis inter partes: & aduersarius neget, eum partem habere in prædicta re, non admittetur ad hanc actionem, nisi prius ostendat, rem esse communem: vt ille prætendit, quod præstare poterit, vtendo rei vendicatione, vel publiciana, quod probat text. *l. fundi quem, 18. infra de exceptio. l. 2. cum gloss. 2. C. commun. diuidund.* tradit gloss. *l. 1. verb. exceptionem in fine infra famil. hercisc. gl. l. si mancipium, 34. §. 1. verbo actum infra de euicto, tradit Paul. Castr. l. in prouinciali, §. 1. n. 5. infra de noui oper. & cons. 179. n. 6. lib. 1. Alexand. cons. 46. n. 10. lib. 1.* Et hac
14 ratione hæ † actiones attento initio, dicuntur possessoriæ, *Bald. l. post sententiam num. 10. C. de sententijs. Contardus, l. vnica, Cod. si de momentanea possess.*
15 *q. 13. n. 112.* Vnde ille, qui † agit iudicio diuisorio, semper prospicere debet, vtrum rem communem possideat, vel saltem verisimiliter existimet, quod prouocatus non est negaturus rem esse communem: nam si non possideat rem communem, & conuentus negat, eum in ea re portionem habere: quasi ineptè egerit iudicio diuisorio, absoluetur reus ab instantia, & actor condemnabitur in expensis, *Angel. l. 1. §. proinde in fine supra si pars hæreditatis petat. Cornel. cons. 110. n. 3. lib. 1. Alex. cons. 213. ad finem. lib. 2.* rationem assignat Bald. *l. 2. n. 1. C. commun. diuid. & l. in vtraque lectura infra famil. hercisc.* Quod non solùm lo-
16 cũ † habet in iudicio vniuersali famil. hercisc. de quo loquitur text. *l. 1. infra familiæ herciscund.* Sed etiam in iudicio particulari communi diuidundo, in quo militat eadem ratio: *& ita gl. 2. l. 2. communi diuidund. gl. d. l. 1. verb. per exceptionem, in fine, infra famil. hercisc. Paul. Castr. l. in prouinciali §. 1. post princ. infra de noui oper. nunciat. & Socin. l. fundum, n. 8. infra de except.* & in his terminis verum est, iudicium † esse sim- 17
plex, & non duplex, cùm iudicium diuisorium hoc casu denegetur actori: quasi ei non competat, & in his terminis procedit declaratio Panormitani, *c. ex literis n. 10. de probatio.*

Limita † prædicta non procedere 18
in iudicio finium regundorum: nam hoc conceditur actori, etsi non † pos- 19
sideat, & possessor neget actorem aliquod ius habere in re, de cuius finibus agitur. Et † est ratio, quia 20
in hoc iudicio principaliter non prætendit actor fundum esse communem, sed potius fines proprij fundi fuisse iniustè vsurpatos, & ideò non est opus probare, rem esse communem, neque de hoc articulare: sed sufficiet allegare, fines proprij fundi fuisse iniustè vsurpatos, *vt dictum est:* quod ita probat text. *c. ex literis, de probat.* & ibi notat Panormit. *post principium.* Item probat *l. si irruptione in principio infra finium regundorum, adiuncta l. 3. §. Labeo infra de acquir. possess.* dummodo † addas, oportere agentem hoc 21
iudicio, saltem possidere fundum, de cuius finibus agitur, etiamsi prædictos terminos non possideat: nam si neque fundum principalē possideat, de cuius finibus agitur, hoc iudicium ei non concedetur, vt explicat Bald. *l. 1. ante num. 1. infra famil. hercisc. & ibi Florian. num. 4. ad finem,* & eleganter Deci. *d. c. ex literis num. 13.* Et † 22
hac ratione hoc iudicium finium regund. appellatur, quasi diuisorium, per Bald. *l. si constat. num. 4. ad finem, Cod. de compensatio.* & in † eo de do- 23
minio

minio rei, est atticulandum, *Faber.§. quadam, num.32. & ibi Angel. num.11. & Iaf.num.72.Inslit.de actio.*& hæc de primo casu, & procedetur in hac causa iuxta formam præscriptam, *l.3. C.finium regundorum*, & explicat Hieronym. à Monte *tractat.finium regund. c.30.num.7.*

24 Secundus † casus principalis in hac materia est, quando ille, qui prouocat ad iudicium diuisorium, possidet rem communem, & prouocatus negat, agentem habere vllum ius in ea re, cuius diuisionem petit: & in hoc secundo casu text. *l.1. in fine infra famil. herciscund.* probat, audiendum esse in sua petitione: quamuis prouocatus neget, prouocantem habere aliquid in prædicta re, notat *Fulgos. l.si mancip.§. in prin. infra de eui-*

25 *ctio.* nam † possessio semper præsumitur iusta, *Bart.l.communi, l.à primera,§. 1.infra communi diuidund.* & ideò præ-

26 ualet negationi prouocati:Non † intelligas autem, quod ratione illius possessionis, censeatur probatum dominium, & ius prouocantis ad iudicium:sed tantùm illum operabitur effectum, vt interim audiatur super iudicio diuisorio, non obstante negatione prouocati, non autem vt ex hoc videatur probasse dominium rei communis, quia dominium, quod

27 principaliter † prætenditur, non censetur probatum, per solam possessionem, nisi aliter probetur, *Bart. receptus, l. quidam in suo infra de cond. inst.* Et cùm prouocans ad iudicium, respectu suæ partis quam petit, censeatur actor, oportet plenè probare intentionem suam:aliàs prouocatus absoluetur ab eius petitione:etsi ex parte sua nihil probauerit, *l. qui accusare, C.de edend.l.fin.C.de rei vend.sentit d.l.1. in fin.infr.famil.hercisc.tradit Bald.l.communi à 1.§.1.infr.commun.diuid. & l.post sententiam, num.10. C. de sent.Neuianis cons.65.num.5.* Quod † si ponas duos 28
simul possidere hæreditatē, & tamen vterque neget in ea hæreditate, alteri ius competere,quia tunc frustra ageretur de diuidenda hæreditate, quæ negatur esse communis,recurrendum est ad iudicium petitorium petitionis hæreditatis,*l.1. proinde supra si pars hæred.pet.& ibi notab.explicat Fulg.in fin.* Tantùm†igitur erit locus iudicio di- 29
uisorio: quando inter partes conuenit,quod ea res sit cōmunis,vt significat,*l.1.ante finem infra famil.hercisc.& l. 1.§.proinde in fine supra si pars hæred.pet.*

Tertius † casus principalis in hac 30
materia sit, quando partes sunt concordes, quod res sit communis: & agitur de ea diuidenda inter socios, & in his terminis, *vt probant iura supra allegata in principio*, quilibet censetur actor & reus. Nam cùm prouocans ad iudicium petat partem rei, in † 31
qua socius habet etiam portionem suam, *l. Manius §.duorum infr. de leg.2.* Quilibet ratione suæ partis censetur actor: & quia socius necessariò debet cedere socio particulam, quam ille habet in re communi, hoc respectu censetur etiam reus: & ita explicat Bald. *l.2. num.1. ad finem Cod. communi diuid.* & in præsenti & Florianus *l.iudicium,communi in fine infra finium regund. Ang.§.sequens in fine Inst. de interdict. Gom. §. quadam num.6. Inst. de act. Hieron.de Monte tract.finium regūdorum, cap.45. n.3.& ante eos Lancellot.Dec.hic.*

Ex † quibus infertur annotatio ad 32
d.Bald. *l.vnica num.9. ad finem Cod. vti possidetis*, quod in his iudiciis diuisoriis prouocato ad iudicium diuisorium,fit adiudicatio suę partis,etiamsi nihil pro se petierit:non quidem in virtute libelli oblati, in quo nulla facta mentio de portione sua adiudicanda prouocato, sed potius ex particulari natura harum actionum duplicium, *vt post Hostiens. declarat Bald.*

l. 2. n. 1. ad finem, C. communi diuidund. Deci. c. ex litteris, num. 12. ad finem, de
33 *probatio.* Sed † verius videtur, quod in virtute libelli dati per eum, qui prius prouocauit ad iudicium, assignatur prouocato sua portio, etsi illam non petierit in libello expressim. Aduerto enim, quod prouocans, qui petit suam partem, tacitè videtur velle, & petere, quod sua portio adiudicetur prouocato. Quinimò tacitè etiam videtur confiteri, eam portionem illius esse, & ad eum iure pertinere, & virtute istius tacitæ confessionis, quam
34 † prouocatus videtur acceptasse, poterit fieri condemnatio *l. proinde, §. fin. infra ad l. Aquil. Riminald. Senior conf. 680. num. 1. lib. 4.* & quasi auctor id tacitè petierit; sua pars prouocato adiudicabitur: quæ aliàs ei adiudicari non posset, iuxta regulam, *l. final. Cod.*
35 *de fideicommiss. libert.* Et amplia † hæc procedere, etiamsi prouocatus negauerit, prouocanti aliquod ius competere in ea re iuxta dictam, *l. 1. infra famil. hercisc.* Nam attenta forma libelli prouocantis ad iudicium, adhuc militat ratio, de qua sup. in his terminis.
36 Infertur † etiam, quod prouocatus ad iudicium diuisorium, nunquam tenetur probare, portionem illam suam esse, quia satis id habet probatum ex tacita confessione prouocantis, *vt supra dictum est*, neque repugnat
37 text. *cap. ex litteris, de probat.* in † quo probatur, quod vtraque pars pariter tenetur probare suam intentionem: quia specialiter procedit in iudicio finium regundorum, *& ibi not. Panor. n. 10. Calcan. conf. 90. num. 27.* nam hoc iudicium conceditur non possidenti fines, de quibus est controuersia: & ad victoriam sufficiet probare, quod prouocatus ad iudiciũ, possidet fundum principalem, *vt supra diximus.* Nam cum tunc vterque neget alteri ius competere in finibus: meritò quilibet tenetur probare intentionem suam, & aliud obseruabitur in aliis iudiciis diuisoriis, quia ex forma libelli dati in illis colligitur prouocantem fateri portionem aliam, esse prouocati, & ad illum pertinere. Ergo nulla vlterior probatio ex parte prouocati exigitur.

Præterea † infertur explicatio ad 38
istum textum, dum dicit, in istis iudiciis dubitatum fuisse, quis dicetur actor, vel reus? Et respondet obtentum fuisse, vt ille, qui prius prouocauit ad iudicium, censeatur merus actor: dum autem is text. pro constanti habet, multum † interesse in hac 39
materia, quod quis censeatur actor vel reus, apertè sentit, etiam quoad decisionem litis, eum qui prius prouocauit ad iudicium considerari tanquam actorem, ità vt in dubio contra eum sit iudicandum, & in fauorem eius, qui habetur pro reo: nam aliàs nihil interesset, quod quis consideraretur tanquam actor, vel reus, † cum 40
in principio litis, & in medio magis faueatur actori, quam reo, vt resoluit Iaf. *l. de die. in princ. n. 2. super. qui satis d. coganiur*, & ad idem expendo, *l. seq.* dum † probat, quod ambo pariter 41
prouocarunt ad iudicium, forte dirimendum est, quis debeat haberi proprius prouocante, quasi in hoc multum intersit, quod necessariò ad decisionem litis videtur referendum, & confirmat Alex. *l. duo iudices n. 6. infra de re iudic.* authoritate gl. *c. licet verb. vti de probat.* quod † in interdicto vti 42
possidetis, in dubio ferenda est sententia contra eum, qui prius prouocauit ad iudicium: quod † quidem in- 43
terdictum, etiam dicitur duplex §. 3. *Instit. de interdict.* & his iudiciis duplicibus æquiparatur, *l. act. verb. 36. in fine infra de actionib. & oblig. notat Bertrand. conf. 277. col. 1. libr. 2. Bolognetus, conf. 7. num. 71. & Angusola conf. 11. num. 4.*

num.4.lib.4.addo gloss.final.hoc idem sententiam dum allegat, *l.fauorabiliores,infr.de reg.iur.* quam probant Odofred.Bald.Ang. & Fulg.*hic & alij, quos supra retulimus.*

44 Sed subsistendum est, quia † contrarium, imò quod in his iudiciis ille, qui primus prouocauit ad iudicium, censeatur actor, debeat intelligi in hoc sensu, quoad formandum processum,& vt teneatur prius offerre libellum, *Bolognet. conf.7. num.71. Angusola conf.11.num.4.lib.4.* ne aliàs inducatur confusio causæ, & tamen quoad decisionem litis, quilibet censeatur actor, & reus, *tenent Iacobus de Rauenis*, quem hîc refert & probat Albe. Mathes.*sing.109. Iasl.l. de pupillo, §.1.num.4.infra de noui oper. nunciat. & si idem,§.fin.num.1. supra de iurisdictione omnium iudicum*, & defendit Decius, *d.c.ex literis,num.13. ad finem de probat. Ronchegal. in rubr.num.30.infra de duobus reis. Hieronym.de Monte tract.finium regundorum,cap.45.num.5.Constant.§.3. num.1.in fine Instit.de interdict.*ac ita videtur magis recepta hæc opinio.

45 Pro concordia autem † harum opinionum aduertendum est, quod ille, qui primus prouocauit ad iudicium diuisorium, etiam priùs separatim pecierit partem suam sibi adiudicari, vnde etiam primò de eius petitione iudicandum est, iuxta regulam legis, *qui prior.infra eodem*:In his ergo terminis considerabitur, qui prior prouocauit tanquam merus actor,cum tantùm agatur de petenda portione sua: ex quo consequitur, quod vt ille, qui prior prouocauit ad iudicium, obtineat, oportet plenè probare intentionem suam, iuxta regulam,*l.qui accusare,Cod.de edendo,* aliàs absoluetur prouocatus, etiamsi ex parte sua nihil probauerit, iuxta regulam,*l.fin.Cod.de rei vendic.Panor.c.ex literis,n.10.de probat.Calcan.d. conf.90. n.2. Hieronym. de Monte, tract.finium regund.c.45. n.2.* & pariter † de re dubia iudicabit iudex 46 pro reo, contra actorem, iuxta regulam, *c. ex literis de probat. & c.fin. de re iud.* & in his terminis procedet prima opinio supra relata.

Secundùm aduertendum est,quod † licèt ille, qui prouocauit prius ad 47 iudicium, respectu partis, quam petit, censeatur merus actor, *vt dictum est*: tamen respectu partis socij, quæ iuxta naturam harum actionũ ei applicanda est, consideratur tanquam reus, cùm agatur de applicanda parte socio, in qua prouocans habebat portionem suam, *l. Meuius, §.duorum infra de leg.2.* Et hac ratione dicimus, quod censetur actor ratione suæ partis, quam petit; & reus respectu petitionis, quæ socio applicanda est, *Panormitan.d.c.ex literis,num.10.* Vnde consequi videtur, quod † etiam so- 48 cius,cui applicanda est sua pars debet probare illam suam esse,& quod aliàs in dubio contra eum feretur sententia: cum ipse respectu prædictæ portionis etiam censeatur actor, & alter reus, & meritò, ne aliàs consortes iudicentur ab impari.

Contrarium † nihilominus est di- 49 cendum, quia is socius habet pro se naturam harum actionum, quæ disponunt partem socio applicari absque nouo libello, & processu, *Bald.l. vnica, num.9. ad finem, C. vti possidetis*, item & habent pro se tacitam confessionem prouocantis ad iudicium, qui petendo partem suam, tacitè videtur confiteri, alteram partem ad socium pertinere, *vt supra diximus*, & sic nihil aliud ille tenetur probare,& ideò propter diuersam rationem non iudicantur à pari, & constat manifestè verum esse, id quod significat Iurisconsultus in præsenti, multum interesse in hac materia, vtrum quis censeatur actor,vel reus,si sanè ambæ

partes fuerint concordes, quod res sit communis, & diuidenda: tunc cùm per tacitam confessionem partiũ probata censeatur earum intentio: & obtinebunt, etsi nihil aliud probauerint: si autem aliquod dubium circa prædicta contingat, tunc recurrendum erit ad regulam huius text.

50 Ex † quibus inferendum est, quòd illud, quod vulgò dicitur in his iudiciis, quemlibet esse actorem, & reum, intelligendum esse, dum durat dubium, & controuersia diuisionis: Nam tunc ratione suæ partis quilibet censetur actor & reus, & ideò † licet merus actor non possit cogere reum: vt sibi edat instrumenta ad fundandam intentionem suam, *l. nimis graue, C. de test.* tamen dum lis pendet, cùm is in his iudiciis consideretur tanquã actor & reus, ei saltem tanquam reo edenda sunt instrumenta, *iuxta reg. l. fin. C. de edend. tenet expressè Bald. l. instrumenta, col. fin. Cod. de fideicommiss.* quem sequuntur relati per Patian. *de probatio. libro 1. cap. 63. num. 129. & Hieron. de Monte tract. finium regundorum, cap. 82.* quicquid contrarium teneat Dec. *c. 1. num. 32. de probat.* & ante † eum Soc. *l. fi. num. 7. C. de edend: per regulam huius text.* cui tamen facilè respondetur, quòd qui prius prouocauit, censetur actor ratione suæ petitionis, & respectu portionis socio applicandæ, *vt supra diximus:* ac ideò semper etiã consideratur tanquam reus, dum pendet lis. Quare licèt reus non teneatur probare intentionem suam, nisi postquam actor prius suam probauerit *l. siquidem C. de exceptio.* tamen in his iudiciis, cum quilibet censeatur actor, & † reus, debet quilibet eodem tempore fundare intentionem suã: *vt post alios tradit Patian. de probat. lib. 1. c. 60. num. 8* Quod limita, quando ille, qui prius prouocauit ad iudicium, petiit partem suam: nam cùm tunc tacitè videatur fateri, aliam portionẽ ad socium pertinere: socius nihil de iure suo tenetur probare, *vt dictum est*, & sic expeditus remanet is articulus.

Prætereà † & ex supra traditis infertur intellectus, *ad l duo iudices 28. infra de re iud.* quæ secundùm intellectum, *gl. 1. ibi in 2. respons.* probat: quod † licèt quando ordinarij ferunt diuersas sententias, vel contrarias, præualet ea, quæ lata est pro reo, *l. inter pares infra de re iud.* tamen in iudiciis duplicibus, si duo iudices contrarias tulerunt sententias, nulla † præualet, sed recurrendum est ad superiorem illorum iudicum extollit Mathes. *sing. 109. Ias. l. si idem § fi n. 1. supra de iurisd. omn. iud.* Et est ratio, quia cùm in his iudiciis vterque sit actor & reus, nulla est ratio, cur vni magis faueri debeat, quam alteri. Etsi opponas quòd imo in his iudiciis, ille qui primus prouocauit ad iudicium, censetur merus actor, vt probat is text. Respondent Imol. & Alex. *num. 4. & num. 6.* & Ias. *n. 14. d. l. duo iudices*, textũ istum procedere, quando hoc iudicium duplex tractatur coram vno iudice, sed si coram duobus, qui contrarias tulerunt sententias, tunc neutra valebit, sed recurrendum est ad superiorem iudicem, *d. l. duo iudices.* Sed † non assignant rationem huius differentiæ, & illis obstat regula, *l. singularia supra si cert. pet.* quòd illud, quod dicitur in vno & in duobus recipiendum est: Neque obstat ratio communis opinionis, quia imò in his iudiciis duplicibus debet procedere regula, *l. inter pares infra de re iud.* nam † in dubio contra eum, qui primus prouocauit ad iudicium tanquam contra actorem ferenda est sententia, *vt supra probauimus.* Et minus obstat, *d. l. duo iudices. 28. infra de re iud.* quia † mera diuinatio est quod text. ille loquatur in iudiciis duplicibus: nã imò loquitur genera

generaliter in duobus iudicibus delegaris, qui si contrarias tulerunt sententias, quia eadem persona per vnum fuit absoluta, & per alium condemnatà: procedit id, quod probat dicta *l. duo iudices*. Nam cùm tunc reperiatur vna sententia absolutoria, & alia cōdemnatoria eiusdem personæ, neutra alteri præualere debet, sed procedet id, quod exprimitur, *in d. l. duo iudices*.

60 Vltimò † infertur explicatio ad textum §. *quædam, Instit. de actionibus*, in quo hæc iudicia duplicia, appellantur mixta, vbi Faber & Angel *num.* 1. existimant, ea ratione dici mixta, quia in illis quilibet censetur actor, & reus, *subscribit Marant. in pract.* 4. *part.* 17. *distinctione iudiciorum ad finem pag.*259. *Hieronym. à Monte tract. finium regundorum, cap.*48. *num.*13. Sed longè veriùs est, duplicia dici, quia quilibet est actor & reus declarando, vt supra, & eadem iudicia dici mixta, quia partim sequûtur naturam actionum personalium, & partim naturam actionum realium: nam qua parte prouocans ad iudicium petit portionem suam sibi adiudicari, in qua socius tanquam in re communi videtur habere partem etiam suam *l. Mæuius*, §. *duorum infra de leg.*2. in hoc videtur habere naturam actionis personalis, *vt explicat Theophil. d.* §. *& ibi Gom. numer.*4. *Iason.* §. *omnium, num.*5. *Institut. de action. Deci. in rubr. vltima, lectura num.*19. *supra si certum petat.* & præterea cùm etiam obtineat partem, quæ sua erat, videtur sortiri naturam actionis realis, *vt declarat gloss. final. in princip. l. si familiæ* 14. *Cod. fami-*

61 *liæ herciscundæ*, & ita † explicandus est Vasconsel. *lib.*4. *var. cap.*10. *num.*25. & tractat Bellon. *libr.* 2. *supputat. cap.*4.

62 Addo † ego, quod & iudicia de quibus hîc agitur, duplicia dici possunt alia ratione: quia iudex potest rem vni applicare in totum, & alteri iuberi satisfieri in pecunia, §. *antepenult. Instit. de offic. iud.* Qua ratione attento effectu possunt etiam appellari duplicia.

Et † ad complementum prædictorum addendum est, quod si quis petat rescindi id, quod contra eum iniustè factum fuit, cùm sit originarius reus, quamuis prouocauerit prius ad iudicium, non ob id desinet esse reus: & ad hunc modum debet limitari regula huius textus, *vt post alios tradit Iason. l. de pupillo*, §. *qui remissionem, num.*1. *infra de noui oper. nunciat.* Cui addenda sunt tradita per Antonium, *cap. in præsentia.*6. *notab. de probatio.* quem refert Dec. *l. fauorabiliores, n.*2. *infra. de reg. iur. Mascard. de probat. lib.*1. *concl.*475. *num.*2. 63

Sed † verius est, quod ille, qui erat reus: si spontè sua prouocet ad iudicium, non considerabitur tanquam reus, sed magis tanquam actor: iuxta regulam huius text. & probatur, *l. is qui destinauit, infra de rei vendicat.* nisi veniat ad iudicium principaliter ad se defendendum, & in consequentiam aliquid petat, nam tunc magis considerabitur tanquam reus, *vt tradit Bart. l. de pupillo*, §. *final. num.*2. *& ibi Iason. numer.*4. *infra de noui oper. nunciat.* 64

Ex † lege autem sequenti, vltimò cum Baldo colligendum est, quod vbi non valet ingenium, causa sorte est dirimenda, & fortunæ est committenda, quod & probat, *l. si quæ sunt, infra famil. herciscund.* Vbi † Florian. notat, in rebus dubiis sorti esse locum: neque tale iudicium reprobari, præterquam in electionibus, *l. generaliter*, §. *quid ergo, si plures infra de fideicommiss. libert. l. final. in principio, & ibi Baldus* 1. *notabilium, Cod. communia de legatis, & notabiliter Vasconcellus libro* 4. *vario. cap.*10. *num.*25. & concordat *l.* 2. *post principium, Codic. quando* 65 66

quando & quibus quarta pars lib. 10. & latissimè prosequitur Felin. *cap. capitulum Sanctæ Crucis num.* 21. *de rescriptis, & Tiraquel. tract. primogen. quæst.* 17. *in prima opinione.* Illud etiam addendo,
67 quod † in illis quæstionibus dubiis sit locus sorti, quando dubium vertitur circa ea, quæ pertinent ad ius, nam si pertineant ad factum non debet admitti sors inuito reo, sed magis obseruanda est regula, *l. qui accusare Cod. de edend.* & regula, *l. final. C. de rei vendicat. tradit gloss. l.* 1. *verb. prohibebis, C. vti possidetis*, & asserit receptum Iason. *l. huiusmodi* §. *final. numer.* 17. *infra de leg.* 1. *Ripa l. quominus, num.* 59. *infra de flu-*
68 *minib.* Vnde † interdicto vti possidetis, cùm agatur de his, quæ pertinent ad factum, in dubiis non recurretur ad sortem, *Bart. l. si duo numer.* 5. *infra vti possidetis, Mantua. hic, & Felin. cap. capitulum sanctæ Crucis numer.* 21. *de re-*
69 *script.* Quinimò † & in quæstionibus iuris; ita demum recurretur ad sortem, si vna ex partibus id petat, nam vtraque parte inuita, ad hoc remedium non est recurrendum, sed magis tunc mutuò se impedient, *l. quoties supra de vsufruct. tradit Panorm. cap. licet causam ad finem, de probat. Cornel. l. final. in principio num.* 5. *Cod. communia de legat.* & ad hunc modum est explicandus Ripa. *l. quo minus num.* 59. *infra de flumin.* Ex his remanet expedita materia huius legis.

L. Si filiusfamil. 15. cum l. seq. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Proponit quæstionem huius text. scilicet qualiter is qui malè iudicauit, veniat puniendus.*

2 *Is qui malè iudicauit insolidum est condemnandus, & tamen executio fieri non debet, nisi quatenus patiuntur vires peculij quod habent.*

3 *Opponitur contra decis. text. d. l. fin. infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus.*

4 *Concordat dicta iura, & casum, in quo is tex. & l. finali loquatur, declarat.*

5 *Duobus modis potest iudex malè iudicare, vel per dolum, aut per imperitiam.*

6 *Refert ex Budæo, tunc etiam dici iudicem fecisse litem suam, quando in ea ita fauit parti, vt quasi in propria lite videatur processisse: quod tamen reprobat.*

7 *Tunc dicetur iudicem facere litem suam, quando per dolum, vel imperitiam malè iudicauit, tenetur enim tunc litis æstimationem soluere, ac si in propria lite fuisset condemnatus.*

8 *Filiusfamilias qui malè iudicauit, tenetur insolidum ad litis æstimationem, & executio tantum fiet, quatenus patiuntur vires peculij.*

9 *Obijcit difficultatem contra hanc conclusionem ex l. 3. §. ex furtiua infrà de peculio, & iuribus similibus.*

10 *Auget difficultatem ex littera text. & eum ad id expendit.*

11 *Conclusionem defendit, & ad primam difficultatem respondet.*

12 *Patre inuito non poterit fieri executio in peculio filij, sed filiusfamilias aliunde soluet, vel detrudetur in carcerem.*

13 *Licet filiusfamilias mero iure teneatur litis æstimationem soluere, tamen non fiet executio nisi pro ea quantitate quam habebat in peculio tempore lata sententia.*

14 *Ad idem adducit gloss. final. infra de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & ostendit, quod si non soluat quantitatem, quam habebat tempore lata sententia, detrudetur in carcerem.*

15 *Si filiusfamilias in casibus textus non haberet peculiũ in nihilo teneretur,*

nisi

nec eo prætextu, quod non soluerat posset detrudi in carcerem.

16 *Proponit differentiam, quæ in hac materia versatur, vtrum filiusfamilias non habeat peculium, vel illud habeat.*

17 *Continuat explicationem text. & ostendit, patri non teneri de peculio.*

18 *Declarat prædicta intelligenda esse, quando filiusfamilias iudicauit malè, secus si per dolum, etsi non soluat nec pater pro eo tenebitur, practicabitur in eo reg. l. penult. C. qui bonis cedere possunt.*

19 *Filiusfamilias qui per dolum indicauit, ex vero & proprio delicto tenetur.*

20 *Respondet ad secundam difficultatem, & ostendit istum textum duas habere partes.*

21 *Tradit quod in primo casu filiusfamilias iudex condemnabitur in eo, quod religioni iudicis visum fuerit.*

22 *Iudicis religioni debet videri satis esse, quod is iudex condemnatur in æstimatione litis pro quantitate peculij quam habebat tempore condemnationis.*

23 *Declarat, quid in secunda parte determinet is text. quando scilicet filius familias iudex tulit sententiam iniustam per dolum.*

24 *In dubio præsumendum est iudicem per imperitiam iudicasse, nisi de dolo euidenter appareat.*

25 *Quando iudex iudicauit iniustè per imperitiã, non tenetur, nisi pro quantitate bonorum, quam habebat tempore, quo fuit condemnatus.*

26 *Si per dolum malè iudicauit, tenebitur insolidum soluere æstimationem litis.*

27 *Probat iuris authoritatibus primam conclusionem.*

28 *Tradit elegantem ampliationem ad dictam conclusionem.*

29 *Tradit secundam ampliationem, vt si licèt pars iniustè condemnata non appellauerit à sententia, vel etiam appellauerit, & de certa fuit appellatio, adhuc in syndicatu poterit conuenire iudicem.*

30 *Non appellans a sententia, vel appellationem deserens, videtur sententiam suo consensu confirmare.*

31 *Ad difficultatem respondet, & ostendit resolutionem nu. proximo hoc casu locum habere non posse.*

32 *Refert Bart. & Auiles contrarium tenentes, quorum traditiones reycit.*

33 *Ostendit contra proximè allegatos idem recipiendum esse, etiamsi pars iniustè condemnata expressè renuntiauit appellationi.*

34 *Si pars sententiam tanquam bene latam approbauerit, non poterit iudicem conuenire in syndicatu, quia malè iudicauerit.*

35 *Generalis approbatio videtur facta, tã in fauorem partis, quam iudicis.*

36 *Si tempore syndicatus pendeat appellatio, à sententia tanquam iniustè lata adhuc iudex conueniri poterit in syndicatu, vt præstet cautionem.*

37 *Declarat, quid fieri debeat, quando dicta sententia fuit reuocata per superiores, vel quando fuit confirmata.*

38 *Limitat primò, conclusionem text. non procedere quando sententia iniustè lata continet iuris errorem expressum.*

39 *Declarat proximam limitationem, vt iudex non teneatur parti soluere æstimationem litis, tenebitur tamen expensas soluere.*

40 *Declarat item, quod tenebitur damna compensare, si sententia venera nulla de facto fuerit executioni mandata.*

41 *Assignat secundam limitationem, & ostendit, quod iudex qui iniustè iudicauit, in dubio condemnari debeat.*

42 *Probato grauamine illato per iudicem, malo animo videtur id fecisse.*

43 *Iudex, qui iniustè protulit sententiam, potest tanquam suspectus parti recusari.*

44 *Assignat elegantem limitationem ad supra resoluta, quam exemplificat in quæstione summè difficili, vel in qua varia sint Doctorum opiniones.*

45 *Declarat quod si fuerit tam supina ignorantia, tunc debet præsumi iudicem per dolum, & malitiam malè iudicasse.*

46 *Tradit declarationem ad proximè dicta ex glossa finali in principio Institut. de obligationibus quæ ex quasi delicto.*

47 *Incipit agere de secunda principali conclusione huius text. quam ibidem proponit.*

48 *Colligit differentiam inter primam partem & secundam huius text. & quomodo procedant declarat.*

49 *Rationem proximè assignatæ differentiæ tradit.*

50 *Refert aliam differentiam inter prædictos casus.*

51 *Delinquẽs punitur etiã quando actum inutilem fecit, nam tunc solus animus delinquentis punitur, & non consideratur effectus.*

52 *Tradit tertiam differentiam inter prædictos casus.*

53 *Quando iudex qui per dolum indicauit solui parti interesse, non poterit postea repetere ab eo pro quo tulit sententiam per dolum.*

54 *Si per imperitiam malè iudicauerit, id, quod soluerit poterit petere, & ibi rationem assignat & quomodo id fieri debeat.*

55 *Per cessas actiones poterit obtineri is iudex vt reuera debitor sibi soluat illud quod in effectu pro eo soluit.*

56 *Refert quartam differentiam, & quid in ea iuris sit determinat.*

57 *Refert item quintam differentiã quando scilicet iudex condemnandus sit in damno, vel etiam in interesse.*

58 *In hac materia cautè libellus formandus est, vt videatur iuri consonus.*

59 *Tradit in confirmatione huius differentiæ notabilem resolutionem Pauli Castrens. l. 4. §. in eum num. 2. infra de damno infecto.*

60 *Refert Bald. d. contrarium tenentem quem tamen reprobat, & ostendit propter dolum posse iudicem condemnari in omni interesse partis, siue damni, siue lucri, etiam extra rem.*

61 *Tradit ampliationem ex Paulo proximè citato, idem procedere in dolo præsumpto, vtpote quia iudex requisitus fuit negligens in administranda iustitia, quia etiam tunc condemnabitur in interesse totali.*

62 *Qui negligit facere id quod sibi incumbit ratione officij, censetur esse in dolo.*

63 *Ostendit durum & absurdum videri quod dolus in omittendo tam grauiter puniatur, quam dolus in committendo.*

64 *Iudex qui neglexit iustitiam ministrare non facit litem suam, quia id iure cautum non inuenitur, sed per actiones specialiter iure inductas tenebitur parti damnum resarcire.*

65 *Respondet ad l. 4. §. in eum infra de damno infecto pro contraria parte allegata quam ad id expendit.*

66 *Pœna dicti §. in eum tanquam res persecutoria transit in hæredes, & tamen pœna illius qui per imperitiam iudicauit non transit in hæredes.*

67 *Reprobat multas glossas quas ibi refert dum volunt quod iudex qui neglexit facere iustitiam parti faciat litem suam.*

68 *Probat iudicem hoc casu teneri solum parti damnum resarcire per actiones in iure expressas.*

69 *Veram resolutionem in hac materia assignat quod malè iudicans etiam per imperitiam facit litem suam, hoc est*

est totius litis tenetur soluere estimationem.

70 *Iudex, qui tantum neglexit facere iustitiam, tenebitur solum resarcire damnum parti.*

71 *Iudex negligens tenetur etiam resarcire parti ius illud, quod eius negligentia amissum fuit, non autem facit litem suam.*

72 *Proximè dicta procedunt, etiamsi clarissimè constet, quod propter veram negligentiam omisit iudex parti facere iustitiam.*

73 *Reprobat Bart. in d. l. final. infra de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, dum putat, iudicem negligentem facere iustitiam, posse accusari criminaliter, & ciuiliter ad interesse partis.*

74 *Reprobat proximam resolutionem, & respondet ad Auth. vt differentes iudices in principio, collat. 9.*

75 *Iudex propter prædictam negligentiam potest, & debet reuocari ab officio, dummodo ea negligentia fuit notabilis.*

76 *Respondet ad supra tradita ex Paul. Castr. num. 59.*

77 *Regula dolus infra de mandatis, non est facilè admittenda in officiali publico, nisi aliquibus coniecturis prædicta præsumptio corroboretur.*

78 *Expendit pro eadem parte l. 3. §. fin. infra de peculio.*

79 *Propter verum delictum filij pater non tenetur de peculio, nec pro quasi delicto filij.*

80 *Actio, de qua in dicta l. 3. §. fin. cum sit rei persecutoria, transit in hæredes delinquentis, in quos hæc actio non transiret, si censeretur pœnalis.*

81 *Vbi iudex omisit facere id, quod ratione officij sibi incumbebat per meram negligentiam id fecisse, & non per dolum, & hac ratione pater tenebitur de peculio filij.*

82 *Declarat, quando quis teneatur tantũ resarcire damnum, & quando teneatur actione pœnali, item qua ratione pater de peculio satisfacere debet.*

83 *Tradit qualiter in hac materia probatur dolus remiss.*

84 *Agit de interpretatione l. Iulianus, 16. infra eod. & quæstionem illius text. latè examinat, & vt ostendit, qua ratione motus fuerit Iulian. Iureconsultus ad tenendum contrarium, quod in text. deciditur.*

85 *Adducit pro opinione Iuliani l. 4. § fin. infra de damno infecto, quam ad id expendit.*

86 *Adducit etiam pro eadem parte text. in §. his autem verbis Institut. ad l. Aquiliam, quem ad id ponderat.*

87 *Adducit ad idem tradita per Valduinum in §. non tamen, Institut. de perpetuis & tẽporalibus actionibus.*

88 *Ostendit non obstantibus supradictis, Iulianum bene notandum, & reprehensum fuisse per alios Iureconsultos in d. l. Iulianus.*

89 *Actio, de qua in d. l. Iulianus, oritur ex quasi delicto, vnde prout actiones orientes ex vero delicto nõ transeunt in hæredes delinquentis, sic nec quæ ex quasi delicto.*

90 *Respondet ad rationes adductas in fauorem Iuliani, & ad primam respondet, de qua n. 85.*

91 *Rationem, de qua in n. proximo ostendit, non esse concludentem.*

92 *Licèt actio ex delicto sit rei persecutoria respectu damnum passi, ac ob id transeat ad hæredes, non tamẽ transibit in hæredes delinquentis, quia eorum respectu prædicta actio magis censetur pœnalis.*

93 *Refert responsion. Bart. & aliorum ad proximam difficultatem.*

94 *Reijcit dictam responsionem.*

95 *Reijcit etiam responsionem Cumani d. l. 4. §. fin.*

96 *Approbat responsionem Alberici d. l. 4. §. fin. in principio.*

97 *Delictum in omittendo non solet considerari tanquam verum delictum, vel quasi, sed potius tanquam quid diuersum ab illis.*

98 *Propter delictum filij in omittendo, pater tenetur de peculio filij, & eo conuicto in eo poterit fieri executio.*

99 *Declarat, in quibus terminis sit concludens ratio expressa in d.l.4.§.finali.infra de damno infecto.*

100 *Expendit pro eadem parte text. in Auth.scientias non solum vers. sciente iudice collat.5.*

101 *Reprobat gl.ibi verb.heredes, & eos qui eam sequuntur.*

102 *Ostendit verius esse, indistinctè hanc actionem transire in heredem iudicis negligentis.*

103 *Respondet ad ea quæ in fauorem Iuliani tradita sunt num.86.*

104 *Refert contra eos, quos reprobat in specie multa iura, ex quibus conuincitur eorum resolutionem veram non esse.*

105 *Licèt actio sit rei persecutoria ex parte actoris, tamen si ortum habuit à delicto, non est transitoria in heredes rei delinquentis.*

106 *Tradit rationem proximæ resolutionis.*

107 *Prout per mortem censetur extinctum delictum, ita etiam debet censeri extincta pœna veniens accessoriè ad puniendum illud delictum.*

108 *Ad explicationem materiæ, vt fundamentalius percipiatur aliqua notatu digna præmittit.*

109 *Actio aliquando oritur ex delicto tanquam ex causa immediata, aliquando verò datur propter delictum tanquam causam remotam, & mediatam concedendi prædictam actionem.*

110 *Declarat quomodo in primo casu proximæ resolutionis dicatur orta actio ex delicto, non autem in secundo.*

111 *Causa immediata semper inspicienda est, non autem mediata.*

112 *Resoluit ex supradictis, quod si actio persecutoria oriatur ex delicto, tanquam causa immediata, non transibit in heredes delinquentis, & ibi rationem differentiæ tradit.*

113 *Si actio rei persecutoria, cum non habeat originem ex delicto tanquam causa immediata, sed tanquam ex causa remota ex vtraque parte meritò censebitur rei persecutoria, & ob id trãsibit ad hæredes, & in hæredes.*

114 *Tradit rationem proximæ resolutionis.*

115 *Causa principalis & immediata attenditur, & non ea, quæ veniunt in quandam consequentiam.*

116 *Ostẽdit quomodo cognoscatur, vtrum actio detur immediatè ex delicto, vel propter delictum, tanquam causam remotam.*

117 *Ponit declarationem ad resoluta nu. proximo.*

118 *Propter negligentiam iudex non tenetur, nisi cum negligentia fuerit mixtus dolus, vel lata culpa.*

119 *In dubio, quando agitur de delicto in committendo præsumetur orta actio ex delicto tanquam causa immediata, & sic non erit transitoria in hæredes damnum dantis.*

120 *Si actio detur in simplum, & tamen constet ex verbis legis illam induci in pœnam delicti, tanquam pœnalis, non transibit in hæredes delinquentis.*

121 *Ex text. ita expensa tria notabilia colligit in hac materia. Et primò.*

122 *Licèt actio in simplum concepta sit & sic nullam pœnam contineat, tamen si constat proditam fuisse ad puniendum factum, quasi pœnalis non transibit in hæredes delinquentis.*

123 *Vbi actio in simplum non fuit prodita ad factum, nec in dolum concepta est tanquam rei persecutoria transibit in hæredes.*

124 *Declarat, quæ consideranda sunt, vbi actio in simplum concipitur ad cogno*

cognoscendum, vtrum ea actio sit transitoria in hæredes.

125 *Explicat text. in §. his autem verbis Institut. de lege Aquilia, & aduertit text. duas proponere conclusiones. & ibi eas proponit.*

126 *Tradit & explicat, quo casu opinio Couar. & sequacium de qua n. 86. admitti potest.*

127 *Declarat qua ratione procedat text. l. si pro fure §. final. supra de condictione furtiua.*

128 *Tradit obiectionem Bart. & aliorum contra proximam declarationem, & responsionem illorum refert.*

129 *Reijcit prædictam responsionem, & ostendit in dicta l. si pro iure, nihil speciale, sed generalem rationem adducit, quæ in alijs etiam casibus similibus debet locum habere.*

130 *Adducit meliorem responsionem, in qua persistit.*

131 *Adducit replicationem contra proximam responsionem cui tamen satisfacit.*

132 *Fur iuris interpretatione semper in mora videtur constitutus.*

133 *Fur tenetur ac si res extaret, etsi ipsa facto pereat.*

134 *Ostendit, quomodo debeat declarari §. final. ad finem Institut. de obligat. quæ ex delicto nascuntur.*

135 *Tradit aliam responsionem ad prædictam difficultatem.*

136 *Addit author vltra alios, quod condictio furtiua propriè non oritur ex delicto, licèt propter delictum prodita sit.*

137 *Comprobat latè proximã resolutionem.*

138 *Ad complementum materiæ inquirit vtrum in materia, de qua agimus, sit aliqua differentia inter ius ciuile, & Canonicum.*

139 *Assignat differentiam inter vtrumq́; ius quæ communi opinione recepta est in hac materia, pro qua multos autores citat.*

140 *Refert, qui contrarium opinionem tenent, imo quod datis paribus terminis, nulla sit differentia in hac materia inter vtrumque ius.*

141 *Ponderat pro eadem parte cap. final. de sepul. & de illius intellectu agit.*

142 *Ad veram resolutionem articuli duo consideranda, & distinguenda esse tradit, & primum.*

143 *Quod actio ex delicto iure Canonico transit in hæredes delinquentis, quamuis nullum mandatum expressum vel tacitũ interuenerit defuncti, iubentis restitutionem fieri.*

144 *Refert ex Fabro d. §. pœnales à nu. 7. quod etsi defunctus expressè prohibeat restitutionem fieri, tamen adhuc cogendus est hæres restitutionem facere.*

145 *Refert secundam considerationem circa differentiam in hac materia inter ius Canonicum & ciuile.*

146 *Ius Canonicum ad effectum, vt delinquẽs valeat à peccato liberari, omnes actiones ex delicto cõuertit in actionem solius damni restauratoriam, ac ita tanquam merè persecutoria transit in hæredes defuncti, prout etiam dicta causa transiret iure ciuili.*

147 *Cùm iure Canonico hæc actio consideretur tanquam restauratoria solius damni, nunquam hæredes delinquentis tenentur vltra vires hæreditarias, etsi inuentarium non fecerint.*

148 *Quilibet hæres hoc casu tenetur ad restitutionem damni pro portione sua hæreditaria.*

149 *Si vnus ex hæredibus efficiatur non soluendo, alij pro eo soluent quatenus vires hæreditariæ patiantur: vt sic defunctus valeat à peccato liberari.*

150 *Refert qui contrarium tenuerunt, priorem tamen opinionem vt veriorem approbat, & iuris ratione cõfirmat.*

151 *Cùm in his casibus ex delicto actio transeat in hæredes delinquentis iure Canonico, quia redacta est ad naturam actionis merè persecutoria, tamen quatenus remanet in natura actionis ex delicto, & sic tanquam pœnalis, etiam iure Canonico non transit in hæredes delinquentis.*

152 *Item si tale esset delictum, vt pro eo defunctus non teneatur ad damni restaurationem, actio ex delicto non transiret in hæredes etiam, iure Canonico.*

153 *Iure ciuili reperiuntur duo casus, in quib. actio ex delicto trāsit in hæredes delinquentis de quibus hic tractat.*

154 *Primus casus est, delinquens decessit lite prius contestata super actione delicti, cum in litis contestatione videatur quasi contrahi super dicta actione.*

155 *Declarat proximam conclusionē procedere in priuatis delictis: nam in publicis, vt actio transeat in hæredes non sufficit litis contestatio, sed oportet delinquentem post condemnationem decessisse.*

156 *Ostendit proximam distinctionem admittendam esse habito respectu ad communiter accidentia, scilicet quando agitur ad pœnam corporalem, & in consequentiam tractatur de bonis.*

157 *Pœna corporalis per mortem necessariò extinguitur, & per consequens censebitur extincta causa bonorum, quæ veniebat in consequentiam delicti principalis.*

158 *Quando quis decedit post condemnationem, tunc ratione sententiæ condemnatoriæ in bonis fiet executio, secus in priuatis delictis.*

159 *Si in priuatis delictis principaliter etiam ageretur ad pœnam corporalem, necessaria esset sententia, vt actio ex eo delicto transiret in hæredes delinquentis.*

160 *Refert secundum casum, quando scilicet ex delicto defuncti aliquid peruenit ad hæredem, tunc enim tenebitur pro eo, quod ex prædicto delicto ad eum peruenit.*

161 *Addit quod si actio nomen habeat ex delicto, ac ita infamet, ea non dabitur in hæredem.*

162 *Tradit, quod vt huic secundo casui sit locus, sufficere rem semel ad hæredem peruenisse, vt perpetuo efficiatur transmissibilis in omnes alios successores, etsi res prædicta ad illos nunquam peruenerit.*

DICTUM erat in § *fin. l. cum prætor. supra eodem.* filiumfamil. posse esse iudicem: Dubitatur † igitur in hoc tex. *si is malè iudicauit, qualiter veniat puniendus?* Et ex † littera text. colligitur, insolidum esse condemnandum, & tamen executionem fieri non debere, nisi quatenus patiuntur vires peculij, quod habet: Sed † aduersus decisionem huius text. opponitur *d. l. final. infra de varijs, & extraordin cognit.* vbi qui malè iudicauit, non tenetur insolidum: sed quatenus religioni iudicantis visum fuerit: Quare Budæus *l. final. supra de ædilitio edicto*, existimat hæc iura sibi esse contraria. Sed, vt aduertit Zasius *in dissolutione antinomiarum 1. part. col. penult. ad fin.* facilis est concordia. Is † enim text. loquitur quando iudex tulit sententiam iniustam per dolum, *vt ex sequent. constat*, & ideo insolidum condemnatur: sed in dicta *l. final.* tulit sententiam iniustam, per imperitiam siue per imprudentiam, vt ex eo constat, & ideo tantum tenetur in eo, quod iudici visum fuerit: *vt ibi tradit gloss. final. communiter recepta*: Nam † scitum est duobus modis potuisse iudicem malè iudicare, vel per dolum, vel per imperitiam, *vt in principio*

Margin numbers in right column (in order): 1, 2, 3, 4, 5

*principio Institut. de oblig. quæ ex quasi delicto.tradit Ias. §.item si quis in fraudem num.*107.*Inst.de act.* Quinimo † &
6 etiam malè idem Budæus *d. l.fin.supra*
7 *de ædilitio edict.* interpretatur, tunc † dici iudicem fecisse litem suam, quādo in ea ita fauit parti, vt quasi in propria lite videatur processisse. Nam lōgè verius est, tunc dici facere iudicem litem suam, quando per dolum, vel imperitiam malè iudicauit, nam tunc tenetur litis æstimationem soluere: ac si in propria lite fuisset condemnatus, vt colligitur ex isto textu *in fine, & ex l.final. infra de variis & extraord. cognit. l. sancimus Cod. de iud. & ibi notat Aret. num.* 3. & tradit gl. *in princ. verb. litem Institut. de oblig. quæ ex quasi delicto, & ibi tradit eleganter Eguinarius Baro in princ.*

8 His ita † præmissis, ex isto textu colligenda est conclusio, filiumfamil. malè iudicantem teneri insolidum ad litis æstimationem, tamen executio tantum fiet, quatenus patiantur vires
9 peculij. Sed † obstat huic conclusioni, quod imo propter delictum filij, pater non tenetur etiam pro viribus peculij *l.* 3.*§.ex furtiua, infra de peculio. & l.* 1. *§.filiusfamil.sup. de his qui deiecerunt l. ex pœnalib.* 158.*infra de reg.iur.*&
10 augetur † difficultas, quia is text. in principio dicit, filium malè iudicantem teneri de peculio, & tamen idem text. in fine dicit, teneri insolidum, & sic videtur sibi ipsi contradicere:
11 sed † defendendo conclusionem ad primam difficultatem respondendum est, textum nostrum ita esse explicandum, vt si filiusfamil. per imperitiam malè iudicauerit, mero quidem iure insolidū tenebitur litis æstimationem soluere: pro ea tamen quantitate, quæ religioni iudicis visum fuerit *d. l. final. infra de variis & ex-*
12 *traordinariis cognitionibus*, patre † tamen inuito non poterit fieri executio in peculio filij: sed filiusfamil. aliunde soluet, vel detrudetur in carcerem *l. penultim. Cod. qui bonis ced.possunt*, & ita explicat Cuiacius *lib.* 13. *obseruatio. cap.* 17. allegat bonum textum, qui ita expressè videtur declarare, *§.si filiusfamilias, Institut. de obligatio. quæ ex quasi delicto & l.* 1.*§.si filiusfamilias infra de his qui deiecerunt*, cui † 13
addi debet: quod licèt filiusfamilias mero iure teneatur litis æstimationem soluere, tamen non fiet executio, nisi pro ea quantitate quam habebat, in peculio tempore latæ sententiæ, vt clarè probat is text. & eo notant Albe. & Fulgos. hic & Paris. de syndicatu *verb.filiusfamil.cap.*1.*num.* 1. *pag.* 262. Quinimo glos. final. *l. fin. infra de variis & extraordinariis cognitionibus*, generaliter tradit, † iudi- 14
cem per imperitiā malè iudicantem, non teneri insolidum, sed pro ea quātitate quam habebat in bonis tempore quo tulit iniustam sententiam, *notat Bald. Auth. Sed cum testator. num.* 22. *Cod. ad l. Falcid. & alij relati per Alexandrum l.* 4. *§. in eum num.* 8. *infra de damno infecto.* Vnde si non soluat quantitatem, quam tunc habebat in bonis, detrudetur in carcerem *l. penult. Cod. qui bonis cedere possint.* Sed si soluat prædictam quantitatem, vel quam filiusfamil. habebat in peculio tempore latæ sententiæ, pro eo, quod deest, non poterit detrudi in carcerem *Bald. in rub. num.* 5. *Cod. de pœna iud. qui malè iudicauit.* Quare † si filiusfamil. in casu huius 15
text. non haberet peculium, in nihilo teneretur, nec eo prætextu, quod non solueret, posset detrudi in carcerem, & ideo Bart. *hic in fine Paul. num.* 2. & Fulg. & Contardus *l. vnica* 11. *limitatio. num.* 9. *C. si de moment. possess.* dum dicunt optimam cautelam ex hoc colligi, vt si quis condemnetur in syndicatu, opponat se esse

esse filiumfam. quia sic facilè eludet condemnationem, si peculium non haberet.

16 Vnde colligas † diuersum esse, vtrū filiusfamil. in hac materia peculium non habeat, vel illud habeat: nam primo casu in nihilo tenetur, neque si nō soluat, poterit detrudi in carcerem, sed in secundo casu tenebitur, quatenus est in peculio, & licet inuito patre hæc executio fieri non possit in peculio, *vt dictum est*, tamen tanquam obligatus ad soluendum si non fiat executio in peculio, poterit detrudi in carcerem, *vt iam dictum est*.

17 Præcipit † autem is text. considerari, quantum esset in peculio tempore latæ sententiæ, quia agitur de obligatione filij ex quasi delicto, pro qua pater non tenetur de peculio, *vt dictum est*. Nam si pater teneretur de peculio, tunc quantum sit in peculio, attenditur tempus expressum *l. quæsitum* 31. *& ibi notat Paulus infra de peculio*, quicquid gl. & Doctores hic

18 inuoluat. Sunt † autem prædicta intelligenda, quando filiusfam. iudicauit malè per imperitiam, *vt dictum est*, nam si per dolum, insolidum tenebitur ad litis æstimationem, vt probat is text. *in fine* qui hoc modo concordatur cum legis principio, vt statim dicemus, & aduertit Cōtardus *l. vnica C. de momenta. possess. limitatio.* 11. *n.* 1. *& n* 3 quem vide *ibi n.* 10 Quamuis igitur etiam hoc casu non possit fieri executio in peculio filij, patre repugnante *l.* 3. §. *ex furtiua, infra de pecul.* Tamen filiusfamil. remaneat obligatus insolidum, ita vt si æstimationem non soluat insolidum, practicetur in eo regula *l. penult. C. qui bonis cedere possint*: item & reg. *l. fin. supra de in ius vocand l. vnica C. si de momenta. possess.* 11.

19 *limitatio. n.* 12. Cum † ex vero & proprio delicto hoc casu teneatur, *& ita Bald. Auth. Sed cum testator. n.* 22. *C. ad l. Falcidiam, & in rub. n.* 5. *C. de pœna iudicis qui malè iudicauit: & c.* 1. §. *iudices n.* 2. *de pace iuramento firman. Alexan. l.* 4. §. *in eum n.* 8. *infra de damno infecto, & statim latius dicemus*. Et hæc de prima difficultate.

Ad † secundam autem difficultatem respondetur, textum istum duas habere partes: in prima loquitur quādo filiusfamilias malè iudicauit per imperitiam, & in secunda, quando † per dolum malum: Primo ergo casu filiusfamilias iudex condemnabitur in eo, quod religioni iudicis visum fuerit: *l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus*, & iudicis † religioni debet videri satis esse, quod cōdemnetur in æstimatione litis, pro quantitate peculij, quam habebat tēpore condemnationis, vt probat is textus *in principio*, *& tradunt Alber. Paul. & Fulgos. hic*. In † secunda autem parte loquitur, quando filiusfamil. iudex tulit sententiam iniustam per dolum malum, & tunc tenetur insolidum soluere æstimationem litis: quia ex vero & proprio delicto teneatur, & ita finem textus cum principio concordat Azo. relatus hic per glossam, quæ concordia recepta est, vt hic asserit Albe & ab ea non esse recedendum admonet Lācelotus Decius hic, & eam defendit Cuiat. *lib.* 3. *obseruat. cap.* 18. Addit Bald. *hic num.* 2. in dubio esse præsumendum iudicem per imperitiam iudicasse, & † non per dolum *argum. l.* 1. *infra de appellat.* nisi de dolo euidenter appareat, vt colligitur ex isto textu *in fine*, & idem tradit Bald. *l. obseruare.* §. *proficisci n.* 14. *supra de officio proconsul. Paris. tract. de syndicatu verb. filiusfam. c.* 1. *ante num.* 1. *pag.* 162. *Lancelot. Deci. hic & Philippus Decius cons.* 8. *ante finem, Contardus l. vnica Cod. si de momentan. possess.* 11 *limitat. n.* 4. *& à num.* 5. Multos autem casus, in quibus credendum est, iudicem iniustè iudicasse 20 21 22 23 24

caſſe per dolum, congerit Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 532.*

Et ex iſto textu ita explicatò colliguntur ex eo duæ concluſiones prin-
25 cipales. Prima eſt: quod † quando iudex iudicauit iniuſtè per imperitiam, non tenetur, niſi pro quantitate bonorum, quam habebat tempore, quo fuit condemnatus. Secunda eſt: quod
26 † ſi per dolum malè iudicauit, tenebitur inſolidum ſoluere æſtimationem litis, *notat Cuiat. lib. 13. obſeruat. 8.* Vtramque autem concluſionem ſigillatim explicabimus.

27 Et † prima quidem concluſio etiam probatur in principio *Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto, l. final. infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus, Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg.*
28 *31. numer. 101.* Amplia † vt quamuis iſto caſu propter delictum filij, non poſſit fieri executio in peculio inuito patre, *§. ſi filiusfamil. infra de his, qui deiecerunt*, tamen ſi pater ſciens filiumfamil. commiſiſſe quaſi delictum, & illi non adimat peculium, imò patiatur litem conteſtari cum ipſo filio, ſuper quaſi delicto, tunc etiam inuito patre fiet executio in peculio, etiamſi filiusfamil. moriatur ante factam condemnationem, & procedit tam in iudicio proprietatis quam poſſeſſorio, *Contardus l. vnica, Cod. ſi de momentan. poſſeſſion. 10. limit. numer. 1.* & probat text. *l. tam ex contractibus infra eodem*, & *ibi notat gloſſ. 2.* rationem reddens & gloſſ. final. *§. ſi filiusfamil. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto, gloſſ. final. § fin. Inſtitut. de noxalib.* & à fortiori tenebitur in prædicto caſu de peculio pater, ſi viuo patre filiusfam. fuerit condemnatus *l. etſi condemnatus iuncta gl. fi. ſupra de noxalibus actionibus.*

29 Amplia † ſecundò vt licèt pars iniuſtè condemnata, non appellauerit à ſententia, vel etiam appellauerit, & deſerta ſit appellatio, adhuc in ſyndicatu poterit conuenire iudicem, vt ſibi reſarciat litis æſtimationem, iuxta generalitatem huius text. & tradit gloſſ. *l. 1. §. 1. verb. noui iuris ad finem. ſupra quod quiſque iur.* & eſſe receptam ſententiam reſoluit Alexand. *l. 4. §. final. num. 2. infra de damno infecto, Contardus l. vnica C. ſi de momentan. poſſeſſ. 11. limitation. num. 2. Deci. cap. ſæpe num. 10. de appellation. Auendan. reſponſ. 11. n. 1. Auiles de prætoribus cap. 1. verba las partes, num. 8. pag. 47.* Neque † huic am- 30
pliationi obſtat, quod non appellans à ſententia, vel appellationem deſerens, videtur ſententiam ſuo conſenſu confirmare, *l. ab eo Codic. quomodo, & quando iudex.* Nam † reſpondetur, 31
quod hæc tacita approbatio inducitur per fictionem iuris non ſimpliciter, ſed quatenus ſententia reſpicit fauorem partis, pro quo lata eſt: non autem quatenus reſpicit fauorem iudicis, qui malè iudicauit, & ideò etiam in prædictis caſibus, pars quæ iniuſtè fuit condemnata, iudicem accuſare poterit, vt ſibi reſarciat damnum. Et ita Paul. *hic numer. 2. Roman. l. 4. §. in eum in fine infra de damno infecto.* Quamuis † Bart. *in diſput. 9. in ſolu-* 32
tione quæſtionis ad finem, exiſtimauerit quod ſi pars appellauerit, & eius culpa deſerta ſit appellatio, non poſſit iudicem conuenire in ſyndicatu: & ſubſcribit Auiles *de prætoribus, c. 1. verbo a las partes num. 9. ad finem pag. 47.*

Quinimo † contra ſupra allegatos 33
idem recipiendum eſt, etiamſi pars iniuſtè condemnata, expreſsè renunciauerit appellationi: nam reſtringetur renunciatio ad fauorem partis victoris, & non pertinebit ad fauorem iudicis, qui malè iudicauit: *Dec. cap ſæpè num. 12. de appellat. Auendanus reſponſ. 11. num. 1.* quicquid contrarium eſſe receptum falsò aſſerat Amedæus *de ſyndicatu numer. 135.* & Auiles vbi ſupra.

34 Si † sanè pars sententiam tanquam
bene latam approbauerit, non poterit
iudicem conuenire in syndicatu,
35 quasi † malè iudicauerit: quia ea generalis
approbatio videtur facta tam
in fauorem partis, quam iudicis: *Panormitan.cap.Pastoralis.§ quia verò n.5.
de offic. delegat. Alexand. l. 4. §.final.
num.2. infra de damno infecto*, & asserit
receptum Auendan. *respons.11.num.2.*
& defendit Decius *d.cap.sæpe num.11.*
& Auiles *de Prætor. cap.1. verbo à las
partes num.19.pag.48.*

36 Tertiò † amplia etiamsi tempore
syndicatus pendeat appellatio interposita
à sententia, tanquam iniustè
lata: nam ad hoc iudex poterit in
syndicatu conueniri, non quidem
vt soluat litis æstimationem, sed vt
teneatur præstare cautionem de ea
soluenda, si sententia iudicabitur iniusta,
*argument. l.penultim. supra de petitione
hæreditatis, & l. statuliber rationem
infra de statulib. & ita Paulus Castrens.
hic numer.9. Bald. cap.1. §. iudices,
numer.9. de pace iuramento firmand.
notab. Auiles de Prætoribus, cap.1. verb.*
37 *à las partes, numero 11. pag.47.* Quo †
casu si reuocetur sententia, tanquam
iniustè lata, tenebitur qui eam tulerit
damna, & impensas vtriusque
instantiæ parti læsæ soluere, si autem
fuerit confirmata, etiamsi constet
malè fuisse confirmatam, tunc
non agetur ad damnum contra primum,
qui sententiam tulit, quæ
postea iniustè fuit confirmata: sed
potius contra eum, qui eam iniustè
confirmauit, *Baldus capite 1. §. iudices
numero 8. de pace iuramento firmanda,
Amedæus de syndicatu, numero 34.*

38 Hanc † primam conclusionem nostri
text. ita ampliatam limita primò
non procedere, si sententia iniustè
lata contineat iuris errorem expressum,
nam cùm sit nulla, *l. 2. Codic.
quando prouocare non est necesse*, non tenebitur
iudex in syndicatu, *argument.
l. 4. §. condemnatum infra de re iudicat.
& ita gloss. l. 1. verb. noui post medium, supra
quod quisque iuris gloss. 1. l. final. infra
de varijs & extraordinarijs cognitionibus
notab. Bald. l. penultim. numer.7.
Codic. de pactis Alexand. l. 1. §. hac autem
num.3. supra quod quisque iuris Felin.
cap. ex tenore numer.6. de rescript. Iason.
l. 4. §. condemnatum, à num 3. infra de
re iudicata.* Quod † intellige, vt non 39
teneatur parti soluere æstimationem
litis, tenebitur tamen expensas in ea
lite factas parti exsoluere, *argument. l.
sancimus, Cod. de iud.* & declarant Ang.
& Paul. *hic num. 3. Hippolytus l. final.
n.19. infra de quæst.*

Quinimò † & damna tenebitur 40
compensare, si sententia re vera nulla,
de facto fuerit executioni mandata,
*Paul. hic num. 3. Fulgos. cons. 219.
num. 5. Felinus cap. ex tenore num. 6. de rescriptis.*

Secundò † limita conclusionem 41
huius text. quòd iudex, qui iniustè
iudicauerit, in dubio condemnari
debet: quia saltem per imperitiam
videtur malè iudicasse, quare cùm
ipse iudex, accipiendo officium iudicandi,
se asseruerit peritum esse,
tunc propter imperitiam meritò condemnabitur,
*l. 2. cum gloss. supra quod
quisque iuris*, & † quia probato gra- 42
uamine illato per iudicem, malo animo
videtur id fecisse, *argum. cap. 1. de
præsumption.* & probant relati per † 43
Contardum, *l. vnica Cod. si de momentan.
possess. 10. limit. à num. 16.* Adeòque
ob hoc recusari potest, tanquam parti
suspectus, *Panormitan. cap. ad hæc el
1. num. 3. & ibi Felin. de appellation.* vbi
tamen Decius *col. final.* eleganter † di- 44
stinguit: Sunt tamen prædicta limitanda,
si concurrat tam iusta causa,
vt propter eam debeat iudex excusari
à condemnatione litis: vt quia
errauit

erravit in quæstione summè difficili, vel in qua variæ sint Doctorum opiniones, & ita Alex. *in prim. i additione ad Bart. l. fin. infra de varijs extraor-*
45 *dinarijs cognitionibus*, & videtur † probare text. *c. hoc etiam, 2. q. 6.* Nam & per contrarium, poterit esse tam supina ignorantia, vt debeat præsumi, iudicem per dolum, & malitiam malè iudicasse, *Imol. l. 4. §. in eum ad finem infra de damno infecto.*

46 Sed † circa prædicta subsistendum est, quia gloss. final. *in princip. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto*, tractãs hanc eandem quæstionem, non dicit in casu, de quo supra, iudicem omnino non puniri, sed tantùm mitiùs puniri, *subscribit Alciat. l. gallus in princ. n. 3.* & prosequitur Roias *de hæreticis*, 1. *p. num.* 429. & sic tenebitur resarcire damnum partis, non tamen aliud interesse soluere, *Bald. l. mancipi i num. 2. ad fin. Cod. de seruis fugitiuis Alex. l. 4. §. in eum, num. 4. infra de damno infect.* & prosequitur Amedæus, *tractat. de syndicatu à n. 130.* Et hæc de prima conclusione huius text.

47 Succedit † igitur secunda principalis conclusio huius text. quòd si iudex per dolum, vel gratiam, malè iudicauit, tenetur litis æstimationem insolidum soluere, vt probat is textus *ad finem.* Ex quo colligenda est differentia inter primam partem &
48 secundam huius textus. Nam † prima procedit, quando iudex per imperitiam iudicauit, & tunc tantùm tenebitur pro quantitate bonorum, quam habebat tempore latæ sententiæ condemnatoriæ, *vt supra diximus*, hæc autem secunda pars loquitur, quando iudex per dolum, & gratiam malè iudicauit, & tunc tenetur æstimationem litis soluere insolidum, & in pluris etiam si iudici videbitur, *per Contardum, l. vnica Codic. si de momentan. possession. in* 1. *limitat. numer. 4.* Et notat Baldus *hic num. 3. & authent. Sed cum testator num. 22. Codic. ad l. Falcid. Parisi. de syndicatu verb. filius famil. cap. 1. ante numer. 1. pag. 262. & numer. 3. Alexand. l. 4. §. in eum, numer. 8. infra de damno infecto*, & probabitur tunc damnum per iuramentum in litem, *Seraphinus de virtute iuramenti priuileg. 31. à num. 100.*

Similis † differentia colligitur ex *l. in magistratus infra de magistratibus conueniend.* Et est ratio huius differentiæ, quod dolus est delictum, *l. 1. §. nunc tractemus infra de magistratib. conueniend.* & sic ex delicto proprio tenetur iudex qui malè iudicauit. Sed in primo casu tenetur ex quasi delicto, & ideò mitiùs punitur, *vt aduertit Eguinarius Baro. in principio Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto*, quicquid Bal. *hic num. 4.* & Lancelot Dec. pro constanti teneant, iudicem in vtroque casu teneri ex quasi delicto. 49

Est † & alia differentia inter hos casus: quia quando iudex malè iudicauit per imperitiam, & tulit sententiam ipso iure nullam, non tenebitur in syndicatu, *gl. 1. l. final. infra de varijs, & extraordinarijs cognitionibus.* Et tamen si sententiam iniustam tulerit per dolum, & ea fuerit nulla, nihilominus tenebitur parti soluere damnum, & aliud interesse, vt probat is textus ibi *(per sortes)* adiuncta *l. venales Cod. quando prouocare non est necesse, & l. fi. C. de pœn. iud. qui malè iudican.* quam differentiam constituit Bart. *in d. sput. 9. in solutione quæstionis col. fin. post princ. & Fulgos. hic num. 1. Alex. l. 1. §. hæc autem, num. 4. supra quod quisque iuris. Auiles de prætoribus verbo à las partes, n. 18. pag. 48. addo Imol. c. fin. n. 13. de empt. & vend. Angel. Aretin. §. appellantur, n. 8. Inst. de except. Amedæus de syndicatu à n. 40. & ante eos Angel. l. mancipia in fin. C. de seruis fugit.* Et est ratio quia dolus est propriè delictum, *vt supra diximus*, 50

& delinquens punitur etiam quando actum inutilem facit, *l. 1. C. de ſepulch. violato Leum qui C. de adulterijs, tradit gl.* 1. *in fine l. 2.* & ibi Bald. 1. *oppoſitione & Paul. in fine, Cod. de Epiſcop. audientia.*
51 Nam † tunc ſolus animus delinquentis punitur, & non conſideratur effectus *c. nuper in fine de bigamis Bal. cap. 1. in 3. notab. de alienat. feudi. Gomez. §. ex maleficijs numer. 17. Inſtit. de action.*
52 Adde † & tertiam differentiam inter prædictos caſus, quòd ſi iudex, qui malè iudicauit per dolum, ſoluit
53 parti intereſſe,† non poterit illud poſtea repetere ab eo, pro quo tulit ſententiam iniuſtam per dolum, quia ſoluit pœnam proprij delicti, *Paul. hic num. 8. per totum, l. mancipia, C. de ſeruit. fugitiu. & ibi notauit Ang. num. 2.*
54 *Bald. num. 7.* Sed † ſi per imperitiam malè iudicauerit, id quod ſoluerit, poterit repetere ab ea parte, pro qua ſententiam iuſtam tulit: nam cùm ſoluerit pro ea parte id, quod iniuſtus victor re vera debebat, poteſt à parte cui ſoluit, petere vt ſibi cedat actiones aduerſus illum, qui erat verus debitor; *Ang. l. ſi Stichum, §. ſi mandata, & ibi Paul. infra ſolutio. Angel. l. ſi mancipia ad finem, & ibi Paul. n. 4. C. de*
55 *ſeru. fugit.* Atque † ita per ceſſas actiones poterit obtinere, vt re vera debitor ſibi ſoluat, illud quod in effectu pro eo ſoluit, *l. miſſi opinatores Cod. de exactorib. tribut. libr. 10. & reſoluit poſt alios Alexand. l. 1. §. hoc iudicium, num. 2. ſupra ne quis eum qui in ius vocatus eſt. Auiles de prætoribus cap. 1. verb. fiel. n. 47. pag. 38.* Quamuis contrarium ſentiat Bald. *cap. 1. §. iudices num. 2. de pace iuramento firmanda.*
56 Eſt † & alia differentia, & ſic quarta inter prædictos caſus, quia quando iudex tulit iniuſtã ſententiam per imperitiam, & nihilominus pars victa expreſsè approbauit ſententiam, non poterit poſtea iudicem conuenire in ſyndicatu, *vt ſupra probauimus*, & tamen ſi iudex per dolum ſententiam iniuſtam tulit, poterit pars, quæ approbauit ſententiam, iudicem per dolum malè iudicantem conuenire in ſyndicatu: etſi opponatur de eius approbatione, replicabit de dolo iudicis, quem approbans ignorauit, *gl. l. ſeruo inuito. §. ſi poſſeſſor. infra ad Trebellian. Bald. l. 1. num. 4. C. de cond. indeb. & l. 1. num. 22. C. quomodo & quando iudex Auendan. reſponſ. 11. num. 2. ad finem.*

Præterea † eſt & alia differentia, & ſic quinta inter prædictos caſus: 57
quòd iudex qui malè iudicauit per imperitiam, non debet condemnari vltra damnum, quod pars iniuſtè condemnata, paſſa eſt, ſi autem per dolum, vltra damnum, omne ei intereſſe ſoluet, *Bald. l. penult. num. 8. Cod. de pact. Alex. ad Bart. l. fin. in prima additione infra de varijs, & extraordinarijs cogni-*
tionibus. Et † ideò in hac materia cautè libellus formandus eſt, vt videatur iuri conſonus, *Angel. l. ex maleficijs, §. iudex, num. 2. infra de act. & oblig. Amedæus de ſyndicatu num. 127.* & conſonat prædictis notabilis reſolutio Paul. Caſtrenſ. *l. 4. §. in eum, num. 2. infra de* 58
damno infecto, quòd licèt, quando † iudex iudicauerit per imperitiam, ſit condemnandus, prout religioni iudicis viſum fuerit, *d. l. fin. infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus*, quaſi in arbitrio iudicis ſit, non condemnare in tota litis æſtimatione, vel in toto intereſſe partis, tamen ſi iudex per dolum malè iudicauerit, neceſſariò in tota litis æſtimatione condemnandus eſt, & in totum partis intereſſe. Probat is textus *in 2. parte.* 59

Et † licèt Bald. *c. 2. §. iudices, num. 1. de pace iuramento firmand.* id reſtrinxerit ad intereſſe damni, & non lucri, item ad intereſſe circa rem, & non extra rem, & ſubſcribat Alexand. *in additione ad Bart. l. final. in prima additione* 60

tione infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus. Tamen verius est propter dolum posse iudicem condemnari in omni interesse partis, siue damni, siue lucri, & etiam extra rem, iuxta not. l. in actionib. supra de in litem iur. Quod
61 † ampliat Paul. Castrens. supra citatus, procedere etiam quando iudex condemnatur propter dolum præsumptum, vtpote quia requisitus fuit negligens in administranda iustitia; quia etiam tunc condemnabitur in totali interesse, l. 4. §. in eum infra de
62 damno infecto, nam † qui negligit facere id, quod sibi incumbit ratione officij, censetur esse in dolo, l. dolus est infra mandati, & subscribit Alexand. d. § in eum, num. 7. & Auendan. respons. c. 1. num. 7.
63 Sed † subsistendum est; quia absurdum videtur, quod dolus in omittendo, tam grauiter puniatur, quàm dolus in committendo, contra traditionem gloss. fin. l. 2. infra ad Syllanianum, & notata, l. si mora infra soluto matrimonio, vt aduertit Albert. l. 4 §. final. infra de damno infecto, & quamuis Imol. d. l. 4. §. in eum ad finem, id non existimet esse absurdum, & Alex. in additione ad Bart. d. l. final. infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus, in vltima additione, tamen frustra id negare videntur.

Et ideò ad veram resolutionē huius articuli, aduertendum est, quòd iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, facit litem suam in princ. Instit.
64 de obl. quæ ex quasi delicto. Sed † iudex qui neglexit iustitiam ministrare, non facit litem suam, quia id iure cautum non inuenitur: sed conuentus per actiones specialiter iure inductas, tenebitur parti damnum resarcire, cui neglexit iustitiam facere, vt tradit Bart. l. 1. num. 6. Cod. quomodo & quando iudex, & sic cessat prædicta difficultas, cùm iuxta prædicta mitiùs puniatur, qui commisit dolum in omittendo, quam ille, qui commisit dolum in committendo, vt est de mente Cuman. l. 4. §. in eum infra de damno infecto, neque † cōtrarium 65 probat d. l. 4. §. in eum infra de damno infecto, quia imò bene expensa sentit, quòd si iudex neglexit parti facere iustitiam, tenetur parti ad interesse vtilitatis. Ergo † non facit litem suam. 66 Et ideò pœna, d. §. in eum, tanquam rei persecutoria transit in hæredes, vt ibi exprimitur, & tamen pœna illius, qui fecit litem suam malè iudicando per imperitiam, non transit in hæredes, l. Iulianus la primera, infra eod. & infra dicemus.

Quare † cauendum est à gloss. fin. 67 ad finem c. hoc etiam 2. q. 6. & gloss. fin. l. non quicquid §. final. infra eod. gl. l. argentarius §. cum autem verb. de iudice supra de edendo, & gl. fi. l. si quando C. de test. & gl. penul. c. quoniam contra de probat. dum volunt, quòd iudex, qui neglexit facere iustitiam parti facit litem suam, & probat Ang. Auth. sententias, non solùm, num. 2. collat. 5. Ias. §. præterea, n. 12. Instit. de actib. nam hoc iure non probatur, & confunditur ex supra traditis. Tantùm enim hoc casu † iudex 68 negligens tenetur parti damnum resarcire per actiones in iure expressas: & ita resoluit Bart. l. fin. ad finem infra de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & l. 1. num. 6. Cod. quomodo & quando iudex, Ang. & Imol. l. 4. §. in eum infra de damno infecto Paul. l. municipia, n. 4. C. de seruis fugitiuis, Auiles de pretoribus, c. 1. verb. fiel. num. 28. pag. 33.

Ac † ita vera resolutio est in hac 69 materia, quòd malè iudicans etiam per imperitiam facit litem suam, hoc est, totius litis tenetur soluere æstimationem, vt probat is text. in principio, & in princip. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto, & l. fin. C. de pœn. indic. qui malè iudicauit. Si † tamen tantùm ne- 70

glexit facere iustitiam, tantùm tenebitur resarcire damnum parti, *l. 4. §. in eum infra de damno infecto, l. si quando in fin. C. de test. c. quoniam cõtra de probat.* notat *Roman. cons. 339. n. 5.* Tenetur † etiã
71 iudex negligens resarcire parti, ius illud, quod eius negligentia amissum fuit, *Bald. l. si quando n. 2. ad finem. C. de testibus, & l. penult. n. 8. C. de pactis,* non autem facit litem suam, *vt dictum est.*
72 Quod verum intelligas, etiam † clarissimè constaret, quòd propter meram negligentiam, omisit parti facere iustitiam: neque enim reperitur iure cautum, vt is iudex propter solam negligentiam faciat litem suam, sed tantùm quando in iudicando neglexit obseruare legis dispositionem, *l. penult. ad fin. C. de pact. & ibi notauit gl. fin. Ang. l. mancipia, n. 4. ad fin. C. de seruis fugit.* Quicquid in contrarium sentiat Alex. *l. 4. §. in eum n. 5. infra de damno in-*
73 *fecto.* Quinimò † neque admittendum existimo, quod sentit Bart. *l. fin. ad finem infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus,* quòd iudex negligens facere iustitiam potest accusari criminaliter, *Authent. vt differentes iudices in princip. coll. 9.* & quòd etiam ciuiliter potest conueniri ad interesse par-
74 tis. Quia † aduerto quòd d. Auth. loquitur in negligentia qualificata, quòd scilicet iudex fuit requisitus per partem, & monitus per Episcopum, noluit iustitiam facere. Sed propter simplicem negligentiam, non inuenitur iure cautum, quòd durante officio propter hanc culpam possit accusari criminaliter, sed solet reiici hæc accusatio ad tempus syndicatus, *l. vnica Codic. vt omnes iudices tam ciuiles*
75 *quam criminales.* Quamuis † verum sit, quòd propter prædictam negligentiam, potest & debet reuocari ab officio, *l. si quos Codic. de offic. præfecti Prat. Orient. & l. 2. Codic. de sportul. l. penult. C. de annonis & tribut. lib. 10. Bald. l. 1. §. si quis ad finem supra de offic. Præfecti vrbis, Aymon. cons. 152. num. 3.* dummodo ea negligentia fuerit notabilis, *Dec. l. penult. num. 15. C. de pact.*

Neque † supra resolutis obstat ea 76 ratio Paul. Castr. supra relata, *de reg. leg. dolus inframandati,* quia † ea regu- 77 la non est facilè admittenda in officiali publico: nisi aliquibus coniecturis prædicta præsumptio corroboretur, *c. hoc etiam, 2. q. 6. Et ibi notat gl. 2. notab. Dec. cap. ad hæc 10. num. 6. de appellat.* Item quamuis dolus præsumeretur, tamen cùm sit dolus in omittendo, non debet tam acriter puniri, vti dolus in committendo *iuxta notat. l. si mora infra soluto matrimonio.*

Et † pro his omnibus expendo text. 78 *l. 3. § fin. infra de peculio,* vbi filiusfam. Iudex, qui per negligentiam non accepit fideiussores, à tutore pupilli, ob hanc negligentiam punitur, & pater tenetur de peculio, propter illud quasi delictum filij: cùm tamen † certum sit propter verum delictum 79 filij, patrem non teneri de peculio, *l. 3. §. ex furtiua ad finem infra de peculio,* vbi Fulgos. ad finem miratur, de hac differentia: & Decius, *l. ex pœnalibus in fine de reg. iur.* Sed soluendum est, veriùs esse, patrem non teneri de peculio, propter quasi delictum filij, *l. 1. §. si filiusfamil. infra de his qui deiecerunt, & §. filiusfamil. Institut. de obligat. quæ ex quasi delicto.* Neque repugnat textus, *l. 3. §. final. infra de peculio,* quia loquitur in quasi delicto, quod consistit in omittendo, propter quod pars à filiofam. tantùm consequi potest damnum, quod propter hanc negligentiam passus est: Cùm igitur illa actio, magis rei persecutoria sit, quam pœnalis, ideò propter eam tenetur pater de peculio: & prædicta actio transit in hæredes delinquentis, *l. penultim. infra de magistr. conuenend.* in quo ea actio non transiret, si

censere

censeretur pœnalis, *l. Iulianus, 16. infra*
80 *eodem. & statim dicemus.* Vnde † ex di-
cta *l. 3. §. final.* colligendum est, quod
81 † vbi iudex omisit facere id, quod
ratione officij sibi incumbebat, præ-
sumitur per meram negligentiam id
fecisse, & hac ratione pater tunc te-
nebitur de peculio filij, & sic pro-
bat opinionem supra allegatorum,
quicquid Alexand. *l. 4. §. in eum, n. 5.*
infra de damno infecto, existimet, quod
præsumatur per dolum omisisse: Col-
ligitur etiam ex *d. l. 3. §. final. infra de*
peculio adiuncto, §. si filiusfamil. Institut.
de oblig. quæ ex quasi delicto, quod
82 † propter negligentiam commissam
in officio quis tantum tenetur resar-
cire damnum parti, atque ob id
actio censetur rei persecutoria, & ta-
men propter quasi delictum in com-
mittendo, tenetur actione pœnali:
& ideò pater tenetur quidem actio-
ne de peculio pro quantitate, quæ in
eo erat tempore factæ condemna-
tionis: *textus hic in principio,* & ta-
men non fiet in eo executio inuito
patre, *vt supra dictum est.* Similiter &
actio tanquam pœnalis non transibit
in hæredes: *l. Iulianus 16. infra eodem.*
83 Qualiter † autem in hac materia pro-
betur dolus, explicat Angelus *l. ex ma-*
leficijs, §. si iudex num. 4. infra de act. &
obligation. Masceard. de probat. lib. 1. con-
clusione 432.
84 His † ita explicatis ex ordine de-
ueniendum est ad interpretationem,
l. Iulianus 16. infra eod. & ex ea colli-
gendum est, quod licet Iulianus Iu-
reconsultus, existimauerit, hæredem
iudicis malè iudicantis, teneri solue-
re æstimationem litis: etiamsi iu-
dex delinquens moriatur, antequam
lis cum eo contestata sit: tamen alij
Iureconsulti hic relati contrarium te-
nuerunt: quia neque hæres prædi-
cti iudicis, pro eo tenetur stare in
syndicatu: *Ang. d. l. Iulianus ad finem*
infra eod. & Auendanus respons. 3. in fine.
Sed quia non est credendum Iulia-
num Iureconsult. doctissimum, fu-
tiliter fuisse motum ad tenendã præ-
dictam opinionem, videndum nobis
est, quibus rationibus verisimiliter
motus fuerit ad tenendam prædictam
opinionem.

Et † vtique pro ea opinione Iulia- 85
ni, multum videtur vrgere, *l. 4. §. final.*
infra de damno infecto, vbi si iudex fue-
rit negligens in administranda iusti-
tia parti, tenetur ipse, & hæres eius,
prædictum damnum resarcire: Ergo
pariter hæres debet teneri, quando
iudex per imperitiam malè iudica-
uit, non vt is litem suam facit, ita
etiam & eam suam facit, qui negligẽs
fuit in iustitia administranda *Auth.*
scientias non solùm vers. sciente iudice col-
lat. 5. Et ibi notat Ang. num. 6. l. pen. ad
fin. C. de pact. & ibi notat Dec. n. 15.

Item † & secundò videtur vrgere 86
pro Iuliani opinione, *§. his autem ver-*
bis Instit. ad l. Aquil. Ex qua colligi-
tur, quòd actio oriens ex delicto,
siquidem sit pœnalis, non transit in
hæredes delinquentis, & tamen si sit
rei persecutoria, transit in hæredes
quod ita ex eo textu collegit Couar.
Var. resolut. lib. 3. c. 3. n. 7. ad fin. addu-
cens etiam textum, *l. si pro fure, §. final.*
infra de condict. furtiua, & §. vlt. Instit. de
obligat. quæ ex delicto. Præterea allegat
Carol. Molineum *in additionibus ad*
Decium l. pupillum 111. §. in hæredes ad
finem infra de reg. iur. tenentem actio-
nem ex delicto, non transire in hæ-
redes delinquentis, si fuerit pœnalis,
transire autem in eos, si fuerit rei
persecutoria. Addo Bald. *§. non tamen*
Instit. de perpetuis, & tẽporalib. actio. con-
cludentem, quod † vt actio ex delicto 87
non transeat in hæredes delinquẽtis,
duo copulatiuè requiruntur: quod
oriatur ex delicto, itẽ quod sit pœna-
lis: sed quando iudex per imperitiam
malè

malè iudicauit, actio quæ contra eum datur, est rei persecutoria, vt scilicet parti restituatur æstimatio litis iniustè ablatæ per iudicem: Ergo debuit trãsire in hæredes iudicis delinquentis: vt Iulianus existimauit.

88 Sed † his non obstantibus, resoluendum est, Iulianum bene notatum & reprehensum fuisse per alios iureconsultos, vt refertur *in d. l. Iulianus.*

89 Et est ratio. Quia † hæc actio oritur ex quasi delicto, *in princip. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto.* Vnde prout actiones orientes ex vero delicto, non transeunt in hæredes delinquentis, *l. vnica, Cod. ex delict. defunct. l. pupillum, 111. §. in hæredes infra de reg. iur.* ita etiam neque debent in eos transire actiones, quæ oriuntur ex quasi delicto, *§. final. Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto, sentit gloss. Auth. scientias non solùm, verb. hæredes, & ibi Angel. num. 5. collat. 5.* quam rationem ad terminos *d. l. Iulianus* assignauit *Bart. l. 1. n. 4. infra de priuat. delict.*

90 Neque † obstant rationes adductæ in fauorem opinionis Iuliani, nam ad primam de *l. 4. §. fin. infra de damno infecto*, respondetur, considerando, quod vt ibi interpretatur gloss. 1. textus ille tractat de actione, quæ datur contra iudicem qui fuit negligens in administranda iustitia parti, hoc est, in iubendo caueri de damno infecto, iuxta *§. in eum eiusdem legis.* Hanc igitur actionem probat *d. l. 4. §. final.* transire in hæredes iudicis negligentis, quia est actio rei persecutoria, *vt*

91 *ibi exprimitur.* Cæterùm † prædicta ratio non videtur concludens, nã quòd actio sit rei persecutoria, concludit quidem eam transire ad hęredes damnum passi, *§. non tamen Instit. de perpet. & tempor. actio.* Et ibi Theophil. rationem assignat: non autem concludit, transire in hæredes delinquentis, quia cùm ad eos nihil peruenerit, respectu eorum non potest dici rei persecutoria: sed magis pœnalis. Vnde pro regula constituitur, quod † licèt actio 92 ex delicto sit rei persecutoria respectu damnum passi: ac ob id transeat ad eius hæredes, non tamen transibit in hæredes delinquentis: quia eorum respectu, prædicta actio magis censetur pœnalis, vt probat *d. §. non tamen Inst. de perpetu. & temporalib. action. l. 1. infra de priuat. delict. l. vnica, C. ex delictis defunct. tradit Bart. l. 1. num. 6. infra de priuat. delict. & eleganter Faber §. pœnalis num. 3. Instit. de perpetuis & temporalibus actiõn.* Ergo cùm text. *d. l. 4. §. fin. de damno infecto*, agat de actione danda in hæredes iudicis delinquentis: ea ratio, quod actio sit rei persecutoria, non videtur concludens, quam difficultatem mouit gloss. *fin. d. l. 4. §. fin.* Neque illi respondet Bart. autem ibi, & Albert. *in fine* Paulus & Imol. *in fine.* respondent, speciale esse in eo casu, quia † lex vlterius pro 93 cessit declarando, quòd ea actio tanquam rei persecutoria transiret in hæredes delinquentis, aduersus regulam generalem, quæ specialitas etiam inuenitur expressa, *l. 2. infra ad l. Iulian. repet.* quam ibi notat Bart. *n. 5. Maynerius l. pupillus §. in hæredes numer. 13. infra de regul. iuris.* circa quam conclusionem videndus est Grammaticus *voto 25. à num. 7. Auendan. respons. 13. per totum.* Sed non † placet hæc re- 94 sponsio, quia refugium est miserorum, respondere speciale esse in aliquo casu *gloss. l. filium, C. famil. hercisc.* Item *d. l. 4. §. final.* fundatur in generali ratione & non in speciali, & minus placet responsio Cuman. *d. l. 4. §. final.* quòd † textus agit de iudice negli- 95 gente, qui nullam pro se potest allegare excusationem, & ideò tenetur eius hęres, vt in simili probatur, *Auth. scientias non solum, vers. sciente iudice collat. 5.* Sed quando iudex iudicauit per

impesi

imperitiam, multas potest habere excusationes, & ideo eius hæres teneri non debet, *d. l. Iulian.* sed replicabitur, quod *d. l. Iulian.* habet relationem ad præcedentia, & sic etiam ad casum, quo iudex per dolum malè iudicauit, quo casu nulla ei potest competere excusatio, & tamen actio non transit in eius hæredem.

96 Magis † ergo placet responsio quam tetigit Albe. *d. l. 4. §. in principio,* quod in terminis illius textus dabatur actio contra iudicem negligentem, & sic propter delictum in omittendo, & ideo actio inde procedens transibit in hæredes delinquentis, quia delictum
97 in omittendo, non † solet considerari tanquam verum delictum, vel quasi, sed potius tanquam quid diuersum ab illis, *l. 1. Cod. si aduersus delictum,* & ideo eo casu actio transit in eius hæredem: ac si esset rei persecutoria ex vtraque parte, *iuxta reg. l. vnica C. vt actio ab harede, & contra haredem,* & probatur in simili *l. non similiter & l. quoad haredes, infra de magist. conueniend. & l. 2. infra ad Syllanianum.* Sed si actio competat propter delictum in committendo, locum habebit *d. l. Iulianus,* quod iam supra confirmauimus ex eo, quia pater propter delictum filij in committendo, licèt mero iure teneatur de peculio filij, vt probat is textus *in principio*, tamen in eo non poterit fieri executio inuito patre, *l. 3. §. ex furtiua infra de pecul. §. si filius famil. Inst. de oblig. qua ex quasi delicto, & supra diximus*, & tamen propter delictum
98 filij in omittendo, pater tenetur † de peculio filij, & eo inuito in eo poterit fieri executio, *l. 3. §. fin. infra de pe-*
99 *culio,* & † in his terminis concludens erit ratio expressa *in d. l. 4. §. fin. infra de damno infecto:* Nam cùm actio illa detur propter delictum in omittendo, quod habet diuersam naturam à delicto in committendo, hac ratione tanquam sit actio rei persecutoria ex vtraque parte, transibit ad hæredes, & in hæredes, *iuxta reg. l. vnica Cod. vt actiones ab hared.* & pro † prædictis 100
expendo textum *Auth. scientiàs non solum vers. sciente iudice collat. 5.* vbi si propter negligentiam iudex obligatur, hæc actio transit in eius hæredes, & † quamuis glos. *ibi verb. hared. & Ang. num. 5.* requirant, quod 101
prædicta actio transeat in hæredes iudicis, oporteat iudicem decessisse post litem contestatam, iuxta regulam *l. vnica Cod. ex delictis defunctorum,* & subscribant Paris. *de syndicatu verb. hares cap. 1. num. 4. pag. 262. Auendan. respons. 3. num. 5.* tamen † hoc apertè diuinat: & ideo verius est, indistinctè 102
transire in hæredes iudicis negligentis, propter rationem supra relatam, & in terminis ita sentiunt Ang. & Imol. & Alex. *l. 4. §. fin. infra de damno infecto.*

Non † obstat etiam secunda ratio 103
deducta ex dictis Couar. *resolut. lib. 3. c. 3. num. 7. ad finem*, & aliorum quos supra retulimus, & quo casu eorum opinio admitti potest, *vide. 126.* Nam est aduertendum, quod dum præsupponit, quod si actio rei persecutoria oriatur ex delicto, & sit transitoria in hæredes delinquentis, falsum videtur præsuppositum, per textum *d. l. Iulianus infra eod.* in qua agitur de iudice, qui per imperitiam malè iudicauit, quo casu tantum tenetur in eo, quod religioni iudicis visum fuerit *l. final. infra de varijs & extraordinarijs cognitionibus*, qui iudex debet arbitrari, eum non teneri vltra damnum, quod pars læsa accepit, *Bald. l. penult. num. 8. Cod. de pact.* & sic ex parte illius, qui iniustè condemnatus fuit, est actio rei persecutoria ad recuperandum damnum: & tamen quia oritur ex delicto in committendo, non transit in eius hæredes. Idem colligitur

ligitur ex generalitate legis vnicæ
104 Codic. *ne ex delictis defunctorum.* Et † in specie contra prædictos est textus clarus *l. 5. eum ll. seq. supra de alienat. iudicij, & l. si mulier, §. penult. infra de action. rerum amotarum adiuncta l. final.* Et ibi notat glos. & Salycet. *Cod. de actione rerum amotarum:* tradit Faber *§. pœnales num. 3. in fine Institut. de perpetuis & temporalibus action.* Et ideo in hac materia magis communis resolu-
105 tio est: Quod † licèt actio sit rei persecutoria ex parte actoris: tamen si ortum habet à delicto, non est transitoria in hæredes rei delinquentis, vt probat bonus textus *l. 6. §. final. infra si mensor falsum modum dixerit tradit glos. fin. l. 4. §. fin. infra de damno infecto, glos. 1. l. in honorarijs infra de actionibus, & obligationibus, glos. penult. l. ex iudiciorum, infra de accusat. Bart. l. 1. num. 6.*
106 *infra de priuat. delict.* Et † est ratio, quia licet actio ex parte agentis non sit pœnalis, sed magis rei persecutoria, tamen respectu damnum dantis, censetur pœnalis, & inducta ad punitionem delicti, & ad pœnam delin-
107 quentis. Vnde † provt per mortem cẽsetur extinctum delictum: *l. defunct. infra de public. iud.* ita debet censeri extincta pœna, veniens accessoriè ad puniendum illud delictum, *arg. l. 3. C. si pendente appellat. mors interuenerit, & ita Fulgos. l. vnica num. 2. Codic. ne ex delictis defunct.* allegans bonum text. *l. hæredem supra, de calumniatoribus*, & est etiam bonus text. *l. si pœna 20. infra de pœnis.*

108 Quamuis † autem prædicta vera videantur tamen vt hæc materia fundamentalius percipiatur, præmitten-
109 dum est, quod † aliquando actio oritur ex delicto, tanquam ex causa immediata: aliquando verò datur propter delictum, tanquam causam remotam & mediatam concedendi prędictam actionem, ita probat text. *l. 1. §. ex incendio, & ibi notat Bart. infra de incend. ruina naufrag. l. illud §. fin. cum l. sequent. & ibi notat. Bart. infra de tribut. act.* Tradit Paulus Castrens. *l. non dubium, num. 11. C. de legibus.* Primo ergo † casu dicetur orta ex delicto: non 110
autem in secundo: quia † semper cau- 111
sa immediata inspicienda est: non autem mediata *l. foetum qui §. 1. supra pro socio*, & in simili considerat Angel. *consi. 329. ad finem.* Ex † hoc igitur præ- 112
misso, inferendo ad nostram materiam resoluendum est, quòd si actio persecutoria oriatur ex delicto, tanquam causa immediata, non transibit in hæredes delinquentis, quia hæc actio rei persecutoria, hoc casu non solùm prodita est ad resarciendum damnum agentis, sed æquè principaliter in pœnam & punitionem illius, qui damnum iniustè dedit ac proinde quamuis ex parte actoris, tanquam rei persecutoria transeat ad eius hæredes, tamen ex parte delinquentis, cùm pœnalis sit, non transibit in eius hæredes *l. penult. in fine infra de noui oper. nunciat.* & est bonus text. hanc differentiam constituens *l. 6. §. fin. infra si mensor falsum modum dixerit, & §. non tamen, Inst. de perpet. & tempor. act.* Si † autem actio rei persecutoria, 113
cùm non habeat originem ex delicto, tanquam causa immediata, sed tanquam ex causa remota, ex vtraque parte meritò censebitur rei persecutoria, & ob id transibit ad hæredes, & in hæredes, iuxta regulam *l. vnica, C. vt actiones ab hæred.* & in specie est bonus text. *l. illud §. final. cum l. sequenti infra de tribut. act.* Et † ratio est, quia 114
prædicta actio principaliter comparata est ad rei persecutionem ex vtraque parte. Et quamuis etiam propter dolum concedatur, attenditur † ta- 115
men causa principalis, & immediata, & non ea, quæ veniunt in quandam consequentiam, iuxta regulam legis,

si quis

si quis neque causam supra si cert. pet. & l. 1. infra de auth. tut. Et in simili considerat Signorol. *cons. 50. ad fin.* & Sa-
116 lyc. *l. fin. num. 3. C. de adult.* Si † autem quęras, quomodo cognoscatur, vtrum actio detur immediatè ex delicto, vel propter delictum, tanquam causam remotam? Respondetur, quòd si detur actio propter delictum in committendo: semper censetur orta ex delicto tanquam causa immediata, & ideo non transibit in hæredes delinquentis, vt probat *d. l. Iulian. & l. penult. in fine infra de noui oper. nunciat.* Si verò detur propter delictum in omittendo, tunc censetur data propter delictum tanquam causam remotam, & ideo tanquam merè rei persecutoria, ex vtraque parte transibit ad hæredes *l. 4. §. fin. infra de damn. infect. l. Illud §. fin. cum l. seq. infra de tribut. action.* Quod
117 intelligas † procedere, etiamsi in hoc delicto in omittendo, interueniat dolus, vel lata culpa. Nam cùm etiam tunc non detur actio tanquam immediatè orta ex eo dolo, sed tanquam ex causa mediata, & remota, adhuc censebitur rei persecutoria ex vtraque parte, & transitoria in hæredes
118 negligentis. Quod † patet ex eo: quia propter negligentiam iudex non tenetur, nisi cum negligentia fuerit mixtus dolus vel lata culpa *l. non similiter, & ibi glos. & Cuman. infra de magist. conueniend.* Tradit Paris. *de syndicatu verb. hæres cap. 1. ad finem,* & nihilominus actio transit in hæredes iudicis delinquentis, *l. quoad hæredes infra de magistr. conueniend.* Quia non videtur immediatè orta ex dolo, vel delicto, sed propter delictum tanquam causam remotam, vt in simili probat text. elegans, *l. illud §. fin. cum l. seq. de*
119 *tribut. actio.* In † dubio autem, quando agitur de delicto in committendo, præsumetur orta ex delicto, tanquam causa immediata, & sic non erit
transitoria in hæredes damnum dantis, *iuxta supra tradita:* provt per contrarium. Et si † actio detur in simplum, 120
& tamen constet ex verbis legis, illam induci in pœnam delicti, tanquam pœnalis, non transibit in hæredes delinquentis: textus elegans *l. huius §. fin. infra quod falso tutore author.* nam aduersus falsum tutorem actio in simplum concepta est, *l. nouissimè §. quod aut prætor infra, quod falso tutore,* & tamen non transit in hæredes falsi tutoris: quia ea actio in dolum concepta est, & factum punit, vt expresè dicit text. *d. l. huius, §. fin. infra quod falso tut. auth.*

Ex qua † lege ita expensa tria col- 121
liguntur valde notanda in hac mate-
ria: Primum est, quod † licèt actio in 122
simplum concepta sit, & sic nullam pœnam contineat *d. §. his autem verbis Instit. de lege Aquil.* Tamen si constet prodita fuisse ad puniendum factum, quasi pœnalis, non transibit in hæredes delinquentis, *d. l. huius §. fin. adiuncta gl. ibi verb. in factum, & ibi Cuman.*

Secundò † colligitur à cessante ra- 123
tione illius legis, quòd vbi actio in simplum non fuit prodita ad factum, neque in dolum cōcepta est, tanquam rei persecutoria, ex vtraque parte trāsibit in hæredes prædictos, & in his terminis procedet illud, quod præsupponit *d. §. his autem verbis.*

Tertiò † colligitur, quòd vbi actio 124
in simplum concipitur, tunc vt cognoscatur, vtrum ea actio sit transitoria in hæredes, considerandum est, qualiter ea actio concepta sit: Nam si concipiatur in dolum, & sit ad puniendum factum, tanquam orta ex delicto, non transibit in hæredes, *d. l. huius §. final.* Si verò eo modo concepta non sit, tunc transibit in hæredes, *d. §. his autem verbis,* in dubio autem, quando delictum est in committendo credendum est, in dolum

fuisse conceptum: si autem delictum sit in omittendo, contrarium præsumetur, *iuxta supra tradita.*

125 Et † iuxta hæc venit explicandus tex. §. *his autem verbis Instit. de leg. Aquilia* (nam reiectis traditis ibi per Fabrum, Angelum, & Liuium) quia rationem expressam in eo textu apertè corrumpunt: ego aduertendum existimo, textum eum duas proponere conclusiones: Prima est, quod actio, quæ datur ad resarciendum damnum, & in nihilo alio condemnat, tanquam rei persecutoria transit in hæredes damnum dantis: si verò vltra damnum condemnat in aliquo pluri, non transibit in hæredes delinquentis: nam hoc intelligendum est procedere in dubio, facilè enim ex mente legis contrarium poterit colligi *d. l. huius §. fin. infra quod falso tutore, & supra tradita.*

126 Tantum † igitur opinio Couar. & sequacium admitti potest, quando constat actionem esse ex vtraque parte rei persecutoriam, nam hanc certum est transire in hæredes, *l. itaque 29. §. fin. supra de dolo, Bart. l. in honorarijs num. 1. infra de action. & obligat.*

127 Et † hac ratione procedit text. *l. si pro fure. §. fin. supra de condictio. furtiua*, dum probat, condictionem furtiuam, transire in hæredes furis, quia persecutio-

128 nem continet. Bart. † Paulus, & Fulgos. ibi opponunt, quod licèt condictio furtiua transitoria sit ad hæredes illius, cui furtum factum fuit. Tamen cùm ex delicto oriatur: non debet transire in hæredes furis *l. 5. §. fin. cum l. sequenti supra de alienatione iudicij mutandi l. 6. §. fin. infra si mensor falsum modum dixerit*: & respondent, speciale esse in condictione furtiua vt transeat in hæredes furis, quæ specialitas inducta fuit propter euitandam frequentiam furtorum, & ita etiam Bart. *l. 1. num. 2. infra de priuatis delictis, Couar. resolut. lib. 3. num. 7. ad finem Duenhas regul. 13. nu. 9. Menchac. Illustr. q. cap. 96. num. 14.* Quæ † 129 tamen responsio non placet: quia *dict. l. si pro fure §. fin.* non fundat se in aliqua specialitate, sed generalem rationem adducit: quæ in aliis etiam casibus similibus, debet locum habere, *vt ibi aduertit Paul. Castrens. ad finem.* Et † ideo melius respondetur, 130 quod condictio furtiua ex sua natura est rei persecutoria ex vtraque parte, datur enim aduersus hæredem furis, qui rem furtiuam penes se habet, *l. ex caus. 5. infra de condictio furtiua*, & ideo transire in furis hæredes, *iuxta supra tradita.*

Neque † replicet quis, quod con- 131 dictio furtiua transit in hæredem furis: etiamsi penes se non habeat rem furtiuam, vt quia forsitan fato periit, & sic non peruenit ad hæredem furis, vt probat *d. l. si pro fure §. fin.* Quia respondetur, quod licèt hoc casu attenta veritate, nunquam res ad hæredem furis peruenerit, tamen iuris interpretationem in prædicto casu ad eum censetur peruenisse. Nam fur iuris interpretatione semper in mora † 132 videtur constitutus, *l. merito in fine infra de vi, & vi armata.* Et † ideo licèt 133 res fato pereat: tamen fur tenetur: ac si res extaret, *l. inter stipulantem 83. §. penult. infra de verbor. obligat. l. fin. C. de condict. furtiua*, & ideo stante prædicta fictione ad hæredem furis creditur peruenisse. Et † ad hunc modum 134 declarari, §. *fin. ad finem, Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.*

Respondetur, & alio † modo ad 135 prædictam difficultatem: quòd condictio furtiua prodita est, quasi rei persecutoria ex vtraque parte: & licèt postea ex accidenti res pereat: tamen attenta natura originali conditionis, transitoria nihilominus est in hæredes, vt in simili considerat glos.

§. *his*

§.*his autem verbis, & ibi notat Angel.in*
136 *fine Institut. d.l. Aquil.* Adde † etiam vltra alios, quòd condictio furtiua propriè non oritur ex delicto, licèt propter delictum prodita sit, vt aduertit Faber §. *pœnales num.3. Instit. de perpetuis & temporalibus actio.* Patet
137 ex eo, quod † condictio furtiua, tantum rem persequitur, nam ad puniendum delictum furti, aliæ actiones proditæ sunt, vt colligitur ex *l.1. Codic. de condictione furtiua*, & ideo cum constet, non fuisse proditam ad puniendum delictum transitoria erit in hæredes furis, §.*his autem verbis. Instit. de l. Aquil. & supra diximus*, & hac de causa optimè concludit ratio expressa *in d.l. si pro fure §.fin.* & cessant omnia quæ in hoc articulo inuoluit Maynerius *pupillum §. in heredes à num.3. infra de regulis iuris.*

138 Ad † complemetum autem materiæ illud restat iniquirendum, vtrum in materia, de qua agimus, sit aliqua differentia inter ius ciuile & Canonicum? Et communi opinione rece-
139 ptum est; eam † esse differentiam inter vtrumque ius, quod iure ciuili regulariter hæres non tenetur pro delicto defuncti, nisi in duobus casibus expressis *l. vnica Codic. ne ex delictis defunct.* & tamen iure Canonico per contrarium, actio orta ex delicto, regulariter transit in hæredes delinquentis, vt delinquens sic valeat, à peccato liberari, *c.fin.de sepulturis, cap. in litteris de raptoribus.* Et assignauit hanc differentiam in vtrumque ius *glos.fin c.si Episcop.16.q.6.gl.fin.c. si Episcopus 12. q.2. Federic. de Senis conf.22. & Anchar. conf.411. num.4. & num.9. Domin. conf.3. col.2. Iason l. si eum §. qui iniuriarum, num.5. supra si quis cautio. Deci.d.l.pupillum §.in heredes num.7. infra de reg. iur. & consil.272. Anton. de Burgos cap.1.col.4. de emptione & venditione, Pallatius in rubr. §.65. num.25. Soares allegat.26. Couar.lib.3.resolut.cap. 3.num.7. versic.3. & alij plures, quos refert Duenhas regul.13.num.12. Azeuedus l.3.titul.10.lib.4. ordinat. num.166.* quibus addendi sunt Lancelotus, Deci.*hic in fine Adrian. quolib.11. artic.1. Alciat.l.§.2.& harum num.32.in fine infra de verbor. obligat. Ruin. conf.20.num. 1.lib.4. & Sebastian. Medicis in tract. mors omnia soluit quæst.32.* Sed † subsi- 140
stendum est, quia contrariam sententiam, imo quod datis paribus terminis nulla sit differentia in hac materia, inter ius ciuile & Canonicum, probat Panormitanus *cap. Ecclesia n. 23.de constitut. & c.fin.col.fin.de sepultur. & c. à nobis osegundo. num.5. de sentent. excommunicat.* Et ibi subscribit Felin. *col. Iacobinus l.sed etsi ei restituatur §. fin. numero 8. infra eod. Mayner.l.sicuti num.8. infra de reg.iur.* concludentes, quod etiam iure Canonico, actio oriens ex delicto non transit in hæredes delinquentis.

Neque † (secundùm eos) contra- 141
rium probat *c. fin. de sepulturis*, quia procedit, quando defunctus tempore mortis iussit restitutionem fieri, vel etiam mortuus est, ostensis signis contritionis, quo casu virtualiter videtur mandasse restitutionem fieri. In his igitur casibus non ratione delicti actio transit in hæredes delinquentis: sed ratione huius noui mandati iniuncti expressim vel tacitè per defunctum. Quare si defunctus decedat non ostensis signis contritionis, quia tunc cessat prædictum tacitum mandatum, standum erit dispositioni iuris ciuilis, quod & in his terminis agnoscit Alciat. *l.2.§. & harum n.32. ad medium, infra de verb.oblig.*

Sed † ad veram resolutionem huius 142
articuli, duo consideranda & distinguenda sunt. Primum † est in eo 143
magis communiter conuenire Doctores, quod actio ex delicto iure

Canonico transit in hæredes delinquentis, quamuis nullum mandatum expressum, vel tacitum interuenerit defuncti, iubentis restitutionem fieri, quia nullibi probatur hoc requiri, & in contrarium vrget generalitas *cap. fin. de sepult. & c. in litteris, de raptoribus*, & ita resoluit Bart. *l. 1. num. 6. infra de priuat. delict. Faber. l. pœnales nu. 6. & 8. Instit. de perpet. & tempor. act. Aretin. in rub. col. 5. infra de acquir. hæred. Mayner. l. sicuti. num. 6. infra de reg. iur. Menchac. illustrium quæst. cap. 96. num.* 27. & esse receptam opinionem contra Panormitanum, asserit Ruinus *cons. 20. num. 1. post medium lib. 4.* & Couat. *resolut. lib. 3. cap. 3. num. 7. vers. Duen-*
144 *has regul.* 13. *num.* 12. Et † eleganter Faber. *d. § pœnales num.* 8. vbi *num.* 8. fortius concludit, quòd etsi defunctus expresse prohibeat, restitutionem fieri, tamen adhuc cogendus est hæres, restitutionem facere, per rationem, de qua per eum & subscribit Carol. *de indiuid. 2. parte principali num. 71. pag.* 119.

145 Secundò † considerandum est in hoc articulo, quòd ideo iure ciuili actio ex delictis, non transit in hæredes delinquentis, quia censetur etiam inducta, in pœnam, & punitionem delicti, *vt supra tradidimus*, concludentes, quòd si constaret eam actionem solùm proditam fuisse ad restaurationem damni, quod tanquam merè persecutoria, ex vtraque parte, transiret in hæredes delinquentis vt clarè probat §. *his autem*
146 *verb. Instit. de l. Aquil.* Planè ius † Canonicũ ad effectum, vt delinquẽs valeat à peccato liberari, omnes actiones ex delicto conuertit in actionem solius damni restauratoriam: ac ita tanquam merè persecutoria transit in hæredes defuncti, prout etiam ex prædicta causa, transiret iure ciuili, *vt dictum est*, & sic datis paribus terminis nulla est differentia inter vtrumque ius. Et † hinc est, quòd cùm iure Canonico actio consideretur tanquã restitutoria solius damni: nunquam hæres delinquentis tenetur, vltra vires hæreditarias: etsi inuentarium non fecerit, vt elegãtibus rationibus comprobat Anchar. *cons.* 411. *Aretin. in rubr. col. 5. infra de acquirend. hæred. & alij relati per Duenhas reg. 13. ad finem, & per Sebastianum Medicis in tract. mors omnia soluit quæst. 32. ad finem.* Item † & quilibet hæres tenetur ad restaurationem damni, pro portione sua hæreditaria, iuxta regulam *l. 1. Codic. si cert. pet.* Etsi † vnus ex illis efficiatur non soluendo, alij pro eo soluent, quatenus vires hæreditatiæ patiantur, vt sic defunctus valeat à peccato liberari. *Hostiens. receptus cap. tua. de vsuris resoluit Alciatus dict. l. 2. §. & harum num. 32. infra de verbor. obligat. post Aretin. ibi col. 1. ad finem, & Galeaul. n.* 8. Et † quamuis contrarium teneat Claud. *dict. §. & harum num. 2. & Carol. de indiuid. 2. parte principali à num.* 82. *pag.* 124. Tamen prima opinio videtur verior, cùm pro ea vrgeat generalitas *cap. in literis de raptoribus*, & quia prout defunctus tenebatur integrum damnum soluere, vt peccatum ei dimittatur, *cap. peccatum de reg. iur. in 6. eodem modo*, & hæredes id debent facere, neque enim diuisio obligationis factæ per legem debuit animæ defuncti præiudicare: illud sanè verum est. Quòd † cùm his casibus actio ex delicto transeat in hæredes delinquentis iure Canonico, quia redacta est ad naturam actionis merè persecutoriæ, tamen quatenus remaneat in natura actionis ex delicto; & sic tanquam pœnalis, etiam iure Canonico non transibit in hæredes delinquentis, prout nec iure ciuili transibit *d. §. his autem verbis, Instit. de l. Aquil.* resoluit Mayner. *l. sicut pœna*

Margin numbers in right column: 147 (at "ius. Et † hinc est"), 148 (at "† & quilibet hæres"), 149 (at "si cert. pet. Etsi †"), 150 (at "8. Et † quamuis"), 151 (at "rum est. Quòd †").

pœna, n. 3. infra de reg. iur. & post Flo-
152 rian. Duenhas *reg. 13. ad finem* Et † pa-
ri † ratione si tale esset delictum, vt
pro eo defunctus non teneatur ad dā-
ni restaurationem, actio ex delicto
non transiret in hæredes delinquen-
tis, etiam iure Canonico, *cap. Episcop.
16. quæst. 6. cap. Ecclesia §. item peccato 1.
q. 4. & ibi glos. verb. conquisita, sentit Bart.
l. 1. n. infra de priuat. delict. notab. Couar.
resolut. lib. 3. cap. 3. num. 7.*

153 Vt † autem nihil remaneat inta-
ctum, sciēdum, etiam iure ciuili duos
casus reperiri, in quibus actio ex de-
licto transit in hæredes delinquentis,
qui exprimuntur *l. vnica Cod. ex delicto*
154 *defunct.* Primus † casus est, quando de-
linquens decessit, lite prius contesta-
ta super actione delicti, concordat *l.
omnes actiones 25. infra de act. & oblig. l.
pœnalia 124. infra de reg. iur. §. non au-
tem vers. pœnales Instit. de perpet. & tem-
por. act.* Rationem reddit Fulgos. *l.
vnica n. 1. Cod. ex delict. defunct.* Quod
in litis contestatione, videtur quasi
contrahi super prædicta actione *l. 3. §.
idem scribit infra de pecul.* & ratione
istius quasi contractus, efficitur actio
transitoria in hæredes, iuxta regulam
*l. vnica Codic. vt actiones ab hæred. &
contra hæredes*, quam rationem etiam
assignauit Bald. *auth. habita n. 36. Cod.
ne filius pro patre, Paulus Castrens. hic
n. 12. Mayner. l. sicut pœna num. 1. infra
de reg. iur. Menchac. illustrium quæst. cap.
36. num. 25.*

155 Quam † tamen conclusionem in-
telligas procedere in priuatis deli-
ctis, nam in publicis, vt actio tran-
seat in hæredes, non sufficit litis con-
testatio: sed oportet delinquentem
post condemnationem decessisse, vt
distinguit *l. ex iudiciorum, infra de ex-
cusat.* quam extollit Deci. *l. pupillum,
§. in hæredes num. 1. infra de reg. iur.*
156 Quæ † distinctio accipienda est, ha-
bito respectu ad communiter accidē-
tiam: nam in publicis delictis principa-
liter agitur ad pœnam corporalem, &
in consequentiam agitur de bonis *l.
3 Cod. si pendente appellatione mors inter-
uenerit: l. fin. Cod. si reus vel accusat.*
Cùm † igitur per mortem necessariò 157
extinguatur pœna corporalis, *l. de-
functo infra de public. iud. l. si pœna 2.
infra de pœnis*, pariter censebitur ex-
tincta causa bonorum, quæ veniebat
in consequentiam delicti principalis
*l. 3. §. fin. infra de seruitut. rusticor. l. cum
principalis infra de reg. iur.* Nisi quis † 158
decedat post condemnationem, nam
tunc ratione sententiæ condemnato-
riæ in bonis fit executio, in priuatis
autem delictis principaliter agitur ad
pœnam pecuniariam, in qua cessat
prædicta ratio. Vnde † si in priuatis 159
delictis principaliter etiam ageretur
ad pœnam corporalem, necessaria
esset sententia, vt actio ex eo delicto
transiret in hæredes illius delinquen-
tis: quia incipit militare eadem ra-
tio, quæ in publicis delictis, & ita gl.
l. defunct. infra de publ. iud. Et ibi Imol.
*in fine glos. penult. d. l. ex iudiciorum, &
ibi Bart. in fine Mayner. l. sicut pœna
num. 12. infra de reg. iur. Menchac. il-
lustrium quæst. c. 99. n.* 28. apud quem
ibidem *à num.* 25. alia inuenies con-
cernentia hanc materiam.

Secundus † casus principalis, in 160
quo iure ciuili transit actio ex delicto
in hæredem delinquentis est, quando
ex delicto defuncti aliquid peruene-
rit ad hæredem, nam tunc tenebi-
tur pro eo, quod ex prædicto delicto
ad eum peruenerit, *d. l. vnica Cod.
ex delicto defuncto.* in qua assignatur
ratio, *& l. hæredem supra de calumnia-
to. & l. sicut pœna* 38. *infra de reg. iur.*
Addendo † tamen quòd si actio no- 161
men habeat ex delicto, ac ita infa-
met, ea non dabitur in hæredem, qui
nihil deliquit, sed conuertetur in
actionem in factum quæ non infamat

l. 1. §. fin. infra de vi & vi armata, vel etiam in condictionem, quæ etiam non infamat *l. cessat infra de act. & obl.* & in specie probat *l. 2. §. final. infra vi bonorum raptorum*, & declarat Bart. *l. 1. num. 3. ad finem infra de priuat. delict. Decius l. pupillum §. in hæredes num. 3. infra*
162 *de reg. iur.* Vt † autem huic secundo casui sit locus, sufficit rem semel ad hæredem peruenisse, vt perpetuò efficiatur transmissibilis in omnes alios successores, & si res prædicta ad illos nunquam peruenerit *l. videamus supra quod metus causa*: extollit Ang. *l. vnica in fine C. ex delicto defuncti, & l. 1. num. 4. infra de priuat. delict. Florianus l. ait lex §. hanc actionem ad finem infra ad l. Aquil. Ang. Aret. §. 1. num. 4. Instit. de perpet. & tempor. act. Maynerius l. pupillum §. in hæredes num. 1. post Dec. ibi num. 3. infra de reg. iur.* & rationem assignat Mencha. *illustrium quæ. cap. 96. num. 2.*

L. Si longius. 18. in princ. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Conclusionem colligit ex hoc text. quòd licèt munus iudicandi sit necessarium, nec ab eo possit quis se excusare, tamen propter impedimentum superueniens poterit electus in iudicem ab eo munere se excusare.*

2 *Colligit secundò, quod quando datus iudex est impeditus, ita vt per longum tempus non possit cognoscere de causa sibi commissa, tunc loco illius alius dandus est iudex.*

3 *Tradit, quid dicendum in impedimento perpetuo, veluti quia iudex mortuus est.*

4 *Item quando impedimentum est temporale, distinctionem adducit.*

5 *Ad perfectam explicationem huius text. de tribus quæstionibus agere promittit.*

6 *Prima, vtrum decisio huius text. posita in iudice dato, & sic in delegato, obtineat etiam locum in iudice ordinario.*

7 *Secunda, si duo iudices dati sint, & vnus ex illis sit impeditus, vtrum locum habeat distinctio huius legis.*

8 *Tertia, vtrum quia creditum est infirmitatem iudicis dati esse diu duraturam, & ideo loco illius alius datus sit, & tamen iudex citò conualuit, vtrum possit reassumere iurisdictionem sibi datam.*

9 *Priorem quæstionem resoluit, & distinctionem assignat.*

10 *Tradit differentiam, quæ in hac materia versatur inter ordinarium & delegatum, & rationem differentiæ assignat.*

11 *Iudex delegatus non potest subdelegare, ordinarius autem potest.*

12 *In delegato, qui per se non potest succurrere impedimento, expectatur cessatio impedimenti, non verò in ordinario, qui delegando facilè potest succurrere impedimento.*

13 *In delegato Princeps, qui subdelegare potest, idem quod in ordinario dicendum erit.*

14 *In notario deputato ad scribendum acta iudicio obseruanda erit distinctio huius legis.*

15 *Qui possunt delegare, etiamsi impedimentum paruo tempore sit duraturum, tenentur delegare, nec expectatur cessatio impedimenti.*

16 *Reprobat traditionem Bart. dum existimat, quod ordinarius impeditus paruo tempore, possit loco suo Vicarium constituere, quod de iure ciuili falsum esse ostendit.*

17 *Quamuis ordinarius causas meri imperij possit delegare propter absentiam, vel aliud impedimentum, non autem si paruo tempore sit duraturum.*

18 Tra

18 *Tradit resolutionem secundæ quæstionis, in qua etiam distinguendo procedit.*

19 *Si duobus ordinarijs competat cognitio alicuius causæ cuilibet insolidum videtur competens iurisdictio, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad exercitium, & sic altero impedito, alter solus cognoscet.*

20 *Iurisdictio delegata duobus simul commissa, quamuis quoad substantiam videatur omnibus insolidum competere, non tamen quoad exercitium, & ideo si vnus sit impeditus, alter non cognoscet.*

21 *Reprobat gl. in d.l. si vni & Bart. ibi n.3. qui contrarium existimant.*

22 *Si plures sint ordinarij, & vnus sit impeditus, alter solus poterit de causa cognoscere.*

23 *Si vnus ex ordinarijs præuenerit cognitionem causæ, solus de causa cognoscet, licet contrarium in delegato obseruetur.*

24 *Distinctio huius text. in ordinarijs locum non habebit: si enim vnus ex ordinarijs, paruo tēpore sit impeditus, alter iure suo solus in causa procedet.*

25 *Si collega sit impeditus longo impedimento, non est alius subrogandus sed collega solus procedat.*

26 *Ostendit distinctionem huius text. in hac secunda quæstione tantum procedere, quando duo fuerunt delegati.*

27 *Si duo delegati sint dati cum clausula, quod si omnes & vnus impeditus paruo tempore, alij cognoscere non poterunt.*

28 *Tradit resolutionem tertiæ quæstionis.*

29 *Ostendit in primis verba subrogationis, si contineant dare iudicem, donec alius fuerit impeditus, vel dari loco impediti, standum non erit proprietati verborum.*

30 *Quando iudex simpliciter datur propterea, quod alter erat impeditus, in dubio præsumitur datus donec durauerit impedimentum.*

31 *Refert Albericū contrarium tenentem.*

32 *Tradit Author ad resolutionem articuli elegantem distinctionem.*

33 *Declarat, in quibus terminis accipiendum sit dictum Bart. l.1.n.14. supra de offic. eius.*

34 *Dictum Bart. procedet, etiam si substitutus susceperit cognitionem alicuius causæ.*

35 *Respondet ad l. semel. Cod. de re milit. lib.12. supra pro contraria parte allegata n.31.*

36 *Si in loco delegati simpliciter impediti detur alijs delegatus, qui cœpit de causa cognoscere etiam cessante impedimento, prior delegatus non potest se intromittere in illius causæ cognitione, & ibi ratio traditur.*

37 *Tradit limitationem ex Paulo hic n.4. ad conclusionem nostri text. vt non procedat in arbitris.*

38 *Aduertit Author proximam limitationē, nec bene adaptare ad nostrum textum, nec esse simpliciter veram, & vtrumque ibidem ostendit.*

39 *Arbitri quando plures sunt, tenentur expectare legitimum impedimentum.*

40 *Declarat quo casu procedat cap. fin. de arbitr. in 6.*

41 *Resolutionem d. c. fin. docent tantum in foro Ecclesiastico locum habere, nam in foro ciuili etiam in his terminis arbitri non poterunt procedere in causa.*

42 *Si alter ex arbitris moriatur, recurrendum est ad cap. vno delegatorum, de officio deleg.*

43 *Quando loco iudicis dati, & impediti datur alius index is non censetur nouus index, sed potius loco primi subrogatus, ita vt tantum persona videatur mutata, non autem iurisdictio.*

44 *Subrogatus iudex poterit omnia facere,*

re, quæ ille, cuius loco fuit subrogatus, facere poterat.

45 *Iudex subrogatus ex actis factis coram primo, poterit subrogatus causam terminare.*

1 COLLIGENDVM est † ex isto text. quod licèt munus iudicandi sit necessarium, neque ab eo possit quis se excusare *l. final. §. iudicandi infra de muneribus & honoribus l. fin. §. qui autem, infra de excusat. tutor.* tamen propter impedimentum superueniens, poterit electus in iudicem, ab eo munere se excusare, quod etiam probat *l. pen. §. final. infra de vacat. munerum*, & similia adducit Andr. Gailius *pract. obseruat. 43. n. 9. & tract. de pace publica l. 2. c. 17. n. 26. & c. sequent. n. 26. tradit etiam Brisson. tract. de formul. lib. 5. pag. 513.*

2 Item † ex isto textu colligendum est, quòd quando datus iudex, est impeditus, ita vt per longũ tempus non possit cognoscere de causa sibi commissa, tunc loco illius alius dandus est iudex: Circa quod notandum est.

3 Quòd † si impedimentum sit perpetuum, vt quia datus iudex mortuus est: tunc necessariò loco illius, alius dandus est iudex, *cap. vno delegatorum, de offic. delegat.* & idem dicendum in alio quocunque impedimento perpetuo *l. licet 16. supra de recept. arbit. l. fin. infra de vacatione munerum.* Quòd si impedimentum non sit perpetuum,

4 sed † temporale, tunc distinguendum est, vt in isto textu: vt si quidem impedimentum debeat diu durare, ac ita prosecutio causæ per longum tempus debeat impediri, tunc loco iudicis impediti, alius iudex dandus est, qui causam breuiter determinet. Quod etiam probat *l. penult. Codic. de pedaneis iudicibus.* Si autem impedimentum breui tempore est duraturum, tunc loco impediti non est dandus alius iudex, sed expectari debet, quoad cesset impedimentum, concordat *l. & si qua 17. supra de receptis arbitris.* Ratio assignatur *l. penult. §. fin. infra de vacatione munerum*, quam notat Roman. *cons. 379. num. 5.* quam resolutionem ex isto textu collegit Bart. *l. duo ex tribus in principio, & ibi Iason. num. 3. infra de re iudicata, Curtius Iunior. l. 1. num. 68. ad finem supra de officio eius.* & distinctione huius text. in casu notabili vtitur Aretin. *cap. quia Gu. nu. 13. de iudic.* & alia Hippolytus *tractat. bannitorum, verb. expectatur à num. 23.* & in alio post Tiraq. Lambertengus *de contractibus sine solemnitate glos. 9. n. 1.* & in alio Gailius *pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 29. n. 15.* & Mathiens. *l. 6. tit. 3. lib. 5. ordinamenti. glos. 1. n. 2.*

Cæterùm † ad perfectam explicationem huius text. de tribus quæstionibus nobis agendum est. Prima † erit, 5 *vtrum decisio huius text. posita in iudice 6 dato, & sic in delegato, obtineat etiam locum in iudice ordinario?* Secunda † *si* Resolut. n. 10. & seq. *duo iudices dati sint, & vnus ex illis sit 7 impeditus, vtrum locum habeat distinctio* Resolut. à *huius legis?* Tertia † *si quia creditum est* n. 19. *infirmitatem dati iudicis, esse diu duratu-* 8 *ram, & ideo loco illius, alius datus sit: &* Resolut. n. *tamen iudex cito conualuit, si potest reassu-* 32. & *mere iurisdictionem prius sibi datam?* 36.

Quatenus † autem pertinet ad pri- 9 mam quæstionem resoluendum est: distinctionem huius textus etiam locum habere in iudice ordinario, impedito causas determinare, in hoc tamen sensu, vt si impedimentum paruo tempore sit duraturum, possit loco sui vicarium constituere, si verò diu sit duraturum, tunc adeundus sit superior, qui alium subroget, qui vices ordinarij impediti gerat *l. 2. Cod. de offic. eius qui vicem alterius gerit*: & ita Bart. *l. obseruare n. 5. supra de offic. proconsul.*

Sed † circa hanc doctrinam Bart. 10 ad plura est aduertendum? Primum quòd

quòd ea est differentia in hac materia inter delegatum,& ordinarium,quòd si impedimētum delegati paruo tempore sit duraturum : tunc partes debent expectare cessationem impedimenti, vt clarè sentit iste text. Sed in ordinario nō expectatur prædicta cessatio impedimēti:sed ipso potest loco sui Vicarium constituere: Cuius differentiæ ratio ex eo procedit, quod
11 iudex † delegatus non potest subdelegare, ordinarius autem potest, *l. à iudice Cod. de iud.* In delegato igitur,
12 qui†per se non potest succurrere impedimento, expectatur cessatio impedimenti, *l. penult. §. fin. infra de vacat. munerum*, non expectatur autem in ordinario, qui delegando facilè potest succurrere impedimento, *argum. l. quia ratio, infra de condit.instit.* Quare
13 † si essemus in delegato, qui subdelegare posset (vt est delegatus Principis) *d. l. à iudice, in fine*, in eo, idem erit admittendum, quod in ordinario: nam si sit impeditus, etiam ad paruum tempus, tenebitur subdelegare, neque expectanda est cessatio impedimenti, *c. si pro debilitate, & c. vene-*
14 *rabili de officio delegati.* Quare†cùm notarius deputatus ad scribenda acta iudicij, non possit delegare, iuxta regulam *d. l. à iudice*, etiam in eo obseruanda erit distinctio huius legis. *Angel. Paul. & Fulgos. hic num 2. & Iacob. num. 2. Bart l. 1. num. 4. supra de offic. proconsul.* Et in simili tradit idem Bart. *l. sed etsi vnius fin. infra de iniurijs*, ex quo-
15 rum mente colligendum est, quòd † illi, qui possunt delegare, etiamsi impedimentum paruo tempore sit duraturum, tamen tenentur delegare, nec in illis expectanda est cessatio impedimenti, quidquid contrarium existimet Curtius Iun. *l. 1. n. 68. ante finem supra de offic. eius.*
16 Præterea † est aduertendum, quod Bart. supra relatus præsupponit, quòd ordinarius impeditus paruo tempore, possit loco sui vicarium constituere, quod tamē iure ciuili est falsum: quia nullus eo iure, potest pro se vicarium constituere *Auth. de collator. §. ad hoc prohibemus, collat. 9.* Vnde potius docere debuisset, quod poterit iurisdictionem suam alteri mandare, dum durat impedimentum, *l. 1. §. fin. supra de offic. eius l. more, supra de iurisdict. omnium iudicum*, quod multum differt à Vicarij constitutione vt ostendimus *l. cum prætor §. 1. supra eod.* Vnde quamuis ordinarius causas meri imperij possit delegare propter absentiam, vel aliud impedimentum, non † item si paruo 17
tempore sit duraturum, *l. 1. ad fin. princ. supra de offic. eius & ibi notat Alex. num. 56. Curt. Iun. num. 81.* Et hæc de prima quæstione.

Succedit † igitur secunda quæstio, 18
in qua dicendum est : necessariò faciendam esse differentiam, inter delegatum & ordinarium. Nam † si duo- 19
bus ordinariis competat cognitio alicuius causæ, cuilibet insolidum videtur competere iurisdictio, non solùm quoad substantiam iurisdictionis: sed etiam quoad exercitium *l. si vni, & ibi Bart. num. 1. infra de re iudicat.* & sic altero impedito, alter solus cognoscet de causa, *l. 1. supra de offic. consulis.*
Iurisdictio autem † delegata duobus 20
simul commissa: quamuis quoad substantiam iurisdictionis, videatur omnibus insolidum competere, non tamen quoad exercitium: & ideo si vnus sit impeditus, alter non cognoscet, *cap. prudentiam, in princ. de offic. deleg.*
Adeò † quòd licèt glos. *d. l. si vni & 21
ibi Bart. num. 3.* existiment, quòd si duobus simul sit commissa iurisdictio ad vniuersitatem causarum, cuilibet competat iurisdictio insolidum, & quoad substantiam, & quoad exercitium, tamen verius est contrarium vt eleganter probat Imol.

d.c.prudentiam, in princ.num.12.
22 Ex † quibus inferendum est, quòd
si plures sint ordinarij, & vnus sit
impeditus, alter solus poterit de cau-
sa cognoscere, cùm ei competat iuris-
dictio insolidum, etiam quoad exer-
23 citium. Quinimo † si vnus præuene-
rit cognitionem causæ, solus de causa
cognoscet *l.1. supra de offic. consulis,*
diuersum erit in delegatis, qui
non habent iurisdictionem insoli-
dum quoad exercitium. Nam si vnus
sit impeditus, non poterit alter in
causa procedere, siue impedimen-
tum sit longo tempore duraturum,
siue paruo: *Innocent. receptus in cap pru-
dentiam, de offic. delegat.* & est bonus
text. *c. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Qua-
24 re † distinctio huius text. in ordina-
riis locum non habebit, nam si vnus
ex ordinariis, paruo tempore sit impe-
ditus: alter iure suo solus in causa pro-
cedet *Card. & Imol. num. 11. d. c. pruden-
tiam, & ibi eleganter Dec. n. 3.* quicquid
contrarium sentiat Bart. *l.1. num. 3.*
25 *supra de off. procõsulis.* Et † pari ratione, si
collega sit impeditus longo impedi-
mento, non est alius subrogandus, sed
collega solus procedet, *d.l.1. supra de
26 offi. procons.* Distinctio igitur † huius
text. in hac secunda quæstione tan-
tum procedet, quando duo fue-
runt delegati, vt dictum est. Quini-
27 mo † si duo delegati sint dati cum
clausula (*quod si omnes*) & vnus sit
impeditus paruo tempore, alij cogno-
scere non poterant: quia non est ve-
rum dicere (si impedimentum sit par-
uo tempore duraturum) illum nolle,
aut non posse de causa cognoscere:
si verò diu duraturum sit, tunc alij
virtute prædictæ clausulæ cognoscere
poterunt, *Innoc. d. c. prudentiam,* quem
sequuntur *Ang. hic num. 2. Paul. n. 2. &
Iacobin. n. 3. & Mathien. col. 6 tit. 3. lib. 5.
ord. glos. 1. num. 2* vbi alia valde notanda
tractat in hac materia.

Quoad † tertiam quæstionem prin- 28
cipalem, eam mouet Albe. *hic num. 3.*
latè distinguens, *& l. si quos. num. 3. Cod.
de offic. præfecti prætorio orientis: Lance-
lotus Deci. hic & Iacobin. num. 8.* Sed
resoluendum est, imprimis † inspi- 29
cienda esse verba subrogationis: nam
si contineant istum dari iudicem,
donec alius fuerit impeditus, vel da-
ri loco impediti, standum erit ver-
borum proprietati, *l. idem Vlpianus
in principio, infra de excusatione tutorum,
Bart. l. solet num. 2. infra de tutel.* Tota † 30
igitur controuersia est, quando iu-
dex simpliciter datur, propterea quod
alter erat impeditus, & in dubio præ-
sumitur datus, donec durauerit im-
pedimentum. Sed † contrarium sen- 31
tit idem Albericus *l. si quos num. 3.
Codic. de officio præfecti prætorio orientis,
per l. quod semel. Cod. de re milit. lib. 12.*
Ego verò in hoc † articulo puto di- 32
stinguendũ esse ordinarium à delega- *Opin. auctoris.*
to, nam si in locum ordinarij impe-
diti, alius detur, censebitur datus, do-
nec durauerit prædictum impedi-
mentum, & ideo cessante impedi-
mento, ordinarius reassumet iurisdi-
ctionem suam ordinariam, *argum. l. so-
let infra de tutel. & l. si tutor. reipub. infra
de tutel. & ratio. distrahend. l. non solum §.
final. infra de excusat. tut.* & † in his ter- 33
minis accipiendum est dictum Bart.
l.1. n. 14. supra de officio eius. Quod si lo-
co absentis alius datus sit, eo reuerso
statim cessat iurisdictio substituti, *ar-
gum. cap. cum cessante, de appellat.* Quod † 34
procedet etsi substitutus susceperit
cognitionem alicuius causæ. Nam
cùm huiusmodi cognitio haberet tra-
ctum successiuum in futurum, ces-
sante causa debet cessare effectus
quoad futura, qui adhuc non erat
consummatus, *Bald. l. generaliter, n. 4.
in fine Cod. de Episc. & cleric.*

Neque † in his terminis repugnat *l.* 35
semel. C. de re milit. lib. 12. quia in casu
ibi

ibi proposito non omnino cessabat causa: quia, vt textus ille dicit, propter morbum, non dimittitur miles à militia, nisi quando iudicio medicorum, morbus est incurabilis: & quasi vitium perpetuum inducẽs, & quamuis postea sanitatem præter spem recuperauit, magis standum est iudicio medicorum, & sic in dubio non debet haberi pro omnino sano: nos autem agimus de simplici infirmitate, a qua facilè solent liberari infirmi, qua recuperata debet censeri reuocata datio facta in locum ordinatij infirmi, vel aliàs impediti.

36 Si verò † in locum delegati simpliciter impediti, detur alius delegatus, qui cœpit de causa cognoscere, etiam cessante impedimento prior delegatus non potest se intromittere in illius causæ cognitione: vt colligitur ex mente huius textus, & in simili probatur, *c. cum plures de offic. delegati in 6. & c. quamuis alij eodem tit. cap. si duo §. cæterum de procuratoribus in 6.* Et est ratio huius differentiæ: quia ordinarius impeditus, semper retinet iurisdictionem suam ordinariam, saltem in habitu, *l. qui furere supra de stat. hom. l. penult. supra de off. præsid.* qui habitus facilè reducitur ad actum, sed in delegato tota iurisdictio primi, videtur translata in eum, qui loco illius subrogatus est: & sic iurisdictionem, quam nullo modo habet, sua authoritate reassumere non potest.

37 His † ita explicatis, conclusionem huius text. limitabat Paul. *hic num. 4.* non procedere in arbitris. Nam si vnus ex illis ita esset impeditus vt de causa non posset cognoscere, tamen eo requisito per alios, & non comparente: alij causam poterunt determinare vt probat text. *c. final. de arbitr. in 6.* & subscribit Iacob. *hic num. 8. ad fin.*

38 Est † tamen aduertendum hāc limitationem, neque bene adaptari ad nostrum textum neque esse simpliciter veram: Nam noster text. agit de iudice legitimè impedito, in quibus terminis etiam arbitri tenentur expectare legitimè † impeditum, vt sentit text. 39 *d. c. final. & ibi notat glos. verb. impedimento*, ac † ita *d. c. fin. de arbitr. in 6.* tantum 40 procedit, quando arbiter voluntariè, vel per malitiam se absentat, si tunc requisitus non veniat: alij poterunt causam determinare: id quod † tantum 41 in foro Ecclesiastico locum habebit, nam in foro ciuili etiam in his terminis arbitri non poterunt procedere in causa, vt colligitur ex *l. si in tres, cum l. sequenti supra de receptis arbitris*, & fatetur Summus Pontifex *d. c. ad fin.* & ideo ius ciuile in foro seculari obseruabitur, *vt ibi tradit glos. verb. ciuilis in fine*: Quod † si alter ex 42 arbitris moriatur recurrendum est *ad c. vno de legat. de offic. delega.*

Vltimò † colligere ex isto textu ibi 43 *(mutari eum prætor iubet)* quòd quando loco iudicis dati, & impediti, datur alius iudex, is non censetur nouus iudex, sed potius loco primi subrogatus, ita, vt tantum persona videatur mutata, non autem iurisdictio: Cùm igitur subrogatum sapiat naturam subrogati, *l. si eum §. qui iniuriarum supra si quis cautio.* poterit † is iudex 44 idem facere, quod poterat ille, cuius loco fuit subrogatus *l. 2. Cod. de eo qui vicem alterius gerit*, exornat Alexander *l. 1. num. 53. supra de officio eius*, ac ob id tempora præstituta primo iudici ad causam determinandam iuxta *l. 2. §. sed si iudex, supra eod.* eadem censebuntur præstituta subrogato eius loco, *l. si iudex. 32. infra eodem, Deci. cap. de causis num. 2. de off. delegat.* declarando tamen, vt per Imol. *l. sub conditione col. penult. ad finem infra de hæred. instit.* Vnde † ex actis factis coram pri- 45 mo, poterit subrogatus causam determinare, *gl. l. si vt proponis, à primeira;*

 verbo

verbo denuo Cod. quomodo, & quando iudex. gloss. final. l. si expressum, infra de appellat. & est bonus textus *l. sed etsi restituatur § penult.* supra eodem *& l. mortuo infra eod. & tradit Iacobinus hic num.* 4. Declarando tamen, vt per Imolam *l. cùm quaerebatur num. 10. infra de re iudicata*, & *Angelus Aretin. l. si expressum num. 45. infra de appellat.* & eleganter prosequitur Brisonius *in tractatu, formularum lib. 5. pag. 513.*

L. Si longius 18. §. si filiusfam. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Ad veram explicationem text. & materiae praemittit tria esse negotiorum genera de quibus separatim tractat.*

2 *Quoddam est negotium quod pater gessit, vel quando quid sit directo in praeiudicium, & iniuriam ipsius patris.*

3 *Declarat quid probat is text. in hoc primo genere negotiorum.*

4 *Ostendit speciale esse in filio, vel in alia coniuncta persona, vt possint audiri pro persona coniuncta absente etiam si constaret eos mandatum absentis non habere dummodo praestent cautionem de rato.*

5 *Ostendit text. probare, quod filius potest agere pro patre absente, secus si praesens sit.*

6 *Declarat, quando dicatur pater esse praesens.*

7 *Filius non admittitur, nisi cum cautione de rato, quae cessat, quando patris praesentis voluntas facilè explorari potest.*

8 *Si pater absens relinquit procuratorem, tacitè videtur prohibere, ne coniuncta persona pro eo agat, & cessat cautio de rato.*

9 *Si procurator absentis nolit agere etiã requisitus, tunc admittetur coniuncta persona cum dicta cautione.*

10 *Refert optimam cautelam in hoc casu.*

11 *Refert secundum genus negotiorum, & eius decisionem ponit regulam sequentem.*

12 *Actiones iure potestatis eodem momento transeunt in patrem, ita vt omnis obligatio tam ciuilis, quàm naturalis in patrem transferatur.*

13 *Delarat, quid in hoc secundo genere negotiorum sentiat is textus.*

14 *Idem est, patrem quid acquirere nomine proprio, vel mediante dispositione legis ex filij persona, in eum transferri.*

15 *Ostendit in quo istud secundum genus negotiorum differat à primo.*

16 *In hoc secundo genere negotiorum, si pater sit absens, filius agit suo proprio nomine, nec tenebitur praestare cautionem de rato.*

17 *Tradit rationem proximae conclusionis, & concludit, quod his casibus vtilis actio inducitur per legem.*

18 *Vbi periculum est in mora, admittitur in iudicio persona aliàs minus legitima, & quae aliàs in eo non audiretur.*

19 *Refert tertium genus negotiorum, & declarat quomodo actio, quae pro eo competebat, iure speciali retinetur in persona filij.*

20 *Resoluit, quòd licèt proprietas praedictarum actionum sit filij, tamen illarum exercitium competit patri, vnde non audietur filius in iudicio, sed pater nomine filij, vel procurator patris.*

21 *Si pater sit absens, tunc exercitium actionis reuertetur ad filium, cuius erat proprietas, & nomine proprio vtetur praedictis actionibus.*

22 *Tradit in quo differat hoc tertium genus negotiorum à secundo.*

23 *Impugnat dictam cõmunẽ explicationem ex hoc text. quem ad id inducit.*

24 *Reprobat responsionem gloss. hic verb. vtili.*
25 *Ad veram resolutionem ponderat verba text. in præsenti.*
26 *Apud antiquos tam in ciuilibus negotiis, quàm in criminalibus ordinaria fuerunt iudicia in vsu, quæ concipiebantur sub certa verborum formula.*
27 *Dicta iudicia tempore iurisconsultorum iam erant abolita, & loco eorum fuerunt constituta iudicia extraordinaria, in quibus prædictis formulis non vtebantur.*
28 *Docet quod in iudiciis ordinariis in quibus Prætor formulis vtebatur, multum intererat inter actionem directam & vtilem.*
29 *In iudiciis extraordinariis, in quibus formulis prætor nō vtebatur, nil interest inter actiones directas & vtiles, maximè cùm sint eiusdē effectus.*
30 *Probat iureconsultū in hoc textu agere de vtili iudicio, hoc est, extraordinario, cùm in eo nil intersit inter actionem directam, & vtilem.*
31 *Adducit argumentum ex l. 1. Codic. formul. sublatis vt ostendat tempore Iureconsult. formulas fuisse.*
32 *Respondet ad primum argumentum.*
33 *Docet alio modo posse intelligi iudicium vtile siue extraordinarium.*
34 *Docet in quo sensu possit admitti expositio gl. l. cum filiusfamil. supra si certum petatur, dum exponit extraordinarium iudicium hoc est imploratio officij iudicis.*
35 *Officium iudicis nullam præsupponit obligationem vel actionem, sed tantum æquitate nititur.*
36 *Ostendit actionem de qua hic non esse natiuam, sed potius datiuam propter æquitatem inductam, natiua enim regulariter in patrem trāsfertur.*
37 *Si agatur de actionibus, quæ nullo modo transeunt, in patrem semper directæ actiones penes eum remanent, & semper proprio nomine per ipsum intentantur.*
38 *Hodie proprietas aduentitiorum remanet penes filium, & patri tanquam legitimo administratori tantum competit exercitium actionum.*
39 *Hodie si pater sit absens & filius valet agere pro aduentitiis, poterit filius intentare directam actionem suo nomine, cùm propter patris absentiam ei tantum concedatur exercitium actionum quarum ipse est proprietarius.*
40 *Idem à fortiori determinat quando pater non erat legitimus administrator bonorum filij, vt pote quia in illo non habebat vsumfructum.*
41 *Filiusfamil. non auditur in iudicio etiam in his casibus nisi accedat patris consensus si tamen pater absit, vel facilè eius consensus haberi non possit sine dicto consensu filius in iudicio admittetur.*
42 *Si pater dedit filio generalem licentiam agendi in iudicio, poterit is filius suo nomine intendere directas actiones.*
43 *Prout filius patre absente potest agere sine consensu patris, pariter & poterit conueniri sine consensu patris absentis.*
44 *Ostendit differentiam esse inter huiusmodi consensum Iure digestorum, & iure Codicis.*
45 *Traditio glossæ, de qua n. 43. & communis, de iure hodierno est notabilis.*
46 *Propter absentiam alterius admittitur ad agendum in iudicio, qui alias non esset admittendus, absque alterius consensu.*
47 *In regno Castellæ licèt vxor non possit contrahere, neque agere in iudicio sine consensu mariti, tamen si maritus fuerit absens, & absentia sit diu duratura, poterit vxor agere sine licentia mariti.*

48 *In*

48 *In Regno Portugalliæ similiter proxima conclusio admittenda est.*

49 *Monet difficultatem ex eo, quod conclusio ex verbis tex. non sit generaliter intelligenda, sed difficultati respondet & conclusionem amplectitur.*

50 *Licèt Monachus non possit agere in iudicio sine licentia Abbatis, tamen si degat extra monasterium, de voluntate Abbatis poterit agere, & conueniri eo absente ex tacito mandato Abbatis.*

51 *Monachus acquirit monasterio, & in hoc seruo æquiparatur, vnde nunquam agere poterit nomine proprio, sed nomine monasterij propter tacitum mandatum.*

52 *Declarat prædicta intelligenda esse, quando ille cuius consensus requiritur, est absens in longinquo loco, & consequenter absentia diu duratura est, secus si in loco propinquo, tunc expectandus est.*

53 *Quando periculum est in mora, non expectatur consensus patris absentis, & ibi exemplificat.*

54 *Ostendit extra casus, de quibus num. proximo, filium non admitti in iudicio, etiamsi pater absens sit in loco longinquo, nisi vt coniuncta persona patris, & eius nomine.*

55 *Colligit ex tex. quod ne delictum remaneat impunitum, & ne delinquens aufugiat, & pœnam euitet, permittitur id, quod alias non permitteretur.*

56 *Licèt à captura in ciuilibus non sit incipiendum, tamen si debitor sit suspectus de fuga, potest creditor ab ea incipere, etiamsi debeatur in die vel sub conditione.*

57 *Ad sumendam informationem, vtrum debitor sit suspectus de fuga, non est citandus prædictus debitor, ne alias instruatur ad fugam.*

58 *Colligit ex tex. quod vbi est dignitas, est etiam vtilitas, & hac ratione dignitas debet prodesse & non obesse.*

59 *Expendit pro hac parte tex. in l. si filiusfam. in principio infra de donationibus.*

60 *Donare est perdere.*

61 *Incipit tractare de ratione l. filius famil. à primeira, infra de act. & obligat. quare scilicet actiones in ea expresse remaneant in persona filij, nec ab ea transeant in patrem.*

62 *Refert Bart. & Ang. fatentes ingenuè, se ignorare rationem huius specialitatis.*

63 *Refert rationem specialitatis, quam tradit Ang. Perusinus in d. l. filius familias.*

64 *Reprobat dictam rationem, & ad fundamenta Angeli respondet.*

65 *Tradit aliam rationem ex Cumano in d. l. filiusfamil. quam etiam reprobat.*

66 *Tradit aliam rationem specialitatis, & naturam actionum, quæ filio competunt, specialiter considerat.*

67 *Actio iniuriarum non competit filio nomine proprio, nisi quando pater est absens.*

68 *Interdictum quod vi, aut clam non competit filiofamil. nisi vbi pater est absens.*

69 *Actio depositi ita demum filio competit si pater absens sit.*

70 *Reprobat considerationem, de qua à n. 66. & fundamentis, de quibus ibi respondet.*

71 *Probat eleganter, quod actiones de quibus agitur, in d. l. si filiusfamil. à primeira principaliter inducta sunt in factum, & propter factum respiciens personam illius filij, & de vnaquaque specialiter agit.*

72 *Ideo actiones, de quibus in dict. l. filiusfamilias sunt filij, & non transeunt à patre, quia factum cohærens personæ ipsius filij, non transit in patrem ex potestate legis.*

73 Docet

73 *Docet pari ratione, idem esse recipiendum in omni actione, quæ competit ad factum, & habet originem à facto cohærente personæ filij.*

74 *Lex in factum 12. inf. de act. & oblig. videtur continere ampliationem d.l. filiusfamil. & tacitè veram rationem illius insinuat.*

75 *Ostendit, quod licèt actiones, de quibus in dict. l. filiusfamil. patri non competant, quasi ex potestate legis in eum translatæ, eas tamen pater ex propria persona exercere poterit.*

76 *Comprobat proximam resolutionem referendo singulas quatuor actiones, & ostendit, patrem vnamquamque earum ex propria persona exercere posse.*

77 *Vltimo inquirit vtrum ea, quæ supra tradita sunt in filiofamilias, pariter etiam recipienda sint in seruo.*

78 *Serui capaces sunt eorum, quæ in facto consistunt.*

79 *Declarat verius esse, quod ea, quæ in filiofamilias tradita sunt, in seruo locum non habeant.*

80 *Seruus in iure ciuili pro nihilo reputatur, & pro mortuo habetur & incapax est comparendi in iudicijs, secus filiusfamilias.*

81 *Pro iniuria facta seruo, nulla actio ei competit suo nomine, imo nec à domino, nisi ea iniuria in contumeliam domini facta sit.*

82 *Respondet ad* §. *sed cum factum, institut. de stipulatione seruorum de quo num.* 78. *& de vero intellectu illius text. agit.*

83 *Ostendit dispositionem text. in l.* 1. §. *non solum, vers. sed si seruus, quæ loquitur in seruo locum posse habere in filiofamil.*

1 AD veram † explicationem huius textus, & illius materiæ prætermittendum est, quoad nostrum propositum tria esse di-
stinguenda negotiorum genera. Nam
† quoddam est negotium, quod pa- 2
ter gessit, vel quando quid fit directo
in præiudicium & iniuriam ipsius
patris. Et † in hoc primo genere ne- 3
gotiorum probat is text. in prima
parte: quòd actiones ex hoc genere
negotiorum procedentes, sint propriæ ipsius patris, & ideo inuito patre filius illis vti non potest, *l. Pomponius* §. *fin. supra de procurat.* quamuis
illud sit speciale in † filio, vel in alia 4
coniuncta persona, quòd licèt, quando constat, extraneum agere volentem nomine absentis, non habere illius mandatum, non audiatur in iudicio, etsi paratus sit præstare cautionem, quòd absens ratum habebit, *l.* 1. *Codic. de procurat.* tamen filius vel alia coniunctà persona: etsi constaret non habere mandatum, tamen audientur pro coniuncta persona absente *l. sed & hæ in princip. supra de procurat.* dummodo præstent cautionem de rato: quia aliàs iudicium redderetur elusorium, si coniuncta persona absens pro qua actum est, postea non haberet ratum *l.* 3. §. 1. *& ibi Bart. in fine infra iudicatum solui.* 1. *C. quibus res iudicata non noceat, tradit Paul. dict. l. sed & hæ, in principio, Iason. l. exigendi num.* 10. *Cod. de procurat. Felin. cap. coram num.* 3. *de officio delegati.*

In † his igitur terminis probat is 5
text. quòd filius tanquam coniuncta
persona, poterit agere pro patre absente, in quo significat, quòd si pater sit præsens, non audietur: sed obseruabitur regula *l.* 1. *C. de procurat.* Dicitur † autem pater esse præsens, si sit in 6
loco, in quo filius vult agere, vel in
suburbiis, *l. præsens.* 5. *cum l. sequenti su-*
pra de procurat. Et est † ratio, quia cum 7
non audiatur, nisi præstita cautione de rato, *vt dictum est:* prædictæ cautioni locus esse non potest, quando patris præsens volūtas facilè explora-

ri potest, *l. mutui* 43. §. *si qui, & ibi Angelus & Paul. num.* 2. *supra de procurator. & ampliat Paul. Castrens. cons.* 298.
8 *n.* 3. *lib.* 2. tunc igitur † non admittetur filius, nisi prius explorata patris volũtate. Quinimo probat, textus: quòd si pater absens reliquit procuratorem, non poterit filius agere pro patre absente, quia relinquendo procuratorem tacitè videtur prohibere, nè coniuncta persona, pro eo ageret, *argumento legis maritus Cod. de procurat.* & ideo contra tacitam voluntatem absentis, coniuncta persona non est admittenda *l. Pomponius* §. *fin. supra de*
9 *procurat. tradit Speculator. in* † *rubrica de*
10 *coniuncta persona ad finem.* Quod † tamen intelligendum est procedere, quando procurator velit agere: sed si requisitus nolit agere, admittetur coniuncta persona, vt clarè sentit is text. ibi *(si non sit, qui patris nomine agat)* & notat Paulus, *hic num.* 3. *& notab. l. cum prætor in principio num.* 6.
11 *supra eodem*, addens, quod quando † coniunctæ personæ volenti agere pro absente obiicitur, quòd absens reliquit procuratorem, cautela est, vt requiratur procurator, vtrum velit agere: nam si nolit, admittetur coniuncta persona: facit *l. sed etsi vnius* 17. §. *procuratorem, infra de iniurijs*, & est verissimum, quidquid dubitet Lancel. Deci. *hic ad medium.*
12 Secundum † genus negotiorum est: quando filius ex proprio facto, siue contractu acquirit actionem, vel quando lex concedit actionem, propter iniuriam factam ipsi filio, & hoc casu regula est: actionem iure potestatis, eodem momento transire in patrem, *l. placet infra de acquirenda hereditate*, ita vt omnis obligatio tam ciuilis, quam naturalis in patrem transferatur, *vt ibi tradit Aretin. col.* 1. *per textum clarum l.* 1. §. *si filio, infra ad Trebellian.* & resoluit Purpurat. *l.* 2. §. *credítum num.* 71. *supra si certum petatur, aduersus glos. magnam ad medium l. frater à fratre, infra de condict. indebiti.* In hoc † igitur secundo genere negotiorum, sentit in text. quòd si pater fuerit præsens, obseruabuntur supra tradita, quia idem est, patrem † quid acquirere nomine proprio, vel mediante dispositione legis, ex filij persona in eum transferri, §. *item vobis Instit. per quas personas nob. acquiritur*, & sic in vtroque casu idem ius obseruari debet. 13 14

In hoc tamen † istud secundum genus negotiorum, differt à primo, quod in primo, etiamsi pater sit absens, filius debet agere nomine patris, & tanquam † eius procurator, præstita prius cautione de rato, vt dictum est: & tamen in hoc secundo genere negotiorum si pater sit absens, filius agit suo proprio nomine: vt colligitur ex isto text. *& l. cum filiusfamil. supra si certum petat.* & consequenter non tenebitur præstare cautionem de rato, iuxta legem *l. Cornelia. infra de iniurijs, & l. non solum* §. *si pater supra de procurator.* & resoluunt Fulgos. *hic num.* 1. *Paul. num.* 2. *Iacobin. num.* 1. *Bald. Cuman. & Alex. in fine l. si cum dotem* §. *si pater, infra soluto matrimonio*, quibus adde Romanum *consil.* 36 *num.* 1. quicquid contrarium videatur sentire Bal. *l.* 1. *num.* 10. *Codic. de bonis mater.* & dubitet Iason. *l. cum filiusfamil. num.* 4. *supra si certum petat.* & Soares *titul. de las deudas num.* 20. Ratio huius † conclusionis est: quòd cùm actio etiam directa sit translata in patrem, *l.* 1. §. *si filio infra, ad Trebellianum*, eadem non potest filio competere, iuxta doctrinam glossæ *l.* 3. *infra pro socio*, quia tamen periculum est in mora, & possunt sequi inconuenientia in hoc textu expressa, æquitas dictat filio succurri debere, *l. de pupillo* §. *si quis riues, infra de noui oper. nunciat.* Et ideo his casibus, 15 16 17

casibus, vtilis actio inducitur per legem, iuxta regulam *l. quoties, infra de præscriptis verbis.* Vnde ex mente huius text. meritò colligunt Bald. *hic*
18 *num.*2. & Iacobin. *num.* 1. quòd † vbi periculum est in mora, admittitur in iudicio persona aliàs minus legitima, & quę alias in eo non audiretur exornat Matienço *l.6. titul.3. lib.5. ordinat. glos.1. à num.3.*

19 Tertium † genus negotiorum est, quando filius aliquem facit actum suo nomine, & actio, quæ pro eo competit iure speciali, retinetur in persona filij, & non transfertur in patrem,
20 iuxta † text. *l. filiusfamil. la primeira & l. in factum infra de actio. & obligat.* Et in hoc tertio genere negotiorum, resoluendum est. Quod licèt proprietas prædictarum actionum sit filij: tamen illarum exercitium competit patri: Non ergo filius vtens prædictis actionibus audietur in iudicio, sed pater aget nomine filij, vel etiam procurator patris *l. filiusfamil. in princip. supra de procurat. l. sed etsi vnius* 17. §. *filiusfamil. infra de iniurijs* explicat Paul. *hic nu.2. & l. fin.* §. *necessitate num.4. C. de bonis quæ liberis*, ampliando vt per Capellam Tholosanam *q.127.* Cæte-
21 rùm † si pater sit absens, tunc exercitium actionis reuertetur ad filium, cuius erat proprietas, & sic nomine proprio hoc casu vtetur prædictis actionibus vt sentit *l. filius in principio supra de procurat.* & consequenter non tenebitur cauere de rato, cùm proprio nomine agat *lex Cornelia* §. *in l. Cornelia, infra de iniurijs.*

22 Ex † quibus colliges, quod hoc tertium genus negotiorum in eo differt à secundo, quod in secundo si pater sit præsens, & consentiat filium agere, admittetur filius in iudicio, & tamen nomine patris, & tanquam eius procurator, cùm proprietas sit ipsius patris: in hoc autem tertio genere negotiorum si pater consentiat filium agere, aget quidem nomine proprio, cùm sit eius proprietas, quinimo si velit in hoc tertio genere, actioné exercere, eam nomine filij exercebit: cùm proprietas sit filij, neque fuerit in patrem translata: *vt dictum est.* Si verò pater sit absens, tunc in eo differũt, quia in secundo genere negotiorum, filio tantum competit vtilis actio, cùm directa fuerit translata in patrem, *vt dictũ est.* Sed in hoc genere negotiorum, directa actio competit, cũ ea semper permanserit in persona filij, & absentia patris, tantum exercitium filio tribuat & *ita glos. fin. hic Bart. n.2. Fulgos. & Paul. n.2. & Iacobin. n.7.*

Non est † tamen omittendum, 23
quod aduersus hanc communem explicationem nimis videtur vrgere is textus: ita inducendo. Nam loquitur in actione iniuriarum, vt in actione depositi, quæ sunt ex illis actionibus, quæ semper permanent in persona filij, *dict. l. filiusfamil. à primeira infra act. & obligat.* & tamen probat, patre absente, tantum vtilem actionem filio competere. Neque † huic inductioni 24
satisfacit responsio glos. *hic verb. vtili,* quam nititur defendere Lancelot. Deci. *hic col.1. ad medium.* quia apertè literam text. violat: vt aduertit Iason. *l. cum filiusfamil. num.5. ad medium, supra si certum petat.*

Pro † vera responsione aduertendum est: textum istum non dicere, 25
filium debere agere his casibus, patre absente vtili actione, sed potius vtili iudicio: id quod *in l. cum filiusfamil.* appellatur extraordinarium iudicium, quod vt fundamentalius percipiatur, sciendum est, apud † antiquos tam 26
in ciuilibus negotiis, quam in criminalibus, ordinaria fuisse iudicia in vsu: quæ concipiebantur sub certa verborum formula, vt in ciuilibus clarè præsupponit *l. penultim. supra*

negot. gestis, & declarat Brisonius *lib. 5. de formulis pag. 430. ad finem*, & elegantius Alciatus *l. pecunia 178. §. actiones nu. 2. infra de verborum significatione*, quod & in causa criminali probat *l. ordo infra de pub. iudic.* & explicat Brisonius *lib. 2. antiquitatum iuris c. 1.*
27 Quæ † iudicia tempore Iurisconsultorum, iam erant abolita & loco eorum fuerunt constituta iudicia extraordinaria, in quibus prædictis formulis non vtebantur, vt expressit Iureconsf. *dict. l. antepenult. supra de negot. gestis l. ordo. infra de pub. indic. & l. hodie infra, de pœnis tradit Alciatus l. cum filius famil. n. 10. supra si certum petat.*
28 Et quamuis † in iudiciis ordinariis, in quibus formulis vtebatur prætor, multum interesset inter actionem directam & vtilem vt præsupponit *dict. l. antepenultim. supra de negotiis gestis.*
29 Tamen † in iudiciis extraordinariis, in quibus formulis prætor non vtebatur, nihil interest inter actiones directas & vtiles, maximè cùm sint eiusdem effectus, vt claré probat *d. l. antepenultim.* & præsupponit §. *fin. instit. de interdictis notat Cuiatius lib. 15. obseruationum. c. 11. Antonius Goslanus lib. 1. q. iuris. cap. 10. n. 6.* & eleganter Aymon. *l. cum filio 2. parte à num. 119. inf. de leg. 1.*

30 Ex † quibus tollitur prædicta difficultas: nam Iureconsultus agit in hoc textu, de vtili iudicio: hoc est extraordinario, *l. cum filiusfamil. supra si certum petat.* & cùm in eo nihil intersit, saltem quoad effectũ, inter actionem directam, & vtilem, *vt dictum est.* confundit exempla vtilis actionis, & directæ: vt ostenderet frustra hodie circa hoc laborari: cùm hodie inter eas nihil intersit, & eiusdem sint effectus, *dict. l. antepenultim.* Quamuis igitur quoad modum differant hæ actiones, tamen quoad effectum nihil differunt in his iudiciis extraordinariis, & ideo tanquam eædem coniunguntur.

Cui tamen † explicationi videtur 31 obstare, quod præsupponit, tempore Iurisconsultorum formulas non fuisse in vsu: & tamen contrarium probat *l. 1. Codic. de formulis sublatis*, vbi per Constantinum formulæ, de nouo fuerunt abrogatæ, vnde tempore Iurisconsultorum dabantur iudices sub certis formulis: à quibus non licebat iudicibus datis recedere: vt explicat Alciat. *l. pecunia verbum §. actiones num. 5. inf. de verborum significatione & lib. 4. dispunct. c. vltim. Duaren. l. iurisgentium §. & ideo, verb. actionem supra de pact. Anton. Caymus l. 2. Cod. de pedaneis iudicibus pag. 86.* & notabiliter Reuardus *in tract. pro tribunali cap. 11.*

Sed respondetur, quòd iura, quæ † 32 dicunt, iudicia ordinaria, iam hodie non esse in vsu, neque obseruari formulas perscriptas in iudiciis ordinariis, sunt interpretanda; quòd modus, qui solebat obseruari in iudiicis ordinariis, non erat in vsu tempore Iurisconsultorum, *dict. l. antepenultim. supra de negot. gest.* & *l. ordin. inf. de publ. iudic.* non tamen negant formulas, quibus prætores committebant iudicibus causas, vt de illis cognoscerent, non esse in vsu: nam imo obseruabantur, vt præsupponit *d. l. 1. Cod. de formulis sublatis*, quod non satis aduertit Alciat. *lib. 4. dispunct. cap. vltim. post principium.*

Adde † quod & alio modo potest 33 intelligi iudicium vtile, siue extraordinarium: nam cùm populus Romanus esset occupatus in bellis, & aliis occupationibus in certa parte anni, fiebant conuentus, in quibus iudicia exercebantur *vti explicat Theophil. in princip. Inst. de successionib. sublatis*, & elegãter defendit Reuardus *in tractat. pro tribunali n. 4.* in casibus tamen hîc propositis, quia periculum erat in mora, extra tempus illius conuentus generalis

talis cognoscebatur de his casibus,
34 & ideo dicebatur iudicium vtile † siue extraordinarium, & in hoc sensu potest admitti expositio gl. l. *cum filiusfamil. supra si certum petat.* dum exponit extraordinarium iudicium, hoc est imploratio officij iudicis, quam ibi probant Iason. *num.* 2. *Deci. num.* 5. Nam procedet, si intelligamus, prætorem de his causis cognoscere extra tempus conuentuum generaliũ. Nam in terminis dict. *l. cum filius* re vera competebat actio, vt constar ex isto
35 tex. Et tamen officium † iudicis nullam præsupponit obligationem, vel actionem, sed tantum æquitate nititur, *l. qui per collusionem* §. *final. infra de act. & empt.* tradit Alciat. *l. pecunia verbum* § *actiones num.* 9. *infra de verborum*
36 *significatione.* Illud † autem certum est, prædictam actionem, non esse natiuam, sed potius datiuam propter æquitatem, inductam, quia natiua regulariter in patrem transfertur, *l.* 1. §. *si filio infra ad Trebel.* aduertit Iason. *l. cum filius ad finem supra si certum petat.*
37 Vnde si agatur de actionibus † quæ nullo modo transeunt in patrem, de quibus *l. filiusfamil. la primera de actio. & obligat.* semper directæ actiones penes eum remanent, & semper proprio nomine per ipsum intentatur, *vt dictum est.*

38 Quare † cùm hodie proprietas aduentitiorum remaneat penes filium, & patri tanquam legitimo administratori tantum competat exercitium actionum, *l.* 1. *Codic. de bonis mater.*
39 Hodie † si pater sit absens, & filius velit agere pro aduentitiis, poterit filius inuentare directam actionem suo nomine, cùm propter patris absentiam,
40 & ei tantum † concedatur exercitium actionum, quarum ipse est proprietarius: *& ita glos. final. in præsenti & Bart. nu.* 3. Et à fortiori idem erit recipiendum, quando pater non erat legitimus administrator bonorum filij, vt pote quia in illis non habebat vsumfructum: iuxta terminos *l. fin. in prin. C. de bonis quæ liberis:* nam hoc casu, cùm pater non solùm non habeat proprietatem actionum, sed etiam, neque illarum exercitium, non poterit pater filium impedire, agere nomine
proprio. Cæterùm † quia non au- 41
ditur in iudicio, etiam his casibus, nisi accedat consensus patris *l. final.* §. *necessitate Cod. de bonis quæ liberis*, si pater absit, ita vt non facilè, illius consensus haberi possit, admittetur filius in iudicio etiam absque consensu patris, iuxta regulam huius text. & tradit Bart. *hic n.* 3. *Fulgos. n.* 4. *Paul. num.* 2. *ad finem, & Iacobinus num.* 8. *Paul. Castrens. consil.* 276. *colum.* 2. *ad finem Tiraq. post. ll. connubiales glos.* 8. *num.* 9. *Ascanius Clemens tractatu de patria potestate* 4.
effectu à num. 23. Et † eadem ratione, 42
si pater dederit filio generalem licentiam agendi in iudicio, poterit is filius suo nomine intendere directas actiones: quia ex licentia generali, constat de consensu patris, qui requirebatur, vt in his casibus filius audiretur in iudicio: *& ita glos. fin.* hic Bald. *num.* 4. *Paul. num.* 2. *ad finem, Iacobinus num.* 9. *facit l. honores in fine infra de decurio.* Denique prout filius pa-
tre absente † potest agere sine con- 43
sensu patris, *vt dictum est*, pariter & poterit conueniri sine consensu patris absentis, *gl. fin. hic ad finem, quam extollit Bald. ad finem, & dicit receptam Iacobin. hic num.* 9. *Capella Tholosana*
quæstio. 42. Circa † quod tamen est 44
aduertendum: quòd filiusfamil. iure ff. poterat conueniri in iudicio absque patris consensu, *l. filiusfamil. la segũda infra de actio. & oblig. l.* 3. *sed vtrum, supra de minoribus:* Iure autem Codicis conueniri non potest absque patris consensu. & licentia, *l. fin.* §. *necessitate Codic. de bonis quæ liberis, & ibi*

notant Paul. Castrens. in principio. Tra-
45 ditio † igitur glos. & communis notabilis erit, attento iure hodierno, vt scilicet filius etiam hodie possit conueniri absque patris absentis consensu: si consensus illius facile haberi non possit.

46 His ita† explicatis ex isto text. colligenda est notabilis conclusio, adquam illa quotidie allegari solet, quòd propter absentiam alterius, admittitur ad agendum in iudicio, qui aliàs non esset admittendus absque alterius consensu notat Roman. *consil.*
47 36. *num.* 1. Quare † quamuis in regno Castellæ vxor non possit contrahere: neque agere in iudicio absque mariti licentia *l.* 2. *titul* 3. *lib.* 5. *ordinam.* Tamen si maritus fuerit absens, & absẽtia sit diu duratura, poterit agere vxor sine licentia mariti iuxta regulam huius text. & tradit Paulus Castrens. *cons.* 276. *col.* 2. *post medium lib.* 1. & in terminis Soares *titul. de las deudas num.* 18. *Tiraq. post ll. connubiales glos.* 8 *num.* 19. *& Mathienço l.* 6 *titul.* 3. *lib.* 5. *ordinat. g.* 1. *à num.* 3. *Ascanius Clemens tract. de patria potestate* 4. *effectu à num.* 23. quibus addo Bald. *consil.* 488. *sequens quæstio, in principio lib.* 1. & bonum textum *l. final.* §.. *vbi autem in vnum, Codic. de bonis quæ liber.* Simili-
48 ter & in † regno Portugalliæ, in quo super rebus immobilibus vxor non auditur in iudicio, fine mariti consensu, & è contra, *Ordinat. lib.* 3. *titul.* 32. *in principio*, admittetur in antiqua impressione, & hodie *lib.* 3. *titul.* 47. *in noua impressione* fine eius consensu, vxor, si absentia mariti diu sit duratura, & conferunt tradita per Felinum *in cap. cum omnes, num.* 22. *vers. vel potest dici, & cap. cum accessissent à num.* 20. *de constitut.*

49 Ego † tamen aduerto, quòd is text. non videtur probare prædictam conclusionem ita generaliter, vt ex eo colligunt Doctores: Nam loquitur in contractu facto per filium absente patre, nam tunc propriè militant rationes in text. expressæ: si ergo patre præsente contractus factus fuisset: non esset danda filio vtilis actio, etiamsi pater esset absens. Placet nihilominus conclusio generaliter accepta, nam text. fundat se principaliter, in absentia patris, & quod periculum sit in mora: quæ ratio generaliter militat siue contractus factus sit præsente patre, siue eo absente, dummodo tempore, quo filius agit, pater sit absens; ergo in vtroque casu admittenda est iuxta regulam legis *regula* §. *fin. supra de iuris & facti ignorantia.*

Quare † per conclusionem huius 50
text. bene confirmatur, traditio glossæ finalis hic ad finem, quod licèt monachus non possit agere in iudicio sine licentia Abbatis, *cap. monachio secundo* 16. *q.* 1. *Clement. Religiosus, de procuratoribus, c. cum dilecta, de rescriptis*: tamen si degat extra monasterium de voluntate Abbatis poterit agere, & conueniri eo absente, iuxta regulam huius textus: Id quod faciet ex tacito mandato Abbatis, qui dans prædictam licentiam, tacitè videtur permittere, quod faciat, omnia illa quæ necessaria sint, vt ipse commodè possit degere in loco, in quo moratur de licentia prædicti Abbatis, iuxta regulam legis, *secunda supra de iurisdictione omnium iudicum*; *& subscribit Bart. hic in fine, Panormitan. cap. cum dilecta de rescriptis num.* 13. *Capella Tholosana.* 88. quibus adde glos. 2. *cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. vbi Nauar. *num.* 98. declarat, quòd cùm monachus † 51
acquirat monasterio, & in hoc æquiparetur seruo: *Innocent. in cap. cum olim, de priuileg. Iaso. in* §. *actiones autem, de peculio, numero vigesimosecundo, Institut. de action.* Monachus nunquam agere poterit nomine proprio,

sed

sed tantū nomine monasterij, propter prædictum tacitum mandatum. Multa etiam alia infεruntur ex conclusione huius text. quæ cumulat Mantua. *in præsenti, & Iason in l.cum filiu famil. à num.3.& ib. Decius numero sexto, supra si certum petatur, & latius Tiraquell. post l. connubiales gloss. 8. à num. 6.* Intelli-
52 gendo tamen supra † tradita procedere, quando ille, cuius consensus requiritur est absens in longinquo loco: & consequenter absentia diu duratura est. Nam si sit absens in loco propinquo, & consequenter speretur proximè reuersurus, expectandus est argumento huius text. *in principio* & in specie colligitur ex *l. final. §. vbi autem in vnum, Codic. de bonis, quæ ibi notat Paulus num. 7. & tradit idem Paulus consil. 298. ad primum num. 3. lib. 2. facit l. eum antiquitus § final. Codic. de testam. & ibi notat Alexand. & latius comprobat Soares titul. de las deudas num. 18.*
53 Præterea † declarabis hanc conclusionem procedere, quando si expectaretur consensus partis absentis, periculum esset in mora, vtpote quia delictum commissum contra personam filij, remaneret impunitum: cum tamen reipub. intersit delicta quam primum puniri, *l. ita vulneratus infra ad l. Aquil. l. cum reis Codic. de pœnis*, vel quando propter expectationem, filius fame periret, *vt colligitur ex exemplis hic*
54 *propositis*: Extra † autem hos casus filius non admittetur in iudicio, etiamsi pater absens sit in longinquo, nisi tanquam coniuncta persona patris, & eius nomine *l. sed & hæ in principio, supra de procurator. & ita Bart. in l. 1. §. si plures num. 9. supra de exercitoria actione; Tiraquel. post ll. connubiales gloss. 9. num. 29.*
55 Vlterius † ex isto text. colligendum est, quòd ne delictum remaneat impunitum, & ne delinquens aufugiat, & pœnam † euitet: permittitur id, quod 56
aliàs non permitteretur: vnde licet in ciuilibus à captura non sit incipiendum, *Bald. in l. si quis curialis in princ. C. de Episc. & cler.* Tamen si sit suspectus de fuga potest creditor incipere à captura personæ debitoris, *l. au pretor §. si debitorem infra quæ in fraudem credit.* etiamsi debeatur in diem, vel sub conditione *l. quæsitum infra de pignoribus*, neque † ad sumendam infor- 57
mationem, verum debitor sit suspectus de fuga, non est citandus prædictus debitor, nec aliàs instruatur ad fugam *Bald. in l. consentaneum, num. 13. Codic. quomodo & quando iudex, Paul. Castrens. hic num. 4. Iacobin. num. 5.*
Vltimò † ex fine huius textus col- 58
lige cum Bald. *hic num. 3.* quod vbi est dignitas, est etiam vtilitas: & hac ratione dignitas debet prodesse, & non obesse, vt etiam probat *l. falsa demonstratio §. 1. infra de conditio. & demonstrat.* quod in notabili casu expendit Cynus *in l. si quis ex consensu num. 5. Cod. de Episcop. audient. Paul. Castrens. consil. 31. colum. 2. in princip. lib. 2.* ad quod etiam gloss. final. hic in principio adducit † legem *filiusfamil. in prin-* 59
cipio infra, de donatio. quæ tamen potius videtur probare contrarium: cum ibi filio constituto in dignitate, permittatur plus donare, quod est nociuum, nam † donare est perdere, *l.* 60
contra iuris § fin. supra de pact. Aduertit Angel. *hic num. 7. ad finem*, Lancelot. Dec. hic ad finem contendit contra Angelum, imò dictum glossæ verè probari *dict. l. filiusfamil.* cùm ibi filio in dignitate constituto, augeatur facultas donandi, si velit: Sed ego aduerto quod is textus *in fin.* non tractat de prædicta vtilitate, nam tantum dicit, quòd ea vtilitas, quæ suadet filio succurri, quādo pater est absens, à fortiori procedet in filio Senatore: qui cùm propter dignitatē maioribus indigeat sumpti

ſumptibus,maior ratio eſt ſuccurren-
di in prædictis caſibus.

61 Sed † vt nihil intactum remaneat,
videndum nobis eſt,de ratione,*l.filius-
famil. la primera infra de act. & obligat.*
quare ſcilicet actiones in ea expreſsè
remaneant in perſona filij, neque
tranſeant ex perſona filij in patrem
contra regul. *l.placet,infra de acquirend.
hæred.* Et vtique Bart. *d.l.filiusfamil.*fa-
62 tetur † ingenuè, ſe ignorare ratio-
nem huius ſpecialitatis & ſubſcribit
Angel.Aretin *in §. actiones autem, nu-
mero* 14. *Institut.de action.* inquiens re-
currendum eſſe ad regulam, *l. om-*
63 *nium, ſupra de legibus.* Cæterùm † An-
gel. Peruſinus *in dict.l. filiusfamil. la
primera*, eam rationem ſpecialitatis
aſſignat, quòd in depoſito, & com-
modato videtur agi de fide rupta, &
ideò filio hæ conceduntur actiones:
& pari ratione idem recipietur in
omnibus contractibus, in quibus agi-
64 tur de fide rupta.. Sed † non placet
hæc Angeli ratio: quia ea admiſſa,ſe-
queretur, multas alias eſſe actiones:
quæ in perſona filij reſiderent, neque
in patrem tranſirent: cùm tamen gl.
fin. *hic in principio*, & *Ang. num.*6. &
gloſſ. *in §. pœnales, verb. cum id. Inst.de
act.* aſſerat, quatuor tantùm actiones
expreſſas *in dict. l. filiusfamil.* reſidere
in perſona filij, & nullas alias, quod
& textus ille clariſſimus, nec probat.
65 Aliam † igitur rationem aſſignat Cu-
manus *in dict. l. filiusfamil. la primera*,
quam licèt improbet Iaſon. *in l. filius-
famil. num.*6. *ſupra ſi certum petatur*, ta-
men defendit Alciat. *ibi num.*6. Aliam
etiam aſſignat Zaſius, *in l. in factum la
primera num.*4. *infra de action. & oblig.*
ſed nulla ſatisfacit.

66 Vnde † prima facie videbatur re-
ſpondendum,ſpecialitatem illius tex-
tus, ita eſſe accipiendam, vt in illis
caſibus filius poſſit agere nomine pro-
prio, dummodo pater abſens ſit in
longinquo: nam ſi præſens ſit pro-
prietas illarum actionum erit patris,
iuxta regul. *l. placet infra de acquirend.
hæred.* Quod videtur conſtare ex eo,
quod dict. *l.filiusfamil. la primera*, inter
actiones filio cōpetentes nomine pro-
prio, enumerat actionem iniuriarum:
quæ tamen † nomine proprio non 67
competit filio, niſi quando pater eſt
abſens, *l.ſed etſi vnius, §. filiusfam. infra
de iniurijs.* Item † enumerat interdi- 68
ctum quod vi aut clam, quod tamen
etiam filiofamil. non † competit, niſi 69
vbi pater eſt abſens: *l. denique §.1. iun-
cta gloſſ. verb. nihilominus, infr. quod vi,
aut clam*, denique enumerat actionem
depoſiti, quæ quidem filiofamil. *com-
petit, l. Iulianus* 19. *infr. depoſiti*, ita de-
mum, ſi pater abſens ſit, *vt ibi tradit
Odofredus.*

Sed etiam non placet hæc † conſi- 70
deratio: quia in terminis dict. *l.filius-
famil.la primera*,proprietas earum actio-
num eſſet patris, & non filij: non be-
nè diceret textus, quòd filiusfamil.
illis poſſet vti proprio nomine: Nam
quando proprietas actionum eſt pa-
tris, tunc etiam abſente patre, filius
non poſſet agere nomine proprio, ſed
nomine patris: tanquam eius procu-
rator, vel præſtita cautione de rato,
vt dictum eſt. Præterea iura ſupra cita-
ta non negant proprietatem prædi-
ctarum actionum, eſſe filij, ſed tan-
tùm ſentiūt, exercitium earum actio-
num competere patri, quo abſente
exercitium redit ad filium, qui illa-
rum eſt proprietarius, *vt ſupra dixi-
mus.* Denique litera dict. *l.filiusfam. la
primera*, apertè probat, vt in illis qua-
tuor actionibus filiusfam. poſſit agere
nomine proprio, quaſi proprietas ea-
rum ſit ipſius filij,& non patris:quam-
uis verum ſit, patrem præſentem ha-
bere illarum exercitium,*vt dictum eſt.*

Ad † veram igitur rationem præ- 71
dictæ ſpecialitatis aduertendum eſt:
quòd

quòd actiones, de quibus agitur in *dict.l. filiusfamil. la primera* principaliter inductæ sũt in factum, & propter factum, respiciens personam ipsius filij: Nam actio iniuriarum concepta fuit in factum, commissum cõtra personam filij, item & propter factum cohærens personæ filij: & ideo Iureconsult. *in l. Papinianus in principio supra de inofficioso testam.* probat iniuriam esse ipsius filij: quod etiam verificatur in interdicto quod vi aut clam. Nam datur, quando contra denunciationem filijfamil. prohibitus per eum ædificauit: nam tunc cùm factum iniustum, respiciat personam, & factum filij, meritò filiofamil. conceditur *l. denique §. infra quod vt ait clam*: Similiter & actio depositi & commodati in factum videntur concessæ, cùm nullum dominium, vel possessio, ex illis transferatur: & ideò etiam prædoni, & furi competunt, *l. nam etsi fur supra si certum petatur l. 1. §. si prædo. infra depositi.*

72 Ex quibus † inferendo ad veram rationem dict. *l. filiusfamil. la primera* dicendum est ideò eas actiones esse filij, & non transire ad patrem: quia factum cohærens personæ ipsius filij, non transit in patrem, ea potestate legis *l. qui hæredi. in principio infra de condit. & demonstrat. §. sed cum factum Instit. de stipulatione seruorum.* Vnde † pari
73 ratione idem erit recipiẽdum, in omni actione, quæ compeiit ad factum, & habet originem à facto cohærente personæ filij, & videtur textus expressus *in l. in factum 12. infra de actio. & obligat.* dum pro regula tradit, filium exercere posse actiones in factum, quando scilicet ei proprio nomine competunt *dict. l. filiusfamil. la primera*, quasi dict. l. in factum contineat ampliationem *dict. l. filiusfamil. la*
74 *primera* & † tacitè veram rationem illius insinuet, quicquid aliter intelligat gl. & Bart. *dict. l. in factũ*, & Alciat. *in l. cum filius n. 6. infra si certum petatur.*

Aduertendo † tamen, quod licèt 75
in d. l. filiusfamil. la primera, dicatur, filio nomine proprio competere illas actiones, & tacitè significet, eas patri non competere, id tamen est intelligendum, quòd patri non competant quasi ex potestate legis in eum translatæ: non tamen negat, quòd pater ex propria persona eas exercere posset. Quod † patet, quia actio iniuriarum, 76
cuius fit mentio in *dict. l. filiusfamil. la primera*, competit etiam patri ex propria persona, *§. patitur Inst. de iniuriis, l. sed etsi vnius §. filiofamil. infra de iniur.* & in specie probat bonus text. *in l. nõ solùm §. quæritur in fine supra de procurat.* Similiter interdictũ, quod vi aut clam quod competit filio, *dict. l. filiusfamil. la primera*, etiam competit patri nomine proprio, vt est expressum *in l. denique §. 1. infra quod vi aut clam*, denique actio ex deposito & commodato, quæ in persona filij residet *dict. l. filiusfamil.* etiam suo nomine patri competit, quia pertinet ad repetendas res, quæ sunt in dominio ipsius patris, *l. denique §. 1. infra quod vi aut clam l. 1. §. non solùm vers. si seruus, infra depositi.*

Vltimò † illud restat inquiren- 77
dum, *vtrum ea quæ supra tradita sunt in filiofamil. pariter etiam recipienda sint in seruo?* Et † cùm serui etiam capaces 78
sint eorum quæ in facto consistunt: *dict. l. qui hæred. in principio inf. de condit. & demonstrat. & §. sed cum factum Inst. de stipulatione seruorum*, videtur † idem 79
esse recipiendum. Verius tamen est contrarium, quia seruus in iure ciuili pro nihilo reputatur, *l. inf. de iure deliber.* imò habetur † pro mortuo, *l.* 80
quod attinet inf. de reg. iur. & ideò est incapax cõparendi in iudiciis *l. vix certis infra eodem l. seruis Cod. de Iudic.* Quamuis igitur filiusfamil. possit vti prædi-

ctis actionibus ſuo nomine, *d.l.filiusfamil. la prima.* Tamen non idem recipietur in ſeruo, qui ſuo nomine in iudicio conſiſtere non poteſt. Et hinc eſt quòd licèt pro iniuria facta filiofamil. competat actio filio ſimul & patri *l.non ſolum §.quæritur in fine, ſupra*
81 *de procuratorib.* Tamen † pro iniuria facta ſeruo, nulla actio ei competit ſuo nomine: imò neque domino, niſi ea iniuria in contumeliam domini facta ſit: *§.ſeruis autem, Inſtit.de iniuriis, gl. elegans in l. item apud Labeonem §. ſi quis ſic, verbo ſentire, inf.de iniur.*
82 Nec † obſtat, quòd ſeruus eſt capax eorum quæ in facto conſiſtunt *§. ſed cùm factum Inſtit.de ſtipulatione ſeruorum*, quia reſpondetur quòd licèt tex. ille dicat, quòd ſi ſeruus ſtipulatur factum, valet ſtipulatio, & ſeruo competat: eſt tamen intelligendus: quòd ſeruus non agat ad factum in iudicio, cùm ei obſtet regula *legis ſeruis C. de iud.* Sed potius dominus aget prædicta ſtipulatione, vt promiſſor patiatur ſeruum ire, & agere ſi domini interſit, explicat gl.fin. *d. §.ſed cum factũ Imol.in l.quod dicitur n.3.ad medium, & ibi Alex. n.5. Iaſ.n. 11. infra de verb.*
83 *oblig.* quare † dum tex. *in l.1.§.nõ ſolùm verſ.ſi ſeruus infra depoſiti*, probat, quòd etiamſi ſeruus manumittatur, tamen nõ competit ei actio depoſiti, ſed domino, cuius erat res depoſita, tamen cõtrarium erit in filiofam. cui à principio actio depoſiti competebat, & pro qua tanquam homo liber poterat agere in iudicio *d. l.filiusfam. la prima, & l. Iulianus 19. infra depoſiti.* Vnde emancipatus idem ius retinebit.

L. Hæres abſens 19. in principio ff. de iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Colligit ex text. notabilem concluſionem, quòd hæres ibi conueniri debet, vbi defunctus debuit.*

2 *Tradit concordantem l. Caſtella 32. tit.2.part.3.*

3 *Infert ex dicta concluſione, quòd prout defunctus potuit in proprio domicilio conueniri, ita & hæres eius, quãuis ibi domicilium non habeat.*

4 *Tradit etiam, quod ius fori, & domicilij defuncti tranſit in eius hæredem.*

5 *Argumentatur contra proximas illationes, & oſtẽdit maximè repugnare reſolutionib.ibid.latiùs hoc numer.*

6 *Oſtendit item dictam concluſionem eſſe contra diſpoſitionem iſtius text. ibi. ſi ibi reperiatur.*

7 *Refert multos Doctores concludentes, quòd forus defũcti ita demũ tranſit in hæredem ſi hæres ibi reperiatur.*

8 *Tradit ex eiſdem Doctoribus, quòd ſi defunctus fuiſſet citatus, vt in loco domicilij ſe defenderet in cauſa, tunc locus fori domicilij defuncti indiſtinctè tranſiret in hæredem, & eodem loco teneretur defendere, etiamſi ibi non reperiretur.*

9 *Proximam reſolutionem reijcit, & veriùs exiſtimat, hæredem poſſe conueniri in loco domicilij defuncti, etiamſi ibi non reperiatur, prout & defunctus poterat.*

10 *Hæres & defunctus cenſentur eſſe eadem perſona.*

11 *Reſpondet ad argumenta pro contraria parte adducta, & inprimis ad inductionem factam ex hoc text. & reijcit reſponſionem Albe. & aliorum, de quibus ibi.*

12 *Meliorem aſſignat reſponſionem, & oſtẽdit text.nullã cõtinere repugnãtiam, & verum intellectũ aſſignat.*

13 *Expendit pro proxima expoſitione verba huius tex.*

14 *Verbum defendendus propriè refertur ad abſentem à loco, in quo iudicium agitari debet.*

15 *Verbum conueniendus propriè refertur ad præſentem in loco iudicij, in*

quo conueniri debet.

16 *Retorquet tex. contra magis communem opinionem.*

17 *Infert ex dicto intellectu, veram non esse resolutionem Doctorum, de qua num. 7.*

18 *Domicilium defuncti non transit ad heredem, cùm in facto consistat, & quæ in facto consistunt, ad heredes non transeunt.*

19 *Domicilium patris non transit in filium eadem ratione.*

20 *In heredē transit domicilium defuncti quoad effectum sortiendi forum, & ideò in domicilio defuncti cōuenitur eodē modo, quo defūctus poterat.*

21 *In his, quæ pertinent ad executionem obligationis contractæ per defunctum, locum habet reg. legis secundæ. §. ex his infra de verb. oblig.*

22 *Explicat l. si is qui Romæ 34. infra eod. & de eius intellectu latè agit.*

23 *Insistit in declaranda dict. l. si is qui Romæ, an scilicet videatur requirere, quòd lis cum defuncto fuisset contestata.*

24 *Tradit verius, & receptius esse, sufficere quòd defunctus ante mortem citatus fuerit ad causam.*

25 *Vera resolutio in hac materia est, quod ad defectum transeundi instantiam in heredem, sufficiat, defunctum fuisse citatum ad causam, sed vt transeat in alium vniuersalem successorem, qui non sit heres, non aliàs transibit instantia quam si lis fuerit contestata cum defuncto.*

26 *Quemadmodum quādo defunctus potuit conueniri in loco, etiamsi in eo non reperiatur eodem loco, eodem modo poterit heres eius conueniri, secus si defunctus in eo loco non potuit conueniri.*

27 *Ostendit multum operari hoc vltimo casu, quod defunctus decesserit, postquam fuerit citatus ad causam: nam cùm præuenta fuerit iurisdictio corā eodem indice, tenebitur respondere & idem iudex contra eum poterit procedere, si se eo loco non defendat.*

28 *Tradit alium effectum, quem in hoc casu citatio operatur, vt teneatur heres coram eodem iudice litem inchoare.*

29 *Lis hoc casu debet tractari nomine heredis, & non defuncti, cùm tamen ex necessitate eam litem fuerit persecutus, in multis ei succurretur, in quibus non succurreretur, si voluntariè causam tractaret.*

30 *Tradit explicationem ad l. diem proferre §. 1. supra de receptis arbitr. & ad c. final. de arbitr. quem contra supra tradita inducit.*

31 *Respondet d. difficultati distinguendo inter iudicia, & arbitria.*

32 *Addit, quòd compromissum censetur extinctum, etiamsi vnus ex compromittentibus decedat, postquam iam erat conclusum in causa.*

33 *Tradit explicationem ad l. si fideicommissum 50. infra eodem, & difficultatem ex ea mouet.*

34 *Allegat concordantes l. vlt. tit. 6. part. 6. & l. 1. titul. 6. part. 6.*

35 *Respondet difficultati, ostendens diuersitatem inter obligationes defuncti, & legata.*

36 *Legata sunt obligationes initium sumentes à persona heredum.*

37 *Licèt heres adeat hereditatem in certo loco, tamen per fictionem iuris videtur eam adiuisse in loco, in quo maior pars hereditatis est, & ideò conueniri potest.*

38 *Impugnat proximam rationem ex eo, quia fictio regulariter in his, quæ in facto consistunt, locum non habet.*

39 *Aptiorem rationem assignat, quòd heres adeūdo hereditatē, videtur quasi contrahere cum legatariis, solutionem illorum videtur tacitè conferre in locum, vbi fuerit maior pars hereditatis.*

40 *Vbi contrahitur in certo loco, & in alio confertur ſolutio non cenſetur contractum in loco, in quo verba contractus fuerunt prolata, ſed in loco, in quo fuit collata ſolutio. Quod etiam in quaſi contractibus procedit.*

41 *Hæres in loco aditionis nullo modo conueniri poterit, cum in loco, in quem collata eſt ſolutio, videatur quaſi contraxiſſe, & ſic in loco, in quo ſit maior pars hæreditatis.*

42 *Exceptio reſultans ex diſpoſitione d. l. ſi fideicommiſſ. eſt incompetentiæ, quaſi iudex loci, in quo fuit facta aditio nullam habeat iuriſdictionem in adeuntem.*

43 *Item eſt exceptio excludent legatarium à petitione legati quaſi non poſſit illud petere in loco aditionis, ſed in loco, in quo ſit maior pars hæreditatis num.44.*

44 *Declarat in quo Paul. Caſtrenſ. opinio d.l.ſi fideicommiſſum §.fin.n.3. admitti poteſt.*

45 *Tradit declarationem ad concluſionem deductam ex d. l. ſi fideicommiſſum, ex l.ſed etſi ſuſceperit §.fin. infra eodem.*

46 *Teſtator videtur velle, vt res præſtetur in loco, in quo eſt tempore mortis teſtatoris, propter quam voluntatem poterit hæres etiam conueniri in loco, in quo res legata exſtitit.*

47 *Aſſignat aliam rationem ad declarationem, de qua proximè n.45.*

48 *Impugnat prædictam primam declarationem ex leg. quod legatur 38. infra eodem, de cuius intellectu agit.*

49 *Tradit differentiam, quæ verſatur in petitione legati, vtrum petatur actione perſonali ex teſtamento, vel rei vendicatione.*

50 *Oſtendit proximam reſolutionem communiter receptam eſſe per Doctores.*

51 *Refert ex Doctoribus, quos ibi citat, quod ſiue res petatur actione perſonali, ſiue reali, peti poteſt in loco, in quo res exſtitit, etſi maior pars hæreditatis in eo loco non ſit.*

52 *Proximam reſolutionem modificat iuxta differentiam num.49.*

53 *Declarat d.l.ſed etſi ſuſceperit. §. final. tantum pro ede e, quando res legata petitur rei vendicatione.*

54 *Explicat etiam l.final.tit.9.part.6.*

55 *Tradit rationem differentiæ aſſignatæ num.49.*

56 *Ratione rei iſtius videtur Reus forum ſortiri.*

57 *Oſtendit per prædictam declarationem nimis reſtringi generalitatem d. l. ſed etſi ſuſceperit §. fin.*

58 *Ad explicationem dictæ difficultatis aliqua aduertit notatu digna, & primo d.l.ſed etſi ſuſceperit, §. final. continuari cum §.libertis, qui apertè loquitur de legato ſoluendo Romæ, & in eiſdem terminis intelligi debet d. §. fin.*

59 *Concluſionem ex dicta continuatione colligit maximè notandam.*

60 *Rationem dictæ concluſionis aſſignat.*

61 *Reprobat proximam rationem.*

62 *Veriorem reſolutionem aſſignat.*

63 *Declarat proximè reſoluta n. 71. admittenda eſſe, ſi quis conueniretur actione perſonali pro fideicommiſſo, & ſimul ibi eſſet res legata.*

64 *Si quantitas in genere legata ſit, debet præſtari vbi petitur, quando petitio ſit in loco congruo, & in quo hæres conuentus ſortiebatur forum.*

65 *Si quantitas ſit legata tanquam certa ſpecies, tunc non fiet petitio, nec executio in illo loco, in quo res illa petitur, ſed in loco, vbi res eſt: aliàs hæredi competet exceptio de qua in d. l. ſi fideicommiſſæ.*

66 *Declarat, quando non obſtabit prædicta exceptio, nempe ſi hæres conueniatur in loco proprij domicilij.*

67 *Tradit ex Paul. Caſtr. quòd licèt d. exceptio in caſibus, de quibus ibi, hæredi competat, non tamen quando*

conue

conuenitur in proprio domicilio.

68 Tradit secundam limitationem ad conclusionem d.l. si fideicommissum, vt non procedat, si hæres sponte sua soluat aliquod legatum in loco, in quo competebat ei prædicta exceptio.

69 Adducit contra proximam limitationem text. in l. Lucius à secunda §. testator, infra de l. 2.

70 Adducit etiam contra eandem limitationem traditionem glos. 3. l. 2. C. de fideicommiss. & l. non dubium, C. de testamentis.

71 In actibus voluntariè factis nulla fit extensio vltra actum expressum.

72 Respondet ad ea, quæ ex dict. l. fideicommissum tradidit, num. 78.

73 Refert concordiam Paul. Castr. ad illas opiniones.

74 Expendit pro dicta concordia l. 2. cum glos. 3. C. de fideicommissis, adiuncta auth. sed cum testator, C. ad l. Falcidiam.

75 Resoluit, quod non obstantibus supra dictis verius est, quòd qui vnum legatum soluit in certo loco, non ob id cogetur legata alia in eodem loco soluere, & quidem indistinctè.

76 Retorquet pro eadem opinione l. si fideicommissum §. fin. infra eodem.

77 Limitat vltimo dict. conclusionem, dict. l. si fideicommissum, non procedere, si hæres promisit soluere legata in certo loco, nam tunc ratione promissionis tenebitur in eo loco soluere.

78 Incipit agere de explicatione l. quamuis 51. §. fin. infra eodem, & aduertit, quod loquitur in fideicommissariis, & gl. exponit, hoc est, de hæredibus.

79 Examinat prædicta verba, & gl. expositionem, & veram litteram declarat.

80 Exponit, quid probetur in d. l. quamuis §. fin secundum veram literam.

81 Adducit circa proximè dicta explicationem Fulg. d. l. si fideicommissum numer. 7. infra eod.

82 Reijcit explicationem Fulg. de qua proximè.

83 Respondet ad l. si conuenerit ff. de iurisd. omnium iudicum & declarat, quo casu procedat.

84 Declarat etiam, quo casu loquatur d. l. quamuis §. fin.

85 Tradit elegantem differentiam, quam assignat Anton. in c. fin. n. 12. de foro competenti.

86 Ponderat continuationem d. l. quamuis in principio, cum §. final.

87 Ex dicta ponderatione colligit elegantem doctrinam, quam dicit notabilem ad declarationem l. fin. Cod. ad Trebel.

88 Declarat hic esse nouum casum, in quo hæres & fideicommissarius conueniuntur in certo loco, etiam si in eo habeant domicilium.

89 Colligit ex text. quòd hæres est conueniendus in loco, in quo defunctus debuit, tanquam non obstante quocunque priuilegio ipsius hæredis.

90 Proximam resolutionem impugnat ex traditis per gl. hic verb. excusatur, & de responsione gl. agit.

91 Clausula generalis non obstante quocumque priuilegio non censetur relata ad priuilegia in iuris corpore clausa.

92 Ostendit l. 2. §. legat. supra eod. quam gl. inducit contra istum text. parum contra eum facere.

93 Docet d. gl. pro sua opinione potius allegare debuisse l. de eo infra eodem, quæ magis in specie loquitur.

94 Affert ex Paul. Castr. & aliis rationem, in qua proxima resolutio fundatur.

95 Reprobat rationes numero proximo à Doctoribus traditas & illorum fundamentis satisfacit.

96 Veram rationem ad d. l. de eo infra eod. assignat.

97 Reprobat considerationem Lanceloti

Dec. in præsenti, dum existimat, expositionem huius glos. non fuisse necessariam.

98 *Priuilegia iuris communis relata ad particulares, propria illorum dici possunt.*

99 *Docet, quòd licèt conclusio gl. & Doctorum supra relata, sit approbata in Regno Portugalliæ per Ord. lib. 3. titul. 11. §. 2. in puncto iuris contrarium videtur verius.*

100 *Hæres in hac materia non consideratur ex propria persona, sed ex persona defuncti quem repræsentat.*

101 *Docet, quod in hoc casu concurrit veritas, scilicet vera persona hæredis, qui est conueniendus, item & ficta, quatenus repræsentat defunctum.*

102 *Vbi concurrunt veritas & fictio eodem tempore ad diuersos effectus, fictio præualet veritati.*

103 *Adducit item contra communem tex. in l. fiscus 6. infra de iure fisci, quem ad id inducit.*

104 *Ex opinione aduersus communem defensam infert, quòd clericus succedens laico, si pro debitis defuncti conueniatur, tenetur respondere coram iudice seculari, coram quo defunctus conueniri poterat.*

105 *Ostendit proximã opinionem tenuisse aliquos antiquos ex gl. 2. in cap. clericum nullus, 11. quæstion. 1.*

106 *Refert dict. glos. illam opinionem tanquam falsam reijcientem, & iure Canonico nullo modo posse procedere.*

107 *Recenset multos Doctores, qui prædictam opinionem tam iure ciuili, quam Canonico veram esse latè comprobant.*

108 *Prædictam opinionem n. 114. comprobat expresè l. 57. tit. 6. part. 1.*

109 *Refert Gregor. Lopez tenentem eam l. loqui, quando lis erat cœpta cum defuncto, quam tamen traditionem reprobat.*

110 *Refert Parlador. tradentem, conditores illius legis voluisse fauere Regibus secularibus, & quod ea l. tanquam repugnans libertati Ecclesiasticæ non sit obseruanda.*

111 *Ostendit idem sentire Couarr. pract. q. cap. 8. n. 4. qui miratur, conditores legum partitarum opinionem veterum approbasse.*

112 *Ostendit auctor, si rationes iuris benè expendantur, veriorem esse opinionem veterum approbasse.*

113 *Dict. l. partitæ, non videtur obuiare libertati Ecclesiasticæ, cùm hæres non tanquam clericus, sed tanquam repræsentans defunctum laicum conueniatur.*

114 *Fatetur auctor, receptam esse sententiam à Legistis & Canonistis, clericum hæredem non posse conueniri coram iudice seculari, coram quo poterat defunctus conueniri.*

115 *Clericus habet priuilegium contrarium in corpore iuris clausum: si non haberet priuilegium particulare, vt coram certo iudice conueniretur, tunc locum haberet reg. huius text.*

116 *Proximam resolutionem tanquam veram & magis communem ex multis Doctoribus comprobat.*

117 *Refert ex Gondisaluo de Paz prædictam l. partitæ in praxi non seruari.*

118 *Adducunt etiam pro hac opinione communi contra dict. l. part. text. quem dicunt expressum c. 2. & 3. & cap. experientia 11. q. 1.*

119 *Ostendit secundùm prædictos Doctores, decisionem nostri text. illorum opinioni non repugnare.*

120 *Refert ex Francisco à Ponte, quòd clericus hæres conuenietur quidem in eodem loco, in quo defunctus debuit, & tamen coram iudice Ecclesiastico eiusdem loci, & non coram seculari.*

121 *Reijcit proximam considerationem, & illius fundamentum impugnat.*

122 *Docet,*

122 *Docet, quòd ex eo, quòd quis conueniendus est in loco, in quo defunctus debuit, ex hoc etiam coram eodem iudice conueniendus est.*
123 *Approbat opinionem, quam tradidit num.114. aduersus magis communem, & rationibus eiusdem respondet, & ad primum ibidem respondet de quo num.125.*
124 *Ad secundum, de quo n. 128. etiam respondet, & ostendit, ea iura nihil pro ea opinione facere: loquuntur enim quando clericus conuenitur ex propria persona tanquam clericus.*
125 *Quando clericus conuenitur ex persona defuncti secularis, nullus text. iuris Canonici inuenitur, qui probet clericum coram Ecclesiastico esse conueniendum.*
126 *Opinio quam defendit Auctor, procedit magis sine dubio, si hæres clericus conueniretur iudicio possessorio, quo defunctus conueniri poterat.*
127 *Assignat concordiã ad has opiniones.*
128 *Si clericus conueniatur à legatariis, quia ex quasi contractu conuenitur, & tanquam clericus coram Ecclesiastico conueniendus est.*
129 *Assignat inter has opiniones cõtrarias magis communem concordiam.*
130 *Docet hanc communem distinctionem probari hodie per leg.57. tit.6. part. 1. secundùm emendationem litteræ, factam per Gregor. Lopez ibi verbo* demanda.
131 *Dicta distinctio approbatur in Regno Portugallia per Ord. lib.2. tit.1. §.8.*
132 *Ponderat, quòd primum membrũ prædictæ distinctionis, quamuis sit magis communiter receptum, tamen in puncto iuris non videtur verum.*
133 *Impugnat item secundum membrum dictæ concordiæ ex traditis per Panormitanum, cap. quia V. col. final. de iudiciis, quem sequuntur multi Doctores, quos ibid. allegat.*
134 *Assignat rationes, quibus mouentur tenentes hanc vltimam opinionem cum Panormitano.*
135 *Quando mutatur forus ex persona hæredis, vt contingit in clerico hærede: hæres non tenetur sequi forum defuncti.*
136 *Adducit etiam pro eadem parte l. si constante §. fin. infra de soluto matrimonio.*
137 *Tradit non obstantibus fundamentis proximè relatis, non esse recedendum à prædicto membro prædictæ concordiæ, quod non solùm est verum, sed & receptius.*
138 *Approbat igitur magis communem opinionem, & ad rationes contrariæ opinionis respondet, & hic ad primam de qua num. 143.*
139 *Respondet ad d. l. si constante §. fin. de qua n.146. & ad eum text. intellectum assignat.*
140 *Respondet secundò ad d. l. si constante §. final.*
141 *Quando fiscus succedit in dote propter publicationem bonorum, non transit instantia in fiscum, & ibi ratio traditur.*
142 *Declarat dict. l. si constante §. fin. dum dicit, non transire instantiam in fiscum, intelligendam esse: quando fiscus succedit actori, secus si reo, quia tunc instantia cœpta cum reo in fiscum transibit.*
143 *Lis cœpta dicetur cum defuncto, quando fuit citatus ad litem, quia per citationem dicitur præuenta iurisdictio.*
144 *Vt instantia transeat in hæredẽ, satis est, quod defunctus fuerit citatus.*
145 *Tradit annotationem ad tradita per Bald. Auth. quas actiones numer. 11. C. de Sacros. Eccles. vbi differentiam constituit inter hos duos casus.*
146 *Reprobat prædictam differentiã assignatam à Bald. & aduertit, quòd si quis dicat Bald. loqui in priuilegio hæredis*

hæredis in corpore iuris clauso, tunc distinguendum erit vt ibi subdit.

147 *Aduertit materiam huius articuli videri reduci ad terminos distinctionis Petri, & Cyni, auth. quas actiones n. 5. ad fin. C. de Sacros. Eccles.*

148 *Quando obligatio procedit ex contractu defuncti, non priuilegiati successor priuilegiatus illi succedens non poterit vti priuilegio suo.*

149 *Cum contractus sit celebratus cum defuncto non priuilegiato, iniquum esset propter successorem priuilegiatum si in aliquo fieret deterior conditio contrahentis.*

150 *Ostendit item in hoc casu locum habere reg. cap. accessorium de reg. iur. in 6.*

151 *Forus, qui est accessorius obligationis principalis, etiam non accipiet mutationem ex persona hæredis priuilegiati.*

152 *Limitat prædicta, si aliquid principaliter actum sit cum ipso successore vniuersali, nam quoad hæc priuilegiatus vtetur priuilegio suo.*

153 *Declarat, in quo sensu accipienda sit distinctio gl. in l. filiusfamil. 49. §. in hac, infra de verborum obligatione, verb. stetisse.*

154 *Regulam constituit, quòd si totum negotium gestum sit cum defuncto non priuilegiato, & nihil gestum sit cum successore priuilegiato, in ea re non vtetur successor priuilegiatus suo priuilegio.*

155 *Tradit resolutionem ad eum casum, quando scilicet emphyteusis fuit accepta per minorem, & hæres minor, quia non soluit debitum Canonem, incidit in commissum.*

156 *Si quis sit priuilegiatus non in vtilitatem priuatam, sed in vtilitatem publicam, obseruabitur in eo distinctio l. fiscus 6. infra de iure fisci, & ibi declarat.*

157 *Explicat in quo differat hæc secunda conclusio à prima, de qua n. 158.*

158 *Ad veram resolutionem huius articuli, & materiæ concludit, regulam huius text. generaliter procedere in quocunque priuilegiato, etiamsi habeat priuilegium in corpore iuris clausum, modo competat principaliter ratione personæ.*

159 *Si defuncto succedat vidua, vel pupillus, vel miles, tenebitur respondere coram iudice, coram quo defunctus debuit conueniri.*

160 *Priuilegium in fauorem partis principaliter indultum, hoc casu nihil priuilegiato proderit.*

161 *Tradit Doctores qui contrarium tenent, quos tamen reprobat, & ad fundamentum eorum respondet.*

162 *Vt facilè responsio percipiatur, declarat, communi resolutioni addendum esse, quod non sufficiat, priuilegium esse in iure corporis clausum, sed etiam, quod competat propter bonum publicum.*

163 *Docet in Regno Portugalliæ, quòd pupillus, & vidua vtentur in his terminis priuilegio suo, etiam si lis iam esset contestata cum defuncto.*

164 *Proximè dicta sunt specialia in illis personis, nam extra illas etiam in illo Regno communis resolutio procedit.*

165 *Declarat, etiam, quod illud, quod specialiter disponitur in prædictis personis per Ordinationem libr. 3. tit. 5. §. 3. limitandum esse, si ij fiant hæredes, postquam erat conclusum in causa cum defuncto.*

166 *Priuilegium fori competit Clerico propter ius publicum, ac ideo respectu illius priuilegij inducetur distinctio l. fiscus 6. infra de iure fisci.*

167 *Declarat, quomodo in hoc casu si defunctus non fuit citatus, & clericus ei succedat possit clericus vti priuilegio suo.*

168 *Si instrumentum habeat executionem*

nem paratam, tamen illam non habebit aduersus clericum hæredem secularis.

169 *Declarat, in quibus terminis dictum num. proximè recipi possit.*

170 *Dicta n.178. locum non habebunt in pupillis hæredibus, vel alijscunque personis, quia instrumentum contra istos exequetur.*

171 *Si secularis erat citatus ad causam, clericus postea ei succedens non vtetur priuilegio suo, quia iam erat præuenta iurisdictio.*

172 *Cùm præuentio fori præcedit successionẽ clerici quoad eam, nec fiscus, nec clericus potest vti priuilegio suo.*

173 *Proponit replicationem, quòd clericus quoad ea, quæ contingunt suo tempore potest vti priuilegio suo, cui dubio respondet.*

174 *Affert dictum Alexandri, quod si fiscus tanquam institutus successit priuato, si erat præuenta iurisdictio, tenebitur coram eodem iudice litem prosequi.*

175 *Limitat conclusionem huius text. non procedere quoad res hæreditarias: nam postquam hæres adiuit, quoad eas vtetur suo priuilegio, quia incipiunt considerari tãquam proprium patrimonium hæredis adeuntis.*

176 *Quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata.*

177 *Proponit illam arduam quæstionem, si clericus instituit laicum hæredem, vtrum confectio inuentarij, in quo scribuntur bona defuncti, pertineat ad iudicem secularem, vel ad Ecclesiasticum.*

178 *Resoluit confectionem prædicti inuentarij pertinere ad iudicem secularem, & non ad Ecclesiasticum cum Guidone Papa, & multis Doctoribus, quos enumerat.*

179 *Proponit aduertentiam ad dictum Guidonis decisione 261. & in quo casu procedere possit, declarat.*

180 *Difficultatem mouet contra dictum Guidonis, quando hæres adhuc non adiuit hæreditatem, tunc enim à cessante ratione confectio inuentarij pertinebit ad Ecclesiasticum.*

181 *Quandiu hæreditas est iacens, & non adita, repræsentat defunctum.*

182 *Consequentiam syllogismi exponit, ex qua videtur deduci confectionem inuentarij ad Ecclesiasticum pertinere.*

183 *Reprobat nihilominus prædictam opinionem, & ad rationes in contrarium adductas respondet.*

184 *Respondet ad primam rationem ex traditis per Gutierres in practicis ad leges regni 2. parte quæst.49.n.3.*

185 *Quando laicus instituit clericum, confectio inuentarij pertinet ad secularem, & ibi refert, qui contrarium tenent.*

186 *Cùm bona ante aditionem hæreditatis repræsentent laicum defunctum in illis, Ecclesiasticus se intromittere non potest.*

187 *Tradit auctor suam responsionem ad præsentem quæstionem.*

188 *Iudicibus Ecclesiasticis est inhibitum, ne se intromittant in insinuatione, vel publicatione testamentorum.*

189 *Reprobat Felin. qui oppositum tenet, & dicta n.198. vera esse ostendit.*

190 *Reprobat Couarru. & Mol. societatis Iesu, dum tenent, l. quod si testamentum sit clerici, possit aperiri, & insinuari coram Ecclesiastico.*

191 *Postquam testamentum fuit publicatum, & insinuatum coram seculari, executio contentorum in testamento erit mixti fori, & erit locus præuentioni.*

192 *Inuentarium nihil aliud facit, quam declarare in specie bona, quæ in confuso relinquebantur hæredi.*

193 *Declaratio tantum tetigit id, quod latebat.*

194 *Concludit optimo argumento inuentarium, de quo agimus, pertinere ad secularem.*

195 *Adducit aliud argumentum, ex quo manifestè conuincitur, dictam conuentionem inuentarij ad iudicem secularem pertinere.*

196 *Ille qui est iudex competens praeparati, est etiam iudex competens praeparantis.*

197 *Docet, quòd etiamsi clericus clericum instituat haeredem, adhuc inuentarium facere pertinebit ad secularem.*

198 *Reprobat Franciscum Marcum decisione* 105. *prima parte, dum tenet, quod de spolijs clericorum non possunt seculares inuentarium facere, & ostendit contrarium esse verius.*

199 *Ostendit, quòd extra casum publicationis testamenti, & extra casum confectionis inuentarij, si defunctus sit clericus, & adhuc non sit adita eius haereditas, bona considerabuntur tanquam Ecclesiastica clerici.*

200 *Si bona clerici haereditate iacente vendi, vel distribui debent, competens erit Ecclesiasticus.*

201 *Ex venditione bonorum clerici, haereditate iacente gabella non debebitur.*

202 *Refert Lazart. tractatu de decima venditionis, contrarium tenentem, & eius fundamenta adducit.*

203 *Reprobat dictum Lazarti, & ostendit, eius opinionem veram non esse.*

204 *Adducit contra eundem l. nam, & seruus §. 1. supra de negotijs gestis, quam ad id latè expendit.*

205 *Gesta cum pupillo non obligant illum, nisi quatenus locupletior factus est.*

206 *Pupillus postea adiens haereditatem, retro videtur heres à tempore mortis defuncti.*

207 *Fictio, de qua num. proximo non consideratur in tertij praeiudicium, qui ante praedictam fictionem ius habebat quaesitum.*

208 *Tradit, quid dicendum sit per argumentum à contrarijs, si quid gestum sit cum haereditate iacente ipsius pupilli, in qua postea successit maior.*

209 *Haereditas iacens repraesentat personam defuncti, & non personam haeredis postea adeuntis.*

210 *Item repraesentat defunctum, etiam quoad priuilegia, & qualitates personales.*

211 *Aetas ex se personalissima est, & qua ob id non transit ad haeredem.*

212 *Haereditas iacens repraesentat haeredem etiam quoad aetatem.*

213 *Respondet ad primam rationem Lazarti, de qua n.212.*

214 *Respondet ad secundam rationem dicti Lazarti.*

215 *Refert ex eodem Lazarte, quod si vendantur bona expectantia ad spolia Episcoporum & sic ad Cameram Apostolicam, de illis non soluetur gabella, quantumcunque de illis fecerit inuentarium secularis.*

216 *Si per contrarium non priuilegiatus succedat priuilegiato, nihil ei proderit priuilegium defuncti.*

217 *Haeres clerici non est conueniendus coram Ecclesiastico, quia per mortem clerici cessauit priuilegium, quod personale erat.*

218 *Licèt iurans propter iuramentum possit conueniri in foro Ecclesiastico, tamen eius heres in eo foro conueniri non potest, & ibi ratio latè traditur.*

COLLIGITVR ex † isto textu notabilis conclusio, quòd hæres ibi conueniri debet, vbi defunctus debuit. Concordat *l.* 31. *tit.* 2. *part.* 3. quam notat † Roman. *cons.* 300. *num.* 3. *Ancharan. cons.* 244. *nu.* 2. & ampliat Panor. *cap. significauit, nu.* 4. *ad finem de rescript.* Et † ex hac regula videtur inferri, quòd provt defunctus potuit in proprio domicilio indistinctè conueniri §. *final. infra hac lege,*

lege, ita & hæres eius ibi indistinctè
conueniri potest: quamuis proprium
domicilium ibidem non habeat: quod
sentit Bart. *l. fideicommissum infra eod.* &
expressit Aretin. post Anton. *cap. quia*
num. 14. *de iudicijs*: colligens ex isto
4 textu, quòd † ius fori & domicilij de-
functi, transit in eius hæredem: Sed
subsistendum est: quia si prædicta opi-
nio esset vera, sequeretur quòd prout
5 † defunctus in loco proprij domici-
lij poterat conueniri, etiamsi ibi non
inueniretur, §. *fin. infra hac l.* Item quòd
prout in prædicto loco domicilij,
contra absentem poterat procedi ad
primum & secundum decretum, &
etiam ad sententiam diffinitiuam in
casibus, in quibus lite non contesta-
ta, perueniri potest ad diffinitiuam,
vt explicat Paul. Castrens. *l.* 2. §. *le-*
gatis, *num.* 3. *supra eod.* & *l.* 2. *num.* 4.
Cod. de iurisdictione omnium iudicum. Pa-
normit. cap. fin. num. 41. & *ibi Marian.*
num. 50. *de foro competenti*, eodem etiam
modo contra hæredem absentem à
loco domicilij defuncti poterit pro-
6 cedi. Quòd † tamen videtur esse
contra istum textum ibi (*si ibi repe-*
riatur) qui clarè videtur probare, ita
demum hæredem posse conueniri in
loco, in quo defunctus debuit, si ibi
reperiatur. Et ideo Angel. *hic post prin-*
cipium, Paul. *num.* 2. Curt. Iun. *num.* 3.
& 7. & Costalius, concludunt, quòd
locus defuncti ita demum transit in
hæredem, si hæres ibi reperiatur:
7 quamuis † fateantur prædicti, quòd
si defunctus fuisset citatus, vt in lo-
co domicilij se defenderet in cau-
8 sa, tunc † locus fori domicilij de-
functi, indistinctè transiret in hære-
dem, vt eodem loco teneretur se de-
fendere: etiam si ibi non reperiretur,
l. si is, qui Romæ 34. *infra eod. vbi Ang.*
& *Iacobin.* ita resoluunt Roman. *cons.*
300. *num.* 2. & communiter esse rece-
ptum asserit Sapia. *hic ante num.* 1.

Sed † his non obstantibus verius 9
existimo, hæredem posse conueniri in
loco domicilij defuncti, etiamsi ibi
non reperiatur, prout & defunctus
poterat, prout pro constanti tenet Bal.
repet. l. 2. *col.* 25. *post medium, infra de iu-*
reiurando, & *alij supra allegat.* & satis
colligitur ex generalitate huius text.
& quia † illius vera ratio est: quia hæ- 10
res & defunctus censentur esse eadem
persona, *auth. de iureiur. à moriente præ-*
stito post principium, collat. 5. tradit *Are-*
tin. cap. quia V. n. 14 *de iud.* & *Curt. Iun.*
hic n. 1. & *ante eos Ancharan. cons.* 244.
num. 2. quicquid inuoluat Sapia. *hic*
num. 1. Quæ ratio euincit, eodem mo-
do posse cōueniri hæredem, quòd de-
functus potuit: & consequenter, quòd
poterit conueniri in loco domicilij
defuncti, licèt ibi non reperiatur: vt
aduertit Curr. Iun. *hic n.* 3. perperam
huic rationi respondens.

Et † probando hanc opinionem, 11
non obstat is text. inductus, *vt supra.*
Nam in primis est aduertendum, lit-
teram illius, quandam in se continere
repugnantiam, nam in primis verbis
dicit, hæredem absentem ibi conue-
niendum esse, vbi defunctus debuit, &
consequenter, quod poterit conueniri
in loco, in quo defunctus potuit: quā-
uis hæres in eo non reperiatur: & ta-
men statim subiicit, quòd hæres po-
test conueniri in loco, in quo defun-
ctus debuit, si modò hæres ibi repe-
riatur. Cui difficultati conatur re-
spondere Albe. *hic nu.* 2. cui subscribit
Iacobin. *hic ad finem*, quorum tamen
responsionem, tanquam litteræ vim
inferentem, improbat Lancelor. Dec.
hic post princip. & Curt. Iunior. *num.* 7.
& Sapia. ante *num.* 1.

Meliùs † igitur respondetur, text. 12
nullam continere repugnantiam: nam
probat in principio, quòd si hæres
absens sit à loco, in quo defunctus
debuit, quod in eodem loco hæres

defendi debet: quòd si reperiatur in loco, in quo defunctus præsens conueniri debuit, & in eodem loco hæres præsens conueniri potuit: & sic in effectu vult: quòd hæres tam absens quàm præsens conueniendus est, in loco, in quo defunctus, si viueret, posset conueniri, & tenetur se defendere in loco, in quo defunctus debuit, vt est de mente glos. 2. *& 3. in præsenti Fulg. § sequenti num. 1. & Lancelot. Dec. hic post principium*, & eleganter Man-
13 rua, videndus in præsenti. Pro † qua expositione expendo verba hu-
14 ius text. nam † verbum (*defendendus*) propriè refertur ad absentem à loco, in quo iudicium agitari debet, *l. de qua re § final. infra eod. & l. solutionem*
15 *infra de solut.* Verbum † autem (*conueniendus*) propriè refertur ad præsentem in loco iudicij, in quo conueniri debet. Nullam igitur continet repugnantiam littera huius text.
16 Neque † aliquid facit pro magis communi opinione, imò contra eam retorquebitur: nam apertè probat, quòd si hæres sit absens à loco, in quo defunctus conueniri poterat, procedetur contra eum tanquam contra contumacem, & consequenter si absens sit à loco domicilij defuncti, ibi contra eum procedi poterit tanquam contra absentem, & contumacem: vti poterat procedi contra defunctum, *vt dictum est.*

17 Et † iuxta hanc interpretationem multa inferuntur contra mentē communem Doctorum: nam primò infertur, non probari illum, quòd vt hæres conueniatur in loco, in quo defunctus debuit, oportet quòd in eo loco reperiatur, vt communis vult. Imò textus sentit contrarium, quòd si absens sit ab eo loco, & in eo non reperiatur, poterit contra eum procedi, tanquam contra contumacem, si ibi se non defendat, vt & procedi poterat contra defunctum absentem ab eo loco.

Secundò infertur, quòd † licèt domicilium defuncti non transeat ad hæredem, quia hoc consistit in facto, & quæ in facto consistunt non transeunt ad hæredes, *l. cum hæredes in prin. infra de acquir. possess.* & post Baldum in specie tradit Marian. *in c. final. num. 39. de foro competenti.* Qua † etiam ratione domicilium patris non transit in filium, *l. assumptio § fin. in princ. & in l. libertus §. patris infra ad municip.* Tamen † quoad effectum sortiendi forum, videtur in eum transire: & ideo in domicilio defuncti conuenitur eodem modo, quo defunctus poterat. Et est ratio, quia † cùm hoc pertineat ad executionem obligationis contractæ per defunctum, locum habet regula legis *secunda §. ex his infra de verb. obligat.* & est de mente Pauli *num. 2. Aret. in c. quia G. num. 14. de iud.* 18 19 20 21

Tertiò infertur explicatio *ad l. si is qui Romæ 34. in eod.* dum probat, quòd si quis Romæ suscepit iudicium, & decessit, hæres tenetur Romæ iudicium subire, licèt alibi habeat domicilium, *notat Ant. de Math. tract. de prorogatione iurisdict. num. 68.* Nām est aduertendum, quòd licèt textus ille videatur requirere, quòd defunctus susceperit iudicium Romæ, vt hæres ibi conueniri possit: verius tamen est, de necessitate hoc nō requiri. Quamuis enim defunctus non susceperit iudicium Romæ, imò neque ad illud suscipiendum fuerit citatus: tamen ibi conueniri & defendere se debet, vbi defunctus debuit, iuxta nostrum textum explicatum vt supra, & in terminis tradit Romanus *cons. 300. nu. 2.* Nam ratio deducta ex authentica *de iureiurando à moriente præstito in principio collat. 5.* id necessariò euincit, *vt aduertit Ancharan. cons. 244. num. 2.* Neque repugnat text. *in d. l. si is qui Romæ, infra* 22

infra eod. nam debet intelligi, tunc requiri iudiciũ fuisse susceptum per defunctum, quòd illum effectum, vt eadem instantia transeat in hæredem, & non sit necessarium, nouam inchoare litem.

23 Præterea † licèt *dict. l. si is qui Roma* quoad prædictum effectum videatur requirere iudicium fuisse susceptum, & sic litem fuisse contestatam per de-
24 functum: Tamen † verius & receptius est, sufficere, quòd defunctus ante mortem citatus fuerit ad causam, vt colligitur ex generalitate *l. si petitor* 31. *infra eodem*, & resoluit Iacobinus *in l. si is qui Roma, num.* 2. *infra eodem*, *Iason in l. cum quadam num.* 8. *supra de iurisdictione omnium iudicum Couarruu. practi-*
25 *carum quæst. cap.* 8. *num.* 3. *in fine*, ita † vt vera resolutio sit in hac materia, quòd quoad effectum transeundi instantiam in hæredem, sufficiat defunctum fuisse citatum ad causam, sed vt transeat in alium vniuersalem successorem, qui non sit hæres, non aliàs transibit instantia, quàm si lis fuerit contestata cum defuncto *l. tam ex contractibus, infra eod. & ibi notat Angel. num.* 4. *Paul. & Iacobin. vterque num.* 3.
26 *Gailius lib.* 1. *obseruat.* 37. *num.* 9. Ex † quibus colligendum est, quòd quemadmodum, quando defunctus potuit conueniri in loco, etiamsi in eo non reperiretur eodem loco, eodem modo poterit hæres eius conueniri, vt probat is text. secundùm veram interpretationem: tamen si defunctus in eo loco non potuit conueniri, nisi ibi reperiretur, eodem modo, neque hæres in eo poterit conueniri, si ibi
27 non reperiatur. Hoc † igitur casu multum operabitur, quòd defunctus decesserit, postquam fuerit citatus ad causam: nam cùm præuenta fuerit iurisdictio *l. si quis postea supra eod.* coram eodem iudice tenebitur respondere, & idem iudex contra eum poterit procedere, si se eo loco non defendat, in quo defunctus post citationem se defendere debebat, & hoc operabitur decisio *l. si petitor 31. infra eod. tradunt Curt. Iun. hic n. 7. & Sapia. ante n. 1.*
Item † & eum operabitur effectum, 28
vt si defunctus fuerit citatus, teneatur hæres coram eodem litem inchoare, *Cyn. in l. vnica in fine, C. ex delict. defunctor.* Et quamuis lis debeat tractari nomine hæredis, & non defuncti *l. de qua re §. final. infra eod. l. penul. infra quæ sententiæ sine appell. rescindentur*, tamen † cùm ex necessitate eam li- 29
tem fuerit prosecutus, in multis ei succurretur, in quibus non succurreretur, si voluntariè litem tractaret, vt constat *ex l. filius vers. multo mag. infra de inoffi. test. l. seru. supra de his, qui notantur infam. l. Modest. cum gl. infra de excep.*

Quartò † infertur explicatio ad le- 30
gem *diem proferre* §. 1. *supra de recept. arbitr.* & ad textum similem *in c. fin. de arbitr.* dum probant, quòd si partes compromiserunt, & pendente lite vnus ex compromittentibus moriatur, extinctum censetur compromissum. Item quòd sententia lata post mortem vnius, eius hæredi minimè noceat: quod videtur repugnare supra traditis, & maximè decisioni *l. si is qui Roma* 34. *infra eod.* respondendum tamen † est, in hac materia faciendam 31
esse differentiam inter iudicia, & arbitria, nam in iudiciis procedunt supra tradita, in arbitriis autem procedet decisio *c. fin. de arbitr.* vbi Panormitan. *num.* 4. assignat rationem differentiæ. Adde † quòd censetur extinctum 32
compromissum, etiamsi vnus ex compromittentibus decedat, postquam iam erat conclusum in causa, vt probatur *in c. ex parte de arbitr. & ibi notat Panorm. num.* 2. & alia de materia vide tract. per Duenh. *reg.* 128.

Vltimò † ex prædictis infertur ex- 33

plicatio ad *l. si fideicommissum* 50. *infra eod.* dum probat, hæredem esse con-
34 ueniendum in loco, in quo fuerit †
maior pars hæreditatis, & concordat
l. vlt. tit. 9. part. 6. & in simili disponitur
in l. 1. tit. 6. part. 6. & ibi notat Greg. *in verb. l. maior parte.* & tradit Molin. *lib. 3. de primogen. cap. 13. num. 73.* intelligendo sanè, si in prædicto loco hæres inueniatur, vt declarat Salic. *l. 1. num. 4. Cod. vbi fideicommissum peti debeat.* Quod tamen apertè videtur repugnare nostro text. explicato, vt supra.

35 Sed † huic difficultati respondet
Bart. *in d. l. si fideicommissum infra eod.* textum nostrum agere, de obligationibus defuncti, pro quibus ipse conueniri poterat, dum viueret. Sed *d. l. si fideicommissum infra eod.* loquitur in le-
36 gatis relictis per defunctum, pro † qui-
bus ipse conueniri poterat. Sed sunt obligationes initium sumentes à persona hæredum, §. *hæres Instit. de oblig. quæ ex quasi contract.* in quibus obligationibus procedit *d. l. si fideicommissum, infra eod.* subscribit Aret. *in cap. quia V. num. 14. de iudic.* Cuius con-
37 clusionis ratio est, quòd † licèt hæres
adeat hæreditatem in certo loco, tamen per fictionem iuris videtur eam adiuisse in loco, in quo maior pars hæreditatis est: & ideo in eo loco conueniri potest, *& ita Paul. & Iacobin. in d. l. si fideicommissum.* quod in effectu volunt Angel. & Ias. *in l. cum res num. 13. infra de legat. 1. & Anton. de Mtth. de prorogatione iurisdict. num. 68.* quibus addo Salic. *in l. 1. num. 4. ad finem Cod. vbi conueniatur qui certo loco promisit.*

38 Sed † non est tuta hæc ratio, quia
nullibi probatur inducta hæc fictio: neque in facto consistentibus, regulariter locus est fictioni, *l. denique, supra quibus ex causis maiores l. cum hæredes in princ. infra de acquirend. possess.*
39 Quare † reiecta prædicta ratione &
alia Baldi *infra eod.* aptior ratio est, quòd licèt hæres adeundo hæreditatem videatur quasi contrahere cum legatariis, *vt in §. hæres Instit. de obligat. quæ ex quasi contract.* tamen solutionem illorum videtur tacitè conferre in locum, vbi fuerit maior pars hæreditatis, nam cùm ius percipiat in prædicto loco legata peti, & solui, *l. vni Cod. vbi fideicommissum peti debeat*, eodem modo videtur hæres se obligasse ad soluendum, *argum. l. si duo infra de*
acquirend. hæred. Succedit † igitur re- 40
gula, quòd vbi contrahitur in certo loco, & in alium confertur solutio, non censetur contractum in loco, in quo verba contractus fuerunt prolata, sed in loco, in quem fuit collata solutio *l. contraxisse infra de act. & oblig. l. 3. infra de bonis authoritate iudicis possidendis*, quæ regula etiam locũ habet in quasi contractibus. *Lãcelot. Decius in l. si fideicõmissum, in prin. infra eod.*

Ex qua ratione consequitur, quòd † 41
in loco aditionis hæres nullo modo conueniri poterit, cùm in loco, in quem collata est solutio, videatur quasi contraxisse, & in loco, in quo sit maior pars hæreditatis, *vt tradit Paul. & Iacobin. in l. si fideicommissum infra eod. Paul. Castrens. in l. non alias, n. 3. infra eod.* quicquid contradicat Curt. Iun. *l. 2. §. omnes, num. 11. supra eodem, & §. apud Labeonem, num. 5. infra hac l.*
Vnde † exceptio resultans ex dispo- 42
sitione *d. l. si fideicommissum, infra eodem*: est exceptio incompetentiæ, quasi iudex loci, in quo fuit facta aditio, nullam habeat iurisdictionem in adeuntem, *glos. in l. sed etsi sua cœperit verb. non potest, infra eod.* & est de mente omnium, quicquid inuoluat Paul. Castrens. *d. l. si fideicommissum num. 2. & §. fin. ad finem eiusdem l.*
Item † est exceptio excludens legata- 43
rium à petitione legati, quasi non posset illud petere in loco aditionis, sed

in loco, in quo sit maior pars hæreditatis, quamuis Paul. Castrens. *in d.l. si fideicommissum* §. *fin. num.* 1. *infra eod.* dicat, prædictam exceptionem opponi executioni legati, non autem illius
44 petitioni. Cuius † sententia tantùm admitti potest, quando hæres conuenitur in loco, in quo sit maior pars hæreditatis, & tamen res in specie legata sit in alio loco: nam tunc non opponetur exceptio petitioni legati, quæ congruo loco petitur, sed executioni sententiæ, quasi legatum sit præstandum in eo loco, in quo erat tempore mortis defuncti, *l. quod legatur* 38. *infra eodem & l. cum res.* 49. *infra de leg.* 1.
45 Conclusio † tamen deducta ex *d. l. si fideicommissum*, aliquas recipit declarationes, quas breuiter perstringemus. Prima igitur declaratio colligitur ex *l. sed etsi susceperit* §. *fin. infra eod.* quæ probat hæredem posse conueniri in loco in quo res legata est, etsi in diuerso loco sit maior pars hæreditatis, notat Octauian. Cacheran. *cons.* 32. *nu.* 5. & probat *l. final. tit.* 9. *part.* 6. &
46 poterit esse ratio, quòd † testator videtur velle, vt res præstetur in loco, in quo est tépore mortis testatoris, *dict. l. cum res* 49. *de leg.* 1. propter quam testatoris voluntatem, poterit hæres etiam conueniri in loco, in quo res legata extitit: *facit l. sed etsi susceperit* §. 1. *infra eodem.* Item potest esse ratio, quia
47 † cùm ius constituat legatum præstari in loco, in quo erat tempore mortis, hæres adiens videtur se alternatiuè obligare ad soluendum legatum, vel in loco, in quo sit maior pars hæreditatis, vel in loco in quo res existit: & ratione huius quasi contractus conueniri etiam poterit in loco, in quo res legata extitit. Quod aliis rationibus probat Salyc. *in l. vnica nu.* 3. *Cod. vbi fideicommissum peti*
48 *debeat.* Sed † aduersus hanc primam declarationem nimis videtur vrgere text. *in l. quod legatur* 38. *infra eodem*, qui secundùm interpretationem glos. *fin. ibi ad finē* probat, quòd licèt quoad præstationem legati, & solutionem nulla sit differentia, vtrum legatum petatur actione personali, vel vindicatione, quia semper præstandum est in loco in quo extitit, tamen † quoad 49
petitionē legati est differentia, vtrum petatur actione personali ex testamento, vel rei vendicatione. Nam primo casu significat text. quòd non poterat peti in loco, in quo res legata extitit. Conuenietur igitur in loco, in quo sit maior pars hæreditatis iuxta regulam *l. si fideicommissum, in principio infra eod.* vel in loco, in quo hæres habet proprium domicilium §. *penult. eiusdem legis.* In secundo † autem 50
casu poterit etiam conueniri in loco, in quo prædicta res sita est, & est recepta hæc resolutio per Doctores *in dict. l. quòd legatur Paul. Castrens. & Fulgos. in l.* 1. *Cod. vbi fideicommissum peti debeat, Antonius Peregrinus de fideicommissis, articul.* 53. *numer.* 1. & probat. *l. final. titul.* 9. *partit.* 6. *& ibi notat. Gregorius.*

Quicquid † Anton. Gom. 1. *tom.* 51
cap. 12. *num. final.* & Octauian. Cacheran. *cons.* 32. *à num.* 3. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 202. *num.* 12. & ante eos Salyc. *in l. vnica nu.* 3. *Cod.* vbi fideicommissum peti debeat, existiment, quòd siue res petatur actione personali, siue reali, peti potest in loco, in quo res extitit, etsi maior pars hæreditatis in alio loco sit. Nam imò
† est distinguendum, vtrùm petatur 52
res per actionem personalem, vel realem iuxta differentiam supra relatam, iuxta quam debet declarari generalitas *d. l. sed etsi susceperit* §. *fin. infra eod.* vt † tantum procedat, quando res 53
legata petitur rei vendicatione, quod ibi de plano admittunt glos. *in d.* §. *fin. verb.*

verb.iubendum.& ibi Bald.2.*lectura ante finem*, & Iacobin. *nu.* 2. & ante eos
54 Odofred. & pariter ita videtur † explicanda *l.fin.tit.9. part.6.*dum etiã in-
55 distinctè dicit, quòd † res legata peti potest in loco, vbi res existit: nam cùm desumpta sit ex dictis Azonis *in summa, C.vbi fideicommissum peti debeat*, qui apertè facit differentiam, vtrum res petatur actione personali, vel reali, iuxta illius dicta explicanda est.

56 Neque † hæc differentia ratione caret: nam quando petitur res per rei vendicationem, & per actionem personalem in rem scriptam, potest actor eam petere in loco, vbi res est: quia ratione rei sitæ, videtur forum sortiri *l.fin. C.vbi in rem actio, latè Tiraq. lib. 1. retract.§.8.gloss.5. num.9.* Meritò igitur legatarius agẽs rei vendicatione eam petere poterit in loco, in quo sita est res, sed quando legatarius agit actione personali ex testamẽto, cessat prædicta ratio. Nam cùm non conueniat reum ratione rei sitæ per actionem realem, non poterit eam petere per actionem [illegible] alem, in loco, in quo res existit, [illegible] in loco, in quo hæres aliàs sortitur forum, scilicet in loco sui domicilij: aliàs excipere poterit, quòd alibi sit maior pars hæreditatis *gloss.in l.forma §. si verò quis agrum verb. leuari infra de censibus, Bart.in l.final. ad fin. C. vbi in rem actio*, vbi ita interpretatur *l. quod legatur infra eodem, subscribit Marian. in c. sanè num. 6.vers. 7. declarat.de foro competenti Roman.cons.197. in principio, Tiraquell. lib. 1. retract. §.8. gloss.5. num.* 1. quibus adde Paul. Castrens. *in lege quod legatur, ante finem, infra eod.*

57 Cæterùm † quia negari non potest, per prædictam declarationem nimis restringi generalitatem *d.l. sed etsi susceperit §. fin. infra eod.* vt ibi aduertit Fulg.*nu.* 1. & Salyc. *in l. vnica nu.* 3. *C. vbi fideicommissum peti debeat.*

Ad † veram explicationẽ huius dif- 58
ficultatis aduertendum est, quod dict. *l.etsi susceperit §.final.* continuatur (cum *§.libertis proximè* præcedenti) qui apertè loquitur de legato soluendo Romæ. Vnde *§. final.* qui cum eo continuatur, debet in eisdem terminis intelligi, scilicet quòd loquatur de legato existẽti Romæ, & probat text. quòd
licèt, vbi † fideicommissum petitur 59
actione personali, petenti obstet exceptio, quòd alibi sit maior pars hæreditatis: tamen si legatum existens Romæ petatur actione personali, petenti non obstabit prædicta exceptio, & ita in effectu Bal. *d. l. sed etsi susceperit §.fin. ante finem & ibi Fulgos. num.* 1.
infra eodem. Et † est ratio, quia Romæ 60
quilibet cõueniri potest pro quocunque debito tanquam in communi patria *l. Roma infra ad municip.* Meritò igitur Romæ hæres conueniri potest per actionem personalem pro fideicommisso: & pari ratione in loco propriæ originis, vel paternæ, quia eadem militat ratio: quod tenet Anton. Peregrin. *tract. de fideicommissis art.53.*
num. 7. Sed † non placet hæc ratio, 61
quia confunditur per *d. l. sed etsi susceperit §. final. eod.* quæ videtur copulatiuè requirere, quòd conuentio fiat Romæ: item quòd res legata ibi existat: quasi alterum non sufficiat. Ve-
rius ergo resoluendum est, quòd † hæ- 62
res mero iure conueniri potest Romæ, per actionem personalem pro legato, iuxta regulam *d.l. Roma infra ad municipalem.* Sed quia huic hæredi cõceditur à iure exceptio: quòd alibi sit maior pars hæreditatis, ad eam excludendam requiruntur copulatiuè illa duo requisita, de quibus supra quasi forus per illa duo copulatiuè concurrentia magis fortificetur, & ita excludat prædictam exceptionem, vt in simili considerat Paulus *in l. fideicommissum §. final.infra eod.* & pari ratione idem

63 idem † esset admittendum, si quis conuenitur actione personali pro fideicommisso, & simul ibi esset res legata: quia in his terminis eadem militaret ratio, & ad hoc expendo *l. quod legatur* §. *præterea infra eod.* dum probat,
64 quòd † si quantitas in genere legata sit, debet præstari, vbi petitur, quod gl. ibi verbo (*vbi petitur*) communiter recepta interpretatur, quando peteretur in loco congruo, & in quo hæres conuentus sortiebatur forum, & subscribit Salyc. *in l. vnica ad finem C. vbi fideicommissum peti debeat.* Subdit vlte-
65 rius *d.* §. *præterea,* quòd † si quantitas sit legata tanquam certa species, tunc non idem obseruabitur: quia non fiet petitio, nec executio in loco, in quo res illa petitur, sed in loco vbi res est, explicat notab. *Dec. consf.* 566. *num.* 2. *& in l. vinum n.* 12. *supra si cert. pet.* & Menoch. videndus *de præsumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 200. *nu* 4. Aliàs hæredi competet exceptio de qua in *d. l. si fideicom-*
66 *missum infra eod.* Tantum † igitur non obstabit prædicta exceptio, si hæres conueniatur in loco proprij domicilij, *l. si fideicommissum* §. *penult. infra eod. & ibi notat. gloss. Paul. Lancelot. Dec. & Iacobin.* & probat *l. fin. tit.* 9. *part.* 6 Ratio colligitur *ex* §. *final. infra hac l.* ex quibus colligit Paul. Castr *in l si fideicommissum,* § *sed etsi susceperit, infra eod.*
67 quòd † licèt in locis, in quibus hæres conueniri potest, quia in illis sortitur forum, nihilominus ei competat exceptio quod alibi sit maior pars hæreditatis: tamen quando conuenitur in proprio domicilio, non dabitur ei prædicta exceptio, quod declarandum est, vt proximè diximus.

68 Secundò † principaliter limita conclusionem deductam ex *dict. l. si fideicommissum, infra eodem*, vt non procedat, si hæres sponte sua soluat aliquod legatum in loco, in quo competebat ei prædicta exceptio: nam tunc cogetur omnibus aliis legatariis soluere in eodem loco, non obstante prædicta exceptione. Et ita videtur probare text. *in l. fideicommissum* 50. §. *final. infra eodem, & ibi notant Albericus Paul. & Iacobin. num.* 2. *Ang. in l.* 1. *num.* 5. *Cod. de fideicommiss. Duenhas regul.* 161. *num.* 4. *Anton. Peregrin. de fideicommiss. art.* 53. *num.* 4. & probat *l. final. tit.* 9. *part.* 6. *& ibi notat Gregor. in verb. comencare à pagar.*

Sed † est subsistendum, quia huic 69
conclusioni apertè videtur repugnare text. *in l. Lucius la segunda* §. *testator infra de legat.* 2. vbi textus (*secundum vnum intellectum*) probat, quod licèt hæres vnum legatum ante tempus soluerit, non ob id cogendus est alia legata soluere ante tẽpus: Ergo idem dicendum est in loco, cùm valeat argumentum de loco ad tempus, *l. vinum infra si cert. pet.* Item in contrarium vrget traditio gl. 3. *l.* 2. *de fideicomm ssis, & l. non dubium Cod. de testam.* quòd † 70
si hæres vnum legatum inutile scienter soluerit, non ob id cogetur alia legata inutilia soluere, & planè valet argumentum de re ad locum *l. si quis ita infra de auro & argento legat.* Accedat, quod in actibus voluntariè factis nulla † fit extensio vltra actum expres 71
sum *l. voluntariè Cod de excusat. tutor. l. fin. C. ne vxor pro marito,* quibus rationibus à limitatione supra relata recedunt Lanceclot. Dec. & Costalius *l. si fideicommissum* §. *final. infra eod. l. si.* § *l* 2. *num.* 9. *C. de fideicomm Guilhel. c. Raynut. tract. de legat. num.* 176.

Neque † pro prædicta limitatione 72
facit *d. l. si fideicommissum* §. *final. infra eod.* quia textus non dicit, quòd si hæres soluit vnum legatum in certo loco, cogatur omnia alia legata soluere in eodem loco: sed potius quòd si hæres incipit legatum soluere, scilicet tradendo illius partem, cogetur in eodem loco soluere, id, quod deest ad

integritatem legati, *vt ibi aduertunt Lancelot. Dec. & Costalius*, & in simili probatur *l. sed & Iulianus §. final. cum gl. vltima infra ad Macedon.*

73 Inuenio † tamen, quòd Paul. Castrens. *d. l. si fideicommissum §. final. infra eod.* concordat opiniones hoc modo, quòd si hæres soluit vnum legatum, in loco, quo mero iure conueniri poterat, quamuis ei competeret exceptio, quòd alibi esset maior pars hæreditatis, tunc cogetur in eodem loco omnia legata soluere quasi prædictus forus per spōtaneam solutionem fuerit fortificatus: Sed si soluit in loco, in quo forum nullo modo sortiebatur, non cogetur in eodem loco aliis legatariis soluere, quia licèt spontanea solutio, sit modus fortificandi forum,

74 non † est tamen modus inducendi illum de nouo, quia id iure cautū non inuenitur.: quam concordiam vti receptam refert Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 53. num. 3.* Pro qua concordia expendi potest *l. secunda. cum glos. 3. Cod. de fideicommissis* adiuncta *auth. sed*

75 *cum testator C. ad l. falcidiam*: Ex † quibus colligitur, quòd si vnum legatum inutile soluatur scienter ex testamento, non ob id cogetur alia legata inutilia soluere, & tamen si legata sint mero iure debita, ex quibus tamen poterat deduci falcidia, si vnum legatum integrum soluatur, ex aliis etiam non poterit deduci falcidia: quæ distinctio satis concordat cum distinctione Paul. Castrens.

His tamen non obstantibus verius est: quòd qui vnum legatum soluit in certo loco, non ob id cogetur legata alia in eodem loco soluere, &

76 quidem indistinctè. Pro qua † opinione potest retorqueri dict. *l. fideicommissum §. final. infra eodem*, vbi hæres cœpit soluere vnum legatum in loco aditionis, in quo nullo modo poterat conueniri, *vt supra diximus*, & tamen textus probat, quòd fideicommissum, quod incepit solu[e]re in certo loco, cogetur illud integraliter solue[r]e, in eodem loco, apertè sentiens, quòd alia diuersa fideicommissa minimè tenebitur soluere in eodem loco.

Vltimò † limita conclusionem *d. l. fideicommissum*, non procedere, si hæres promiserit soluere legata in certo loco: nam tunc ratione promissionis tenebitur in † eo loco soluere, quod probat *l. quamuis 51. §. fin. infra eod. & ibi notant omnes, & Ant. Pereg. tract. de fideicom. art. 53. num. 4. Ant. de Math. de proroga. iurisdict. num. 68. ad medium vers. & nisi hæres.* 77 78

Sed † ad perfectam explicationem *d. l. quamuis §. final.* aduertendum est, quòd loquitur in fideicommissis, & gl. ibi exponit *(hoc est hæredibus)* cum qua omnes transeunt, quæ tamen expositio vim litteræ infert, & ideo considerandum est, quòd licèt libri vulgares habeant *(fideicommissarium)* in plurali: tamen prædictæ Florentinæ, habent verbum *(fideicommissarius)* in singulari, quod † & exigit ratio recti sermonis: & conuincitur ex littera *d. l. sed etsi susceperit 52. infra eod.* & aduertit Lancel. Dec. *l. fideicommissum §. fin. infra eod.* & secundùm hanc veram litteram probabit *d. l. quamuis §. fi.* Quòd si hæreditas fuerit per hæredem restituta fideicommissario vniuersali, & sic in eum transiret onus soluendi legata *l. fin. Codic. ad Trebell.* quòd si is promittat soluere legata certo loco, ibi † ea tenebitur soluere, & eadem ratione hæres, qui ante restitutionem fideicommissi, eandem fecit promissionem, ibi tenebitur soluere legata particularia: quod tamen intelligebat Fulgos. *in l. si fideicommissum num. 7. infra eodem*. quando locus ille, in quem fuit collata solutio legatorum, esset talis, in quo aliàs promittens sortiretur forum, quia aliàs simplex consensus 79 80 81

consensus partium non poterit facere, competentem iudicem: qui aliàs
esset incompetens *l. si conuenerit supra*
82 *de iurisdict. omnium. iud.* Sed † non
83 placet hæc declaratio, quia † est contra generalitatem *d.l. quamuis §. final. infra eod.* Neque repugnat *d.l. si conuenerit*, quia procedit, quando quis per
actum nudum promisit, quod respondebit coram iudice incompetenti, *vt*
84 *ibi declarat Bartol. num.* 4. Porrò † autem *d.l. quamuis, §. final. infra eod.* dum loquitur, quando quis promisit soluere in certo loco, nam tunc pacto tenebitur promittens stare, neque admittetur pœnitentia *cap. dilecti de foro competenti*, quod probat *dict. l. quamuis §. final.* procedere, etiam si contractu iam firmato, conuentio fiat de soluendo certo loco: notat Anton. *in cap. fin. num.* 12. *post medium de foro competenti*, eleganter addens, in hoc tamen esse differentiam, inter
85 prædictos casus: quia † si ante contractum firmatum fiat conuentio, de soluendo certo loco, non videbitur promissor forum sortiri ratione contractus in loco, in quo verba fuerunt prolata: sed potius in loco, in quem destinata fuit solutio, *l. contraxisse infra de act. & obl. l.* 3. *infra de bonis authoritate iudicis possidendis.* Sed si contractu iam firmato in alium locum destinetur solutio, tunc in loco contractus & solutionis collatæ, poterit conueniri, *subscribit Dec. cap.* 1. *in prima lectura col.* 22. *ad finem, & ibi Rip. num.* 63. *de iudic. Dec. in l. si conuenerit n.* 32. *ad finem. sup. de iurisdictione omnium iudicum, Felin. in c. fin. n.* 17. *de foro competenti. Sapia. §. illud num. fin. infra hac l.*
86 Neque † est omittendum, quod *d. l. quamuis in principio*, continuatur cum *§. fin. d. l. præcedentis*, in quo dictum fuerat, quòd si hæres, antequam restitueret fideicommissum vniuersale, cœpit soluere vnum legatum, tunc in eodem loco fideicommissarius vniuersalis tenebitur perficere solutionem iam incœptã in eo loco per hæredem, quod † est notabile ad decla- 87
rationem legis final. *Codic. ad Trebellian.* quod locum habet, etiam si in eo loco fideicommissarius non habeat
domicilium, est † enim is nouus ca- 88
sus, in quo hæres, & fideicommissarius conueniuntur in certo loco, etiamsi in eo non habeant domicilium, ad limitationem legis *si fideicommissum* 50. *§. penult. infra eod. & notat Gregor. in l. fin. tit.* 9. *part.* 6. *verb. començare à pagar.*

His † ita explicatis vltimo ex isto 89
textu notandum est, quòd hæres est conueniendus in loco, in quo defunctus debuit, non obstante quocunque priuilegio ipsius hæredis: sed ad-
uersus hoc † notabile glos. hic verb. 90
excusatur opponit *d.l.* 2. *§. lega. supra eod.* vbi legatus, si hæres sit alterius, non potest conueniri pro debitis defuncti, dũ durauit legatio: quãuis defunctus in eo loco, & tempore, potuit conueniri: Cui difficultati respondet prædicta glos. textum esse intelligendum de priuilegio particulari hæredi competenti. Nam si habeat priuilegium in corpore iuris clausum, eo vti poterit, non obstantibus verbis generalibus huius text. quam glos. responsionem probant Bart. Bald. & Paul. hic & alij communiter, *vt hîc asserit Curt. Iun. n.* 9. *Franciscus à Ponte consil.* 18. *num.* 18. *Boer. l. consentaneum num.* 151. *C. quomodo, & quando iudex. Ant. de Math. de prorog. iurisd. n.* 68. Ex † eaque colligitur, quod 91
clausula generalis (*non obstante quocunque priuilegio*) non censetur relata ad priuilegia in iuris corpore clausa: *extollit Roman. consil.* 498. *nu.* 15. *Sapia. hic num.* 8. *Couar. pract. q. c.* 8. *n.* 4. & consequenter, quòd priuilegium in corpore iuris clausum difficilius reuocatur *Menoc. de præsũpt. lib.* 6. *præsũpt.* 40. *n.* 13.

 Sed

92 Sed † circa hæc dicta gl. & Doct. in primis aduertendum, quod *l. 2. §. legatus supra eod.* quam gl. inducit aduersus istum textum, parum facit: neque enim loquitur, quando legatus tanquam hæres successit defuncto, & pro eis contractibus conuenitur: & ideo
93 † potius allegare debuisset *l. de eo, infra eod.* vbi legatus adiuit hæreditatem illius, qui eum hæredem instituerat: & tamen dum durat legatio, interim neque à legatariis, neque à creditoribus conueniri potest, & sic neque in loco aditionis, neque in alio loco conueniri potest, etiamsi defunctus in eo loco, & tempore conueniri poterat. Rationem reddit Paul. Castren. *l.*
94 *non alias num. 3. infra eod.* quod † in loco aditionis hæres non conuenitur, sed tantùm in loco, in quo fuerit maior pars hæreditatis *l. si fideicommissum 50. in pri. infra eod.* quam tamen rationem non admittit Curt. Iun. *l. 2. §. omnes nu. 11. supra eod.* & apud Labeonem *num. 5. infra hac l.* quia dict. *l. de eo* significat id speciale esse in legatis, quasi alij hæredes, qui legati non essent, conueniri possent in loco aditio-
95 nis: sed vtique ambo falluntur, quia † dict. *l. de eo, infra eod.* loquitur tam in creditoribus hæreditariis, quam in legatariis, respectu autem legatariorum certum est, legatum hæredem adeuntem, non posse cum effectu conueniri in loco aditionis: sed vbi fuerit maior pars hæreditatis *d. l. si fideicommissum.* Sed respectu creditorum hæc ratio non militat, quia creditores non conueniunt hæredem in loco aditionis, sed in loco, in quo defunctus conueniri poterat, vt probat noster text. quia repræsentat illius personam, & ideo verius respondendum
96 est: rationem *d. l. de eo infra eod.* in eo † consistere, quòd legatus hæres durante legatione non potest conueniri à creditoribus & legatariis, ne propter hoc impediatur vtilitas publica legationis. Non igitur propter proprium priuilegium legati, mutatur forus & competentia iudicis, sed tantùm differtur effectus conuentionis, dum durat legatio propter prædictam rationem.

Præterea † est aduertendum, quod 97
Lancelotus Dec. hic existimat expositionem huius gl. non fuisse necessariam: nam is text. clarè loquitur de proprio priuilegio hæredis, ac ita tacitè videtur excludere priuilegium, quod ei competit ex dispositione iuris communis: quod non dicitur proprium alicuius, sed potius commune omnibus, quæ tamen consideratio vtilis est, quia vltra replicationem Curt. Iun. *hic n. 9.* ego † replico: quod 98
priuilegia iuris communis relata ad particulares propria illorum dici possunt, *l. penult. Cod. de pact.*

Vlterius † & tertiò est aduerten 99
dum, quòd licèt conclusio glos. & Doctorum *supra relata* in regno Portugalliæ sit approbata per ordinationem *lib. 3. tit. 10. §. 3. veteris impressionis, & hodie lib. 3. tit. 11. §. 2. noua impressionis.* Tamen in puncto iuris contrarium videtur verius, imò quòd verba generalia huius text. comprehendant etiam priuilegium hæredi competens ex dispositione iuris communis. Et † 100
patet, quia hæres in hac materia non consideratur ex propria persona, sed ex persona defuncti, quam repræsentat *Curt. Iun. hic n. 1. & diximus in prin. huius legis.* Ergo cùm conueniatur tanquam repræsentans defunctum, non poterit vti proprio priuilegio, etiam ex dispositione iuris communis competenti, cum eius persona non consideretur, sed potius persona defuncti: Præterea † in hoc casu con- 101
currit veritas, scilicet vera persona hæredis, qui est conueniendus, item & ficta, quatenus repræsẽtat defunctum.

Succedit

102 Succedit igitur regula, quòd † vbi
concurrunt veritas & fictio eodem
tempore ad diuersos effectus, fictio
sic præualet veritati *Bart. in l.1.§. hoc
autem nu.3.infra ad Syllanianum*, *Ruin.
in l.1.§. bonor. num.12. infra ad Trebell.*
103 Denique contra † communem vide-
tur text. *in l. fiscus 6. infra de iure fisci*,
nam quando fiscus conuenitur pro
debitis illius, cui successit, necessariò
conuenitur pro his, quæ antecesse-
runt eius successionem: Ergo respe-
ctu illorum nullum habet priuile-
gium pro eis *d.l.fiscus*,& sic conueniri
debet in loco,in quo ille,cui successit,
conueniri poterat, iuxta regulam no-
stri text.& communis opinio contra-
riũ,nihil adducit pro se, quod vrgeat.
104 Ex qua † opinione aduersus com-
munem ita defensam, infertur quòd
clericus succedens laico, si pro de-
bitis defuncti conueniatur, tenetur
respondere coram iudice seculari,co-
ram quo defunctus conueniri pote-
rat: nam cùm non conueniatur ex
propria persona, sed ex persona de-
functi, tanquam illum repræsentans,
necessaria videtur prædicta conse-
105 quentia, quod † tenuisse aliquos anti-
quos asserit gl.2. *in c. clericum nullius*
106 *11.q.1.* Quamuis ipsa † ab eorum opi-
nione, tanquam falsa recedat, sed
imò secundùm opinionem illorum
antiquorum, ibi ergo non fuisse iudi-
catum asserit Albe.*hic num.4.* qui licèt
addat, hanc opinionem illorum anti-
quorum iure ciuili veram esse, & iure
Canonico nullo modo posse proce-
107 dere, tamen † prædictam opinionem
tam iure ciuili, quam Canonico ve-
ram esse latè comprobat Menchac.
108 *de success.creat.§.22.à n.70.*& eam vti †
veriorem probat & defendit Imol. *l.
si eum hominẽ n.4.infra de fideiuss* & eam
expresse probat *l.57.tit.6.part.1.*quam
tanquam iustam & iuri consonam re-
ferunt Pallat.*rep.rub.§.39.n.8.* & Soa-

q. re sol. n. 123. & melius. num. 127. & 129.

res *l.post rem iud.1. extensione ad l. regni
n.4. ad finem infra de re iud. Aules de
Pretor.c.10.n.66.* † & quamuis Greg. 109
d.l.57.tit.6. part.verb.demanda, intelli-
gat eam legem loqui, quando lis erat
cœpta cum defuncto, & subscribit
Auend.*lib.1.de exequend.mand.c.1.n.33.*
tamen generalitas verborum prædi-
ctæ legis hanc restrictionem non ad-
mittit, vt aduertit Vilhalob. *in ærario
comm.opin. sub littera C.n.101.* & Ola-
nus *in concord.iur.sub ead.littera G.n.28.*
Præterea licèt Parlador. *rer. quotidia-
narũ lib.2.in 2.p.§.1.n.9.pag.172.* dicat
conditores † illius legis voluisse faue- 110
re Regibus secularibus,& quod tamẽ
ea lex tanquam repugnans libertati
Ecclesiasticæ non sit obseruãda,quod
& sentit Couar.*pract. q.c.8.n.4.* Mira-
tus † conditores legum partitarum, 111
opinionem veterũ approbasse:tamen
† si iuris rationes bene expendantur, 112
verior videtur opinio quam probauit
prædicta lex partita, & cum hæres
clericus nõ ex sua persona,sed ex per-
sona defuncti conueniatur: ex qua
etiam ratione,prędicta † lex non vide- 113
tur obuiare libertati Ecclesiasticæ,
cùm hæres non tanquam clericus:sed
tanquam repręsentans defunctum lai-
cum, conueniatur, & satis conuenit,
l.15.tit.4.lib.5.Ordinament.

Non † tamen nego, receptam esse 114
sententiam à Legistis, & Canonistis,
clericum hæredem non posse conue-
niri coram iudice seculari: coram
quo poterat defunctus conueniri. Ita
enim concludit gl.2.*cap.cler.nullus 11.
q.1.* & probat Bart.*hic n.1.*ex doctrina
† gl.hic *verb.excusatur.* Secundũ quam 115
hæres clericus regulariter conueniri
non potest coram seculari:quia habet
priuilegium contrarium in corpore
iuris clausum. Quòd si haberet priui-
legium particulare, vt coram certo
iudice conueniretur, tunc locum ha-
beret regula huius text. & cõmuniter

 recipitur,

est veriùs, sed & receptius: vt contra Marantam, & alios resoluit Viuius. *lib. 2. comm. opin. opin.* 48. & hác opinionem esse veriorem, & magis communem asserit Andr. Gailus. *pract. obser. lib.* 1. *obs.* 37. *nu.* 9. *Menchac. de success. creat.* §. 22. *nu.* 72. quidquid Azeued. *l. fi. tit.* 4. *lib.* 5. *ord nu.* 6. *ad finem* dicat, hanc cõtrouersiam, adeò esse ambiguam, vt in ea necessaria sit decisio regia, & cõtra magis communem videatur incli-

138 nare. Non † recedendo igitur à magis communi opinione legibus Hispaniæ comprobata: non obstabunt rationes contrariæ opinionis, quia ad primam rationem deductam ex *gloss. c. is qui in ius, de reg. iuris in* 6. & ex Panor. *d. c. quia V. col. fi. de iudiciis:* respõdetur, inter hos casus manifestam esse rationem differentiæ, quia quando adhuc cum defuncto non erat incœpta lis, ea necessariò incipit, post quàm clericus erat iam effectus dominus hæreditatis per aditionem, & sic coram suo iudice est conueniendus: sed quando lis iam erat cœpta cum defuncto, ea lis antecedit tempus, quo clericus efficitur dominus hæreditatis per aditionem, & ideò quoad eam litem non poterit vti suo priuilegio, iuxta regulam legis *fiscus* 6. *infr. de iure fisci*, aduertit Aretin. *cap. quia V. nu* 15. *de iudic.*

139 Non † obstat secundò *d. l. si constante* §. *fin. i ifra soluto matrim.* Nam in primis est aduertendum, tex. illum tantum probare, quòd si dos publicata sit, in totum expirat iudicium motum per mulieres super dote, quia iam eius nihil interest: nõ tamen negat instantiam transire in fiscum, tanquam vniuersalem dotis successorem, iuxta regulam *l. tam ex contractibus, infr. eodem*, quem intellectum probarunt antiqui, quos refert & sequitur Deci. *c. quia V. nu.* 10. *de iudic.* & probat Duaren. *dict. l. constante* §. *final.*

140 Item † respondetur, quòd *d. l. si constante* §. *fin.* loquitur, quando fiscus succedit in dote propter publicationem bonorum, nam tunc non † tran- 141
sit instãtia in fiscum: quia non repræsentat personam condemnati: quamuis illius videatur vniuersalis successor, *gloss. l. neu tito verb. ad hæredem, infr. de nouatio.* aliud igitur erit, si tanquam hæres, & repræsentans personam defuncti in bonis succedat: nam tunc instantia in eum transibit: quod ita tenet post alios Alexan. *d. l. si constante* §. *fin. num.* 4. *Dec. d. c. quia V. num.* 10. *ad finem*, & asserit receptum Curt. Iun. *hic nu.* 12. *Cagnol. l.* 2. *nu.* 252. *C. de pactis inter emptorem.* Quinimo † & illud pro- 142
bat *d l. si constante* §. *fin.* quòd quando fiscus succedat in bonis, tãquam quidam vniuersalis successor, non transit ad eum instantia, intelligendum est, quando succedit actori, vt sunt termini illius text. Nam si succedat reo, tunc instantia cœpta cum reo, in fiscum transibit, iuxta regulam legis tam ex contractibus *infra eodem*, & rationem differentiæ assignat Imol. *l. si eum hominem nu.* 3 *infra de fideiuss.* & sic opinio Panor. est omnino reiicienda: quam tamen si retineas, declarabis cum Ant. Angusola. *consil.* 59. *lib.* 3.

Et † pro complemento est aduer- 143
tendum, quòd in hoc articulo, dicetur lis cœpta cum defuncto, quando fuit citatus ad litem, quia per citationem dicitur præuenta iurisdictio *l. si quis postea quàm supra eodem.* Et † 144
ideò vt instantia transeat in hæredem, satis est quòd defunctus fuerit citatus ad causam *l. si petitur* 31. *infra eodem*: & supra diximus, & in terminis quoad effectum de quo supra sufficiat citatio, resoluit Couar. *pract. quæst. c.* 8. *nu.* 3. *ad fin.* & magis probat Andr. Gailus *pract. obser. lib.* 1. *obseruat.* 37. *num.* 9. & specificè probat ordinat. Portugalliæ *lib.* 2. *titul.* 1. §. 8. *noua*

recopi

recopilationis, quicquid Minsinger. *in*
decisione Cameræ centuria 3. obseruat.
45. ad finem, resoluat magis receptum
esse, vt in hoc proposito non dicatur
cœpta lis, nisi lis sit contestata, ita vt
non sufficiat citatio.

145 Et ex † his infertur annotatio ad
tradita per Baldum *auth. quas actiones*
num. 11 Cod. de Sacros. Eccles. dum facit
differentiam inter obligationem iam
contractam per defunctum, & inter
fori competentiam, concludẽs: quòd
obligatio iam formata in persona de-
functi ex persona hæredis non varia-
bitur, *l. 2. §. ex his infra de verbor. obligat.*
sed forus cùm respiciat iudicium, &
sic totus pendeat à futuro, non inspi-
citur persona defuncti, sed hæredis,
qui conuenitur, subscribit *Francisc. à*
Ponte consil. 18. num. 15. Soares l. post rem
iudicatam prima ampliatio. ad l. regni n. 4.
146 *inf. de re iudicata*: Hæc † enim differen-
tia confunditur per istum textum, vbi
forus defuncti non mutatur ex per-
sona hæredis priuilegiati. Quod si in-
telligas Bald. loqui in priuilegio hæ-
redis in corpore iuris clauso, tunc di-
stinguendum erit inter causam non-
dum cœptam cum defuncto, vel iam
cœptam iuxta communem distin-
ctionem supr. relatam, neque curan-
dum est vllo modo de prædicta di-
stinctione Baldi.

147 Sed ad † omnino perfectam expli-
cationem huius materiæ, & articuli,
aduertendum est, eum videri reduci
ad terminos distinctionis Petr. &
Cyn. auth. *quas actiones num. 5. ad finem*
C. de Sacros. Eccles. nam tractantes arti-
culum, vtrum in obligationibus con-
tractis priuilegiatus succedens non
priuilegiato, suo possit vti priuilegio,
duas principales constituunt conclu-
siones.

Prima est, quòd quando obligatio
148 † procedit ex contractu defuncti non
priuilegiati, successor priuilegiatus
illi succedens, non poterit vti priuile-
gio suo *leg. 2. §. ex his infra de verbor.*
oblig & quia cùm contractus † sit ce- 149
lebratus cum defuncto non priuile-
giato, iniquum esset, vt propter suc-
cessorem priuilegiatum, in aliquo fie-
ret deterior conditio contrahentis,
cum prædicto defuncto, *l. apud Iulia-*
num §. 1. infra quibus ex causis in possess.
eatur, imò cùm accessorium sequatur
naturam principalis *cap. accessorium de*
reg. iur. in 6. consequitur, quòd † & 150
executio illius obligationis non acci-
piet mutationem ex persona hæredis,
cùm illius accessoria sit, *gl. l. 3. §. sed*
vtrum verb. inuito, supra, de minoribus gl.
in rub. C. de executio. rei iudicatæ, Ang.
cons. 180. ante finem, & probat l. *Æmi-*
lius supra de minorib. tradit Balb. *de præ-*
scriptionib. 1. p. 6. principal. num. 31. & in
notab. casu Afflict. decis. 212. pariter, &
forus, qui est accessorius obligationis
† principalis, vt probatur *in princ. In-* 151
stit. de action. iuncto cap. forus in princ. de
verb. sign. etiam non accipiet mutatio-
nem ex persona hæredis priuilegiati,
vt probat is tex. & supra dictum est.

Limitabis † tamen prædicta non 152
procedere, si aliquid principaliter
actum sit cum ipso successore vniuer-
sali, nam quoad hoc hæres priuilegia-
tus vtetur priuilegio suo, quia cessat
ratio, de qua supra, quod probat *l. cùm*
filiusfamil. 49. §. in hac infra de verb. oblig.
& in hoc sensu † accipienda est di- 153
stinctio gl. *ibi verb. stetisse*, quam ibi
probat Bart. *num* 3. dum dicunt, quòd
si pœna conuentionalis committatur
propter factum, minor succedẽs pro-
missori maiori, non vtetur priuilegio
suo, *d. l. Æmilius supra de minoribus.*
Sed si propter factum, quod incidit
tẽpore minoris priuilegiati, aduersus
huiusmodi factum minoris restituetur:
Ratio enim huius distinctionis
colligitur ex supra traditis. Nam pri-
mo casu, pœna committitur ratione

solius conuentionis, neque aliquid gestum est cum minore priuilegiato. In secundo autem casu interuenit fa-
154 ctum minoris, propter † quod pœna commissa est, & ideò minor meritò aduersus illud, quòd cum eo gestum est, restituetur, *l. au prætor 7. in prin. supr. de minor.* Et hac ratione pro regula constituitur, quòd si totum negotium gestum sit cum defuncto non priuilegiato, & nihil gestum sit cum successore priuilegiato, in ea re nō vtetur successor priuilegiatus suo priuilegio, *Socin. d. §. in hac num. 6. & in notab. casu tradunt gl. & Bar. l. procura-*
155 *tor C. de edendo.* Quare † si emphyteusis sit accepta per maiorem, & hæres minor, quia non soluit debitum canonum, incidat in commissum, non restituetur ex priuilegio minoris ætatis, quia ex parte minoris tantum interuenit non factum, & pœna principaliter committitur propter contractum celebratum cum non priuilegiato. Vnde prædictus successor hoc casu non vtetur priuilegio suo, *iuxta sup. tradita*, & in specie ita resoluunt Bart. *d. §. in hac num. 4. & Soc. num. 6. Alciat. ad finem.*

156 Secunda principalis † conclusio prædictorum, in hac materia est, quòd si quis sit priuilegiatus, non in vtilitatem priuatam, sed in vtilitatem publicam principaliter, obseruanda tūc est distinctio *l. fiscus 6. infr. de iure fisci*, vt pro tempore antecedenti, successor non vtatur priuilegio suo, sed pro tempore currenti post successionem vtetur priuilegio suo, quamuis cum eo nihil gestum sit *d. l. fiscus & l. cùm quidam §. debitores supra de vsur. notat. Iacobi. hic ad finem Anchar. consi. 129. super primo num. 6. exornat. Lamberteng. in tract. de contractibus sine solemnitate factis in fine n. 264.*

157 Ex † quibus colliges in hoc differre secundam conclusionem istam, à prima supr. tradita, quòd in prima priuilegiatus non vtetur priuilegio, etiā quoad ea, quæ post successionem accidunt, si nihil cum prædicto priuilegiato actum sit, & tamen in hac secunda quoad tempus currēs post successionem, prædicto modo priuilegiatus vtetur priuilegio suo *d. l. fiscus.* Item in prima conclusione priuilegiatus non vtetur priuilegio suo, etiamsi ratione obligationis præcedentis successionem, fiat executio tempore priuilegiati, *vt dictum est*, & tamen in hac secunda conclusione diuersum erit, si post successionem, executio fiat tempore priuilegiati, vt colligitur ex *d. l. fiscus & l. cùm quidam §. debitores supra de vsuris, sentiunt Bald. d. auth. quas actiones num. 11. post medium Codic. de Sacros. Eccles. Angel. l. creditores num. 6. ad finem Cod. de pignorib. & in notab. casu tradit. Ias. l. 2. numer. 51. Codic. de iure Emphyt. & d. auth. quas actiones num. 37.*

Ex † quibus duabus conclusionibus; ita explicatis inferendo ad veram resolutionem huius materiæ, & articuli, concludendum est, regulam huius text. generaliter procedere in quocunque priuilegiato, etiamsi habeat priuilegium in corpore iuris clausum, modò competat principaliter ratione personæ. Nam tunc reducimur ad terminos primæ conclusionis supra positæ. Quare † si defuncto succedat vidua, vel pupillus, vel miles, tenebitur respondere cotam iudice, coram quo defunctus debuit conueniri. Quia † priuilegium in fauorem patris principaliter inductum hoc casu nihil ei proderit *l. pen. Cod. de pactis*, & in specie tradit Cynus *d. auth. quas actiones num 6* Contrarium † tamen tenet Bald. *ibi num. 11. Fulgos. hic n. 1. Paul. n. 3. Iacobin. n. 4. & Ant. de Math. de prorogatione iurisdict. num. 68.* moti ea ratione, quia cùm prædicti habeant

(Right margin numbers: 158 at "Ex † quibus duabus conclusioni-"; 159 at "nis supra positæ. Quare † si defuncto"; 160 at "ueniri. Quia † priuilegium in fauo-"; 161 at "† tamen tenet Bald.")

habeant priuilegium in corpore iuris clausum, poterunt eo vti iuxta communem resolutionem huius text.

162 Sed facilè † respondetur, communi resolutioni addendum esse quòd vt aduersus obligationem cum defuncto contractam priuilegiatus hæres vtatur suo priuilegio, non sufficit priuilegiũ esse in corpore iuris clausum, sed etiam requiritur, quòd competat propter bonum publicum: nam si propter solam personam priuatam competat, non poterit eo vti, *iuxta*

163 *proximè tradita in prima conclusione*: In † regno sanè Portugalliæ pupillus & vidua, vtentur in his terminis priuilegio suo, etiam si lis iam esset contestata cum defuncto, contra regulam *leg. qui Roma* 34. *infra eodem* ita enim clarè disponit ordinatio *lib.* 3. *tit.* 4. §. 3. *ordinationis antiquæ, & hodie lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *recopilationis nouæ*, quod tamen

164 est speciale in illis personis: Nam † extra illas, etiam in eo Regno communis resolutio procedit, vt si lis contestata fuerit cum defuncto, hæres, quoad illam non vtatur priuilegio suo, aliàs eo vtetur, vt disponit Ord. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 18. *noua recopilationis*. Quinimo & illud, quod specialiter

165 disponitur † in prædictis per Ord. *lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *noua recopilationis*, limitandum est, non procedere, si hi fiant hæredes, postquam erat conclusum in causa cum defuncto, nam etiam prædictæ personæ hoc casu vti non poterunt suo priuilegio, *vt tradit Afflict. lib.* 2. *constit. rub.* 19. *num.* 18.

166 Ex † secunda autem conclusione supra relata infertur, quòd cùm priuilegium competat clerico propter ius publicum *c. si diligenti de foro compet.* respectu illius priuilegij, inducetur distinctio *l. fiscus* 6. *infra de iure fisci*, & ita expresse Cyn. *auth. quas actiones*

167 *n.* 3. *& ibi Ias. n.* 39. Vnde † si clericus conueniatur pro debito defuncti nondum citati ad causam, quia causa siue conuentio initium sumit tempore clerici, ac proinde quamuis pendeat conuentio illa ab obligatione de præterito, tamen pro eo, quod contingit suo tempore, vtetur suo priuilegio, *vt dictũ est*, & tenet magis communis opinio, contra quam tamen supra tenuimus, retento autem eo, quod proximè dictum est, ex eo confirmabitur dictum Bald. *d. auth. quas actiones n.* 11. *Angel. l. creditores n.* 6. *in fin. Cod. de pignor.* quòd † si instrumentum ha- 168
beat executionem paratam, tamen illam non habebit aduersus clericum hæredem secularis, subscripti Soares *l. post rem iudicatam prima ampliatio. ad l. regni n.* 4. *inf. de re indic.* Nam † id di- 169
ctum recipi potest in clerico, pro eo, quod sit suo tempore, vt scilicet vtatur priuilegio fori ob rationem, de qua supra: Vnde aliud erit in pupillis hæredibus, vel aliis quibuscunque personis, quia instrumentum contra istos exequetur, quia quoad istos redigimur ad terminos primæ conclusionis, de † qua supra, quicquid supra 170
allegati contrarium sentiant. Cæterùm si secularis erat citatus ad causam, clericus postea † ei succedens 171
non vtetur priuilegio suo, quia iam erat præuenta iurisdictio *l. si quis posteaquã supra eodem*. Et † sic dicta præ- 172
uentio fori, semper videtur præcessisse successionem clerici, vnde quoad eam nec fiscus, nec clericus potest vti priuilegio suo, *vt aduertit Aretin. dict. cap. quia V. num.* 15. ac ita distinctio supra relata vera videtur ex supra traditis.

Nec † replices, quòd clericus quo- 173
ad ea, quæ contingunt suo tempore, potest vti priuilegio suo, *vt supra diximus*, quia respondeo id limitãdum esse, nisi ob hoc ius quæsitum, tertio ante successionem clerici ei tolleretur, tunc enim non habebit locum

traditio, de qua supra, vt probat *l. cùm quidam §. si debitores infra de vsuris, tradit Cur. Iun. hic num. 15.* Cùm igitur in nostro casu, si quoad ea, quæ suo tempore geruntur, priuilegiatus posset vti suo priuilegio, tolleretur ius præuentionis parti quæsitum: & ideò non habet locum obiectio, de qua supra, & in specie aduertit Aufrerius *tract. de potestate seculari super Ecclesia-*
174 *sticis 2. reg. n. 7.* Denique † iuxta prædicta potest admitti, quod resoluit Alexan. *l. si constante §. fin. num. 4. infra soluto matrimonio,* quòd si fiscus tanquã institutus successit priuato, si erat præuenta iurisdictio, tenebitur coram eodem iudice litem prosequi.

175 Conclusionem † nihilominus huius text. ita explicatam, limitabis non procedere quoad res hæreditarias, nam postquam hæres adiuit, quoad eas vtetur suo priuilegio, quia incipiunt considerari tanquam proprium patrimonium hæredis adeuntis *§. 1. inst. de heredum qualitate:* & quia
176 † quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata *l. per procuratorem & ibi Bart. infra de acq. hered. c. vnic §. fin. de iure patronat. libr. 6. & tradit Panor. consil. 9. num. 2. libr. 1. Iason. auth. quas actiones n. 42. C. de Sacros. Ecclesf.* & in notab. casu Anchar. *consil. 129. num. 6.* declarando tamen, vt per Calder. *cons. 7. de constit.*

177 Et iuxta hæc † venit decidenda ea ardua quæstio, si clericus instituit laicum hæredem, *vtrum confectio inuentarij in quo describuntur bona defuncti, pertineat ad iudicem Ecclesiasticum, vel ad secularem?* Quam quæstionem proponit, & in vtramque partem disputat Ioan. Gallus *in arresto Parisiens. 212.* non tamen eam determinat. Illam igitur determinat Guid. Pap. *decis.*
178 *261.* concludens, quòd † confectio prædicti inuentarij pertinet ad iudicem secularem, & non ad Ecclesiasticum, per rationes ibi relatas & probar idem Guid. *decis. 562. ad finem,* & eum simpliciter refert, & sequitur Aufrerius *de potestate seculari super Ecclesiasticis regul. 4. fallentia 2. num. 3. ad finem, Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 13. verbo. par. beneficio de inuentario ad finem Roland. consil. 61. num. 9. libr. 4. Francisc. de Ponte consil. 18. à numer. 13. Pallas in rubr. §. 39. numer. 12. & Georg. Cabed. decis. Lusitana 81. quem vide Phanut. tract. de inuentar. 3. p. à numero vigesimoquarto Azeued. l. 15. tit. 4. lib. 5. ordin. numero nono,* quicquid contrariam opinionem Guid. Pap. falsò tribuat Francisc. Marc. *decis. 1060. num. 4. in 1. parte.*

Et † nihilominus est aduertendum, quòd licèt Guid. Papæ generaliter loquatur, tamen eius rationes tantùm concludunt, quando fit inuentarium, postquam hæres adiuit hæreditatem: nam cùm tunc bona desierint esse defuncti, & fuerint effecta proprium patrimonium hæredis adeuntis, *vt supra diximus*, propriè in his terminis locum habet regula *l. per procuratorem, infra de acq. hered.* & aliæ Guid. Papæ rationes. Cæterùm si hæres adhuc non adiuit, videtur dicendum à cessantibus rationibus † 180 179
Guidonis Papæ, quòd inuentarij confectio in prædictis terminis, pertineat ad Ecclesiasticum; quamdiu † 181
enim hæreditas est iacens & non adita, repræsentat defunctum *l. hæreditas 34. infra de acquir. rerum domin. §. seruus autem, institut. de hered. institut.* bonus textus *l. denique §. quæsitum in fine infra quod vi, aut clam, tradit glos. 2. cap. causa Carpiensis, de verborum signficatione:* Ergo † si repræsentat clericum defun- 182
ctum, prout cognitio bonorum clerici viui pertinebat ad Ecclesiasticum, *glos. & Doctores cap. Ecclesia de constit.* Ita etiam ad eum debet pertinere

nere cognitio bonorum: dum iacet hæreditas, quæ defunctum repræsentat,& non hæredem, *vt in specie aduertit Gutier.in practicis ad ll. regni 2. parte*
183 *quæstion.49. num. 3.* Et nihilominus † ipse magis probat, etiam hoc casu confectionem inuentarij pertinere ad secularem,quod etiam videtur admisisse Guilhelmus *c. Raynutius verb. & vxorem decis.2.num.132.Rebuf.1.tom.ad ll. Gallicas titul. de sentent. prouisionalib. articul.3.glos.3.num.11.*
184 Neque obstat † ratio supra adducta in contrarium, quia respondet Gutier. *vbi supra*, quod argumentum concluderet, si ageretur de distributione bonorum clerici defuncti, vel eorum adiudicatione: Sed confectio inuentarij tantùm fit ne bona surripiantur: sed integrè conseruentur hæredi,qui cùm laicus sit,huiusmodi conseruatio ad iudicem secularem videtur pertinere. Quæ tamen responsio non tollit difficultatem:nam si antequam sit adita hæreditas,bona considerentur tanquam bona clerici defuncti, & consequenter tanquam Ecclesiastica, vel quasi: de illis secularis nullo modo potest se intromit-
185 tere: aliàs sequeretur, quòd si † per contrarium laicus restituisset clericum, quòd cùm vtilitas pertineat ad clericum, confectio inuentarij pertineret etiam ad Ecclesiasticum, quòd licèt admittant Francisc. Marcus *decis.1060.num.4.in prima parte,Phanuntius de inuentario 3. parte num. 25.* Ta-
186 men † verum esse non potest: nam cùm bona antè aditionem repræsentent laicum defunctum:in illis Ecclesiasticus se intromittere non potest, vt aduertit in terminis Carolus Molineus *in additionibus ad Arresta Ioannis Galli q.152.*
187 Quare ego † respondeo, quòd iudicibus Ecclesiasticis est inhibitum, ne se intromittant in insinuatione, vel † publicatione testamentorum *l.* 188
*repetita Codic.de Episcop. & cleric. & ibi Bal.num.1.l.consulta diualia Codic.de testament.*in quibus assignatur ratio huius prohibitionis,& tractat. Guilhel. *cap. Raynutius verb. vxorem decis.2. à n.* 128.quam explicat Panorm. *cap. final. num.9.de fid.instrument.* Et † licèt Fe- 189
linus *ibi num.3.*post aliquos asserat esse receptum, quòd hodie possit fieri hæc insinuatio, siue publicatio testamentorum, coram Ecclesiastico, id tamen non est verum, quia imò receptius est, quòd etiam hodie coram seculari debeat fieri prædicta publicatio, vt *resoluit Couarr.cap.si hæredes n.3. de test.am.Gutier.in practicis ad ll.regni 2. parte quæst.48. num. 1. Soares de Pace in praxi pagin.8.n.42.in 2.parte* & probat *l.15.titul.4.lib.5.ordinamenti.*

Quinimò † licèt Couar. *vbi supra* 190
& Molina Societatis Iesu *in disputat. 150. colum.penult.* sentiant, quòd si testator sit clericus, possit testamentum aperiri & insinuare coram Ecclesiastico, & idem probat Gutier.*dicta quæst.48.num.2.* Tamen id est contra generalem rationem iurium supra allegatorum:Publicabitur igitur semper testamentum & insinuabitur coram seculari, sed postquam fuerit publicatum, & † insinuatum, executio 191
contentorum in testamento erit mixti fori, tam ad pia quam ad non pia, *l. hæreditas in fine infra de petitio. hæred. glos.c. si hæredes verb. ad Episcopos de testament. latè Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuileg.149.* & sic locus erit præuentioni, ad quem modum est explicandus Maranta. *in praxi 4. parte 11. distinct.iudic.num.6.*

Quo † præsupposito, est aduer- 192
tendum: inuentarium nihil aliud facere, quàm declarare in specie bona, quæ in confuso † relinqueban- 193
tur hæredi, & ideò cùm declaratio tantùm detegat, id quod latebat, *l.*

adeò §. non videtur infra de acquir. rerum dom. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt infi a de teſtam. debet conſiderari tanquam quid contentum, & incluſum in ipſo
194 teſtamento. Cùm † igitur inuentarium ſit declaratorium teſtamenti, & quaſi eius pars, ſe quetur naturam ipſius teſtamenti, & conſequenter debet confici, & publicari per iudicem ſecularem, *iuxta ſupra tradita:*
195 Item quia cùm † inuentarium ſit quoddam præparatorium, ad inſinuationem, & publicationem teſtamenti, vt ſciatur, quot bona reliquerit defunctus, ex quibus poſſit ſatisfieri voluntati defuncti publicatæ, ſuccedit regula, quòd ille, qui eſt iudex com-
196 petens † præparati, eſt etiam iudex competens præparantis *l. ordinarij. C. de rei vendicatione, & ibi notat Bald. n. 2. notab. Capola conſil. criminal.* 10. *num.* 11. His igitur rationibus indiſtinctè Eccleſiaſticus non poteſt ſe ingerere circa inuentarium bonorum defuncti.
197 Ex quibus † inferas, quòd etſi clericus clericum inſtituat hæredem, adhuc tamen locum habebunt ſupra tradita, quia adhuc militat prædicta ratio, quicquid contrarium ſecurè teneat Gutier. *dicta quæſtion.* 48. *à nu-*
198 *mer.* 5. Qua † etiam ratione non eſt aduertendum, quod tradit Franciſcus Marcus *deciſ.* 105. *in prima parte,* quòd de ſpoliis clericorum ſeculares non poſſunt facere inuentarium, cui ſimpliciter ſubſcribit Rebuf. 1. *tom. ad ll. Gallicas titul. de ſentent. prouiſionalib. articul.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 11. Contrarium enim eſt verius *ex ſupra traditis*, & contrarium in praxi ſeruari aſſerit Gutier. *dicta q* 48. *n.* 4. *Lazarte de decima venditionis, cap.* 19. *n.* 48.
199 Item † infertur, quòd extra cauſam publicationis teſtamenti, & extra cauſam confectionis inuentarij prædicta ratione nitentem, quòd ſi defunctus ſit clericus, & adhuc non ſit adita eius hæreditas, bona conſiderabuntur tanquam Eccleſiaſtica clerici, & eiſdem vtentur priuilegiis, quibus viuo defuncto vtebantur † ſi 200
aliqua ex prædictis bonis, debeant vendi, vel diſtribui, hæreditate iacente, iudex Eccleſiaſticus adeundus eſt: *vt ſentit Gutier. dicta quæſtion.* 48. *numer.* 3. Similiter prout bona clericorum erant exempta à gabellis, † 201
cap. quanquam, de cenſibus in 6. *l.* 6. *titul.* 18. *libr.* 9. *ordinamenti*, pariter ſi aliqua bona vendantur hæreditate iacente, erunt libera à gabellis, & ita ſemper vidiſſe practicari aſſerit Flores Diaz. *de Men. variarum quæſtion. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 201. Contrarium tamen tenet † Lazarte *tractat. de deci-* 202
ma venditionis cap. 19 *num.* 40. *& num.* 48. ea ratione motus: quia quòd bona clerici ſint exempta à ſolutione gabellarum: procedit ex quodam priuilegio perſonali, quod cum eius perſona extinguitur, *l. quia tale, infra ſoluto matrimonio*, aliàs enim ad hæredem tranſiret, quia retro defunctum videtur repræſentare, *l. hæres quandoque, infra de acquiren. hæred.* quod tamen planè eſſet abſurdum. Cæterùm hæc opinio † confunditur ex ſupra 203
traditis, & deciſione text. elegantis *l. nam & ſeruus* §. 1. *ſupra de negot. geſt.* probantis, quòd licèt † geſtum cum 204
pupillo non obliget illum, niſi, quatenus locupletior factus eſt *l. ſi pupilli in principio ſupra de negot. geſt.* tamen † ſi negotium geſtum ſit, cùm hære- 205
ditate iacente, in qua pupillus ſucceſſit, inſolidum tenebitur. Quamuis † enim pupillus poſtea adiens re- 206
tro videatur hæres à tempore mortis defuncti, *l. hæres quandoque infra de acquirend. hæred.* hæc tamen fictio † non 207
conſideratur in tertij præiudicium, qui ante prædictam fictionem iùs habebat quæſitum: *vt tradit Bart. dict. l. nam*

nam & seruus §. 1. *Paulus & Cumanus*
208 *dict. leg. hæres*, quandoque † Decius *leg. omnia ferè num.* 2. *infra de regul. iur.* & per argumentum à contrariis, si quid gestum sit cum hæreditate iacente ipsius pupilli, in qua postea successit maior, non tenebitur hæres, nisi quatenus hæreditas iacens facta sit locupletior; cùm ipsum pupillum repræsentet, *vt tradunt Alber. Fulgos. & Paul. ad finem dict. l. nam etsi seruus* §. 1.

209 Ex † quo textu ita explicato, colligendum est, quòd hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, & non personam hæredis postea adeuntis, vt probat *leg. si mihi & Titio* 57. §.
210 1. *infra de legat.* 2. Item quod † repræsentat defunctum, etiam quoad priuilegia, & qualitates personales, adeò quòd licèt ætas ex se personalissima
211 sit: & quæ † ob id non transit ad hæredem *l. ea quæ, & ibi notat Paul. colum. final. in principio Cod. de tempor. in integ. restitut. petenda*, tamen hæreditas
212 iacẽs † repræsentat defunctum: etiam quoad ætatem, vt *constat ex supra traditis, & tradit Iason. l.* 1. *num.* 132. *ff. de leg.* 1. *& in terminis Flores de Men. variarum quæstion. libr.* 2. *cap.* 21. *num.* 201. *quem vide.*

213 Et † ex his facilè tolluntur rationes Lasarte: nam ad primum respondetur, quòd licèt priuilegium personale extinguatur cum persona, si veritatem attendamus, tamen attenta fictione repræsentationis, non videtur extinctum: cùm ipse tanquam viuus repræsentetur per hæreditatem iacentem: *facit l. quod seruus* 36. §. *fin. infra. de stipulatione seruorum.*

214 Non † obstat etiam secunda ratio, quia longè est diuersa ratio inter hæreditatem iacentem, & hæredem postea adeuntem, quia hæreditas iacens repræsentat defunctum, etiam quoad priuilegia, & iura personalia, *dict. l. nam & Seruius* §. 1. non sic hæres *leg. quia tale infra soluto matrim*: neque eadem fictio *d. l. hæres quandoque*, debet considerari in fauorem hæredis, cum præiudicio tertij, cui erat ius quæsitũ ante prædictam fictionem: quod ius non permittit, *vt supra dictum est*, & explicat Bart. *dict. l. nam & Seruius* §. 1. ex quibus etiam apertè corruunt tradita per eundem Lasartem *dict. cap.* 19. *n.* 49. & procedit sine dubio quòd ipse ibidem tradit *n.* 48. quòd si vendantur bona expectantia ad spolia Episcoporum, & sic ad Cameram † 215
Apostolicam, de illis non soluetur gabella, quantumcunque de illis facere inuentarium pertineat ad iudicem secularem, *vt sup. probauimus.*

Ad perfectionem † autem huius 216
materiæ addendum est, quòd si per contrarium non priuilegiatus succedat priuilegiato, nihil ei proderit priuilegium defuncti, *leg. quia tale infra soluto matrimonio, tradit Bart. in disputat. incipienti Pisanæ ciuitatis numer.* 7. Et † 217
ideò hæres clerici non erit cõueniendus coram Ecclesiastico, quia istud est priuilegium concessum personæ clerici, & cùm per eius mortem cesset causa, propter quam fuit concessum, cessabit etiam, & ipsum priuilegium, *leg. Titia Seio* §. *vsuras infra de leg.* 2. & tradit eleganter Bald. *repet. leg.* 2. *col.* 25. *post medium infra de iureiurando.* concludens, quòd † licèt iurans pro- 218
pter iuramentum possit conueniri in foro Ecclesiastico, *cap. final. de foro competenti in* 6. Tamen eius hæres in eo foro non conuenietur, quia cùm iuramentum sit personale, neque ad hæredem transeat, *c. veritatis, de iureiurando:* cessante causa fori Ecclesiastici, debet cessare & ipse forus: ac proinde licèt hæres iurantis teneatur adimplere id, quòd iurans promisit facere, vel dare, tamen cùm iuramentum ad hæredem non transeat, ratione illius

non

non poterit conueniri in foro Ecclesiastico, *vt ibi latius per eum*, & fuit dictum Ioan. Andr. *cap. final. de sepultur.* de quo videndus est Aufrerius, *de potestate seculari super Ecclesiastic. regul.* 4. *num.* 6. & Iacobus de Bellouiso *cap.* 1. §. *contrahentes à num.* 65. *de foro competenti in* 6. & Cagnol. *l. si quis maior n.* 108. *Cod. de transact.*

L. Hæres absens 19. §. 1. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Colligitur ex text. quòd in loco quasi contractus, quis conueniri potest etiã si ibi non habeat domicilium, & à fortiori in loco contractus.*

2 *Tradit concordantem l.* 3 2. *tit.* 2. *p.* 3.

3 *Tradit aliam conclusionem, quæ ex hoc text. colligitur scilicet, quoad sortiendum forum in loco contractus, sufficiat, officium generale habere ad quid faciendum in eo loco.*

4 *Declarat qui dicatur exercere argentariam remissiuè.*

5 *Docet quòd id, quod hic dicitur in contractu, vel quasi, pariter accipietur in loco delicti, vel quasi.*

6 *Declarat, iudicem delicti posse priuare delinquentem beneficio, quod habet extra territorium suum, licèt executio fieri debeat per iudicem, vbi situm est beneficium.*

7 *Ratione contractus, vel delicti, efficitur quis subditus illius iudicis, in cuius territorio contractus fuit celebratus, vel delictum commissum.*

8 *Refert id, quod secundo loco principaliter ex hoc text. colligitur.*

9 *Addit c.* 1. *contrahentes, de foro competenti in* 6. *in duobus supplere istũ textum, & primum ibi tradit.*

10 *Secundum supplet, quòd si citatus non compareat, tunc Iudex loci contractus iubebit illa bona possideri per creditores, quæ scilicet habet absens in territorio ipsius iudicis.*

11 *Mouet difficultatem contra dictam conclusionem, de qua latè agit.*

12 *Refert responsionem Pauli Castr. ad proximam difficultatem.*

13 *Assignat aliam responsionem ad dictam difficultatẽ & intellectũ dict. §. contrahẽtes, in principio latè agit.*

14 *Expendit pro eadem responsione text. in præsenti.*

15 *Refert dictum Pauli Castr. l.* 1. *n.* 3. *ad medium, infra de eo, quod certo loco.*

16 *Reprobat tradita à Paulo Castr. ibi proximè, & respondet ad dict. §. contrahentes, ad finem, & intellectum communem illius text. assignat.*

17 *Reprobat Bartol. & alios, de quibus ibi, dum requirunt, quòd ad faciendam missionem absens latitet, & præterea non habeat bona in territorio prædicti iudicis.*

18 *Aduersus absentem, & non defendentem se in loco contractus, potest tantùm procedi ad missionem bonorum ex primo decreto, & non poterit procedi ad secundum decretum.*

19 *Item non poterit procedi aduersus eum ad sententiam diffinitiuam, etiam in illis casibus, in quibus lite non contestata potest procedi ad sententiam diffinitiuam.*

20 *Ostendit contra Couar. & alios proximam conclusionem veram esse, & pro ea adducit istum text.*

21 *Resoluit, iudicem contractus absentem non comparentẽ, mulctare non posse.*

22 *Citatus non tenetur inuitus comparere in loco contractus, & si non compareat, non dicetur contumax, nec contra eum ad pœnam procedi potest.*

23 *Iudex Ecclesiasticus contra prædictum absentem procedere non potest ad sententiam excommunicationis, cùm hæc pœna ad districtionem personæ pertineat.*

24 *Resoluit*

24 *Resoluit, quòd si iudex contractus mittat litteras ad citandum contrahentem extra locum contractus, & citatus non compareat, non posse procedi contra eum ad dictas pœnas, sed tantum ad missionem bonorum intra territorium existentium.*

25 *Refert qui contrarium tenent.*

26 *Refert ex Doctoribus num. proximo aliam doctrinam in fortioribus terminis in hac materia.*

27 *Reprobat vtramque doctrinam à Doctoribus traditam num. 25. & 26.*

28 *Contra absentem à loco delicti non potest procedi ad condemnationem, vel ad districtionem personæ.*

29 *Respondet ad Clementinam pastoralis §. nos quoque, pro contraria parte allegata.*

30 *Si contrahens in loco, post quam lis fuit contestata cum eo, se absentauerit à loco contractus, indistinctè aduersus eum potest procedi etiam ad sententiam diffinitiuam.*

31 *Si contrahens in loco contractus, repertus in eo fuit citatus ad causam, si postea se absentet, potest contra eum procedi tanquam contra verum contumacem.*

32 *Absens à loco contractus non est inuitus compellendus, vt compareat in loco contractus ad se defendendum.*

33 *Reprobat dictum Bart. hic num. 1. in fine.*

34 *Ostendit traditionem Bar. & aliorum, de quibus numero proximo esse contra mentem huius text.*

35 *Refert, quòd hodie in multis locis solet fieri remissio ad locum contractus.*

36 *Reprobat Doctores allegatos per Ber. Diaz reg. 642. in prima fallentia.*

37 *Ostendit dictam traditionem Doctorum manifestè repugnare, cum dispositione dict. §. contrahentes, ad finem.*

38 *Respondet ad dictum Bald. pro contraria parte allegato num. 36.*

39 *Docet in terminis l. consentaneum C. quomodo & quando iudex, posse contumaces personæ capi, & ad iudicium, in quo lis fuerat contestata remitti.*

40 *Reprobat dict. Innocentij, c. si aduersarius, num. 4. de eo qui mittitur in possessionem & multorum, qui eum sequuntur.*

41 *Tradit intellectum ad cap. §. 1. de priuileg. in 6.*

42 *Declarat d. text. in quo casu procedat.*

43 *Quando quis contraxit in certo loco, & iudici illius loci se subijcit, & praeterea renunciauit proprio foro, etiamsi non reperiatur in loco contractus, ad eum remittendus est.*

44 *Refert ex Imol. & alijs communiter obseruari etiam in practicis casibus non fieri remissionem ad locum contractus.*

45 *Aduertit illud requisitum, quod Doctores tradunt in conclusione n. 43. vt contrahens iudici illius loci se subijciat, necessarium non esse.*

46 *Aduertit item illud, quod communiter dicunt Doctores, remissionem esse faciendam ad locum contractus, non esse simpliciter verum, & declarat quomodo id intelligi debeat.*

47 *Ostendit in praedictis terminis in loco contractus contra absentem eodem modo procedi posse in regno Portugalliæ per Ordin. lib. 3. tit. 6. §. 2. & tit. 11. §. 4.*

48 *Expendit pro eadem parte dict. c. 1. §. 1. de priuileg. in 6.*

49 *Concludit, in praedictis terminis non esse faciendam remissionem ad locum contractus sed tantùm reo faciendam esse monitionem, vt compareat in loco contractus, & quod illa monitio operetur, ibi declarat.*

50 *Declarat, quomodo sit explicandus Bal. d. l. cum Archimoderam n. 6.*

51 *Proponit elegantem resolutionem in hac materia, ex qua declaratur deci-*

sio d.c.1. §. de privileg. in 6.

52 *Monitio tantum permissa est, quando contrahens promisit in loco contractus respondere, & praeterea renunciauit proprio foro.*

53 *Docet, praedicta admitti posse in terminis iuris communis, in regno verò Portugalliae contrarium disponitur ex ordinationibus, de quibus ibi.*

54 *Declarat, quomodo praedicta ordinationes procedere possint?*

55 *Reijcit proximam responsionem, & rationem reprobationis ibidem tradit.*

56 *Adducit pro eadem parte optimum argumentum ex l. contraxisse infr. de action. & obligat.*

57 *Tradit aliam confirmationem cap. cum dilecti, de foro competenti.*

58 *Concludit praedictas ordinationes Portugalliae omnino discrepare à iure communi, & respondet ad ea, quae in earum fauore tradiderat n.54.*

59 *Docet traditionem gloss.2.l.1. supra si quis in ius vocatus, non procedere in clerico praedicto modo se obligante, & ibi ratio traditur.*

60 *Adducit Doctores, qui traditionem praedictae gl. approbant, etiam in clerico contrahente, & renunciante proprio foro, quorum opinionem ut veriorem amplectitur.*

61 *Respondet ad fundamentum contrariae opinionis.*

62 *Declarat decisionem c. significasti, de foro competenti non habere locum, si clericus renunciat declinatoriè, & obligat se respondere coram iudice alias competente.*

63 *Declarat, in quibus terminis contraria opinio tantùm procedere possit.*

64 *Docet, non valere praedictum pactum, si conuentio clerici debeat fieri coram iudice seculari loci contractus.*

65 *Quid in hoc casu obseruabitur in regno Franciae tradit remissiuè.*

66 *Tradit resolutionem secūdi casus principalis, quando scilicet in contractibus est locus remissioni.*

67 *In priuatis rationibus habet locum proxima resolutio.*

68 *Adducit contra proximam resolutionem text. in praesenti & eum latè expendit.*

69 *Miratur Antonium de Matth. contra istum textum expressè loquutum fuisse.*

70 *Reprobat responsionem Alberici, & Pauli hic.*

71 *Apud veteres dubitatum fuit, vtrum quis ratione quasi contractus sortiretur forum?*

72 *Respondet ad argumenta pro contraria opinione adducta.*

73 *Resoluit pro ratiociniis publicis pertinentibus principaliter ad vtilitatem publicam, verum esse quòd administrator debeat remitti ad locum administrationis.*

74 *Quando agitur de alio quocunque ratiocinio non est facienda dicta remissio, sed procedendum est eo modo, quo proceditur in loco contractus.*

75 *Si administrator reperiatur in loco administrationis, in eo poterit conueniri, si verò non reperiatur, in eo procedetur modo in hoc text. expresso.*

76 *Docet, quòd pro praedictis ratiocinijs etiam in loco domicilij administrator conueniri potest.*

77 *Explicat text. in l. 2. C. vbi de ratiocinijs.*

78 *Ostendit quod vt procedatur contra absentem ad missionem bonorum, necessaria sit legitima citatio.*

79 *Ex proxima resolutione deducit duas quaestiones, prima, quae dicatur legitima citatio in hac materia, secunda cuius iussu & authoritate fieri debeat praedicta citatio.*

80 *Declarat Doctores, qui praedictas quaestiones tractant, & determinant.*

81 *Tradit in praedictis quaestionibus text. reperiri opiniones principales.*

82 *Prima*

81 *Prima opinio est, quòd prædicta citatio debeat fieri iussu, & authoritate iudicis cõtractus, & per eius officiales.*
83 *Secunda opinio est, quam posuit Bart. in l, 1. §. 1. n. 5. infra de requirendis reis, & hic exponitur.*
84 *Tertia opinio, quæ fuit Canonistarum, ibidem refertur.*
85 *Refert hanc opinionem Canonistarum approbasse in regno Portugalliæ Ordin. lib. 3. tit. 11. in principio.*
86 *Expendit Auctor pro magis communi opinione authent. vt nulli iudicũ, §. si quis verò prahensorũ, collatione 9.*
87 *Ostendit dict. resolutioni non repugnare text. l. omnes §. executoribus, ver. sin verò apparitor, Cod. de Episcop. & clericis.*
88 *Explicat text. in d. §. contrahentes, ibi si eorum authoritate citati.*
89 *Tradit ad dictum text. explicationem Archid. & Bellamera.*
90 *Reÿcit dictam explicationem, licèt fateatur in se veram esse.*
91 *Explicat author reiectis alÿs expositionibus verba dicti §. contrahentes.*
92 *Declarat in hoc casu quid in regno Castellæ sit obseruandum remissiuè.*
93 *Proponit quæstionem quid iuris sit, quando iudex, cui diriguntur litteræ deprecatoriæ, illis noluit parere, nec citationem facere.*
94 *Refert resolutionem Bart. in hac quæstione.*
95 *Citatio per edictum non poterit fieri, si certus sit locus, in quo habitat absens citandus.*
96 *Refert Doctores hãc opinionẽ sequẽtes.*
97 *Assignat veram resolutionem, quòd debet recurri ad superiorem iudicis, qui litteris requisitorÿs noluit parere, vt eum cogat ad parendum.*
98 *Refert, quid sit faciendum, quando superior nollet subditum cogere, vt pareat litteris deprecatorÿs remissiuè.*
99 *Agit de intellectu d. §. contrahentes.*
100 *Prima contumacia dicitur ficta, secunda autem vera, & per quam iudex magis ostenditur.*
101 *In iure hæc duo æquiparantur, vel occultare se ne citetur, vel citatum non comparere.*
102 *Ostendit proximam æquiparationem non esse veram, & ei expressè repugnare decis. d. §. contrahentes.*
103 *Iudex regulariter non potest decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio, à qua regula non inueñitur recessum, nisi quando citandus occultat se, ne citetur.*
104 *Respondet ad rationes pro contraria parte adductas. Et hic ad primam.*
105 *Occultans se ne citetur, facit actum generaliter prohibitum per leges.*
106 *Respondet ad secundam rationem, & declarat quomodo sit explicandus Bart. l. Fulonius §. quid sit autem latitare, num. 6. inf. ex quibus causis in possess.*
107 *Colligit ex explicatione dict. §. contrahentes, quòd si citatus, qui non comparet, nulla habeat bona in territorio citantis, nullo modo contra eum vel eius bona procedendum est.*
108 *Refert contrariam opinionem & authores, qui illam sequuntur.*
109 *Ostendit illationem n. 107. veriorẽ esse.*
110 *Expendit pro dicta illatione text. in l. Titium, & Mauium 48. §. tutores, inf. de administrat. tut. & de ratione dubitandi & de intellectu text. latè agit.*
111 *Declarat quomodo d. l. Titium & Mauiũ necessariò sit interpretanda.*
112 *Colligit ex d. §. tutores, tria valde notanda in hac materia, & primum hic tradit.*
113 *Tradit secundum notabile, quod ex text. colligit.*
114 *Tradit item tertium notabile, & eius solutionem assignat.*
115 *Declarat, quomodo sit procedẽdũ contra eũ, qui latitat, ne ad eũ perueniat citatio in odium dolosæ latitationis.*

116 *Assignat concordiam ad proximè resoluta.*
117 *Refert dictum Iacobi de Bellouiso dict. §. contrahentes, num. 79.*
118 *Declarat, quod etiam si quis latitet, & sic sit in manifesto dolo, non tamen ob id inuitus erit remittendus ad locum contractus.*
119 *Incipit tractare, qualiter prædicta sint practicanda in regno Portugalliæ, & in regno Castellæ.*
120 *Tradit, quid in hac materia dispositum sit in regno Portugalliæ per ordinationem in 3. tit. 15.*
121 *Aduertit, quod d. Ord. loquitur generaliter, & sic potest intelligi in vtroque casu, vt ibi declarat.*
122 *Aduertit etiam probari in dicta Ordinatione, quòd si quis se absentauerit post citationem, poterit contra eum procedi ad diffinitiuam.*
123 *Notat quòd id, quod l. Portugal. cautum est etiam in Camera imperiali de stylo obseruari.*
124 *Notat, quòd iuxta dictā Ordinationem in regno Portugalliæ non est in vsu primum, & secundum decretum, sed tantum contra absentem, & contumacem proceditur ad diffinitiuam.*
125 *Tradit decis. nostri text. & d. §. contrahentes, in dicto regno non practicari, & rationem reddit.*
126 *Tradit receptum, quòd in causis vel locis, in quibus actori aduersus Reum absentem non potest esse consultum per primum, & secundum decretum, tunc proceditur contra absentem ad diffinitiuam.*
127 *Notat, quòd in regno Castellæ etiam contra absentem permittitur quòd possit procedi ad primum & secundum decretum.*
128 *Item quòd possit procedi ad sententiam diffinitiuam, & quòd sit in electione actoris, quo velit vti remedio.*
129 *Refert ex Auend. idem obseruari in Florentia, & in Francia.*
130 *Declarat, quod differat l. Castella à l. Portugallia in hoc articulo.*
131 *Explicat ordinatio. Portugallia lib. 3. tit. 6. §. 2. & tit. 1. §. 1.*
132 *Mouet quæstionem, vtrum illis legibus sit locus si tantum quis contraxerit in certo loco, & non promiserit ibi soluere, & respondet negatiuè.*
133 *Si quis contrahat in certo loco, non ob id videtur promittere, quòd in eo loco soluet.*
134 *Resoluit quid hoc casu in regno Portugallia fieri debeat.*
135 *Expendit pro eadem sententia Ord. Port. lib. 3. tit. 6. §. 3. de cuius explicatione latè agit.*
136 *Tradit differentiam inter clausulam generalem respondendo, vbi actor velit, & specialem de respondendo in certo loco.*
137 *Docet, quòd si contrahens non soluerit in loco expresso, sed in alio diuerso, locus erit indistinctè arbitraria actioni secus in primo casu.*
138 *Confirmat proximè resoluta optimo fundamento.*
139 *Qui generaliter promisit soluère, vbi actor velit, videtur intelligere, dummodo locus ille, quem actor elegerit, sit congruens.*
140 *Locus contractus non est congruus ad eum conueniendum, si contrahens in eo non reperiatur.*
141 *Declarat ex Panor. quid dicendum, quando verba clausulæ generalis fuerunt collata in voluntatem actoris, per verba sonantia arbitrium boni viri.*
142 *Tradit proximam declarationem veram non esse.*
143 *Docet, quod verba libera voluntatis relata à persona creditoris, resoluuntur in verba sonantia in arbitrium boni viri.*
144 *Declarat, quando nullus locus est expressus, & is sit relictus arbitrio boni viri*

viri, quem locum debeat bonus vir declarare.

145 *Refert illud, quod probat prædicta ord. modo de quo supr. expensa.*

146 *Expendit dict. ordinat. ad tria valde notanda in hac materia.*

147 *Tradit primo prædicta procedere, & si quis renunciet proprio foro, & ibi rationem reddit.*

148 *Proponit quæstionem, vtrum in terminis illarum ordin. licita sit pœnitentia, iuxta decis. l. si conuenerit, supra de iurisdictione omnium iudicum, & partem negatiuam sequitur.*

149 *Tradit tertium notabile, quod ex dictis ord. colligit.*

150 *Limitat dictam collectionem, si specificatis certis locis addatur prædicta clausula generalis.*

151 *Generalia recipiunt declarationem ab specificatis.*

152 *Argumentatur contra proximam resolutionem ex text. in l. Titium, & Meuium 48. §. tutores, infra de administratione tutorum, quem ad id expendit ibidem, refert tenentes contra proximam declarationem.*

153 *Refert concordias ad dictas opiniones, & suam assignat auctor.*

154 *Tradit quomodo procedendum sit in Regno Castellæ contra Reum absentem.*

155 *Tradit ex Auendano in Regno Castellæ etiam in contractibus locum esse remissioni.*

156 *Tradit, quomodo procedatur contra debitorem qui non soluit debitum secundùm legem Castel.*

157 *Reprobat proxima tradita ab Auend. & ostendit loqui in diuerso.*

158 *Declarat, quòd extra casum proximè relatum etiam in regno Castellæ obseruabitur d. §. contrahentes.*

159 *In regno Castellæ solent illi debitores carceri emancipari, qui vel non habent bona, vel non præstant cautionẽ de iudicio sisti & iudicato soluendo.*

Colligendum est † primum 1 ex isto textu ibi (tutela) adiuncto §. *tutores. Inst. de oblig at. quæ ex quasi contractu*, quòd in loco quasi contractus, qui conueniri potest, etiamsi ibi non habeat domicilium, & à fortiori in loco contractus conueniri poterit. Cõcordat † *l. 32. tit. 2. partit. 3.* vbi Greg. 2 Lopez *verb. en aquella tierra*, multas huius conclusionis assignat ampliationes & limitationes, de quibus agemus *in §. sequenti.*

Vlterius † ex isto textu colligendum 3 est, quòd si quis exercet argentariam in certo loco, in eo conueniri potest: pro pertinentibus ad argentariam, ita vt ad sortiendum forum in loco contractus, efficiat officium generale habere, ad quid faciendum in eo loco, ampliando per *l. argentariam 45. infra eodem.* Quis † autem di- 4 catur exercere argentariam, colliges ex textu *l. si quis ex argentarijs 4. in principio supra de edendo*, & explicant Prateus *in lexico iuris verb. argentariam facere.* Et † quod hîc dicitur in contra- 5 ctu, vel quasi, pariter accipietur in loco delicti, vel quasi, iuxta regulam *l. omnem inf. eodem*, & probatur *in l. 1. Cod. vbi de crimine agi oporteat, & c. sp. postulasti, & c. fin. de foro competenti.* Poteritque † iudex delicti priuare delinquen- 6 tem beneficio, quod habet extra territorium suum, quamuis executio huius priuationis debeat fieri per iudicem loci, in cuius territorio situm est prædictum beneficium, vt probatur *d. c. postulasti*, & ibi eleganter declarat Pan. vidẽdus *n. 7.* Et † est prædicto- 7 rum ratio, quia ratione cõtractus vel delicti quis efficitur subditus illius iudicis, in cuius territorio cõtractus fuit celebratus, vel delictum commissum, *c. fin. de foro competenti*, & ideo ille iudex potest procedere contra prædictorum personas, tanquã contra personas

sonas sibi subditas, *c. dilecti, de foro competenti, & ibi notat Marianus Socin. n. 23. Panor. c. fi. n. 36. eod. tit.* ex quibus notabilem quæstionẽ determinat Paulus Cast. *l. argentarium in princ. infr. eodem.*

8 Secundò † principaliter ex isto tex. colligendum est, quòd si is, qui contraxit in loco, ibi se non defendat, bona illius absentis, & indefensi iubentur possideri per creditores, concordat text. *cap. 1. §. contrahentes, de foro competenti in 6.* quia in duobus qui-
9 dem supplet † istum textum, vt scilicet antequam prædicti absentis, & indefensi, bona iubeantur possideri, oportet absentem legitimè citari vt compareat ad se defendendum.

10 Secundò † quòd si citatus, non compareat, tunc iudex loci contractus iubebit illa bona possideri per creditores, quæ scilicet habet absens in territorio prædicti iudicis.

11 Sed † aduersus hanc secundam cõclusionem ita explicatam, illud videtur vrgere, quòd in loco contractus non cogitur quis se defendere, nisi in eo inueniatur, vt probat *d. §. contrahentes in principio*, & tradit post alios Andr. Gailus *practicarum obseruationum lib. 2. obseruat. 36. n. 14.* Ergo si absens citatus non compareat in loco contractus, non potest contumax reputari, iuxta regulam *l. contumacia in fine infr. de re iudicata.* Cessante igitur contumacia, non potest aduersus eum procedi ad missionem bonorum, quam difficultatẽ mouet Paul. Castr. *l. n. 3. ad medium infr. de eo, quod certo loco,*
12 & pressus mole argumenti respondet, decisionem, † *l. §. cõtrahentes*, procedere iure Canonico, & aliud esse dicendum de subtilitate iuris ciuilis, neque tamen meminit decisionis huius textus; qui clarè probat, etiam iure ciuili absentem à loco contractus, & qui ibi se non defendat, pati missionem bonorum.

Quare † ad prædictam difficultatem alio modo satisfaciendum est, 13
scilicet quòd axioma illud, quod quis non conuenitur in loco contractus nisi ibi reperiatur *dict. §. contrahentes in principio*, accipiendum esse in eo sensu, vt non possit procedi contra eius personam, nec contra eius bona sita extra territorium iudicis contractus, neque enim inuitus trahi debet ad locum contractus, cæterùm nihilominus iudex contractus, si absens citatus non compareat, ad se defendendum, iudex contractus potest eum habere pro contumace, quoad eum effectum, vt creditores mittantur in possessionem bonorum absentis sitorum in territorium iudicis contractus: non autem quoad alios effectus, qui iure sunt proditi aduersus veros contumaces, vt colligitur ex isto textu, & clarius ex *d. §. contrahentes, tradit Aretin. consil. 134. num. 1. Couar. practicarum quæst. cap. 10. num. 4.* & est vera responsio, quicquid aliter respondeant Paul. Castr. *hic num. 5. ad finem & Iacobin. num. 7. & Bellamera dict. §. contrahentes num. 5.* Et † est ex- 14
pendendum, textum istum sentire, quòd iudex contractus potest mittere creditores in possessionem bonorum, quæ sita sunt in eius territorio: & clarè est expressum *in d. §. contrahentes*, & sic sentiunt, quòd si absens in territorio prædicti iudicis nulla habeat bona, contra eum minimè procedi poterit ad missionem bonorum.

Vnde † cauendum est à Paul. Castr. 15
l. 1. n. 3. ad medium infr. de eo quod certo loco, dum dicit, quòd si absens in eo territorio, non habeat bona, tunc iudex contractus potest iubere, vt fiat missio in bonis, quæ habet absens extra territorium, allegat *d. §. contrahentes in fine*, quod etiam sentit glos. *hic verb. ibi in fine & Bartol. ad finem, Vincentius l. à Diuo Pio §. 1. num. 16. infra*

infra de re iudicata, & tanquam receptiſſimum pro conſtanti præſuppouit Ant. de Math. *de prorogatione iu-*
16 *riſdictionis num. 69.* Id † enim ex ſupra traditis apertè confunditur, neque repugnat *d. §. contrahentes ad finem* qui apertè loquitur, quādo abſens latitat, neq; patitur ſe citari, nam tunc in pœnam latitātis, conceditur iudici contractus prædicta pronunciatio, *vt aduerterunt Paul. hic nu. 11. Curt. Iun. nu. 4.* & eſſe communem illius text. intellectum aſſerit Couar. *pract. q. 10. nu. 4.* facit *l. ſatiſq. 19. ſupr. de in ius vocand.* Si ergo non latiter, ſed patiatur ſe citari, non permittetur iudici contractus, prædictam facere pronunciationem: ſed tantùm poteſt iubere vt fiat miſſio in bonis, quæ abſens habet in ſuo territorio, *vt infra latius dicemus.*

17 Pariter † etiam cauendum eſt, ab eo quod ſentit Bart. *hic ad finem Paul. nu. 8. idem Paul. l. 1. nu. 3. ad medium infra de eo quod certo loco Anton. de Math. de prorogatione iuriſd. nu. 70.* dum requirunt, quòd iudex cōtractus poſſit pronunciare, faciendam eſſe miſſionem in bonis ſitis extra territoriū, oporteat, quòd abſens latitet, & præterea non habeat bona in territorio prædicti iudicis, quaſi ſi illa habeat, non poſſit fieri prædicta pronunciatio: nam verius eſt, quòd & ſi illa habeat, poſſit fieri prædicta pronunciatio, dummodò non habeat bona ſufficientia in territorio, quibus creditor tutus ſit. Nam ſi illa habeat ſufficientia, non poterit fieri prædicta pronunciatio, *vt infra dicemus.*

18 Vlteriùs † ex mente huius text. colligendum eſt, quòd aduerſus abſentem, & non defendentem ſe in loco contractus, poteſt tantum procedi ad miſſionem bonorum ex primo decreto *leg. 3. § fin. infra de acquir. poſſeſſ.* & ſic ſentit, quòd aduerſus eum non poterit procedi ad ſecundum decretum *l. ignorare Cod. de reſtit. milit.* & multo †minùs poterit procedi aduerſus eum 19 ad ſententiam diffinitiuam, & in illis caſibus, in quibus lite non conteſtata poteſt procedi ad ſententiam diffinitiuam, *& ita Paul. Caſtrenſ. hic num. 2. ad finem, & num. 8. Curt. Iun. num. 4. & Sapia. num. 14. Paul. l. 1. num. 3. ad finem infra de eo quod certo loco & l. 2. num. 4. & 6. Codic. de iuriſdictione omnium iudicum & l. final. num. 2. Cod. vbi in rem actio. Aretin. conſil. 135. num. 4. & Antonius cap. final. num. 15. & ibi Panormitanus num. 36. de foro competenti, & Rogerius à Mota hic nu. 15.* & quamuis † de hoc dubitet Couar. *practicarum* 20 *quæſt. cap. 10. num. 4.* & contrarium ſecurè reſoluat Anton. de Math. *de prorogatione iuriſdictionis num. 69. ad finem,* tamen prima opinio verior eſt, pro qua induci poteſt is textus ibi *(neque domicilium habeat)* ſignificat enim, modum procedendi, de quo in hoc textu, differre à modo procedendi aduerſus eum, qui abeſt à domicilio: quia aduerſus abſentem à loco contractus, poteſt tantùm procedi ad primum decretum, neque proceditur ad ſecundum decretum, neque ad ſententiam diffinitiuam, etiam in caſibus, in quibus lite non conteſtata ad eam procedi poteſt, & tamen aduerſus abſentem à domicilio ad prædicta procedi poteſt *§. fin. infr. hac l. tradit Paulus Caſt. l. 2. §. legatis, nu. 3. ſup. eo.*

Non † poterit igitur iudex contra- 21 ctus, abſentem non comparentem mulctare, quaſi non obedientem eius præceptis, cùm mulcta ad diſtrictionem perſonæ videatur pertinere *l. 1. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit,* quia cùm citatus † nō teneatur inuitus cō- 22 parere in loco contractus *d. §. contrahentes,* etſi non compareat, non dicetur contumax *l. 3. ſupra eod.* & ideò ad prædictas pœnas contra eum procedi non poteſt, *Paul. Caſt. hic nu. 8. Iacobin. num. 14.*

num. 14. Iacobus de Bellouiso d. §. contrahentes num. 78. & Bellamerà num. 31. Quamuis glos hic verb. ibi ad medium,
23 & Fulgos. num. 2. contrarium † sentiant, & similiter iudex Ecclesiasticus contra prædictum absentem non potest procedere ad sententiam excommunicationis, quia hæc etiam pœna videtur pertinere ad districtionem personæ, *Anton. d. cap. fin. nu. 15. de foro competenti, & ibi Panor. num. 36.* & quia aliàs per indirectum, compelleret, & iudex contractus contrahentem inuitum comparere in loco contractus contra dispositionem *d. §. contrahentes*, quicquid contrarium resoluat Ant. de Math. *de prorogat. iurisd.*
24 *nu. 71. ver. vnde dicas.* Quinimò † etsi iudex contractus mittat litteras deprecatorias ad iudicem, in cuius territorio degit cõtrahens, vt scilicet eũ citet, quòd veniat respõsurus in causa contractus, & citatus non compareat, non poterit aduersus eum procedi ad prædictas pœnas, sed tantùm ad missionem bonorum intra territorium existentem, vt clarè probat *d. §.*
25 *contrahentes*, quicquid † hoc casu posse procedi aduersus absentem ad condemnationem, & ad sententiam, quia per iudicem competentem fuit citatus teneant Antonius *dict. cap. fin. num. 15.* & ibi Panormitanus *nu. 36. in fine Marianus c. dilecti nu. 25. in fine de foro*
26 *compet. Aret. cons. 58. nu. 4.* qui † fortius concludunt, quòd si delinquens prædicto modo fuerit citatus ad locum delicti, si non compareat poterit aduersus eum procedi ad districtionem personæ, & ad condemnationem, adducunt *Clem. pastoralis. §. nos quoque, de*
27 *re iudicat.* Sed † vtique dictum vtrunque est falsum, nam neque contra absentem à loco contractus, potest procedi prædictis modis: quia per indirectum compelleretur inuitus comparere in loco contractus contra dispositionem *d. §. contrahentes*, vt aduertit Decius *cap. 1. num. 26. vers. 2. hac limitat de iudic. & ibi Ripa. nu. 66.* asserit esse magis communiter receptum, & Couar. *pract. quæst. cap. 10. nu. 3* & Folerius *ad ll. regni tit. de magist. iudic. §. capitaneorum à num. 119. pag. 142.* & multo minùs poterit procedi † ad cõdem- 28
nationem contra absentem à loco delicti, neque enim aduersus eum potest procedi ad condemnationem, vel districtionem personæ: vt tradunt Anton. *d. cap. fin. num. 5. & ibi Panorm. nu. 10.* Neque † contrarium probat *dict.* 29
Clem. pastoralis §. nos quoque quia tãtum disponit, delinquentem posse citari extra territorium, modò supra explicato, non tamen probat, quòd si delinquens citatus non compareat, possit criminaliter puniri: imò magis contrarium sentit. Nam sentit, quòd non poterit puniri criminaliter, nisi in loco delicti reperiatur, vel ad eum locum de more legitimè sit remissus, vt expressit d. Clementina *pastoralis §. verum est de re indic.*

Illud † sanè verum est, quòd si con- 30
trahens in loco, postquam lis fuerat contestata, cum eo se absentauerit à loco contractus, indistinctè aduersus eum potest procedi, & etiam ad sententiam diffinitiuam, textus est *leg. consentaneum, C. quomodo & quando iudex leg. si is qui Romæ 34 iuncta gloss. fin. infr. eod.* Item † quòd si contrahens in 31
loco contractus repertus in eo fuerit citatus ad causam, & postea se absentet, potest contra eum procedi, tanquam contra verũ contumacem. Nam cùm legitimè citatus in loco contractus, in eo tenebatur se defendere, si non compareat, verus contumax censebitur, & consequẽter aduersus eum poterit procedi ad omnes pœnas, quæ veris contumacibus in iure inueniuntur impositæ: vt tradit in specie Innocentius *cap. præterea colum. 2. ad me-*

dium,

*dium, de dilation. Anton d.c.fin.num.*15. *& ibi Panorm.num.*36.*de foro competenti,* Aret. *consil.*58. *num.*4.

32 Vltimò † colligendum est ex mente huius textus, quòd absens à loco contractus, nō est inuitus compellendus, vt compareat im loco contractus ad se defendendum, cum tantum tex. permittat procedi ad bonorum possessionem intra territorium sitorum. Circa quod licèt insistat gl. hic verbo. *ibi* tamen hoc hodie est indubitatum per decisionem text. *d.* §. *contrahentes, post principium*, & notab. prosequitur Gutier. *de iuramento confirmat. lib.*3.*cap.*

33 16.*n.*1. & 2. Cauendum † igitur erit à Bartol. hic *num.*1. *in fine*, dum dicit, quòd si absens non habet bona in territorio contractus, in quibus possit fieri immissio, tunc etiam inuitus est remittendus ad locum contractus, vt ibi se defendat, quod & sentit glos. Authent. *si vero, Cod. de adulteri. Alber. hic col.*2.*in principio, Socinus regul.*336.*in fine Bernardus Diaz regul.*642.*in* 8.*fal-*

34 *lentia.* Hæc † enim ita est contra mentem huius textus, & *d.* §. *contrahentes*, qui sentiunt, indistinctè reum inuitum non esse remittendum ad locum contractus, & est de mente Paul. *hic num. octauo & num.*11. *Lancelotus Deci. colum.*1. *in fine.* Rogerius à Mota *num.* 45. resoluit receptum Couar. *practicarum quaestion. cap.*10.*num. quarto versic.*3. *Anton. de Math. in tract. de prorogatione iurisdictionis, num.*69. *ad finem,*

35 licèt † etiam hodie multis locis solcat fieri remissio ad locum contractus, *vt tradit Antonius Peregrinus de fideicommissis articul.*53. *num.*7. *ad finem.*

36 Similiter † cauendum est à Doctoribus relatis per Bernardum Diaz *regul.*642. *in* 10. *fallentiā*, quòd propter nimiam contumaciam absentis, si locus remissioni ad locum contractus, allegant dictum Baldi per illum textum *l. consentaneum nu.*8. *C. quomodo & quando iudex* quo probat Perusinus *d.* §. *contrahentes n.*8. *ad finem, Roman. sing.* 283. *in fine.* Idem † enim etiam confun- 37
ditur ex supra traditis, & magis in specie per *d.* §. *contrahētes ad finem*, dum probat quòd propter relationem, & sic nimiam contumaciā tantùm permittitur iudici contractus decernere, vt fiat missio in bonis, quæ latitans habet extra territorium decernentis. Neque repugnat dictum Bald. *d.l. consentaneum n.*8. quia † loquitur in ter- 38
minis illius legis, quando lite contestata reus se absentauit: tunc enim propter illam contumaciam potest aduersus eum procedi, etiam ad sententiam diffinitiuam, vt etiam probat *cap. prout ad finem, de dolo, & contumacia,* in † quibus etiam terminis potest con- 39
tumacis persona capi *d.l. consentaneum,* & captus potest remitti ad iudicium, in quo lis fuerat contestata, vt aduertit Lancelotus Deci. *hic col.*2. *Ias. l.*1. *nu.*2. *inf. de eo quod certo loco, Ripa c.*1.*n.* 66.*de iudic. Costal. hic Couar. practicarum q.c.*10.*n.*4.*ver.*3. *Anth. de Math. de prorogatione iurisdictionis n.*70. *versf.*6.

Et † pariter cauendum est, à *d. In* 40
*noc. cap. si aduersarius n.*4. *de eo qui mittitur in possessionem,* dum tenet, quòd si quis promisit soluere in certo loco, & eo tempore promissor ibi non reperiatur, tunc per iudicem competētem est remittendus ad locum promissionis, quia per dolum videtur abesse, subscribit Bald. *cap.*1. *num.*9. *de milit. vasallo qui contumax est, Iason l.*1. *infra de eo quod certo loco, & l. si conuenerit nu.* 42. *sup. de iurisdictione omnium iudicum, Bernardus Diaz regul.*642. *in fine. & alij quos refert, & sequitur Couar. practic. q.c.* 10.*n.*6.*vers.*13. Nam & hoc dictum ex præcedentibus confunditur: & maximè per *d.* §. *contrahentes, ad finem,* vbi qui latitat ne citetur, in dolo esse censetur *l. Fulcinius* §. *quid sit autem latitare, infra quibus ex causis in possess. eatur*, &

tamen is non remittitur ad locum contractus, sed tantùm iudex contractus potest decernere missionem in bonis, quæ latitans habet extra eius territorium.

41 Vltimò † ex prædictis infertur intellectus ad *c.1.§.1.de priuileg.in 6.* dum probat, ordinarios non posse remittere exemptos ad locum contractus, vel delicti, præsupponens, regulariter contrahentes in certo loco, ad illum

42 esse remittendos, quod † repugnat supra traditis, sed respondetur, textum tantùm sentire, quod in casibus, in quibus locum habet remissio ad locum contractus, de quibus statim agemus: tamen in illis ordinarius non potest remittere exemptos: quicquid aliter respondeat Cardinal. *Clement. pastoralis §. denique num.14. de re iudicata*, hos autem casus speciales enumerat Perusin. *d.§.contrahentes, num.9. Marian. cap. dilecti à n.39. de foro competenti, Felin. cap. fin. num.22. eo tit. Iaf. l.1. num.2 supra de eo quod certo loco, Bernard. Diaz regul. 642. Anton de Math. de prorogatione iurisdictionis nu 70.* Ego autem tantùm insistam circa notabiliores.

43 Primus † igitur casus est, quando quis contraxit in certo loco, & iudici illius loci se subiecit, & præterea renunciauit proprio foro: nam tunc si non reperiatur in eo loco, ad eum remittendus est, *glos.2.l.1. supra si quis in ius vocatus*, quæ communiter recipitur, vt ibi asserit Curt. Iun. *n.5.* & illam probat Bart. *hic n.1. ad finem Iacobin. l. si conuenerit 2. lectura num.6. supra de iurisdictione omnium iudic. Iason. l. qui certo loco, ad finem, sup. de condict. indeb. Alex. consil.89. n.4. lib.4. Aleat de præsumpt. reg.3. præsumpt.36. n.12* & plures quos refert Couar. *practicarum q. c.10. n.5.* eam defendens: & extollit Romanus *sing.283.* probat etiam Gutier. *de iuramento confirmatorio 3.p.c.16.n.4. Folerius ad ll. regni tit. de magistro iustitia §. Capitaneorum à n.126. pag.143.*

Cæterùm † Imol. *c. fin. num.8. de foro competenti*, asserit communiter obseruari, etiam in prædictis casibus, non fieri remissionem ad locum contractus: idque esse verius asserit propter generalitatem *d. §. contrahentes*, idque tãquam verius magis probat Marian. *d. c. dilecti, n.39. & Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis, nu.70. vers.2. limit. & alij quos refert additio Romani singul.283. & Menchac. v sufrequentium cap.52. num.4.* 44

Ad † veram tamen resolutionem huius casus aduertendum est, quòd licèt Doctores supra relati requirant, quòd vt hęc limitatio procedat, oporteat contrahentem se subiicere iurisdictioni iudicis contractus, & præterea quòd contrahens renunciet proprio foro, tamen re vera primum requisitum non videtur necessarium. Nam ratio prædictæ glos. est, quòd cùm propter contractum in eo loco contrahens conueniri possit, si ibi reperiatur, vt postea renunciatio proprij fori aliquid operetur, intelligendum est voluisse in loco contractus conueniri posse, licèt in eo non reperiatur, & consequenter ad eum locum esse remittendum, vt explicat Bald. *l. cum Archimedoram num.5. Cod. vt possessio legatorum.* Quæ ratio euincit id procedere, etiamsi contrahens expressis verbis se non subiiciat iurisdictioni iudicis contractus, quia id ratione contractus tacitè subintelligitur. Præterea † est aduertendum, quòd licèt Doctores communiter dicant, hoc casu ad locum contractus faciendam esse remissionem, tamen non videtur verum, cùm repugnet generalitas *d. §. contrahentes*, & ideo verius dixissent, contrahentem in loco contractus hoc casu in eo conueniri posse, etiamsi in eo non reperiretur, 45 46

tiretur, ac proinde provt absens à loco domicilij nihilominus ibi conueniri potest, & contra eum possit procedi ad primum,& secundum decretum, & ad sententiam diffinitiuam, in casibus in quibus lite non contestata ad eam procedi potest, §. *fin. & ibi notatur,inf.hac l.* Sic † etiam in prædictis terminis, in loco contractus contra absentem eodem modo procedi potest, & ita disponit Ordinat. *lib.3.tit.6.§.2.& tit.11.§.1.noua recopilationis*, & satis colligitur ex *cap.1.§.1. de priuileg. in 6.* Nam † sentit,quòd in delictis facienda est remissio ad locum delicti; in contractibus autem quamuis exemptus teneatur comparere, non debet iudex eum remittere, sed tantùm monere, vt eat ad locum contractus, in quo promiserat se defendere, vt ibi declarat Dominic.*n.9. Bald.cap. præterea, num.6. de officio delegati. Iacobus de Bellouis. dict.§. contrahentes num.141.ad finem. Roger. à Mota hic num.44.* Ergo † apertè colligitur, etiam in prædictis terminis non esse faciēdam remissionem ad locum contractus, sed tantùm Reo faciendam esse monitionem, vt compareat in loco contractus, propter quam iudex contractus contra eum procedere poterit, eo modo, quo iudex domicilij potest procedere contra absentem à domicilio, *vt supra dictum est*, & ad hunc modum † est explicandus Bal.*d.l. cum Archimedoram. num.6.* dum dicit,quod in his terminis,si pars diuersa id petat, faciēda est remissio ad locum contractus: si verò pars non petat, vel reus non obtemperet iudici monenti, inducetur *leg.1.inf. de eo quod certo loco*,nam verius dixisset nunquam faciendam esse remissionem ad locum contractus, sed iudex contractus poterit eo modo procedere contra eum absentem, vti solet procedere iudex domicilij aduersus absentem à domicilio, in casu scilicet de quo supra.

47

48

49

50

Præterea, † & ex mente prædictorum colligendum est, quòd vbi quis contraxit in certo loco, & promisit id soluere, vel respondere,tamen non poterit in eo loco conueniri,si ibi non reperiatur, nisi illud etiam accedat: quòd contrahens renunciet iudicio proprij fori, adeò quidem, vt neque iudex loci, in quo degit contrahens, absens possit, aut debeat eum monere, vt eat ad locum contractus, se defensurus, sic declarara decisione *dict. cap.1. de priuileg.in 6.* Namque † hæc monitio tantùm permissa est, quando contrahens promisit in loco contractus respondere, & præterea renunciauit proprio foro,& ita expressè Iacobus de Bellouiso *dict.§.contrahentes, num.141.ad finem*, quòd † licèt in terminis iuris communis verum videatur, tamen in regno Portugalliæ contrarium videtur disposuisse Ordinar. *lib.3.tit.6.§.2.& tit.11.§.1. nouæ recopilationis*,quę disponunt,quòd si quis promisit soluere, vel respondere in certo loco, potest in eo loco conueniri, licèt ibi non reperiatur, & etiamsi habeat priuilegium non respondendi, nisi coram certo iudice, quod omnino videtur repugnare supra traditis. 51 52 53

Sed † videtur primò respondeti posse, prædictas Ordinationes procedere,quando non solùm quis contraxit in certo loco, sed etiam promisit in eo soluere, & respondere, quia ratione geminatæ obligationis, poterit in eo loco conueniri, licèt ibi non repetiatur: Quæ † tamen responsio non placet, quia licèt quis promitrat soluere in loco contractus, tamen hoc intelligitur, si ibi reperiatnr, nisi simul renunciauerit proprio foro,*vt supra diximus*, quod ita esse de mente omnium asserit Cou.*practicarum c.10. n.5.* 54 55

56 *num.5. ver.11.* Et † patet ex eo, quòd vbi quis contulit ſolutionem in certum locum, ibi videtur contraxiſſe, *leg.contraxiſſe infr.de action.& obligat.* & ſimiliter ſoluere, tamen in eo loco non conuenietur, niſi ibi inueniatur, *Bar. l. ſi conuenerit in fine ſup. de iuriſdictione omnium iudicum, & ibi Decius n.33.Pan.cap.1.n.22.de iudic.* & ibi
57 aſſerit receptum † *Deci.1.lectura n.23. ver.3. prædicta* & magis in terminis cõuincitur ex *c.cùm dilecti, de foro comp.* vbi quis contraxit in loco, & præterea ibi promiſit ſoluere, & reſpondere, & tamẽ non conuenitur in eo loco, niſi in eo inueniatur, *& ibi notat Ma-*
58 *rian.n.16.* Vnde † prædictæ Ordinationes, conſtituentes, quòd hoc caſu in loco contractus poſſit conueniri, etiamſi ibi non reperiantur, omnino videntur diſcrepare à iure communi, neque illud de geminata promiſſione aliquid facit. Nam cùm contrahens ratione ſolius contractus poſſit ibi conueniri, & cogi ſoluere, promiſſio de ibi ſoluendo, debet recipere interpretationem à prima & principali promiſſione, vt ſcilicet ibi cogatur ſoluere, ſi ibi reperiatur, & quia cùm exprimatur id quod tacitè inerat, expreſſum nihil operabitur *l.3. infr. de leg.1.* & ideo de vero intellectu earum ordinationum infra latiùs agemus.

59 Neque † eſt omittendum, quòd traditio *gl.2.l.1.ſupra.ſi quis in ius vocatus,* non procedet in clerico prædicto modo ſe obligante. Nam cùm is non poſſit ſe ſubmittere alterius iuriſdictioni, etiam Eccleſiaſticæ, ſine conſenſu proprij Epiſcopi. *c. ſignificaſti, de foro comp.* renunciatio proprij fori facta, ſine eo conſenſu, non valebit, & conſequenter non operabitur effectũ *gl.d.l.1.ſupr.ſi quis in ius vocat.* quod tradit Pan. *c. final.n.37.de foro comp. & ibi Felin.n.22.* tradit idem Felin. *c.1.n. 6.de iudic.& ibi Deci.n.23.ver.2. prædicta Iacobin.hic n.9.* & defendit Couar. *practicar.q.cap.10.num.5.verſ.8.*

Sed † ſubſiſtendum eſt, quia imò 60 traditionem glo.2.*d.l.1.* etiam locum habere in clerico contrahente, & renunciante proprio foro, defendit Lancelotus Deci. *hic col.1. ad medium, Rogerius à Mota n.43. Marian.d.c.dilecti n.de foro competenti, Ripa c.1.num.68. de iudic.* quorum opinio videtur verior. Cui † non obſtat ratio contraria 61 opinionis, qua clericus poteſt conueniri in loco contractus: etſi non acceſſerit conſenſus Epiſcopi proprij, vt probat *cap.dilecti, de foro competenti, & ibi notat Panormitanus num.4. Alexand. conſil.89.num.1.lib.7.* Ergo in eo caſu renunciatio proprij priuilegij, valida debet cenſeri, cùm in effectu importet renunciationem exceptionis declinatoriæ, ſi in loco contractus non reperiatur: & velle quod in eo præcisè teneatur reſpondere, & planè deciſ. *dict.cap. ſignificaſti*, non † habet 62 locum: ſi clericus renunciauit declinatoriæ, & obliget ſe reſpondere coram iudice aliàs competenti, & eius non declinare iuriſdictionem, *Panormitan.conſil.25.colum.1.lib.1.Ripa cap.1. num.49. de iudic.* Et † tantùm contra 63 ria opinio procedere poteſt, quando in veritatem clericus nullum fecit contractum in loco, & tamen tacitè, vel expreſſim renunciat priuilegio fori, ſine conſenſu proprij Epiſcopi: ea enim renunciatio nihil valebit, & conſequenter nullum operabitur effectum, *vt tradit Dominic.d.§.contrahentes num.10.*

Illud † certum eſt, non valere præ- 64 dictum pactum, ſi conuentio clerici debeat fieri coram iudice ſeculari loci contractus, cùm huiuſmodi pactum fieri prohibet, *capit. ſi diligenti, de foro competenti, tradit Capella Tholoſana q.126.* vbi tamen additio declarat, quid † in hoc obſeruetur in regno 65 Franciæ

Franciæ quod etiam tradit Rogerius à Mota *hic num.*43.

66 Secundus† casus principalis in quo in cōtractibus, est locus remissioni exprimitur *l.*1. *Cod. vbi de ratiocinijs agi oporteat*: si aliquis administrauit aliqua negotia in certo loco: nam in eo loco renetur rationem reddere, & absens ad illum est remittendus, licèt in eo loco non sit repertus, *leg.*2. *vbi exprimitur ratio Cod. vbi de ratiocinijs agi oporteat*, & licèt glos. final. *dict. l.*1. du-

67 bitet, vtrum † pro priuatis ratiociniis sit remittendus ad locum in quo administrauit, tamen Paul. & Salycet. ibi concludunt, etiam hoc casu locum esse remissioni: & tenent etiam Paul. & Iacobin. *hic vterque n.*8. *Perusinus d.* §. *contrahentes num.*9. *Socin. regul.*337. *&* *cons.*31. *n. final. lib.*1. *& alij relati per Bernardū Diaz, regul.*642. *in* 8. *limitatione*, & asserit receptissimum Couar. *practicarum q. c.*10. *num.*4. *ver.*4. *& Ant. de Math. de prorogatione iurisd. num.*70. & probat ordinatio Portugalliæ *lib.*3. *tit.*6. §. 4. *& tit.*1. §. 3. *noua recopilationis*.

68 Sed† vtique subsistendum est, quia contra istam conclusionem videtur textus expressus in præsenti: nam loquitur in tutores, & in administrante argentariam, qui tenentur rationes reddere, & obligantur ex quasi contractu, & tamen clarè probat, hos non posse conueniri in loco administrationis, nisi ibi reperiantur, vt hic omnes intelligunt, ita vt mirum sit contra istum textum expres-

69 sum locutum fuisse† Anton. de Math. *de prorogatione iurisdictionis num.*70.

70 Neque † satisfacit responsio Albert. *hic in principio* & Paul. *num.*2. quod vt is administrator conueniatur ratione contractus ibidem gesti, non possit conueniri, nisi ibi reperiatur: si autem conueniantur ratione administrationi ex quasi contractu, tunc conueniri poterunt in loco administrationis, etiam si ibi non reperiantur, non confunditur hæc responsio, per istum textum, qui etiam locutus in his terminis contrarium clarè probat, & quia si quis ratione contractus non conuenitur in loco, nisi ibi reperiatur *dict.* §. *contrahentes*, à fortiori idem recipiendum est in quasi contractu, in quo dubitatum † fuit 71 apud veteres, vtrū quis ratione illius sortiretur forum, *vt refert Iason. leg. qui certo supra de condiction. indebiti ad finem*, quæ ratio euincitur id procedere etiamsi quasi contrahens in loco administrationis nulla habeat bona: *vt supra diximus*, quicquid contrarium sentiat Bartol. *hic n.*1. *ad finem* & contrarium defendat Anton. de Math. *de prorogatione iurisdictionis num.*70.

Et † retenta hac opinione, non 72 obstabunt adducta pro opinione contraria: quia resoluendum est, pro ratiociniis publicis, pertinentibus † 73 principaliter ad vtilitatem publicam, verum esse, quod administrator debeat remitti ad locum administrationis. *leg.* 2. *Codic. vbi ratiocinijs l. final. Codic. vbi de curiali.* Cæterùm † si 74 agatur de alio quocunque ratiocinio, non est facienda remissio ad locum administrationis: sed potius est procedendum, eo modo quo proceditur in loco contractus, vt clarè sentit is textus *& l. cum proponas Cod. de bonis Authent. iudic.* ac proinde si inueniatur in loco † administrationis, in 75 eo poterit conueniri, *l.*1. *C. vbi de ratiocinijs agi oporteat*: si autem in eo non reperiatur, procedetur modo in hoc text. expresso, de quo licèt dubitet glo. final. ibi tamen Fulgos. *num.*1. ibidem asserit hoc communiter esse receptum, quod resoluit Imol. *cons.*35. *n.*3. & est de mente Dominici *d.* §. *contrahentes, n.*16. *Angel. hic num.*4. & aliorum quos refert Bernard. Diaz *regul.* 642. *in* 4. *limitat.* licèt verum sit, quod† 76

pro prædictis ratiociniis, etiam in loco domicilij conueniri possit: iuxta generalem regulam §. *fin. infra hac l. tradit Pau. Castr. l. prætor ait §. sed est hoc n. 3. sup. de edendo. Socin. consil.* 149. *n.* 4. *lib.* 1.

77 Et † iuxta hæc venit declarandus textus *l.* 2. *Codic. vbi de ratiociniis*, dum probat, quòd si quis ratione officij conueniendus est coram certo iudice, quod finito officio coram eodem iudice conueniendus est, & notat Paul. *l.* 1. *num.* 1. *Cod. eo tit. Crotus l. nemo potest n.* 84. *ad finem infr. de legat.* 1. & remissiuè Alexand, *l. cum quædam in fine principij supr. de iurisdictione omnium iudicum*, id enim verum erit, quando agitur de publica administratione, de qua agit *d. l.* 2. aliàs standum erit decisioni huius textus.

78 Vlterius, † vt is textus perfectè remaneat explicatus, prædictis addendum est, quòd dum probat, quòd contrahens, vel quasi contrahens in certo loco, si in eo se non defendat, proceditur contra eum ad missionem bonorum. Intelligendum est, quòd cùm agitur de præiudicio absentis, antequam ad prædictam missionem procedatur, oportet legitimè illum citari *l. de vnoquoque infra de re iudicata l. nam ita diuus supra de adoption.* & declarat Paul. *hic num.* 6. & est expressum *in d. §. contrahentes*, iuxta quæ duæ insurgunt quæstiones, prima est, quæ dicatur legitima citatio in hac

79 materia? Secunda † est, cuius iussu & authoritate fieri debeat prædicta citatio?

80 Et † quidem primam quæstionem absoluit Minsingerus *in decisionibus cameræ Imperialis, centuria prima obseruat.* 77. Secundam autem absoluit Cardinal. latè disputans *Clement. pastoralis §. vt illud n.* 6. *de re indicata*, & distinctiùs & clariùs cæteris Azeuedus *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 4. *ordinamenti à n.* 30.

81 Et † vtique in prædictis quæstionibus tres reperiūtur opiniones principales: prima † est, quod prædicta 82 citatio debeat fieri iussu, & authoritate iudicis contractus, & per eius officiales *l. omnes §. executoribus, ver. verum si apparitor, C. de Episco. & clericis*, & *l.* 2. *C. de officio præfecti vrbis*, per quæ iura ita cōcludit Bar. *in extrauag. ad reprimendū verb. per edictū n* 9. Et hāc esse communem opinionem Legistarum asserit Aretin. *consil.* 58 *n.* 4. & *consil.* 153. & *Petrus Folerius in capitulis regni tit. de magistro iudic. n.* 74. *pag.* 140.

Secunda † principalis opinio est, 83 quā posuit Bart. *l.* 1. §. 1. *n.* 3. *infra de requir. reis*, quòd si territoria distincta sint ratione iurisdictionis, & tamen omnes iudices subsint eidē superiori, potest iudex vnius territorij, citare in territorio alterius verbaliter per suos officiales, quia superior communis, hoc tacitè videtur permittere, allegat *d. l. omnes §. executoribus, verb. verum si apparitor.* & subscribit Panormitan. *cap. final. num.* 41. *de foro competenti.* Si autem subsint diuersis superioribus, vnus non poterit citare in territorio alterius; sed mittere debet litteras deprecatorias ad iudices, in cuius territorio citandus habitat, vt eum faciat citari, *Clement. pastoralis §. nos quoque, de re indic.* & subscribit Bald. *d. l. omnes §. executoribus nu.* 1. *C. de Episcopis & clericis, idem l. final. n.* 5. & *ibi Cast. n.* 4. *Socin n.* 10. *Iaso n.* 24. asserens receptum, *supr. de iurisdictione omnium iudicum. Paulus hic n.* 7 *Iacobin. n.* 20. & plures quos refert Iulius Clarus *in praxi criminali §. final. q.* 31. *num.* 20. & *Azeued. l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 4. *ordina. num.* 32.

Tertia † principalis opinio fuit Canonistarum, quòd si territoria distincta sint ratione iurisdictionis, & tamen omnes subsunt eidem superiori, 84 vnus non potest citare in territorio alterius per suos officiales, propter regulam *l. fin. supra de iurisdictione omnium iudicum.*

iudicum, sed necessariò debent vti litteris deprecatoriis siue requisitoriis, vt iudex illius territorij, iubeat illum citare, *& ita Innocent. & Io.in. Andr.d.* §. *contrahentes*, & hanc esse communem opinionem Canonistarum, fatetur Aretin. *consil.* 58.*nu.*4 & *cons.* 135. *nu.*3. & latè comprobat Felin. *c.fin.col.* 1.*& sequenti, de foro competenti, &* hanc opinionem esse vsu vbique receptam asserit Couar. *practicarum c.*10.*num.*7. *Rebuff.*2. *tom.ad ll. Gallicas tit. de litteris requisit.gloss.*3.*num.*11. *Ant.de Math.de prorog.iurisd. nu.* 70.*ver. nihilominus, & Azeued l.*3.*tit.*3.*lib.*4. *ordinam. num.*32. *post medium*, quam receptam esse opinionem,& vbique seruari resoluit Iulius Clarus *in praxi criminali* §.*fin.q.*31.
85 *nu.*19.Et † eam expressè probat Ordinatio Portugalliæ *lib.*3.*tit.*10. *in principio,in antiqua impressione,& hodie lib.*3. *tit.* 11.*in princip. nouæ recopilationis*, & quãuis alias opiniones Canonistarum in hoc articulo referant Dominicus *d.*§.*contrahentes.nu.*12.& Marianus *d.c. dilecti nu.*23. *de foro competenti*, & pro magis cõmuni opinione, ego expendo auth. *vt nulli iudicum* §. *si quis verò*
86 *prehensorũ.collat.*9.Nã † eo tẽpore prouinciæ subiectæ erant vni superiori, scilicet Imperatori Romano, & tamẽ necessariç sunt litteræ requisitoriæ,vt degens in alia prouincia in ea citetur.
87 Neq; † repugnat text.*d.l. omnes executoribus,ver.si verò apparitor C.de Episc. & cleric.* quia loquitur in eo iudice, qui habet iurisdictionem generalem in tota prouincia: nam quamuis prouincia sit diuisa in plura territoria ratione iurisdictionis,tamen habens generalem iurisdictionem in tota prouincia:in quolibet prouinciæ territorio, poterit citare per suos officiales, *vt ibi aduertit Salyc. & Felin.c. fin.col.* 2. *ver.fallit.* 2.*de foro cõpetenti.* Nos autem loquimur in eo qui habet iurisdictionem restrictam ad suum territorium: is enim in alieno citare non poterit, nisi per litteras deprecatorias, vt dictum est.

Et † iuxta hæc venit explicãdus text. 88
d.§ *contrahentes*, ibi (*si eorum authoritate citati*) in quibus verbis videtur significare, iudicem, contractus sua propria authoritate, posse iubere, vt reus citetur in alieno territorio: *vt ibi post Ioan. Monachum expendit Dominicus n.*12. *& Marianus d.c.dilecti nu.* 23. *de foro cõpetenti*, quòd apertè repugnat supra traditis. Inuenio † tamen, quòd Archidia- 89
conus *d.*§.*contrahentes col.pen. ad mediũ & Bellamera nu.*23. exponunt illũ textum quòd authoritate iudicis contractus potest citari absens, dũmodò intra eius territorium, vel prouinciam inueniatur: quamuis non sit inuentus in loco contractus: quã expositionem probat etiã Iacobus de Bellouiso *ibi, nu* 38.*& nu.*142. Cæterum † quamuis 90
ea expositio vera sit in se, tamẽ nimis restringit generalitatem *d.*§.*contrahentes*,& ideò illa omissa, & aliis assignatis per Cardinal.Clement. *pastoralis* §. *vt illud col.penult. in princ. de re iudicata*: ego expono † verba *d.* §. *contrahentes*, 91
ibi (*eius authoritate*) quòd authoritate iudicis contractus videtur facta citatio, quando mediantibus litteris deprecatoriis ea fit per illum, in cuius territorio citãdus degit, quia iussu requirentis censetur facta prædicta citatio *l.à Diuo Pio* §.1.*infr. de re iudicata*,& ita in effectu Anton. de Math.*de prorogatione iurisd.num.*70.*vers. breuiter.* Et † quid in hoc casu in regno Castel 92
læ sit obseruandum? videnda est *l.*7.*tit* 3.*lib.*4.*ordin.*& ibi Azeued.

Sed † quid si ille, cui diriguntur litteræ deprecatoriæ, illis nolit parere, neque citationem facere: Et † Bart.in 93
extrauagant. *ad reprimendum, verb. per edictum num.* 12. Existimat, † quòd 94
tunc iudex contractus potest citare absentem per edictum *subscribit Aret. cons.*

conf.58.n.4. Hyppolitus singulari 103. *Rebuff.2.tom.ad ll. Gallicas tit.de litteris re-*
95 *quisitor.gl.3.nu.2.* Sed † non est verùm quia citatio per edictũ,non potest fieri, si certus sit locus, in quo habitat
96 absens citãdus, † *Oldrad. cons.43. nu.7. Felin.c.cognoscentes.nu.8. de constit. Boer. l. consentaneum 52. C. quomodo & quãdo*
97 *iudex*,& ideò verius est quòd † tũc debeat recurri ad superiorẽ iudicis, qui litteris requisitoriis noluit parere, vt scilicet eum cogat ad parendum, *argument. cap. nullus de iure patronatus. & l.si tutor pupillum infr. de authoritat.tutorum,* resoluit Felinus *.c.fi.col. 2.ante medium de foro competenti, Anania cap. 1. nu.8 de raptoribus. Boerius decis. 29. nu. 3. Hyppolit. in pract. crimin. §. oportunè num. 33. Probus ad Monachum cap. Inquisitores,num.8. de hæretic. in 6. Couar. pract. quæst.cap.10.num.7.* quibus adde gloss. *Clem. pastoralis §. nos quoque verb. de more de re iudicata, Folerius in capitulis regni tit.de magistro iudiciario à num. 77. pagin.140. Ordin. Portugalliæ omnia prædicta probantẽ lib.2.ti.26.§.39.veteris impressionis,& hodie lib.2. tit. 45. §.5.& ordin lib 5.tit.42.§. 27.veteris impressionis & hodie lib. 5. tit. 119. §.final. §. 27.*
98 Quòd † si superior nolit subditum cogere, vt pareat litteris deprecatoriis,qualiter sit procedendum? Explicat Bellamera *d.§.contrahentes num.82. Cardinal. dict. Clement. pastoral. §. vt illud.nu.7.infra de re iudicata*, & eleganter Bonifac. in *Clement. pastoralis §. nos tamen à num.6..*
99 Sed † quoniam in hac materia est text. præcipuus *dict.§. contrahentes*, de illius intellectu latiùs agemus. Dominic. igitur & Petrusin. ibidem *in summario* sentiunt, quòd si citatus non compareat, & malitiosè se occultet, ne citetur, potest iudex contractus facere missionem in bonis absentis, vel decernere faciendam esse per ordinarium, in aliena diœcesi: ex quorum mente inferri videtur,quòd si citatus non compareat, etiamsi non occultet se,ne citetur,potest iudex contractus decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio,quod confirmat Bellamera *ibi num. 34.* quia si occultatio ne citetur, operatur effectũ, de quo *in d. §. contrahentes ad finem*, à fortiori idem admittetur, quando citatus contumaciter non vult comparere, quia prima † contumacia dicitur 100
ficta:secunda autem vera,& per quam iudex magis offenditur, *Bald.l.ignorare num.5.C.de restit.milit.*quam opinionem probat etiam Marian. *cap. dilecti. num.25.ad medium de foro competenti* & Anton. de Math. *de prorogatione iurisdictionis num.69.ad finem.*

Et † facit pro illis,quia in iure,hæc 101
duo æquiparantur, vel occultare se, ne citetur, vel citatum non comparere, *cap. quoniam frequenter §. porrò vt litè non contestata. Et ibi notat. Felin.colum. 4. post principium,gloss.1.l. contumacia infra de re iudicata Couar. de sponsalibus 2.p. c.8.§.12.nu.6.*ergo vtroque casu idem ius erit constituendum *leg. qui neque, inf. de rebus eorum.*

Sed † his non obstantibus,contra- 102
rium est verius quia *d.§.contrahentes,* constituit, quòd si citatus vt compareat in loco cõtractus, non pareat, fiet missio in bonis, quæ ille habet in territorio citantis, & tunc demum admittit decernere, vt fiat missio in bonis sitis in alieno territorio, quando ille se occultat, ne citetur: Ergo cùm prædictus textus inter hos casus expressam faciat differentiam, nõ est ab illa recedendum. Accedat † quòd iu- 103
dex regulariter non potest decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio *leg. cum vnus §. penultim. infra de bon. authent. ind.* à qua regula non inuenitur recessum: nisi quando citandus occultat se, ne citetur, *dict. §.contrahentes ad finem.*Ergo extra hunc

casum

casum standum est regulæ generali, de qua supra, *lex ab ea parte*, *infr. de probation.* quod ita resoluunt Iacobus: de Bellouiso *d.§.contrahentes,n.51.Cur. Iun. hic n.* 4. *Rogerius à Mota n.* 45. & nos iam supra probauimus.

104 Neque † obstant rationes adductæ pro contraria opinione, quia ad primam respondetur, quòd cùm citatus ad locum contractus, inuitus non cogatur in eo respondere *dict.* §. *contrahentes post principium*, si citatus non compareat:non potest dici contumax *d.l. contumacia in fine, infr. de re iudicata l.3.supra eo.* contumacia igitur in propria, illum tantùm operabitur effectum, quòd fiat missio in bonis sitis in territorio citantis, *textus hic*, & *dict.* §. *contrahentes*, & *notat. Paul. hic*

105 *num.*8. Sed † qui occultat se, ne citetur, facit actum generaliter prohibitum,*per leges Clemen.1.de iudic.cap.quoniam frequenter §. porro,vt lite non contestata*, & ideò durius aduersus eũ proceditur, vt est de mente Bellameræ *dict.§.contrahentes,n.*30.*ad medium.*Ne-

106 que † etiã obstat secunda ratio, quòd latitatio, & non comparitio citati in iure æquiparantur, quia respondeo eam æquiparationem procedere,quãdo citatus inuitus tenetur comparere in loco, ad quem citatus est: Cùm enim tunc propriè dicatur contumax, meritò fit prædicta æquiparatio. Vnde etiam, & in nostra materia,in casibus,in quibus citatus ad locum contractus tenetur in eo comparere, de quibus supra dictum est, etiã in nostra materia prædicta æquiparatio admittenda est: sed quando citatus inuitus non tenetur comparere, tunc non procedet prædicta æquiparatio, & ad hunc modum est explicandus Bar. *Fulonius* §.*quid sit autem latitare num.*9.*infr. ex quib. causis in possess. eatur.*

107 Ex † qua interpretatione ad *d.* §. *contrahentes*, colligendum est, quòd si citatus,qui non comparet,nulla habet bona in territorio citantis, nullo modo contra eum,vel eius bona procedendum est.

Contrariam † tamen opinionem, imò quod si citatus non habeat bona in territorio citantis, quod possit decernere iudex, vt fiat missio in bonis suis sitis in alieno territorio sentit glos. *hic verbo ibi ad finem*,& Bar.*ad finem Vincent.l.à Diuo Pio.* §. *n.*16.*infra de re iudicata.*Sed†nostra illatio verior est,ex supra traditis,& iam supra probauimus, & aduersus prædictos expendo textum *l.Titiũ & Meuium* 48. §.*tutores infra de administrat.tutor.*Vbi † pupillo in prouincia, assignati fuerũt curatores, qui res Italicas curarent: qui Romæ inuenerunt instrumenta, in quibus debitores prouinciales promittebant Romæ soluere, vel vbi petitum esset,quantum fuit,vtrum exactio horum debitorum pertineret ad tutores Italicos. Et respõdet Iureconsultus non pertinere si ibi non haberent prædia, & sic sentit, quòd si illi debitores non inuenirentur in Italia, & tamen in ea haberent prædia, possent in ea conueniri, & *ibi notat Bart. n.*2.& *Albe. Anton.c.*1.*n.*37.*de iudic.* & *ibi Deci. n.* 23. *Alex.l.si conuenerit n.*10. & *ibi Iason. n.* 39. *supra de iurisdictione omnium iudicum, Purpurat.l.*1.*n.*129.*C. de Summa Trinitat.* Quod tamen videtur procedere non posse. Nam licèt admitteremus, quòd quia debitores promiserunt soluere, vbicunque esset petitum,in loco petitionis videri cõtraxisse, *argumento l. contraxisse infra de actio.& obligation.* & *tradit Bart. dict.*§. *tutores n.*1. & *l.si conuenerit in fine, supr. de iurisdictione omnium iudicum,*& *l.pen. n.*2 *C.de pact.& subscribit Ripa.c.*1.*n.*72. *de iudic.*& tamen certum est,quem in loco contractus conuenire non posse, nisi ibi reperiatur, *d.* §. *contrahentes post*

108 109 110

Lii prin

111 *principium.* Quare † text. ille necessariò ita videtur interpretantibus, quod quia videtur promittere soluere in loco, in quo petitum sit, si habet in territorio illius loci bona, poterit iudex contra eum citatum, & se non defendentem, procedere ad missionem bonorum, iuxta istum textum, & ita expressè Cumanus, *d.§.tutores, n.2. Couar pract.q. cap.10. num.4.post principium*, quòd si prædicti debitores nulla habeant bona in Italia, præsupponit text. quòd in Italia debitores nullo modo conuenientur, & ibi notat Bar. Couarr.*pract.c.*10.*num.6.ver.*11.Et est ratio, quia licèt ratione prædictæ promissionis, videatur ibi contraxisse, cùm tamen in Italia non reperiatur, neque in ea habeat bona, nullo modo contra eum procedi potest: & ideò meritò præsupponit, in Italia hoc casu conueniri non posse.

112 Vnde † iuxta hanc interpretationem ex *d.§.tutores* tria colligenda sunt valdè notanda in hac materia. Prima est, quòd si quis habeat bona in aliquo loco, potest absens in eo conueniri. Quòd sanè intelligendum est procedere, in terminis in quibus loquitur *d.§.tutores*, quando scilicet debitores promiserunt soluere, vbicunque esset petitum: nam cùm tunc in loco petitionis videantur contraxisse, procedet dicta conclusio: nam si in loco petitionis, nullo modo contraxissent, in eo loco nullo modo conueniri possent, vt colligitur ex mente huius text.*& d. §. contrahentes :* tradit Curt.Iunior.*l.*1.*num. 9. supra si quis in ius vocat.non ierit.*

113 Secundò † colligendum est, quòd vbi quis videtur contrahere in loco petitionis, & tamen in eo loco bona non habeat, ibi conuenietur, si in eo loco non reperiatur, quia ibi frustra conueniretur, cùm nulla essent bona, in quibus posset fieri executio, *glos.in rub. Cod. de execut. rei iudic.* & sic apertè probat conclusionem, quam defendimus.

Tertiò † colligendum est, quòd tutores Italici possunt conuenire debitores prouinciales in Italia, quando scilicet prædicti debitores promiserunt soluere in Italia, vel vbi petitum esset, si in Italia prædia habent: nam cùm ratione promissionis generalis, videatur contrahere in loco, in quo petitum esset: si in eo loco habeat bona, poterit contra eos procedi ad missionem bonorum, iuxta formam perscriptam in hoc §. vt clarè probat *d. §. tutores*, expensus vt supra, quicquid contradicat Salycet *l. 1.n.4. C.vbi conueniatur, qui certo loco*, & quòd exactum debeat restituere tutoribus prouincialibus notat Aretin.*consil.*10. *num.*3.de quo videndus est Bald.*leg. si quis in conscribendo, num.*3. *C.de Episc.& cleric.* 114

Vlterius † ex prædicta interpretatione ad *d.§. contrahentes*, inferendum est, quòd si latitat, ne ad eum perueniat citatio, etiamsi habeat bona in territorio citati, tamen potest ille etiam decernere, vt fiat missio in bonis, quæ debitor habet extra territorium citantis, vt magis puniatur illa dolosa latitatio. Ita colligitur ex generalitate, *d.§.contrahentes*, & nos contra aliquos supra probauimus. Vel † pro concordia resoluendum est, quòd cùm prædicta missio nō debeat fieri, nisi pro quantitate debiti, *auth.& qui iurat. C. de bonis auth. iudic.* si bona sita in territorio citantis non sufficiant ad solutionem debiti, tunc pro eo, quod deest, potest decernere, vt fiat missio in bonis sitis extra territorium, *ita Iacob.de Bellouiso dict.§.contrahentes n.*79. Colligens † ex mente illius textus, quòd in hac missione incipiendum est à bonis sitis intra territorium, & si illa non sufficiant potest decer- 115 116 117

decernere, vt pro eo quod deest fiat: in sitis extra territorium, vt in simili probat *l. properandum §. fin. autem reus,*
118 *& ibi notat glos. C. de iud.* Quare † ex *d. §. contrahentes, ad finem* inferendum est, quòd etiam si quis latiter, & sic sit in manifesto dolo, non tamen ob id inuitus erit remittendus ad locum contractus, cùm eo casu tantum permittatur decerni missionem in bonis sitis extra territorium, quicquid hoc casu locum esse remissionem sentiat Bart. *hic n. 1. ad finem,* quem meritò reprobat Angel. *hic n. 3. Ripa c. 1. num. 66. ver. 7. de iudic. & supr. diximus.*

119 His † ita explicatis videndum restat, qualiter prædicta sint practicanda in regno Portugalliæ. Et in regno Castellæ, & vtique in regno Portugalliæ dispositum est per ordi. *lib. 3. tit. 14. in antiqua impressione & lib. 3. tit. 15.*
120 *noua impressionis.* Quòd † si quis fuerit citatus ad respondendũ, siue in actione personali, siue reali, & non comparuerit in iudicio, vel comparuerit, & illicentiatus recedat, potest aduersus absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, neque potest actor petere, quod mittatur in possessionem bonorum ex primo vel secundo de-
121 creto. Circa † quam ordinationem est aduertendum, quòd loquitur generaliter, & sic potest intelligi, siue citatus à loco contractus illicentiatus recesserit, siue citatus per litteras deprecatorias, nunquam comparuerit. Vtroque enim casu procedetur contra absentem, & contumacem, modo expresso in dicta ordinatione.

122 Secundùm † est aduertendũ, quòd ea ordinario probat, quòd si quis se absentauerit post citationem, poterit contra eum procedi ad sententiam diffinitiuam: quamuis iure ciuili esset eo casu necessarium quòd reus post litem cõtestatam se absentauerit, *l. consentaneum C. quomodo & quando iudex, & sup. diximus,* & id quo lege † Por- 123
tugalliæ cautum est, etiam in Camera Imperiali de stylo obseruari asserit Minsingerus in *decisione Cameræ Centuria 4. obseruat. 66.*

Denique † est aduertendum, quòd 124
iuxta dispositionem illius ordinationis in regno Portugalliæ, non est in vsu, primum & secundum decretum, sed tantùm contra absentem & contumacem proceditur ad diffinitiuam. Vnde † decisio nostri textus, *& dict.* 125
§. contrahentes in regno Portugalliæ, non practicabuntur. Et meritò, quia cùm per primum, & secundum decretum, in eo regno non possit esse consultum actori, meritò ad diffinitiuam proceditur, iuxta *cap. 1. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ libr. 6.* Vnde † receptum est, quando in 126
causis, vel locis in quibus actori aduersus reum absentem non potest esse consultum per primum, & secundum decretum, tunc procedetur contra absentem ad diffinitiuam, *Auth. si omnes & ibi Bartol. n. 2. Cod. si minor ab hered. se abstineat tradit Bartol. leg. si finita §. Iulianus numer. 41. infr. de damno infecto.*

In † regno autem Castellæ etiam 127
contra absentem permittitur, quod possit procedi ad primum, & secundum decretum. Item quòd † possit 128
procedi ad sententiam diffinitiuam, & quòd sit in electione actoris, quo velit vti remedio *l. 1. tit. 11. libr. 4. ordinament.* quòd † & ita in Florentia ob- 129
seruari asserit Auendanus *tract. primi & secundi decreti 1. par. n. 3. ad finem &* in Francia Boer. *d. l. cùm consentaneum num. 33. ad finem C. quomodo & quando iudex.* Vnde † constat ordinationem 130
Castellæ, in hoc articulo in eo differre ab ordinatione Portugalliæ, quòd lex Castellæ cõcedit actori, vti remedio primi & secũdi decreti, vel remedio deueniendi ad diffinitiuam, & lex

Portugalliæ prorsus denegat remedium primi & secundi decreti, & solùm concedit remedium procedendi ad diffinitiuam.

131 Et † ex his infertur explicatio ad ordinationẽ Portugalliæ *li.3.ti.6.§.2. & tit. 11. §.1. nouæ impressionis*, dũ probant, quòd licèt quis in loco contractus non inueniatur: tamen citari potest per iudicem loci contractus etsi non compareat, poterit contra eum procedi, tanquam contra contumacem, quod videtur repugnare supra traditis, *vt sup.aduertimus*. Sed ad veram explicationem est aduertendum, quòd dum illæ ordinationes disponunt, quòd non repertus in loco contractus potest citari extra territoriũ, debet intelligi per litteras requisitorias iudicis contractus, *vt supra diximus*. Quòd si citatus per illas non compareat, prout iure communi contra eum procedi poterat, ad missionem bonorum, vt probat is textus & *d.§. contrahentes*, sic in Portugalliæ regno poterit contra eum procedi ad sententiam diffinitiuam, *iuxta sup.tradita*. Quæ sanè intelligẽda sunt, quando constat, quem promisisse soluere in certo loco, in quibus terminis loquuntur prædictæ ordinationes & id quidem per scripturam publicam, vt disponit ordinat. *libr. 3. tit. 11. §. nouæ recopilationis*.

132 Vnde † dubitari potest *vtrum illis sit locus? si tantùm quis contraxerit in certo loco, & non promiserit ibi soluere?* Et videtur dicendum illis non esse locum: nam vt inquit Bar. *l.quod si Ephes.n. 2.*

133 *inf.de eo quod certo loco*, si quis † contrahat in certo loco, non ob id videtur promittere quòd in eo loco soluet: Cùm igitur is casus differat à casu prædictarum ordinationum, di-

134 cendum est, quòd qui † simpliciter contraxit, non poterit conueniri in loco contractus, nisi in eo reperiatur, quòd si repertus & citatus non compareat, vel se absenter, iure communi procedetur contra eum modo in hoc textu præscripto, & in regno Portugalliæ procedetur modo præscripto per ordinationem *libr.3.titul. 15. nouæ recopilationis*.

Et † pro hac sententia expendendo 135
ordinationem Portugalliæ *lib. 3.tit.6. §. 3. nouæ recopilationis*, dum disponit, quòd si quis promiserit generaliter respõdere, coram quocunque iudice: coram quo actor velit: non tamẽ poterit conueniri coram iudice in cuius territorio nõ reperiatur. Cuius ordinationis ea ratio esse videtur, quòd illa clausula generalis, qua promisit respondere in loco, in quo actor velit, composita sit ad argumentum, illum operabitur effectum, vt promissor in omni loco conueniri possit: etiamsi aliàs ibi non sortiretur forum, dummodo tamen in eo reperiatur, vt probat *l. Titium & Maurium 48. §. tutores infr. administrat. tutorum*. Ex † quibus 136
colligitur, eam esse differentiam inter clausulam specialem de respondendo in certo loco, & inter clausulam generalem, de respondendo vbi actor voluerit: quia in primo casu conuenietur in loco expresso, etiamsi ibi non inueniatur, *ord. libr.3. tit.6.§.2.nouæ recopilationis*. Sed in secũdo casu, ita demum poterit conueniri in loco, in quo actor voluerit, si ibi reperiatur. Quo † fit, vt primo casu, si 137
non soluerit in loco expresso, sed in alio diuerso, locus erit indistinctè arbitrariæ actioni. *L.1.infra de eo quod certo loco*, sed in secundo casu non erit locus arbitrariæ actioni, si alio loco soluat: quia tunc demũ promisit soluere in certo loco, si ibi inueniretur, *Iaſ.l.1. ad finem ſup. de eo, quod certo loco Marian.c.dilecti, n. 7.& n.8. de foro competenti. Curt.Iun.§.proinde n.1.inf.hac lege* & confirmatur, quia qui promisit respon

respondere in certo loco, tacitè vide-
138 tur promittere † in eo soluere, iuxta
dispositionem prædictarum ordina-
139 tionum. Qui † autem promisit generaliter soluere, vbi actor velit, videtur intelligere, dūmodo locus ille quem actor elegerit, sit congruens *l.1.cum gl. sup.de eo quod certo loco*. Si ergo non reperitur in loco, in quem actor elegerit: ille locus non videtur congruus ad conueniendum illum, & ideò perinde habendum est, ac si in eo tantummodo contraxisset *l.Titiū & Meuium* 48. §. *tutores & ibi notat. Bart. &*
140 *Albe.inf.de adminiftr. bonorum*, locus † autem contractus, non est congruus ad eum conueniendum, si contrahens in eo non reperiatur, *vt dictum est, & tradit Pan.c.1.n.22. de iudic.* id intelligens, quando verba clausulæ generalis fuerunt collata in liberam volun-
141 tatem actoris: nàm † si fuerunt concepta per verba sonantia in arbitrium boni viri, non poterit conueniri, nisi in loco, in quo aliàs promissor sortiebatur forum, quia vir bonus non debet arbitrari, vt extra ea loca promissor conueniri possit, quod & voluit Bart. *n.* 15. Quæ tamen declaratio, &
142 distinctio, non est † vera: quia ea admissa neque prima conclusio procedere posset, quia verba liberæ volun-
143 tatis, relata ad personam † creditoris resoluuntur in verba sonantia in arbitrium boni viri: *gl.pen. supr. de receptis arbitr.* & in terminis aduertit Gozadinus *l.pen.n.6.& 7.C.de pactis*, quia
144 cùm nullus locus † certus fuerit expressus, sed is sit relictus arbitrio boni viri, vir bonus in hoc casu debet arbitrari, in quocunque loco conueniri posse, dummodo non sit nimis grauosus promissori, vt contra Bart. *d. leg. si conuenerit*, concludunt Fulgos. *ibi n.*11. *Ias.n.*38. *Deci.n.*30. *Ant.c.1.n.*37. *& ibi Imol.n.*31. *ad finem Ripa.n.*72. *Beroius n.* 206. *de iudic. Marian.d.c.dilecti num.*31. *de foro cōpetenti*. Ergo † prædicta ordi- 145
natio *lib.3.tit.6.* §.3. *noua recopilationis*, ad hunc modum expensa apertè probat, quòd vbi iuris interpretatione, tantùm quis in loco simpliciter videtur contraxisse, & non promisisse in eo soluere, ita demum poterit conueniri in loco contractus, si in eo reperiatur & supra probauimus, circa quod videndus est Bald. *l.si quis in conscribendo n.3.& 4.Cod.Episc.& clericis.*

Et † vlterius prædicta ordinatio 146
expendenda est ad tria valdè notanda in hac materia: Primò † prædicta procedere: & si quis renunciet proprio foro ad limitationem *gl. 2. l. si supra si quis in ius vocatus*, vt scilicet glos. traditio procedat, quando quis promisit respondere in certo loco, vel coram certo iudice. Nam si per clausulam generalem promittat soluere in quocunque loco, renunciatio proprij fori nihil operabitur: Et est ratio, quia cùm dicta clausula generalis importet in quocunque loco cōueniri posse, dummodo in eo reperiatur, *vt dictum est*: renunciatio proprij fori, non potest inducere, quod in quolibet loco conueniri posset, etiam si ibi non reperiretur, esset enim inducere repugnantiam, in ea promissione, quod ius non admittit, *l. vbi repugnantia inf. de regul. iur.* quicquid contrarium videatur sentire Ias. *l. si conuenerit.n.* 40. *supra de iurisdictione omnium iudicum.* Vtrum † autem in terminis illarum 147
ordinationum, licita sit pœnitentia iuxta decisionem *legis si conuenerit sup. de iurisdictione omnium iudicum*, resoluendum est, non esse licitam iuxta *c. cum dilecti de foro competenti*, in cuius terminis loquuntur prædictæ ordinationes, diximus *latius leg.1. supra eo.* quicquid repugnet Pan. *cap. 1.n.22.ad finem, de iudic.*

Terriò † & vltimò colligitur ex 148
prædictis ordinationibus, quòd vbi

quis promisit respondere vel soluere vbicunque creditor velet, poterit conueniri in quocunque loco, dum-
150 modo in eo reperiatur: quòd † tamen limitandum videtur, si specificatis certis locis addatur prædicta clausula generalis: nam tunc non poterit conueniri in quocunque loco, sed tantùm in locis, non multum remotis ab expressis. Neque enim si post casus specificatos addatur prædicta clausula generalis, sub ea clausula comprehenduntur casus maiores, & difficiliores, quam expressi, *argumento cap. sedis, de rescriptis, & capit. non potest, de procurat.*
151 *in 6.* Et † quia generalia recipiunt declarationem ab specificatis *l. final. §. cui dulcia inf. de vino, & tritic. legat.* & ita in specie declarat Panormitanus, *in cap. 1. n. 22. de iudic. & ibi Ripa n. 71.* asserit receptum, & eandem opinionem vti communem, probat Marianus *cap. dilecti num. 30. de foro competenti, Felin. cap. sedes colum. 5. de rescriptis Iaf. l. si conuenerit n. 44. supr. de iurisdictione omnium iudicum, & §. plus autem n. 24. Inst. de act. Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis num. 63. vers. 1.* casu & ad hunc modum videtur explicandus Bald. *l. si quis in conscribendo n. 3. & 4. C. de Episc. & clericis.*
152 Sed † subsistendum est, quia contrarium videtur probare text. *leg. Titium, & Meuium, 48. §. tutores inf. de administr. tutor.* in quo tex. debitores prouinciales promiserunt soluere Romæ vel vbicúque petitum esset, & tamen textus præsupponit, promissores in quibuscunque locis Italiæ, etiam à Roma remotissimis conueniri posse, si modò in illis reperiantur: per quem text. prædictam declarationem improbat Imol. *c. 1. n. 31. de iudic.* & ibi vt verius in eis probant Felin. *n. 7. Ripa. n. 71. Alex. dict. l. conuenerit. n. 12.*
153 Quas † tamen opiniones contrarias nititur ad concordiam reducere Decian. *c. 1. n. 23. de iudic. & dict. l. conuenerit in fine.* Ego autem illas concordo hoc modo: quòd poterit promissor conueniri in locis valdè remotis ab specificatis, dum tamé sint intra prouinciam, in qua sunt loci specificati, vt colligitur ex mente *dict. l. Titium & Meuium §. tutores, adiunctis verbis Titi Liuij lib. 7. decadis 3.* dicentis, ager Romanus in Italia terminatur, & sic tota Italia cósideratur tanquam ager Romanus vt etiam notauimus *l. 2. §. legatis sup. eod.* Quòd est notabile ad declarationem prædictæ ordinationis.

In † regno autem Castellæ, vt iam 154
diximus lite non contestata, potest procedi ad sententiam diffinitiuam contra reum absentem, & nihilominus datur facultas actori, vt si magis velit possit recurrere ad primum & secundum decretum, vt constat *ex l. titul. 11. lib. 4. ordinam.* de quo videndus est Auendan. *tract. de except. num. 12. & num. 15. & respons. 40. num. 11.* asserens
in † regno Castellæ, etiam in contra- 155
ctibus locum esse remissioni, contra dispositionem, *dict. §. contrahentes* ad quòd allegat *l. 1. & 2. tit. 16. lib. 8. ordinam.* Et ratio est (vt ipse existimat) quia secundùm ll. Castellæ debitor,
qui † non soluit debitum, carceri 156
mancipatur, donec soluat, & si intra sex menses non soluerit: traditur creditori, ad ei seruiendum *l. 4. & l. 6. tit. 16. libr. 5. ordinam.* Vnde cùm executio debeat fieri in persona debitoris, remittendus est ad locum contractus, vt prædicta in eius persona exequatur, & in simili tradit Bald. *l. consentaneum, n. 8. C. quomodo & quando iudex.*

Sed † non placet hæc opinio, quia 157
in primis *l. 1. & 2. tit. 16. lib. 8. ordinamenti*, loquuntur, quando debitor confugit ad locum priuilegiatum, ne à creditoribus conueniri posset. Nam ad puniendam hanc malitiam iubetur inde extrahi, & remitti ad locum contra

contractus, *vt aduertit Perez l.1.tit.17.*
158 *lib.8.ordinam.verb.la deuda.* Extra † igitur hunc casum specialem, etiam in regno Castellæ obseruabitur *dict.* §.
159 *contrahentes.* Præterea † neque est verum, quòd in Castella omnis debitor non soluens, carceri mancipetur: nam id tantùm locum habet in debitore, quem constat non habere bona ad soluendum, nèque præstat cautionem de iudicio sisti & iudicato soluendo, vt aduertit Soares *titul. de los emplazimentos* §.1. *n.*7. Et ex his remanet expedita materia huius §.

L. Hæres absens, §. proinde ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Proponit rationem, qua motus Iureconsultus dixerit quòd si quis verum, & proprium contractum celebrauerit in aliquo loco, in eo conueniri poterit.*

2 *Colligit conclusionem, quòd ratione contractus aliquo loco celebrati quis sortitur forum.*

3 *Declarat conclusionem intelligendam esse de contractu largo modo sumpto quatenus significat conuentionem, ex qua oritur obligatio.*

4 *Docet, etiam non esse intelligendam de contractu strictè sumpto, quatenus significat contractum ex vtraque parte obligatorium.*

5 *Prædictam conclusionem tribus modis ampliat, & aliis tribus limitat.*

6 *Tradit primã ampliationem, vt scilicet procedat, etiamsi contrahens habeat priuilegium, ne conueniatur, nisi coram certo iudice.*

7 *Declarat ampliationem procedere, non solùm pro obligatione principali, sed & pro secũdaria, quæ inducitur ad damna & interesse propter moram.*

8 *Tradit secundam ampliationem, vt procedat etiam si contrahens mutauerit domicilium, quod habebat tempore contractus.*

9 *Intendit declarare, quomodo prædicta ampliatio intelligenda sit circa mutationem antiqui domicilij.*

10 *Per mutationem domicilij forus antiqui domicilij omnino extinguitur, non tamen extinguitur forus contractus ibi celebrati.*

11 *Tradit, quomodo debeat declarari l.2. C. de iurisdictione omniũ iudicum.*

12 *Ampliat tertio, vt quemadmodum quis in loco contractus conueniri potest, ita etiam in loco distractus.*

13 *Contractus & distractus à pari procedunt.*

14 *Aduertit, iura adducta pro hac ampliatione loqui quando in certo loco celebratus est, & ad eius complementum agitur, secus si de eius dissolutione, & ibi rationem tradit.*

15 *Licèt cõtrahens in loco cõtractus inueniatur, non poterit tamen in eodem loco conueniri ad distractum, cùm de re contraria contractui agatur.*

16 *Impugnat prædictam declarationem l.in contractibus §. in omni, Cod. de non numerata pecunia, ad quod textum inducit.*

17 *Tradit responsionem ad leg.2. Cod. vbi & apud quem.*

18 *Reprobat dictam responsionem, & fundamentis satisfacit.*

19 *Inducit contra dictam responsionem dictam legem 2.*

20 *Restitutio non est petenda in loco contractus, sed in domicilio rei conueniendi.*

21 *Confirmat declarationem, quam tradidit n.14. & ad fundamenta contrariæ opinionis respondet.*

22 *Respondet ad dictam legem in contractibus, de qua n.16. de cuius explicatione, & intellectu latè agit.*

23 *Probat proximè resoluta ex simili l. diffamari, C. de ingenuis & man.*

24 *Reijcit*

24 *Reijcit proximam responsionem.*

25 *Veriorem responsionem assignat.*

26 *Perfecto contractu sublata est actio oriens ex eo, & in consequẽtiam sublatus videtur forus, ad eius implementum inductus.*

27 *Tradit annotationem ad tradita per Alb. & alios dum præsupponunt in loco contractus, in quo facienda est traditio, agi posse de rescissione contractus propter læsionem vltra dimidiam, quod falsum esse ostendit.*

28 *Reprobat eosdem Doctores, dum tenent, in constituenda læsione vltra dimidiam, non debere attendi locum contractus sed locum traditionis.*

29 *In respicientibus initium contractus, debet considerari locus contractus, & non locus traditionis.*

30 *Assignat concordiam ad dictas opiniones.*

31 *Si Ecclesia per restitutionem in integrum petat rescissionem contractus, debet illam petere in foro rei conuenti.*

32 *Ecclesia actrix tenetur sequi forum Rei.*

33 *Impugnat proximam resolutionem, & tradit Doctores contrariam opinionem tenentes, ex quibus constat magis communem esse.*

34 *Pro hac magis communi opinione adest in regno Portugalliæ concordia, facta inter Regem Sebastianum & clerum.*

35 *Reijcit hanc magis communem resolutionem, & primam n. 31. sequitur, & ad fundamenta magis communis respondet.*

36 *Concordiam inter dictas opiniones assignat, proponens priorem opinionem n. 31. veram esse: limitari tamen in casu, de quo ibi.*

37 *Quando dicitur enormissima læsio, dolus re ipsa æquiparatur dolo ex proposito.*

38 *Docet, quòd si quis prætendat, fuisse læsum in arbitramento, debet id petere coram iudice illius, in cuius fauorem lata fuit sententia.*

39 *Proxima resolutio in Regno Castellæ non obseruabitur, in quo sententia arbitratoris habet executionem paratam.*

40 *Idem obseruabitur in aliis Regnis & prouinciis, in quibus prædicta sententia habuerint executionem paratam.*

41 *Limitat primò conclusionem text. si in loco contractus reperiatur contrahens ex caussa probabili, & necessaria: Ibi enim conueniri non potest, cùm ei competat ius reuocandi domum.*

42 *Limitationem impugnat ex Felino per leg. 2. §. legatis ver. omnes, supra eodem.*

43 *Reijcit responsionem glos. ad dictum textum.*

44 *Assignat concordiam ad dictas opiniones.*

45 *Tradit secundam limitationem ad dictam conclusionem huius text.*

46 *Mouet difficultatem contra specialem conclusionem huius text.*

47 *Tradit conclusionem ad dictam difficultatem ex glos. hic verbo, vt defendere, quam tamen responsionem reprobat.*

48 *Reprobat auctor dictam difficultatem duobus modis, & de primo modo hic agit.*

49 *Assignat secundam responsionem.*

50 *Declarat hunc text. necessario intelligendum esse, quando, antequam contractus haberetur pro perfecto, initum fuit prædictum pactum, & ibi claré declarat.*

51 *Colligit ex supra dictis, quòd vbi tempore celebrati contractus declaratum est, quod Reus aliquo certo loco teneretur respondere, tacitè videtur conuentum, quòd in loco contractus non teneatur.*

52 *Mouet*

52 *Mouet contra proximam resolutionem difficultatem ex Sapia. hic n. 1.*
53 *Tradit ad dictam difficultatem responsionem ex Curtio Iuniori hic n. 1.*
54 *Reprobat praedictam responsionem.*
55 *Inter tacitum & expressum regulariter non est constituenda differentia*
56 *Respondet Actor praedictae difficultati.*
57 *Si contractum sit in certo loco, & in alio destinetur solutio, non sortietur promissor forum in loco contractus, nec poterit in eo conueniri, etiamsi ibi reperiatur, & ibi conclusionem latè probat.*
58 *Aduertit praedictam conclusionem tantum veram esse, quando quaestio est, in quo loco contrahens forum sortiatur.*
59 *Docet, quod, quoad omnes alios effectus, attenditur potius locus, in quo verba contractus fuerunt prolata quàm locus, in quem collata fuerit solutio.*
60 *Adducit pro eadem communi opinione reg. l. si fundus, infra de euictionibus, quem ad id expendit.*
61 *Quando inter partes dubitatur, de qua moneta fuerit intellectum à partibus, attenditur locus contractus, & non ille, in quem collata fuit solutio.*
62 *Ponderat etiam, quod quoad solemnitates attenditur locus contractus.*
63 *Tradit cõtrariam opinionem, imo quod quoad omnes effectus debeat attendi locus, in quem collata fuit solutio, & Doctores qui illam tenent recenset & eorum fundamenta.*
64 *Magis communem opinionem amplectitur, & ad in contrarium adducta respondet, & in primis ad generalitatem dictae l. contraxisse.*
65 *Fictio locum non habet, nisi in casibus, in quibus expressè inuenitur inducta.*
66 *Respondet ad l. 1. in principio, iuncta glos. verb. contractum, inf. de vsuris.*
67 *Respondet ad l. exigere dotem inf. eod.*
68 *Opponit contra dictam responsionem ex Bart. in d. l. exigere dotem, n. 1. & responsionem tradit,*
69 *Reprobat proximam responsionem, & veriorem responsionem assignat, & distinguendo procedit.*
70 *Si post statutum respiciat formam contractus, siue obligationem ex eo resultantem, debet inspici locus, in quo negotium gestum est.*
71 *Si statutum respiciat executionem siue effectum exactionis, attenditur locus in quem solutio, & sic executio actus collata est.*
72 *Docet, quòd in his, quae respiciunt obligationem contrahendam, & consequenter directè, & immediatè ex natura obligationis procedunt, attenditur locus contractus.*
73 *Tradit, veram esse opinionem Bart. l. semper in stipulationibus, nu. 2. inf. de regul. iur.*
74 *Vbi quaestio fuerit, vtrum contractus habeat solemnitates requisitas, debet attendi locus, in quo negotium gestum est, & non locus, in quem fuit collata solutio.*
75 *Explicat Ordin. Portugalliae lib. 3. tit. 59. §. 1.*
76 *Proximè resoluta procedunt etiam in terminis iuris communis.*
77 *Gabella soluenda est in loco, in quo negotium gestum est, & non in loco, in quem confertur solutio.*
78 *Gabella est onus contractus, & obligationis, non autem onus traditionis.*
79 *Gabellae pertinet eius solutio ad firmitatem contractus: si enim non soluatur nihil valebit contractus.*
80 *Refert opinionem contrariam, imo gabellam esse soluẽdam in loco, in quem collata fuit solutio & Doctores, qui hanc opinionem tenent, & eorum fundamenta adducit.*
81 *Reprobat proximam opinionem, & ad argumenta illius respondet.*
82 *Respondet ad primam rationem.*
83 *Respondet ad secundam, & ostendit*

 verum

verius esse, quòd gabella debetur ratione contractus, licèt traditio postea non interuenerit.

84 *Refert quid in regno Castellæ circa hunc articulum fuerit obseruatum.*

85 *Ostendit leges Castellæ num. proximo relatas, discrepare à iure communi.*

86 *Dispositio l. Cast. inducta fuit ad euitandas fraudes, quæ fieri poterant gabellarijs, in quorum districtu essent res venditæ.*

87 *Ostendit d. l. Cast. omnino voluisse, quòd gabella solueretur in loco, vbi res erat tempore venditionis, etiamsi in alio loco traderetur.*

88 *Tradit quid in hoc art. in regno Port. disponatur.*

89 *Vbi lex, vel statutum habet tacitam, vel expressam relationem ad executionem contractus, semper debet attendi locus, in quo debet fieri executio siue solutio.*

90 *Tradit ex Pan. quod ad sollemnitatem conficiendi contractum dotalem, debet obseruari consuetudo loci, in quo fit contractus.*

91 *Item respicitur locus contractus, quoad respicientia initium obligationis, & quæ in eo loco consueuerunt interponi in contractibus dotalibus.*

92 *Quando agitur de respicientibus executionem siue de alijs, quæ contingunt contractu iam perfecto, debet attendi statutum loci in quem fuit collata solutio siue executio.*

93 *Concludit, quòd in terminis doctrinæ Bart. d. leg. exigere dotem. n. 1. meritò debeat considerari locus domicilij mariti.*

94 *Tradit vltimam limitationem ad conclusionem nostri text. vt non procedat, si contrahens cum aliquo sciat, eum statim recessurum esse.*

95 *Examinat, cui incumbat onus probandi, quod scienter contractum sit cum statim recessuro.*

96 *Tradit ad resolutionem huius conclusionis distinctionem Bart. hic n. 1.*

97 *Reprobat dictum Alex. cons. 89. nu. 1. & 2. lib. 7.*

98 *Respondet ad rationem Alex. de qua proximè.*

99 *Reprobat etiam considerationem Lancelot. Dec. hic col. 1. ad medium.*

100 *Explicat d. Bart. hic n. 5. Angel. n. 9.*

101 *Pergula accipitur pro loco ab omnibus lateribus aperto, in quo res exponuntur venales.*

102 *Mouet difficultatem contra proximam illationem.*

103 *Auget difficultatem ex text. in cap. 1. §. nec etiam de foro competenti in 6.*

104 *Tradit etiam pro eadem parte leg. vnicã, Cod. de nundinis.*

105 *Supra traditam illationem probat, quia magis communiter recepta est, & ad difficultates supra motas respondet.*

106 *Respondet ad primam difficultatem, de qua num. 102.*

107 *Refert ex Panor. quòd si quis iuit ad nundinas, vel ad alium certum locum, ea mente vt ibi contrahat, poterit nihilominus pro contractibus ibi celebratis conueniri.*

108 *Fatetur Author, proximam conclusionem nullo modo esse admittendam, cum illi expressè repugnet is textus.*

109 *Respondet ad d. c. 1. de quo in secunda difficultate, num. 103.*

110 *Respondet ad legem vnicam Cod. de nundinis, de qua num. 104.*

111 *In nundinis quis non potest conueniri pro contractibus alibi gestis, sed tantum pro gestis in nundinis, dummodo ibi pergulam habeat.*

112 *Tradit annotationem ad tradita hic per Bartol. col. 2. & ibi ponit exemplum.*

113 *Refert resolutionem Pauli Castrens. circa hanc materiam.*

114 *Tradit etiam dict. Baldi in rubrica, n. 5. C. quæ in fraude creditorum.*

115 *Quando simpliciter traditur res, videtur*

detur habita fides de pretio, si tantum contrahatur cum aduena, non creditur habitā fuisse fidē de pretio.

116 *Aduertit Author, omnes Doctorum traditiones supra relatas videri confundi per istum textū, & illis admissis inutiles ferè illius regulæ manere.*

117 *Aduertit item glos. hic verbo domicilium in fin. communiter reprobari.*

118 *Quando quis à principio personam approbauit, non poterit ex post facto eum cogere ad præstationem cautionis.*

119 *Tradit ex Bart. quòd iudex non debet procedere ad sequestrum rei, nec debet cogere Reum ad satis dandum, quando eius persona fuit approbata per actorem.*

120 *Debitor tanquam fugitiuus capi non potest, si creditor tempore contractus sciebat eius conditionem, neque aliquid superuenit de nouo.*

121 *Amplectitur hanc opinionem, & ad rationes pro magis communi respondet, & ad primam respondet hic.*

122 *Tradit differentiam inter contrahentem cum aduena non habente pergulam, vel illam habente.*

123 *Explicat rationē prædictæ differentiæ.*

124 *Adducit traditionem Panor. cap. fin. n.33. de foro competenti.*

125 *Respondet ad rationem Panor. de qua proximè.*

126 *Approbat d. traditionem Panorm. & optimo fundamento confirmat.*

127 *In iudicijs necessariò debet interuenire procurator & aduocatus, quibus iudex debet constituere competens salarium.*

128 *Respondet ad cap.1. §. nec etiam, de foro competenti in 6. & declarat quo casu procedat.*

129 *Ostendit, quòd licèt sit verior opinio, quam defendit contra magis communem, tamen tradit casum, in quo magis communis defendi potest.*

130 *Si quis fuerit forum sortitus in loco contractus, & postea in eo reperiatur tanquam aduena, nihilominus poterit in eo conueniri.*

131 *Tradit elegantem additionem ad proximè resoluta.*

132 *Tradit proximam additionem reprobari ab Albe. hic num.9. & Paul. Cast. & eorum fundamēta adducit.*

133 *Approbat prædictam additionem, & ad rationem in contrarium adductam respondet.*

134 *Qui contulit solutionem in alium locum, duo videtur fecisse, scilicet, quod ibi videatur contrahere iuris fictione, item quod promittit in eodem loco soluere secundùm veritatem.*

135 *Expressum facit cessare tacitum.*

136 *Agit de interpretatione tex. l. qui manumittuntur, vers. sed etsi, supra quibus ex causis maiores.*

137 *Explicat gl. hic verb. quotquot.*

138 *Examinat item aliam d. glos. traditionem circa id quod subdit, legatum, si tanquam aduena contraxerit, Romæ conueniri posse.*

139 *Proximam gl. traditionem reprobat.*

140 *Examinat item dictam traditionem glos. & rationem, qua mouetur ad resolutionem, de qua num.138. exprimit.*

141 *Reijcit dictam rationem.*

142 *Ostendit verius esse, vt etiam in legato obseruetur dist. huius text.*

143 *Licèt legatus, Romæ contraxerit priuilegium legationis eo casu qui amiserit, & ibi pro contractu conueniri possit, tamen si vt aduena contraxit, non amittit priuilegium.*

144 *Declarat, qua ratione legatus si contraxerit Romæ vt aduena, ibi conueniri possit tanquam in communi patria, & quando habebit priuilegium reuocandi domum, & effectus qui ex hoc resultabunt.*

145 *Tradit ex Castrens. hic n.7. quòd licèt habens pergulam in loco, possit in eo conueniri, non tamen ob id dicetur*

in eo loco habuisse domicilium, & sublata pergula in eo conuenire potest.

146 *Refert ex eodem Castr. quòd si is in loco, in quo habuit pergulam reliquit institorem, poterit institor pro domino absente conueniri, & procedetur contra eum, ac si à vero domicilio abesset.*

147 *Reprobat proximam resolutionem, & ostendit, quo casu institor solùm potuit obligari.*

148 *Agit de explicatione gl. hic verbo debebit, ex qua colligit, quem pluribus modis forum sortiri.*

149 *Assumit author ad tractandum vltimum modum sortiendi forum, scilicet ratione commissi delicti.*

1 Licet exempla † specialia §. præcedentis, videantur pertinere, ad quasi contractus in certo loco celebratos, tamen quia addita fuit ea clausula generalis (*vel aliquid aliud, ex quo obligatio oritur*) ex ea infert Iureconsultus in præsenti, quòd si quis verum, & proprium contractum celebrauerit in aliquo loco, in eo conueniri potest, quamuis Bar. *hic in principio* aliter explicet: Ex hoc
2 igitur † in principio ita explicato, colligitur conclusio, quòd ratione contractus aliquo loco celebrati, quis sortitur forum, concordat *capit. fin. de foro comp. l. 32. tit. 2. partit. 3. & ibi latè*
3 *Greg. verb. en aquella tierra.* Et † intelligę conclusionem de contractu largo modo sumpto: quatenus significat conuentionem, ex qua oritur obligatio, vt colligitur *ex §. praced. & l. omnem*
4 *inf. eod.* Non † autem de contractu strictè sumpto: quatenus significat contractum ex vtraque parte obligatorium iuxta *l. labeo §. contractum inf. de verb. sign.* vt admonet Pan. *c. fin. num. 29. & ibi Felin. num. 27. de foro comp.* & prosequitur Ant. de Math. *de prorogatione iurisdictionis num. 63.*

Hanc † conclusionem ita explicatam tribus ampliabis modis, & aliis tribus limitabis: & ita remanebit perfectè explicata. Prima † igitur ampliatio sit, vt hæc conclusio procedat, etiamsi contrahens habeat priuilegium, ne conueniatur, nisi coram certo iudice. Nam non obstante priuilegio coram iudice contractus conueniri potest, *c. dilecti de foro comp. c. 1. de priuileg. in 6. ordin. Portugallia lib. 3. tit. 6. §. 3. noua recopilationis*, in qua exprimitur ratio huius conclusionis. Quinimo † nō solùm pro obligatione principali resultante ex contractu, poterit eo loco contrahens conueniri, sed & pro secundaria obligatione, quæ inducitur ad damna & interesse propter moram non soluētis suo tempore, vt probat *dict. c. dilecti, & ibi notat Panorm. num. 6. Felin. c. fin. num. 19. de foro compet. Iaf. l. 1. num. 6. supr. de eo quod certo loco, Deci. l. si conuenerit num. 31. supra de iurisdictione omnium iudic.* — margin numbers: 5 (Hanc), 6 (Prima), 7 (Quinimo)

Amplia † secundò vt si quis tempore contractus habebat domicilium in certo loco, & postea illud mutauit, poterit nihilominus conueniri in loco domicilij antiqui, in quo contraxit, vt probat *l. 2. C. de iur. omn. iu. & ibi notat Bart. num. 1. Imol. cap. pen. num. 5. de foro compet. Aret. c. qui a V. n. 14. de iudic. & consi. 135. n. 2.* Est † tamen aduertendū, quod aut isti intelligunt, quòd is qui mutauit domiciliū antiquum, potest conueniri in domicilio antiquo ratione ipsius domicilij, & id est falsum: quia † per mutationem domicilij forus antiqui domicilij omnino extinguitur *l. cum quædam supr. de iurisd. omnium iud.* aut intelligunt quòd in loco domicilij antiqui potest conueniri: non ratione domicilij, sed ratione contractus in eo celebrati, & tunc verum dicunt: nam licèt per mutationem domicilij extinguatur forus

rus domicilij,non tamen extinguitur
forus contractus ibi celebrati, & ad
11 hunc modum † debet declarari *d.l.2.*
vt per Panorm. c penult. n.8. & ibi Felin.
n.2. de foro compet. Deci.d.l.cum quædam
num.4.& ibi Curtius Iun.num.8.& idem
Curtius Iun.§. preced. n. 2. & eleganter
comprobat Marianus *c.fin.n.56. de fo-*
ro competenti, quicquid impugnet, &
reluctetur Aretin.*consil.35.num.2.*
12 Amplia†tertiò,vt quemadmodum,
quis in loco contractus conueniri
potest: ita etiam conuenietur in loco
distractus, vt probat is textus *in fine*
ibi distraxit & l.exigere dotem infr.eodem,
& l. qui certo loco supra de condictio. in-
13 *debiti*, nam contractus † & distractus,
à pari procedunt, *l. Pomponius §. prate-*
rea,& ibi notant Angel. & Alex. num.4.
infr.de acquir.possess. & ita hanc amplia-
tionem assignarunt Albe.Angel.Paul.
& Iacobin. *l. exigere dotem infra eodem.*
Curt. Iun. §. præced. num.1. & plures
quos refert Tiraq. post ll. connubia-
les. *gl.5.n.8.*
14 Sed † circa hanc ampliationem
aduertendum est, iura adducta pro
hac ampliatione loqui, quando in
certo loco celebratus est distractus:
tunc enim quoad concernẽtia ipsum
distractum certum est, distrahentes
in eo loco forum sortiri. Sed si
ponas contractum fuisse celebra-
tum in certo loco, & tamen vnam
ex partibus velle agere ad illius re-
scissionem, & sic ad distractum; non
poterit de hoc agi in loco contractus:
nam cùm non agatur de obseruantia
contractus,sed magis de eius dissolu-
tiõe, non debet de hoc agi in foro
contractus, sed potius actor debet
sequi forum rei.cui conuenit text.*l.2.*
Cod. vbi & apud quem & ibi notant Bal.
& Paul. Albe.l.exigere dotem,infra eod.n.
2.Soc.reg.160.& alij relati per Tiraq.lib.
1.retract. §.8.gl.5.n.2.eleganter.Thesaur.
decis. Ped.14. Gutier.in Canon.q.c.34.n.
9.Greg.l.32.tit.2.par.tit.3,verb.en aquel-
la tierra. Vnde licèt contrahens in lo- 15
co contractus inueniatur,non poterit
tamen in eodem loco conueniri ad
distractum, cùm de re contraria con-
tractui agatur, vt clarè sentit *d.l.2.&*
ibi notat Bal. & Paul. l.1.§.l.qui certo loco
col.2.supr. de condictio. indebiti. Lancelot.
Deci. hic in fine Curt. Iun. n.12. Alex.
consil.100.n.12.lib.3. Deci. in rubr.1.le-
ctura col.3.in princ. de iudic. Anton.Rube.
l.vinũ n.134.supr.si certum petatur,Greg.
l.32.tit.2. partit.3.verb. en aquella tierra
col.1.ad finem,& tandem magis probat
Cald. *l. si curatorem verb. implorandum*
n.30.ad finem C.de in integrũ restitutione.
Sed † aduersus prædictam declara- 16
tionem nimis videtur obstare *l.in con-*
tractib.§. in omni C. de non numerata pe-
cunia, in qua confessus recepisse mu-
tuum, potest in loco contractus op-
ponere exceptionem non numeratæ
pecuniæ, quæ ex se tendit ad rescis-
sionem mutui eo loco accepti, & ibi
notat Bal.ac ita videtur probare text.
quòd in loco contractus potest etiam
agi ad rescissionem illius, ad quod il-
lum text. extollit Romanus *singulari*
470.Felin.cap final.n.24.ad finem, de foro
competenti,asserens, id esse indubitabi-
le, si partes inueniantur in loco ipsius
contractus, quod & probat Rogerius
à Mota *hic n.28.Deci.l.vinum n.11.supr.*
si certum petatur,Curt.Iun.in rub. nu.16.
Cod de edendo, Couar.alios referens;&
idem probans *resol.lib.1.c.4.num.1.*vbi
ex mente aliorum respondet ad *d.l.2.*
Cod.vbi & apud quem, esse intelligen-
dam, quando † partes non inueniun- 17
tur in loco contractus. Namsi in eo
reperirẽtur admitteretur ille,qui agit
ad rescissionem contractus:quod latè
confirmat Caldas. *l. si curatorem verb.*
implorandum n.30.C.de restitutione in in-
tegrum. Veram tamen responsionem
assignat Author à *num.25.*
Cæterùm†non placet hæc respon- 18

sio ad *d. l.* 2. tum quia diuinat, tum etiam quia reddit illum textum indubitabilem, cũ certum sit, in loco contractus quem non conueniri, etiam ad obseruantiam illius nisi in eo repe-riatur, §. 1. *sup. hac. l. & c. 1. §. contrahentes. de foro competenti in 6.* & in terminis aduertit Anton. Rube. *l. vinum. nu. 135. supr. si certum petatur.* Præterea *d. l.*
19 2. dicit, quòd † vbi transactio perfecta est si de ea rescindenda agatur, debet fieri conuentio in domicilio rei conuenti. Ergo apertè sentit, quòd non poterit fieri conuentio, in loco contractus, vt ibi aduertit Bart. colligens
20 ex eo textu, quòd † restitutio non est petenda in loco contractus, sed in domicilio rei conueniendi, & ita etiam Fulgos. *l. verũ §. ex facto n. 5. supr. de minoribus, Beroius c. 1. n. 162. de restit. in integrũ, Bernad. Diaz reg. 219. in 2. fall.*
21 Cùm † igitur *in d. l.* 2. videatur text. expressus pro prædicta declaratione, nec illi bene respondeatur, non est ab illa vllo modo recedendum: qua retenta non obstabit textus pro contraria parte principaliter adductus *l. in contractibus §. in omni C. de non num. pecun* quia primò responderi potest ex
22 doctrina † Bar. *l. si societatẽ §. arbitrorum num. 19 supra. pro socio*, quam vti receptam probat Thesaur. *decis. Pedamo. 14. & Caldas. d. l. si curatorem, verb. implorantum n. 30. ad finem*, quod aut rescissio contractus petitur iure actionis, & procedit decis. *d. l.* 2. quòd coram iudice rei agendum est iuxta regulam *l. 2. Cod. de iurisd. om. iud.* & idem si prætendatur rescissio, implorato officio iudicis nobili, quod vicem actionis obtinet *c. si. de offic. iudicis*, in quibus terminis propriè loquitur *d. l. 2. C. vbi & apud quem.* Cæterùm si id prætendatur exceptione proposita, & tunc proponi poterit coram iudice excipientis secundùm rei naturam: nã cùm actor debeat excipientem conuenire coram suo iudice, nulla fit iniuria actori, si exceptio etiam tendens ad rescissionem contractus, coram iudice rei proponatur *d. l. in cõtractibus §. in omni.* Nam † & in simili videmus, quod in 23
terminis *l. diffamari C. de ingen. & manumiss.* cùm diffamatus sustinet vicem rei, coram suo iudice, potest proponere prædictum remedium: quia actor diffamans, necessariò diffamatum coram suo iudice tenebatur conuenire, *vt ibi resoluit Cagn. num. 9. post Alex. cons. 103. lib. 5. & notab. Gregor. l. 45. tit. 2. partit. 3. verb. aluez.*

Cæterùm † quamuis prædicta re- 24
sponsio videatur applaudere, tamen probanda non est: quia doctrina Bart. supr. relata, in qua illa fundatur, non est tutar vt ostẽdit Couar. *resolutionum lib. 2. cap. 12. nu. 1. ad finem*, tum etiam, quia non adaptatur verbis *d. §. in omni:* neque enim præcipit exceptionem proponi coram iudice excipientis, sed potius coram iudice loci, in quo fuit celebratus contractus mutui: & ideo † 25
verior responsio est, quòd aut contractus est perfectus ex vtraque parte, & postea propter aliquam qualitatem extrinsecam, prætenditur rescindi, vt procedit decisio *d. l. 2. Cod. vbi & apud quẽ.* Et est ratio, quia † cùm 26
perfecto contractu sublata sit actio oriens ex contractu, *in princ. Inst. quib. modis tollitur obligatio*, in consequentiam sublatus videtur forus, ad eius implementum inductus *l. cum principalis insr. de regul. iur.* & in specie *c. dilecti, de foro comp. & ibi Panor. n. 6.* Sed si contractus non fuit perfectus ex vtraque parte: quia cessat ratio, de qua supr. adhuc durat forus contractus, & consequenter in eodem loco poterit agi de eius rescissione, nisi contractus perficiatur à contrahentibus, & in his terminis procedit *d. §. in omni.* nam exceptio non numeratæ pecuniæ, in effectu importat, cõtractũ non fuisse

fuisse impletum ex vtraque parte, & ideò in loco contractus de hoc defectu agendum est, vt est de mente Alciat. *l. vinum nu.* 32. *supr. si certum petatur*, & ideò etiam de nullitate contractus in eodem loco agendum est, quia prætenditur, contractum non fuisse perfectum, quòd colligitur *ex dict. leg. secundò Cod. vbi & apud quem, ibi perfecta, & tradit Bald. l. perscriptione nu.* 15. *post medium, Cod. si contra ius.*

27 Et † ex hac vera responsione, infertur annotatio ad tradita per Albe. & Alex. *nu.*6. *Iaf. num.*12. *Deci. num.*11. *l. vinum sup. si certum petat.* dum dicunt, quòd si contractus gestus est in vno loco, & res tradēda est in alio, & prætendatur læsio, non debet considerari locus contractus, sed locus in quo debet fieri traditio, allegant *legem* 3. §. *fin. sup. de actio. & empt.* Nam dum præsupponunt: in loco, in quo facienda est traditio, agi posse de rescriptione contractus, propter læsionem vltra dimidiam, falsum est & contra decisionem *d. l.* 2. *Cod. vbi & apud quem*, vt in specie aduertit Iaf. *l.* 2. *num.* 4. *sup. de eo quod certo loco, Roland. consil.* 26.

28 *num.* 34. *lib.* 2. Item † dum præsupponunt, quòd in constituenda læsione vltra dimidiam, non debeat attendi locus contractus, sed locus, in quo facienda erat traditio, etiā si falsum videtur ex doctrina Bart. *l.* 1. *nu.* 20. *C. de Summa Trin.* recepta, vt ibi asserit Io. Baptista *nu.* 132. quòd in respicienti-

29 bus initium contractus † debet considerari locus cōtractus, & non locus traditionis, *leg. si fundus infra de euictio.* Sed prædicta læsio respicit initium contractus: ergo quoad eam locus contractus inspiciendus est, & non locus traditionis, quod ita post alios resoluit Iaf. *l.* 2. *num.* 4. *supr. de eo, qui certo loco, Marian. cap. dilectI colum. final. de foro compet. Roland. consil.* 100. *à nu.* 13. *libr.* 3.

Vel † pro concordia opinionum 30 dicendū est, quòd licèt ad cōstituendum, vtrum interuenerit læsio vltra dimidiam, debeat inspici locus contractus *dict. l. si fundus infra de euict.* Tamen modus hoc probandi necessariò debet incipere à loco traditionis, nam in eo loco debet videri, quantum illa res communiter valeat *l.* 3. §. *fin. supr. de actio. empti.* & promisso hoc valore tunc in loco contractus considerabitur. Vtrùm iuxta illud interuenerit prædicta læsio, vt est de mente Alciat. *l. vinum, nu.* 32. *supra si certū petatur.*

Secundò † infertur, quòd si Ecclesia 31 per restitutionem in integrum petat rescissionem contractus, debeat illam petere in foro rei conuenti, *d. l.* 2. *Cod. vbi & apud quem*, nam Ecclesia actrix tenetur † sequi forum rei, *cap. cum sit* 32 *generale, de foro competenti*, quòd ita tenet Couar. *resolut. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 2 & Beroius *c.* 1. *num.* 162. *de restit. in integrum, Caldas l. si curatorem verb. implorandum, num.* 32. *C. de in integ. restitutione.*

Contrarium † tamen, imò Ecclesiam 33 posse petere hanc restitutionem, & consequenter rescissionem cōtractus, coram iudice Ecclesiastico, videtur probare *cap.* 1. *& c. constitutus, de restit. in integrum, cap. penult. de rebus Eccl'.* & per ea iura tenet Innoc. *cap. cùm sit generale, in fine de foro competenti. Roman. singul.* 112. *Bernard. Diaz. regul.* 219. *in* 2. *fallentia* & esse magis receptam opinionem fatetur Couar. *vbi supra* & Ant. de Math. *de proroga. iurisd. num.* 77. Gutier. *in Canonicis quæst. c.* 34. *num.* 10. & probatum est in concordatis † in 34 ter Regem Sebastianum & clerum *in* 2. *concordia* 1. nihilominus prima opinio supra relata videtur verior per supra tradita.

Neque † obstant iura adducta pro 35 magis communi sententia: quia cùm in illis non sit principalis quæstio de foro, sed potius de restitutione in integrum

tegrum petenda quoad forum, abſq; diuinatione poſſunt præſupponi termini habiles *l. qui teſtamento* §. 1. *infr. de teſt.im.* & ſic, quòd illud, quòd præſupponunt prædicta iura, procedat tantum in terris, in quibus conſuetudine obtentum eſt, vt laici coram Eccleſiaſtico reſpódeant, etiamſi rei ſint, cuius conſuetudinis fit mentio, *cap. ſi clericus laicum, in fine. de foro competenti.*

36 Vel† pro concordia dicendum eſt, regulariter veriorem eſſe primá opinionem, limitari tamen non procedere, ſi læſio contingat per dolum, vel malitiam contrahentis: nam is tanquam malefactor Eccleſiæ, ad forum Eccleſiaſticum trahi poterit, *d.cap.cum ſit generale, de foro competeti*, & quamuis Panorm *ibi num.* 12. & Felinus *colum.* 2. *ad finem*, intelligant, item admittendum eſſe in dolo re ipſa quando ſcilicet interuenit magna læſio *l. ſi ſuperſtite Cod. de dolo l. ſi quis cum aliter infra de verborum obligatione*, non placet tamen, quia is propriè non poteſt dici malefactor Eccleſiæ: tantum ergo eorum

37 dictum admitti poteſt, quando† fuerit enormiſſima læſio: nam tunc dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito *dict.l. ſi ſuperſtite Cod. de dolo, reſoluit Cagnol.l 2. á num.* 98. *C. de reſcind. vend.* & ad hunc modum poteſt intelligi *cap. pen. de rebus Eccleſiæ non alienandis.*

38 Vltimò† infertur, quòd ſi quis prætendat fuiſſe læſum in arbitramento, debet id petere coram iudice illius, in cuius fauorem lata fuit ſententia *dict.l 2.C. vbi & apud quem, & ibi tradit Bart. num.* 1. *ad finem.* & Salyc. *num.* 1. eleganter explicans Fulgoſ. *l. verum* §. *ex facto num.* 5. *ſupra de minoribus, notab. Couar. reſolut. libr.* 2. *c.* 12. *nu.* 1. & melius cæteris Theſaurus *deciſio. Pedemontan.*

39 14. quòd †tamé in regno Caſtellæ nõ obſeruabitur, in quo ſententia arbitratoris habet executionem paratam *l.4.tit.21.lib.4. ordinan.* Nam cùm tunc querela ſit de ipſa ſentẽtia, recurrendum eſt ad ſuperiorem arbitratoris, qui tulit ſententiam. Et † idem obſer- 40
uabitur in aliis regnis, & prouinciis, in quibus prædictæ ſententiæ habuerint executionem paratam, & probat *lex* 23. *ad medium tit.* 4. *partit.* 3. *& ibi Greg. verb. de aquel. & tradit Auendanus lib.* 1. *de exequendis mandatis. cap.* 1. *num.* 27. *& Azeued. l.* 2. *titul.* 21. *lib.* 4. *ordina. num.* 168. & eſt elegans doctrina Bart. *l.* 2. *num.* 2. *C. vbi & apud quem.*

Concluſionem † huius textus ita 41
ampliatã limita primò, ſi in loco contractus reperiatur contrahens ex cauſa tamen probabili & neceſſaria, tunc enim in loco contractus conueniri non poteſt: quia ei competit ius reuocandi domum, *cap. fin. de foro competenti, tenet gloſſ. l.* 2. §. *legatis verb. deſtinati ſup. eodẽ*, probat Paul. & Iacobin. vterque *num.* 3. *l.* 2. §. *omnes, ſupr. eodem, & Marian. cap. fin. num.* 63. *ad finem de foro competenti, Couar. practicarum quæſtionum cap.* 5. *num.* 3. *ad finem.*

Quam † tamen limitationem im- 42
pugnat Felin. *cap. fin. col. antepenultim. ad finem, de foro competenti* per textum *l.* 2. §. *legatis, verſ. omnes ſupra eodem*, vbi textus claré probat, quòd ſi quis ex cauſa neceſſaria, & probabili, reperiatur, in loco cõtractus, poterit ibi conueniri, nec habet ius reuocandi domum, neque † ſatisfacit reſpõſio gloſ. 43
ibi *verbo contraxerunt*, quòd textus ille procedat quando quis Romæ contraxit: & ſic duplici ratione ibi ſortiebatur forum: & ratione communis patriæ, & ratione contractus. Si autem forum ſortiretur ratione ſolius contractus, in prædictis terminis haberet ius reuocandi domum. Nam hæc reſponſio reſtrinxit textus illius generaliatem, item & generalitatem *c. dilecti, de foro competenti*, & ideo verior videtur opinio Felin. quam & nos probauimus *l.* 2. §. *legatis ſupra eod.*

Pro

44 Pro † concordia autem videtur dicendum, quòd ille, qui reperitur in loco contractus, in eo conueniri potest etiamsi illuc venerit ex probabili & necessaria causa:quia forus contractus fortior censetur,vtpote inductus propter factum voluntarium partis, vt aduertit Curt. Iun. *d.§. legatis, ver. omnes num.* 7. Si autem inueniatur in loco,in quo conueniri potest,quia dicitur communis patria *l. Roma infra ad municipium*, & ibi sit ex causa probabili & necessaria, ei competit ius reuocandi domum:quia cessat prædicta ratio, *cap. fin. de foro competenti.* Et idem erit admittendum, si reperiatur in loco originis propriæ, vel paternæ, quia eadem militat ratio, vnde etiam hoc casu ei competit ius reuocandi domum, *Paul.l.2.§.legatis num.6.& ibi Iacobin. ad finem sup.eod.*

45 Secundò † limita conclusionem huius textus,nisi conuentum sit,quòd contrahens non defendat se, in loco contractus,sed in alio loco,vel etiam, vt solueret alio loco, tunc enim non poterit conueniri, nec cogetur se defendere in loco contractus, sed in loco conuento, vel in quem fuit collata solutio,vt probat is textus *in principio, & l.3. infra de bonis Authent. iudicis,& l. contraxisse inf de action. & obligat.* tradit *Panorm.c.fin.n.30. de foro competenti, & ante eum Bald. l. si quis in conscribendo,n.4. C. de Episcopis & clericis.*

46 Est † nihilominus aduertendum, quòd aduersus specialem conclusionem huius text. ea difficultas videtur obstare,quòd hoc pactum,quod contrahens, in alio loco se defenderet,in effectu importat, quod in alio loco, quàm contractus conueniretur:quod quidem pactum inefficax censetur *l.si conuenerit, supra de iurisdictione omnium*

47 *iudicum.* Cui † difficultati respondet gl hic verb. *defenderet*, quod pactum, quod alio loco, quàm contractus,defendatur, impedit quidem forum,qui aliàs ratione contractus videtur contrahi, cæterum non est sufficiens ad constituendum nouum forum in loco,in quo promisit respondere,*arg.l.si conuenerit sup. de iurisdictione omnium iudicum,subscribunt Bart.& Alber.hic n.9. & Fulgos.n.6.*& receptam esse responsionem asserunt Lancelotus Dec. *hic col.1.ad finem,Curt.Iun.n.6. Sapian.n.9. Petrus Gregor.cap.1.n.91. ad medium,de sponsalibus.* Quæ tamen responsio non est admittenda, neque enim verissimile est textum agentem de foro ratione contractus, proposuisse exemplum in pacto inefficaci, quòd forus contractus non constitueretur.

Et † ideo prædictæ difficultati ego 48 respondeo, duobus modis. Primus, quòd locus iste, in quo contrahens promisit respondere,subrogatur loco fori contractus *l.contraxisse inf. de actio. & obligat.* prout igitur sine dubio valeret pactum, quod contrahens conueniretur in loco contractus, *c.dilecti, de foro competenti*,pariter,& valebit pactum, quod conueniatur in quocunque alio subrogato loco contractus, *argumento leg. si eum §. qui iniuriarum. sup. si quis cautio.*

Secundò † respondeo, quòd *d.leg.* 49 *si conuenerit*,non probat pactum de respondendo in certo loco esse inualidum, sed tantùm quod propter illud tanquam nudum, non est compellendus promissor in eo respondere,*vt latius diximus l. 1. supra eod.* Cùm igitur in nostro casu pactum nudum de respondendo in certo loco cohæreat contractui principali, vestitur cohærentia contractus, iuxta regulam *l.iurisgentium §. Quinimo,sup. de pacti*, & sic propter illud tanquam vestitum cogetur promissor respondere in loco expresso, & ita Speculator *tit. de compet. iudicis additione num.18.in fine Albe. hic & l. 1. num. final. Codic. de iurisdictione*

dictione omnium iudicum, Alexand.d.l.ſi conuenerit num.5.

50 Et†ideo is textus neceſſariò intelligendus eſt, quòd quando, antequam contractus haberetur pro perfecto initum fuit prædictum pactum, *argumento l. contractus, C. de fi dei inſtrumento.* nam ſi perfecto iam contractu, hoc pactum iniretur, tunc non impediretur forus contractus iam perfecti, ſed pactum tanquam cohærens contractui principali adderet nouum forum, & illum accumularet præcedenti, *argum.l.fin. Codic. de vſuris rei iudicatæ, & poſt Antonium tradit Deci. leg. ſi conuenerit num.31. ad finem, ſupra de iuriſdictione omnium iudicum, Baptiſt.l.1. num.130. C. de Summa Trinitat. & ante eos Peruſin. cap.1.§.neque etiam in fine, de foro competenti in 6.*

Iuxta quas reſponſiones colligen-
51 dum eſt, ex iſto textu: quod†vbi tempore celebrati contractus declaratum eſt, quòd reus aliquo certo loco teneretur reſpondere, tacitè videtur conuentum, quòd in loco contractus non teneretur reſpondere, circa quod ta-
52 men Sapia. *hic num.1.* eam†mouet difficultatem, quod hoc admiſſo, nunquam quis poſſet conueniri in loco contractus. Patet, quia ſi conuentum eſſet, vt reſponderet alio loco, non poterit conueniri in loco contractus, vt dictum eſt. Si verò nullus alius locus ſit expreſſus, ſed ſimpliciter contrahatur: tacitè videtur conuentum, vt reſponderet in loco, quo petitum eſſet, *leg. vinum infra ſi certum petatur tradit Bartol. l.quod ſi Epheſ. num.2. infra de eo quod certo loco, & l. item illa num.7.infr. de conſtit.pecun.* Ergo etiam hoc caſu non poterit conueniri in lo-
53 co contractus. Et † ſuper hac difficultate reliquit cogitandum. Sed illi reſpondet Curtius Iun. *hic num.1.* quod hoc ſecundo caſu non fuit expreſsè conuentum, quòd contrahens reſponderet in loco, vbi petitum eſſet, ſed tantum tacitè, quæ tacita conuentio non eſt ſufficiens ad impediendum forum contractus, quam reſponſionem repetit *l. exigere dotem, num.4. inf. eodem.* Sed † non placet hæc 54
reſponſio, quia inter tacitum & expreſſum regulariter non eſt conſtituenda differentia, *leg. cum quid, ſup. ſi certum petatur.* Et † ideo in ſpecie eam 55
non admittunt Panormitan. *c.fin.n.32. ad finem & ibi Felinus num.17. de foro competenti. Deci.cap.1.in lectura 1.col.22. ad finem de iudic. Baptiſt.l.1.num.130.C. de Summa Trinitat.*

Et † ideo vltra alios prædictæ dif 56
ficultati ego reſpondeo, quòd in hac conuentione promitto ſoluere, vbicunque petitum ſit: ideo non excluditur locus contractus, quia illa generalis conuentio importat, vt in quocunque loco inueniatur, poſſit in eo conueniri, ac ſi in eo contraxiſſet *l. Titium & Meuium 48.§.1.inf. de adminiſtrat.tutorum,* & ideo ſi inueniatur in loco contractus, in eo etiam poterit conueniri, quaſi concurrentibus in hoc caſu generali & ſpeciali conuentione *l.1.cum gloſ.ſup.de eo quod certo loco,* & ſic ceſſat difficultas.

Illud † certum eſt, quòd ſi contra- 57
ctum ſit in certo loco, & in alium deſtinetur ſolutio: non ſortiretur promiſſor forum in loco contractus, & ideo in eo conueniri nõ poteſt, etiamſi in eo reperiatur, *l.3.inf. de bonis Auth. iud. poſſid. l. quæro & ibi Bart. inf. de ſolutio. Petrus Greg.cap.1.num.92. de ſponſalibus,* & eſt recepta concluſio *vt per Marianum c.dilecti n.9.de foro competenti, Panormitanus cap. fin.n.38.& ibi Felinus n.19.eo.tit. Iaſ. §. plus n.18. Inſt.de actionibus & l.1.n.4.ſup. de eo quod certo loco. Socin. regul.159.in principio, defendit Curtius Iun. §. apud Labeonem nu.5. infra hac l. Anton. de Math. de prorogatione iuriſdictionis, n.64.* & notab. proſequitur

sequitur Baptista Bouius *tract. de statutaria urbis præscriptione, gl. 19. à n. 153.* quicquid contrarium tentet Lancelotus Dec. §. *fin. infra hac lege*, & clarè id etiam probat *leg. 32. tit. 2. partit. 3. & ibi* notat Gregor. *verb. en aquella tierra, ad finem.* Et ratio huius conclusionis est, quia ius interpretatione non videtur contractus celebratus in loco, in quo verba contractus fuerunt expressa, sed potius in loco, in quem fuit destinata solutio, *leg. contraxisse inf. de actio. & obligat.* Atque proinde si quis Romæ contraxerit, & in alium locum conferatur solutio, non poterit Romæ conueniri ratione contractus, sed tantum ratione communis patriæ, si ibi inueniatur, *vt post Angel. tradit Imol. l. qui Romæ in principio num. 3. & ibi Socin. num. 1. infra de verborum obligatione*, ad quem modum est explicandus Iason. *l. 1. num. 5. inf. de eo quod certo loco.*

58 Est † tamen aduertendum, hanc conclusionem tantum verá esse, quando quæstio est, in quo loco contrahens forum sortiatur. Nam tunc verum est quod eum sortitur, non in loco, in quo verba contractus fuerunt prolata, sed potius in loco, in quem fuit collata solutio, vt probant iura

59 supra allegata: sed quoad † omnes alios effectus, attendetur potius locus in quo verba contractus fuerunt prolata, quam locus, in quem collata fuerit solutio. Ita declarat Bart. *l. 1. n. 15. C. de Summa Trinit.* & ibi Baptist. *num. 130. Purpurat. num. 104.* afferunt receptum, quod & probat Bald. *l. 1. n. 5. C. ne filius pro patre, Panormitan. cap. fin. num. 30. & cap. dilecti num. 4. de foro competenti, Alexand. consil. 41. num. 4. lib. 5. Dec. dict. l. si conuenerit, num. 32. sup. de iurisdict. omnium iudicum, Felin. c. 1. nu. 23. de sponsalibus, & dict. cap. fin. num. 18. de foro competenti, Curtius Iun. l. exigere dotem n. 4. inf. eodem Andr. Siculus consil. 24. col. 2. lib. 3. Cassan consil. 7. num. 2. & Angusola consil. 38. n. 23. lib. 2. & alij relati per Lambertengum de contractibus sine solemnitate factis, glos. 2. n. 34.*

Pro qua communi † sententia addu- 60
citur regula *l. si fundus, infra de euictio.* vbi quoad modum cauēdi de euictione consideratur locus, in quo verba contractus fuerunt prolata: & sic probar, quod in pertinentibus ad obligationem, & corroborationem illius, attenditur locus, in quo negotium gestum est, & consequenter etiam, quoad ea, quæ pertinent ad modum obligationis ferenda sit, *l. vt fundus, inf. commun. diuidund.* Et eadem ratione, quando inter partes dubitatur, de qua moneta fuerit intellectum à partibus,
† attenditur locus contractus, & non 61
ille, in quem fuit collata solutio, *Socin. consil. 247. num. 5. lib. 2.* Limitando tamen vt per Oldrad. *consil. 168. num. 1. & Alexand. consil. 21. num. 3. lib. 2.* item & limitando alio modo *vt per Corne. consil. 244. à num. 18. lib. 2.* Similiter † 62
quoad solemnitates attenditur locus contractus, *Marian. c. fin. n. 47. de foro competenti Ant. Angusola consil. 38. n. 23. lib. 2. Lambertengus de contractibus sine solemnitate factis, gl. 2. à num. 35.*

Sed † licèt hæc sit magis recepta 63
sententia, tamen de eius veritate meritò dubitari potest: nam contrarium, imò quod quoad omnes effectus debeat attendi locus, in quem fuit collata solutio, tenet Alber. *2. parte statutor. q. 8. num. 3. Rogerius tractat. de dote §. 20. num. 10.* & pro hac sententia adducitur generalitas *d. l. contraxisse.* Secundo adducitur *l. 1. in princip. iuncta glos. verb. contractum inf. de vsuris.* Tertiò adducitur *l. exigere dotem*, adiunctis notatis ibi per Bart. *num. 1. inf. eod.*

Sed † his non obstantibus non est 64
recedendum à magis recepta opinione, neque obstant adducta in contrarium: nam ad primum de generalitate

dict. l. contraxisse, *infra de action. & obligat.* respondetur, procedere secundùm iurisdictionem, vt ex eius verbis clarè constat: & ibi notat Ang. *in principio, tradit glos. l. eum qui §. 1. verb. denegatur infra de constitut. pecun. Ang. §. præterea num. 31. Inst. de act. Felin. c. final. num. 18. de foro competenti, Iason. §. plus num. 15. Instit. de actio. Deci. dict. l. si conuenerit num. 32.* Cùm † autem iuris fictio locum non habeat, nisi in casibus, in quibus expressè inuenitur inducta, *leg. 3. §. hæc verba infr. de negotijs gestis*, & hæc fictio tantùm inueniatur expressa, quatenus pertinet ad forum constituendum, quoad omnia alia debet præualere veritas, *l. filio quem pater infra de liber. & posth.*

65

66 Non † obstat secunda *dict. leg. 1. in principio iuncta glos. verb. cōtractum infra de vsuris*, quia respondetur loqui in vsuris, quæ debentur propter moram & negligentiam debitoris non soluentis suo loco, & tempore, & ideo tunc attenditur locus, in quo facienda est solutio: quasi in eo prædicta mora videatur contracta, vt ibi declarant Bal. & Fulg. *in l. 1. n. 18. Cod. de Summa Trin.*

67 Non † obstat tertia dict. *l. exigere dotem infra eodem*, quia textus tantum probat, quòd restitutio dotis tacitè videtur collata in domicilium mariti, ad quod vxor est transferenda: ac ita dos in eo exigenda est, rationem reddit Alciat. *leg. 1. num. 27. Cod. de*

68 *Summa Trinit.* Etsi † opponas Bart. ibi *num. 1.* concludere, quòd quatenus pertinet ad lucrum dotis, quod statutum defert marito propter onera matrimonij, non debere attendi locum contractus dotalis, sed locum domicilij mariti, in quod tacitè censetur collata solutio, & tamen hoc casu, cum videatur agi de obligatione contrahenda, debuit potius inspici locus contractus dotalis *leg. si fundus infra de euictio.* respondet Bartol. *vbi supra*, id specialiter procedere fauore dotis: quam solutionem repetit, *l. 1. num. 17. Cod. de Summa Trinitate*, & subscribit Panormitan. *cap. final. num. 30. de foro competenti, Alexand. consil. 100. num. 15. lib. 3. And. Sicul. consil. 24 col. 2. lib. 3. Afflictis decis. 226. num. 4.* Quæ † tamen 69
solutio non placet, quia refugium est miserorum respondere, quod illud sit speciale, & ideo melius respondetur ex communi Doctorum resolutione, quam proponit Socin. *consil. 14. n. 4. lib. 4.* in hac materia ita esse distinguendum: quòd aut quærimus de forma & solemnitate, quo actus faciendus est: item aut quærimus de respicientibus obligationem, & ipsius corroborationem, & his casibus debet attendi locus contractus *d. l. si fundus. infra de euict.* aut verò quęrimus de respicientibus executionem actus, & debet considerari locus, in quem fuit collata solutio, cum & ipsa executionem actus respiciat, *dict. l. contraxisse.* Iuxta † quam resolutionem di- 70
cendum est, quòd si statutum respiciat formam cōtractus, siue obligationem ex eo resultantem, debet inspici locus, in quo negotiū gestum est, *d. l. si fundus, tradit Pan. c. 1. n. 10 de sponsalibus Alexand. conf. 100. n. 15. lib. 3.* Si † 71
autem respiciat executionē, siue effectum exactionis: attenditur locus, in quem solutio, & sic executio actus collata est: Cùm igitur statutum, de quo agit Bar. *dict. l. exigere n. 1.* respiciat executionem dotis, vt scilicet non tota, quæ data est, exigi possit iuxta regulam *l. fin. C. solut. matrim.* sed deducta parte, quam statutum concedit marito propter onera matrimonij, meritò attendetur locus domicilij mariti, in quem tacitè videtur collata dotis restitutio siue exactio, & ita clarè Pan. *c. n. 11. de sponsalibus*, & est de mente Bald. *l. 1. in prin. inf. de vsuris.*

Ex

71 Ex † qua resolutione ita comprobata infertur primò, quòd in his, quæ respiciunt obligationem contrahendam, & consequenter directò, & immediatè, ex natura obligationis procedunt, attendetur locus contractus, *dict. l. si fundus Bar. l. 1. num. 16. Cod. de Summa Trinitat. & ibi Alciat. num. 21. Purpurat. n. 104.* qui asserũt receptum, *tradit Guid. decis. 262.* ex quo multas notabiles illationes facit Ias. *d. l. 1. in prima lectura à n. 22. & Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis nu. 64. verb. sed aduerte.*

73 Secundò † infertur, veram esse opinionem Bar. *l. semper in stipulationibus num. 2. infra de regul. iuris*, quòd verba contractus semper sunt interpretanda secundùm cõsuetudinem loci, in quo fuerunt prolata, & non secundùm consuetudinem loci, in quem collata fuit solutio. Nam cùm hoc pertineat ad interpretandam obligationem, & substantiam contractus, locum habet regula *d. l. si fundus infr. de euict.* quod esse receptum asserit Cagnol. *ibi n. 6.* & probat Panormitanus *capit. fin. num. 30. de foro competenti, Marian. dict. cap. dilecti col. final. eodem titul. Andr. Sicul. cons. 24. col. lib. 3. notab. Aimon. cons. 325. col. fin.* quicquid contradicat Corneus *cons. 244 videtur col. final. lib. 2.*

74 Tertiò † infertur, quòd vbi quæstio fuerit vtrum contractus habeat solemnitates requisitas, debet attendi locus, in quo negotium gestum est, & non locus, in quem fuit collata solutio. Nam cùm hæc quæstio respiciat initium actus, & non illius executionem, locum habet regula *dict. l. si fundus infra de euiction.* & videtur textus. *l. 2. Cod. quemadmodum testament. aperiantur*, & tradit Bart. *d. l. 1. num. 14. Cod. de Summa Trinitate*, communiter receptus, vt ibi asserit Purpurat. *num. 99.* & probat Alexand. *consil. 100. n. 15. lib. 3. Marian. d. c. dilecti n. 47. eo tit. Felin. cap. 1. n. 23. de sponsalibus Guid. Papa decis. 262.* iuxta quæ venit † explicanda 75 ordinatio Portugalliæ *lib. 3. tit. 45. §. 1. veteris impressionis*, & hodie *lib. 3. tit. 59. §. 1. noua recopilationis*, dum probat, quòd contractus celebratus extra regnum, validus in regno reputatur, si gestus sit secundùm statuta loci, in quo celebratus est: quantumcumque si celebratus esset in regno, secundùm leges illius inualidus censeretur, neque fidem faceret. Quod & in terminis iuris communis verum esse resoluit Iason. *l. si non speciali num. 3. C. de testamentis & l. quadam §. nummularios n. 3. supra de edend. Aymon. cons. 275. n. 1. & consil. 325. colum. fin.* Nam ex supra traditis dicendum est procedere, etiamsi solutio sit collata in regnum: quod † 76 tenet in terminis Ang. Aretin. §. *praeterea n. 23. ver. ponamus ergo Inst. de actio, Panorm. c. final. n. 3. de foro competenti, Valasc. de emphyteusi, q. 7. n. 14.*

Quartò † infertur, quòd gabella 77 soluenda est in loco, in quod negotium gestum est, & non in loco, in quem confertur solutio: quia gabella † est onus contractus & obligationis, 78 & non onus traditionis, *Bald. leg. 1. num. 3. Codic. de contrahend. emptione, Decius consil. 457. à num. 1.* Item † perti- 79 net ad firmitatem contractus, quia si gabella nõ soluatur, nihil valebit contractus, & ideo locus contractus inspiciendus est, *dict. l. si fundus, & dict. l. 2. C. quemadmodum testamenta aperiantur*, qua ratione prædictam conclusionem probauit Bald. *leg. 1. num. 3. Cod. vbi conueniatur qui certo loco*, & hanc esse communem opinionem asserit Felin. *c. final. nu. 8. de foro compet. Iason. §. plus n. 15. Instit. de actio. Deci. l. si conuenerit n. 32. supra de iurisdictione omnium iudicum, & consil. 457. per totum, Alexand. consil. 51. n. 5. lib. 3. Aymon. consil. 325. n. 3. Angusola. consil. 38. nu. 24. lib. 2. Curtius Iun. §. apud Labeonem in fine inf.*

hac lege Anton.de Math. de prorogatione num. 64. ver. vnde ſtante. Bertalozus tract.clauſularum clauſula 30. gl.12.n.7. multos refe-ēs,& Feliciani tract.de cenſibus 2.parte c.vltimo n.12.ante finē,& videtur probare *l.31 tit.19.lib.9.ordinamenti.*

80 Sed † cauendum eſt, quia imo gabellam eſſe ſoluendam in loco, in quem collata fuit ſolutio tenet Bald. *l.multum intereſt num.12. Cod. ſiquis alteri vel ſibi. Salycet. ad finem & alij quos refert Bertachinus de gabellis 6.p.n.4.Tiraq.lib.1.retractat.§.1.gl.2.n.47.* quibus adde Ruinum *leg. Gallus §. & quid ſi tantum, in additio.n.34.* extollit Corſetus *ſingulari* 111.& plures etiam refert Bertazolus *clauſula.30.gl.12.n.7. ad finem*.Et pro hac opinione adducitur *d. l.contraxiſſe.2.* quia gabella non debetur, niſi poſtquam contractus fuerit omnino perfectus, quod contingit mediante traditione, vt præſupponit *Baldus dict.leg.multum intereſt,num.duodecimo* & expreſſit idem Bald.*cōſil.253. licet iſta, lib. quarto* quem ſequuntur relati per Tiraq. *lib.1.retract. §.1.2. à num.48.*

81 Sed † prima opinio ſine dubio verior eſt,cui non obſtant rationes con-
82 trariæ opinionis:nam ad primam†reſpondetur,quod gabella eſt onus conuentionis ſiue obligationis, & non onus rei tradendæ, & ideo quoad illud inſpiciendus eſt locus contractus,*dict.l.ſi fundus,vt aduertit Bal.dict. l.1.nu.3. Cod.de contrahend.emptione,late Decius conſil.457.in cauſa gabellæ à num.*
83 1. Ad † ſecundum reſpondetur verius eſſe, quòd gabella debetur ratione contractus, etſi traditio poſtea non interuenerit, *vt latè probat Laſarte de decima venditionis c.3. à num.2.* licèt repugnent relati per Bertazolum *clauſula 30.gl.12.num.8.*

84 Sed†ad perfectionem iſtius articuli, videndum eſt, quid per leges Caſtellæ & Portugalliæ, in eo fuerit ſtatutum,& vtique in regno Caſtellę *l.5. titul.17.lib.9.nouæ recopilationis*,ſtatuit, quod in rebus mobilibus, & ſe mouentibus reſoluatur gabella in loco contractus, ſiue res vendita ſit in loco contractus,ſiue in eo non ſit,& tamen in eo tradatur, in quo probat veriorem, & magis communem opinionem ſupra relatam, quòd ſi res vendita non ſit in loco venditionis, ſed in alio adhuc gabella ſoluenda eſt, in loco, in quo erat tempore contractus, adeò quod ſi vendantur res immobiles, gabella ſit ſoluenda, in loco in quo erat tempore contractus vt diſponit. *l.9. tit.17. lib.9. nouæ recopilatio.* in quo † tamen leges illæ 85
videntur diſcrepare à iure communi. Nam iure communi magis receptum eſt, vt gabella ſoluatur in loco contractus etiamſi res vendita ſit in alio loco,vt tenet Bal.*l.magis puto §.illud.poſt principium,infr.de rebus eorum, Antonius Anguſola conſil 38. num. 24.lib.2.* Quod†tamen prædictæ leges 86
videntur ſtatuiſſe, ad euitandas fraudes: nam ad fraudandos gabellarios, in quorum diſtrictu eſſent res venditæ,facilè erat in alio loco facere contractum,& ſic prædictos priuare iure ſuo, vt clarè colligitur ex *d.leg.5.* & in materia obſeruat Ioannes Baptiſt. *l.1.num.98.C.de Summa Trinit.*& relati per Bertazol.*clauſula 30.gl.12.n.7.*

Neque†eſt omittendum *d.l.5.*adeò 87
in materia gabellæ ſoluendæ, conſideraſſe locum, in quo res erat tempore venditionis, quod conſtituerit, quòd ſi tempore contractus conuenit, quòd in alio loco traderetur res diuerſa ab eo, in quo erat tempore contractus, nihilominus gabella ſit ſoluenda in loco, in quo erat tempore contractus: & non in loco collatæ ſolutionis:ita vt in loco ſolutionis nō ſit ſoluenda gabella, niſi ſimul concurrat, quòd eo tempore eſſet in loco

loco contractus, vt obseruat Lasarte *de decima venditionis cap. 4. num. 11.* in quo etiam multũ differt à dicto Baldi *d. l. multum interest, nu. 12. supra relato.*

88 In † regno autem Portugalliæ, generaliter constituitur, vt ibi soluatur gabella, vt ibi traditio siue solutio facienda sit, vt disponitur in articulis *delas sisas cap. 4. §. 3. & seq.* & sic videtur concordare cum dicto Bald. *d. l. multum interest nu. 12.* magis communiter reprobato, quòd etiam ad euitandas fraudes contrahentium inductum videtur.

89 Vltimò † ex supra dictis infertur, quòd vbi lex vel statutum habet tacitam, vel expressam relationem ad executionem cõtractus, semper debet attendi locus, in quo debet fieri executio, siue solutio, vt ex communi opinione tradit Socin. *cons. 14. nu. 5. lib. 4.* cui adde Florianum *l. 1. ad finem princ. infr. de vsur.* Vnde cũ in specie doctrinæ Bart. *l. exigere dotem nu. 1. infra eod.* agatur de respicientibus exactionem dotis datæ, meritò inspicitur domicilium mariti, in quod exactio dotis tacitè videtur collata, *vt supra diximus,* & ideo in specie Panorm *c. 1. num. 10.*

90 *ad finem de sponsalibus,* resoluit, quòd † quoad solemnitatem cõficiendi contractum dotalẽ, debet obseruari consuetudo loci, in quo fit contractus *l. 2. Cod. quemadmodum testam. aperiantur.*

91 Præterea † inspicitur locus cõtractus, quoad respiciẽtia initium obligationis, & quæ in eo loco consueuerunt interponi in contractibus dotalibus *Albe. d. l. exigere dotem Afflict. decis. 226. num. 7. Aymon. cons. 325. num. 3.*

92 Sed † si agatur de respicientibus executionem, siue de aliis, quæ contingunt contractu iam perfecto, debet attendi statutum loci, in quem fuit collata solutio, siue executio, *subscribit Anton. Natta consil. 340. num. 19. lib.*

93 *2.* Et † consequenter in terminis doctrinæ Bart. *d. l. exigere dotem num. 1.* meritò debet considerari locus domicilij mariti *Panorm. cap. 1. num. 11. de sponsalibus Alex. cons. 100. num. 15. lib. 3. Afflict. decis. 226. num. 7.* Vnde cùm iudicium restituendæ dotis, habeat necessariam relationem ad dotis exactionem, meritò attenditur domicilium, & consuetudo domicilij mariti *Albe. 2. part. statutorum quæst. 8. num. 2. Bald. leg. 1. in princ. infra de vsuris.*

Tertia † & vltima limitatio ad conclusionem nostri textus sit, quòd si contrahens cum aliquo sciat, cum statim recessurum esse, non poterit eum conuenire in loco contractus, quia in his terminis contrahens in loco contractus forum non sortitur. Ita clarè probat is textus, *& cap. 1. §. neque etiam, & ibi notat gloss. verb. respondere de foro competenti in 6. tradit Alexand. consil. 89. num. 1. lib. 7. Capella Tholosan. quæst.* 103. Et ratio colligi potest ex traditis per Ancharanum *consil. 45. viso diligenter ad finem & Felin. cap. ex parte decani num. 7. de rescript.* 94

Sed vidẽdum est, cui † incumbat onus probandi, quòd scienter contractum sit cum statim recessuro, & Bart. *hic num. 1.* ex † mente huius text. existimat, distinguendum esse: vt si ille, cum quo contractum est, erat aduena, & sic verisimiliter statim recessurus, incumbat onus probandi illi qui cum eo contraxit, quòd ignorauit eum statim recessurum: si verò ille, cum quo contractum est, habebat in eo loco tabernam siue officinam, præsumitur cum eo contrahentem, ignorasse eum statim esse recessurum, & consequenter poterit cum conuenire in loco contractus: quam doctrinam probant omnes hic Socin. *regul. 159. num. 3. additio Capella Tholosan. quæst. 103. Marian. cap. dilecti. num. 18. de foro competenti Andr. Sicul. consil. 52. post principium lib. 2. Soares titul.* 95 96

de los

de los emplazimientos §. *fin. num. 36. Bernard. Diaz. reg. 146. Ant. de Math. tract. de prorogat. iurisdict. num. 65.*

97 Ex † qua communi resolutione infertur, cauendum esse ab Alexand. *cons. 89. num. 1. & 2. lib. 7.* dum dicit, quòd si reus conuenitur in loco contractus: & ille excipiat, quòd actor contraxit, cum eo, sciens cum statim esse recessurum, quòd reo incumbet onus id probandi, quia in actore contrahente in dubio debet præsumi ignorãtia *l. verius supra de probat.* Nam potius docere debuisset, quòd si ille, cum quo contractum sit, aduena fuerit, præsumendum est, quòd contractum sit cum eo, quasi statim recessuro, & consequenter non poterit ibi conueniri, nisi actor probet, quòd in eo loco tempore contractus, habe-
98 bat pergulam siue officinam. Nec † obstat ratio adducta in contrarium, quia ea exploditur per regulam *l. qui cum alio, infra de reg. iur.* & in specie aduertit Ant. Natta. *cons. 430. num. 19.*
99 *lib. 2.* qua etiam ratione † corruit consideratio Lancelot. Dec. *hic col. 1. ad medium*, quòd vt contrahens cum aduena presumatur id sciuisse, oporteat, quòd ille incederet in habitu aduenæ, & non ciuis, *arg. leg. item apud Labeonem* §. *si quis virginem infra de iniur. & c. in audientia de sent. excommunicat.* nam exploditur ex regula *d. l. qui cum alio*, & hìc aduertit Curt. Iun. *nu. 6. & Sapia. num. 8. & Iacobin. num. 23.* & ante eos Panorm. *cap. fin. num. 33. de foro competenti.*

100 Secundò † ex prædicta resolutione infertur annotatio ad dictum Bart. *hic num. 3. Ang. num. 9* quòd si quis iuit ad nundinas, & ibi constituit pergulam, poterit conueniri pro cõtractibus ibi celebratis, vt probat is textus ad finem, interpretando pergulam nõ pro tẽtorio lineamentis cõfecto, vt hîc ex-
101 ponit gl. verb. *pergula*, sed † potius pro loco ab omnibus à lateribus aperto, in quo res exponuntur venales, vt exponit Budæus *l. si verò, infr. de his, qui deiecerunt p. 92. ad fi.* quẽ probat Spiegel. *in lexico iuris verb. pergula.* & latius Prateius *in eodem lexico iuris verb. pergula*, & ante eos Calepinus *in dictionario verb. pergula.* Et idem erit, si ibi constituerit tabernam, vt probat is textus exponendo *tabernam*) vt per Alciat. *l. inde contubernales 184. num. 1. infra de verborum significatione*, vel etiam constituerit horreum, vt etiam is textus probat exponendo horreum, vt per Alciat. *l. detestatio num. 48. infra de verborum significatione*, vel habuerit armarium, exponendo, vt per Spiegel. *in lexico iuris verb. armarium*, & latius Prateius *in eodem lexico, verb. armaria.*

Sed † non est omittendum, quòd 102
aduersus prædictam illationem, ea videtur vrgere difficultas, quòd ille, qui iuit ad nundinas, constat ea mente ad illas iuisse, vt illis completis ad domum rediret: Ergo semper cum eo videtur contractum tanquam cum aduena, & statim recessuro: Ergo videtur, quòd non sortiatur forum ratione contractus, & ita opponit Sapia. *hic num. 12.* Et † augetur difficul- 103
tas ex decisione text. *c. 1.* §. *neque etiam, de foro competenti, in 6.* vbi ille, qui tractauit causam in iudicio, non potest in loco iudicij conueniri pro salariis aduocatorum, vel procuratorum, quia ille contractus videtur factus cum aduena, & statim recessuro, scilicet post litem finitam, *vt ibi notauit gloss. verb. respondere, & Domin num. 6. Perus. num. 2.* Ergo licèt quis ratione causæ motæ, forsitan diu in certo loco sit moraturus: & conuersaturus, si tamen ea finita, sit statim recessurus, dicitur contractus initus cum aduena statim recessuro: Ergo idem dicendum est in nostro casu. Vrget † etiam *l. vnica C. de* 104
nundinis, per quam gl. hic verb. *debebit in princ.*

*in princ.*tenet in nundinis quem conueniri non posse.

105 Sed † his non obstantibus, non est recedendum à nostra illatione, quæ magis communiter recepta est. Neque obstant difficultates supra mo-

106 tæ. Nam † ad primam respondetur, quòd si quis in nundinis habet pergulam : non præsumitur quòd statim recessurus sit, vt probat is textus *ad finem*, & notat Perusin. *dicto* §. *neque etiam num.* 2. (supple tu) quia creditur, quòd ibi sit moraturus, donec satisfaciat contractibus ibidem celebratis, & ideò meritò pro illis conueniri potest. Quinimò quòd ad nundinas accesserit, magis auget prædi-

107 ctam præsumptionem. Nam † Panormitan.*c.final.num.* 35.*de foro competenti, post Petrum de Bellapertica* concludit, quòd si quis iuit ad nundinas, vel ad alium certum locum ea mente, vt ibi contrahat, quamuis tanquam aduena contrahat : poterit nihilominus pro contractibus ibi celebratis conueniri, *subscribit Iacobin. hic n.*23. *Marian.c. dilecti num.* 21. *de foro competenti, Socin. reg.* 159. *num.*5. *Bernard. Diaz.*

108 *reg.*146. Fateor † tamen, quòd prædicta conclusio nullo modo videtur admittenda, cùm illi repugnet is text.*in principio* ibi (*à mercatore aduena*) nam verbum (*mercator*) indicat, quòd ille principaliter venit ad emendum, & vendendum, & tamen si tanquam aduena contraxerit, non poterit in eo loco conueniri : oportet igitur, quòd in eo loco saltem habeat pergulam, *iuxta supra tradita.*

109 Neque † etiam obstat *c.* 1. §. *neque etiam, de foro competenti in* 6. quia pars, quæ debebat salarium aduocato, siue procuratori, non habebat in eo loco pergulam : sed habitabat in hospitio, vt à communiter contingentibus solet accidere, & ideò est locus conclusioni huius text. Quare si expresse conuentum esset, vt post finitas nundinas, quid soluatur loco nundinarum, conueniri non potest, quia incipit militare ratio *d.*§.*nec etiam.*

Neque † etiam obstat *l. vnica C. de nundinis*, cui conatur respondere Bart. 110
*hic n.*3.quem sequitur Sapia.*n.*12.Sed vera responsio est, quòd in nundinis quis non conuenitur pro contractibus alibi gestis, sed † pro gestis in 111
nundinis ibi conueniri potest, si ibi habeat pergulam, vt est de mente gl. 2.*d. l. vnic. C. de nundinis, & ibi clarius Salyc. & probat Ang.* §.*praced. n.* 9. *ad finē. Strach. de mercatura tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit n.*2.

Tertiò † principaliter ex resolu- 112
tione supra proposita infertur annotatio ad tradita hic per Bar.*col.*2.quòd si contractum sit cum aduena, poterit is conueniri in loco contractus, pro his, quæ secundùm naturam contractus erant statim expedienda: Exemplum erit si quis emit equum certo pretio, quod statim soluit: nam potest conuenire aduenam, vt in loco contractus cogatur equum tradere, *subscribit Panor.cap.fin.n.* 33.*de foro compet. Domin.c.*1.§.*nec etiam num* 6.*& ibi Perusin.num.*4. *de foro compet.* §.*final. num.* 37. *Stracha de mercatura tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit, num.* 20.*Ant.de Math.de prorogatione iurisdictionis n.*6.*vers.*5. *limitatus*, & hac † ra- 113
tione Paul. Castr. §.*pracedenti n.* 5. *& n.*13.resoluit, quòd tunc demum contrahens cum aduena, non potest eum loco contractus conuenire, quando contraxit ad credentiam: aliàs credendum est voluisse, quòd statim fieret traditio in eodem loco, & quòd pro hoc posset eum conuenire, *subscribit Iacobin. hic n.* 5. *& Curt. Iun. n.*2.*& Stracha vbi supra.*

Addo † Bald. *in rub.num* 5.*C.qua in* 114
fraudem creditorum tradentem, quòd si contrahas cum aduena statim recessuro,

furo, poteſt nihilominus ille conueniri in loco contractus, pro his quæ ſtatim tradere tenebatur, ne aliàs pars contrahens remaneat decepta: *ſubſcribit Sapia. hic n. 8. And. Sicul. conſ. 52. n. 3.*
115 *lib. 2.* Accedat, quòd licet, quando † ſimpliciter traditur res, videatur habita fides de pretio. *gloſ. l. quod vendidi ſupra de contrahend. empt.* tamen ſi contrahatur cum aduena, non creditur habitam fuiſſe fidem de pretio, cùm pars contrahens ſciret illum ſtatim eſſe receſſurum, quod tradunt Bald. & Paul. *l. ſi non donationis C. de contrahend. empt. Roman. ſingulari 307. Peruſ. d. §. neque etiam n. 4. & Sapia. hic n. 12.*

116 Sed † circa has Doctorum traditiones aduertendum eſt, omnes videri confundi per iſtum textum, dum probat, regulam eſſe, vt ſi quis contrahat cum aduena ſtatim receſſuro, non poteſt eum in loco contractus conuenire, & tamen admiſſis Doctorum traditionibus hæc regula ita reſtringeretur, vt ferè inutilis rema-
117 neat. Præterea † aduerto, quòd licèt gloſ. hic verb. *domicilium in fine* teneat, quòd is aduena mercator teneatur præſtare cautionem de iudicato ſoluendo, antequam recedat à loco, tamen reprobatur à Bart. *hic num. 2.* & aliis communiter, *vt hic aſſerit Curt. Iun. n. 8.* ea ratione, quia cùm contrahens cum eo, ſciret illum eſſe aduenam, & ſtatim receſſurum, & tamen ab initio non exigit ab eo cautionem,
118 non poterit ex poſt † facto eum cogere ad præſtationem cautionis, cuius perſonam à pincipio videtur approbaſſe, *l. ſi ab arbitrio § 1. ſupra qui ſatiſd. cogantur leg. ſi creditores infra de priuileg. cred. l. ſi is à quo §. fin. infra vt poſſeſſ. legat.*
119 Quare † cõcludit Bart. *l. ſi fideiuſſor. §. fin. n. 1. ſupra qui ſatiſd. cog.* quòd iudex non debet procedere ad ſequeſtrum rei, neque debet cogere reum ad ſatiſdandum: quando eius perſona fuit approbata per actorem *l. fin. C. de ſponſalib.* & magis in ſpecie tradit idem Bart. *l. ait prætor § ſi debitorem n. 6. infra quæ in fraud. cred.* quòd † debitor tan- 120
quam fugiturus capi non poteſt, ſi creditor tempore contractus, ſciebat eius conditionem, neque aliquid ſuperuenit de nouo, ſubſcribit Ang. aſſerens ſe ſæpius ita practicaſſe *leg. ſi ab arbitro §. 1. ſupra qui ſatiſdare cogantur, Aret. l. 2. n. 6. inf. ſolut. matrim.* quicquid contradicat *Bald. in rubr. n. 5. Cod. quæ in fraud. cred.* circa quod videndus eſt Riminal. *l. 2. col. 4. ad finem, ſupra de iuriſdict. omnium iudicum.*

Et tenendo hanc † opinionem per 121
ſupradictas rationes contra magis communem, rationibus magis communis facilè reſpondetur. Nam ad primum reſpondetur, quòd imò contrahens cum aduena, & ſtatim receſſuro, videtur habuiſſe fidem de pretio, & tacitè conuiliſſe ſolutionem in proprium domicilium emptoris, vt clarè colligitur ex iſto textu, quòd ſi forte cum eo contrahens aliter intellexit, tamen propoſitum in mente retentum nihil operatur, ſi alteri parti non ſit declaratum, *l. ſi repetendi C. de condictio. ob cauſam.*

Ex † quibus colliges, eam eſſe dif- 122
ferentiam inter contrahentem cum aduena, non habente pergulam, vel illam habente: nam primo caſu videtur intellectum, quòd ſoluat in loco contractus, in ſecundo autem videtur intellectum, vt ſolutio fiat in domicilio debitoris, quicquid aliter explicet Paul. *hic n. 5.* Et ratio differentiæ aſſignatur per Iureconſul. in præſenti, quam notat *gl. c. 1. §. neque etiam verb. reſpondere, de foro comp in 6.* Quæ † qui- 123
dem ratio ita videtur explicãda: quòd ſi contrahens cum aduena poſſet eum conuenire in loco contractus, illud ſequeretur abſurdum, vt ſi viator, vel qui transuehebatur, vel præter nauigabat

gabat(vt verbum græcum in hoc text. expressum)exponit Budæus hic,quicquid glos.hic verb. *viatorem* dicat legi non posse.Si igitur prædicti in aliquo loco contraherent, & cogerentur in eo respondere, impedirentur ab itinere, vel nauigatione incœpta, quod esse durissimum dicit Iureconsult. quòd si in loco contractus constitit per aliquod tempus habens pergulam, vel armarium, cessat prædicta ratio, & ideò meritò in eo conuenietur.

124 Vnde † colliges, non videri veram traditionem Panorm. *c.fin. n.33. de foro compet.* quam probat Marian. *c dilecti n.34. eo tit.* quòd si quis assumpsit aduocatum, poterit in loco iudicij per aduocatum conueniri pro salario,quia nõ est verisimile,aduocatum intellexisse, quòd salarium deberet petere in domicilio partis,ex hoc improbans glos. contrarium tradentem *c.1.§.neque etiam.verb.respondere, de foro competenti in 6. & subscribit Anton. de Math de prorogat. iurisdict.n. 65. vers.4. limita.* hæc enim traditio videtur confundi ex supra traditis. Nam cùm aduocatus contraxerit cum aduena, & statim recessuro, & alter sibi non cauit,inducetur regula huius text.& videtur expressum *in d. §.neque etiã.* Ne-

125 que † obstat ratio Panor. quia licèt aduocatus forsitan intellexerit id, quod considerat Pan. tamen cùm id propositum parti non fuerit reuelatum,locum habet *reg. d. l. si repetendi*, vt aduertit Marian. *d. cap. dilecti n.20. de foro compet.*

126 Quibus † tamen non obstantibus

127 verior videtur opinio Pan.qui † cùm in iudiciis necessariò debeat interuenire procurator,& aduocatus, *c. 1. de offi. iu d.* vtique iudex.in cuius tribunali id factum est, debet illis constituere competens salarium *c. statutum §. notarium de rescript. in 6. & ibi notat. Perus.* Ergo salarium sibi taxatum per iudicem, in eius tribunali petere poterit.Neque † repugnat textus *c. 1. §. neque etiam de foro compet.in 6.* quia specialiter procedit in Archiepiscopo, qui de causis subditorum Episcoporum suffraganeorum cognoscit in loco suæ iurisdictionis:neque enim poterit cogere prædictos subditos suffraganeorum, aduocatis soluere salaria, quia ei id specialiter prohibitum est *in d. §.neque etiam,& ibi sentiunt Anchar.& Perus. post principium, & Speculator titul. de salariis §.sequitur n.19.* Et extra hunc casum specialem in aliis omnibus aliud erit dicendum, iuxta opinionem Panorm. 128

Ex † his igitur constat, quòd hæc opinio, quam defendimus aduersus magis communem, est verior: sed ne omnino communem opinionem deferamus, ea admitti, & defendi potest, quando aduena recepit pretium rei,& habito respectu ad causam venditionis, & qualitatem personarum, verisimile sit,vtramque partem intellexisse, vt res statim traderetur: Nam in his terminis propriè militant rationes communis opinionis: & ita Ang *§.praeced. num.8. Maria.d.c.dilecti num.19.* Exemplum erit,quando venditur equus præsens, & venditor accepit pretium equi,vt in specie tradit Bart.*hic*,& Panorm.*cap.fin.n.33. de foro competenti.* 129

Vlterius † ad perfectã explicationem huius tertiæ limitationis,est aduertendum,quòd si quis fuerit forum sortitus in loco contractus, & postea in eo loco reperiatur tanquam aduena, & statim recessurus, nihilominus poterit in eo conueniri: iuxta regulam generalem propositam in principio huius text. & ita declarat Paul. *§.praecedent.num.5.vers. in textu Iacobin. num.6.* & satis probat is text.*ad finem*, in quo labitur Paul.*l. 1. num. 10. Cod.* 130

de Summa Trinit. & l. 2. n. 5. C. de iurisdictione omnium iudicum, Iacob. l. 2. §. legat. n. 2. supra eod. & Curt. Iun. hic n. 4.

131 Præterea † & illud addendum est, quòd si solutio sit collocata in alium locum diuersum à loco contractus, poterit in eo loco conueniri, quamuis ratione illius loci, tanquam aduena reperiatur, & statim recessurus: quia cùm ibi videatur contraxisse *l. contraxisse infra de act. & oblig.at.* militat ratio præcedentis conclusionis, *& ita Bart. hic num. 1. ad finem glos. cap. 1. §. neque etiam verb. respondere, ad finem, & ibi Perus. num. 2. de foro competenti in 6. Aretin. l. cum res col. 3. in principio, infra de leg. 1. Ant. de Math. de prorogatione iurisdictionis num. 65. vers. tertia conclu-*

132 *sio*, quam † tamen conclusionem non admittit Alber. *hic num. 9. Paul. Castrens. l. 1. num. 3. infra de eo qui certo loco.* Ea ratione, quia cùm partes videantur contraxisse in eo loco, in quem collata est solutio, etiam quoad eum videtur admittenda declaratio Iurisconsulti expressa in hoc textu.

133 Sed † non est recedendum à magis communi traditione. Cui non obstat

134 ratio in contrarium adducta: quia † respondetur, quòd qui contulit solutionem in alium locum, duo videtur fecisse, scilicet quòd ibi videatur cōtrahere iuris fictionem, item quod promittit in eo loco soluere, secundum veritatem, & ideò in eo loco indistinctè conueniri potest. Nam si aduena & statim recessurus promisit soluere in loco contractus, ratione promissionis in eo cogeretur soluere,

135 quia expressum † facit cessare tacitū, *leg. cum ex filio §. 1. infra de vulgari sentit Angel. §. præcedenti n. 18. Curt. Iun. hic n. 2. & prima glos. c. 1. §. neque etiam, verb. respondere, ad medium, de foro competenti in 6.* Quod procedit, siue id sit expressum, siue tacitè intellectum, secundùm verisimilem mentem partium, *Bart. hic n. 1. ad finem Marian. cap. dilecti n. 19. de foro competenti.*

Iuxta † quæ venit interpretandus 136 textus *l. qui manumittuntur, vers. sed etsi supra quibus ex causis maior:* dum probat, quòd si quis causa reipublicæ, eundo transit per locum contractus, non poterit in eo conueniri, *notauit glos. 1. leg. 2 §. legat. verb. destinati, & ibi Odofred. supra eodem.* Nam speciale est in legatis, ne impediatur officium publicum legationis. Extra igitur hunc casum transiens per locum contractus conuenietur, vt præsupponit is text. ad finem.

Denique † iuxta prædicta venit 137 explicanda gl. *hic verb. quotquot*, dum concludit, quòd si quis tanquam aduena contraxerit, non poterit in eo loco conueniri, etsi postea in eo loco reperiatur, quod verissimum est, & clarè deducitur ex isto text. & notat Angel. *§. præcedent. n. 7. in fine*, & ita necessariò tenendum esse, dicit Mantua *hic numer.* 24. Subdit † vlterius præ- 138 dicta glos. quòd legatus si tanquam aduena contraxit Romæ, poterit Romæ conueniri, nec habebit ius reuocandi domum, quod ita etiam tradit gl. *l. 2. §. legat. verb. contraxerunt supra eod.* & est recepta sententia, *vt asserit Couar. pract. quæst. c. 5. n. 3.* Quæ † tamen conclusio non videtur 139 vera, neque admittenda, neque enim legatus debet esse deterioris conditionis quam priuatus, *aduertit Curt. Iun. l. 2. §. omnes num. 9. supra eodem,* & ita contrarium in specie tenet Angel. *§. præcedenti num.* 8. Et † est aduerten- 140 dum, quòd prædicta glos. non dicit simpliciter, quòd legatus, etsi tanquam aduena contraxerit, possit nihilominus in loco contractus conueniri, sed addit, quòd si tanquam aduena contraxerit Romæ, & sic in loco, in quo aliàs ratione communis patriæ poterat conueniri, tunc Romæ tanquam

tanquam in communi patria conueniet ur,& ita etiam glos.*cap.1. §.neque etiam,verb. respondere in fine de foro competenti in 6.*& hoc propter duplex vinculum, quod hoc casu videtur concurrere, *vt tradit Couarruuias practic. quaest. cap.5. n. 3.* & ante eum Marian. *cap.final.n.76.de foro competenti Mantua*
141 *hic num.*24. Quæ † tamen ratio non est concludens, quia cùm contrahere cum aduena, sit terminus imperfectus ad inducendum forum ratione contractus, propter concurrentiam alterius fori perfici non potest *l. spadonem §. qui iura, infra de excusatione tutorum.*
142 Et † ideò verius dicendum est, quod etiam in legato obseruetur distinctio huius textus, vt si cõtrahatur cũ legato statim recessuro nõ sortiatur forum, ratione contractus, quod tenet Bart. *hic col.1. ad finem,* quicquid Anton.de Math. *de prorogatione iurisdictionis num.49.* teneat, quòd in legato non possit verificari, quod tanquam aduena contraxerit: Si igitur cùm legato tanquam aduena Romæ fuerit contractum, non poterit Romæ conueniri ratione contractus, cùm hoc casu contractus non potuerit forum constituere, vt aduertit Angel. *§.prae-*
143 *cedenti num.* 8. Quare † licèt legatus, qui Romæ contraxerit, possit Romæ conueniri, quia contrahendo in legatione, ratione illius contractus amisit priuilegium legationis *leg.2. §.legatis, vers. omnes supra eod.* tamen quando fuerit contractum cum eo tanquam aduena, nõ admittet priuilegiũ suum, neque ratione talis contractus, Ro-
144 mæ conueniri potest. Sed † tantùm Romæ cõuenietur tanquam in communi patria, effectus erit, quia si ratione contractus conuenietur, nihil ei prodesset priuilegium, quia contrahendo in legatione illud videtur amisisse, *vt dictum est.* Præterea si ratione contractus conueniretur, non habet ius reuocandi domum, etsi Romæ esset ex probabili & necessaria causa, vt vtrumque probat *l.2.§.legat. vers. omnes supra eod.* & tamen quando Romæ conuenitur ea tantùm ratione, quòd sit communis patria, si pro contractibus alibi gestis ante legationem Romæ conueniretur, obtinebit priuilegium legati, quòd si illum contractum Romæ celebrauit ante legationem, habebit quidẽ priuilegium, & præterea ius reuocandi domum, quòd competit omni illi, qui Romæ reperitur ex probabili, & necessaria causa *d.§.legat. & c.fin. de foro competenti,* & in specie Marian. *d.c.fin.n.76. ante finem de foro competenti Ant. de Math. de prorog. iurisdict. n.49.*

Vltimò † pro coronide istius articuli, non est omittendum, quòd tradit Paul. Castr. *hic num.7. vers. vltimò nota:* quòd licèt habens pergulam in loco, possit in eo conueniri, vt probat is textus; non tamen ob id dicetur in loco non habuisse domicilium, vt clarè probat is textus ad finẽ, ac proinde sublata pergula, non poterit absens à loco, in eo cõueniri, licèt aliud esset, si in eo censeretur habuisse domicilium *§. fin. infra hac l.* si tamen is 145
in loco, in quo † habuit pergulam, reliquit institorem poterit institor pro domino absente conueniri, & procedetur contra eum, ac si à verò domicilio abesset: *subscribit Curt. Iun. hic n.3. Iacobin. n. 27.* Sed † hanc postre- 146
mam conclusionem impugnat Sapia *hic n.9.* Merito: quia si dominus non censetur habuisse domicilium in prædicto loco, *vt dictum est,* non potest ibi conueniri, nisi in eo loco reperiatur, *cap.1.§ contrahentes, de foro competenti in 6.* & quòd reliquerit institorẽ, eum tantũm obligabit ad contractus postea factos per institorem, non autem ad antea gestos per ipsum do- 147

 minum,

minum, vt colligitur ex mente § *seq.*

148 His † ita explicatis deueniendū est ad materiam, quam tractat gl. hic ver. *debebit*: ex qua annotandum est, quem pluribus modis forum sortiri, quam in hoc meliorem, & pleniorem esse, quam in iure reperiatur, & in omnibus communiter approbari, resoluit Cur. Iun. *hic n.* 11. Nos circa notabiliores modos insistemus.

149 Assumo igitur † vltimum modum sortiendi forum, quem ponit glos. hic verb. *debebit in fine*, scilicet in ratione commissi delicti, vt probat *l. final. infra de accus. auth. qua in prouincia. Cod. vbi de crimine agi oporteat, cap. cùm contingat, & c. final. de foro competenti*, de quo notab. agit Dec. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 17. *num.* 1.

L. Hæres absens, §. proinde, in articulo de foro delicti.

SVMMARIA.

1 *Agit in primis de intellectu l.* 1. *Cod. vbi de crimine agi oporteat.*

2 *Deducit ex tex. duo valde notabilia, quæ ibi explicat.*

3 *Primo, quòd in loco delicti quis accusari potest, & si in eo loco non reperiatur.*

4 *Secundo, quòd si extra locum delicti inueniatur, etiam in eo loco accusatio peragi potest.*

5 *Declarat vtrumque dictum esse falsum, & ostendit, delinquentem non posse accusari in loco delicti, nisi in eo inueniatur, vel ad eum locum de more sit remissus.*

6 *Notat, quòd si delinquens sit absens, & legitimè citatus non compareat, non possit aduersus eum procedi ad pœnam corporalem, sed tantùm ad annotationem bonorum.*

7 *Docet, quomodo sit declaranda lex* 1. *in prima parte Cod. vbi de crimine agi oporteat.*

8 *Docet etiam quomodo sit declaranda d. lex* 1. *in secundo dicto, de quo n.* 4.

9 *Colligit ex prædictis interpretationibus, quòd pro delicto potest quis accusari in loco commissi, item & in loco domicilij, & in loco propriæ originis, vel paternæ, si ibi inueniatur.*

10 *Tradit differentiam, quæ versatur inter hos foros.*

11 *Declarat d. l.* 1. *posse intelligi generaliter, si delinquens post delictum efficiatur vagabundus.*

12 *Refert Doctores contrariam opinionem tenentes in vagabundo.*

13 *Concordat opiniones ex resolutione Auend. respons.* 40. *n.* 9.

14 *Vagabundus quod ad nostrum propositum dicetur, qui nullum certum habet domicilium.*

15 *Refert ex Ang. & aliis, vagabundum illum esse, qui licèt certum habeat domiciliū, tamen incipit vagari per mundum, nec in certo loco consistit.*

16 *Domicilium duobus modis consideratur, scilicet pro loco habitationis propria, item pro domicilio originis propriæ, vel paternæ.*

17 *Declarat, quòd si primo modo accipiatur domicilium procedit opinio, de qua n.* 14.

18 *Vagabundus cùm nullum habeat Parochum, poterit confiteri illi parocho, in cuius parochia reperitur.*

19 *Qui propter delictum commissum aufugit à loco domicilij in alium regnum, vt interim ibi se tueatur, non potest dici vagabundus.*

20 *Praxis obseruat, quod solùm propriè vagabundus in quolibet loco conueniri, & puniri possit, licèt Couar. contrarium sentire videatur.*

21 *Declarat, quo casu tantùm opinio Couar. admitti possit.*

22 *Docet, quòd si domicilium secundo modo accipiatur, nunquam absens potest dici vagabundus.*

23 *Cuilibet*

23 *Cuilibet licèt mutare domicilium habitationis.*
24 *Domicilium originis paterna, vel propria mutare quis non potest, nec admittitur, nisi patria propria, vel paterna passa sit aratrum.*
25 *Declarat, quis propriè dicatur vagabundus.*
26 *Declarat id quod supradixit n. 9. accipiendum esse si pars velit delinquentem accusare in eo loco.*
27 *Tradit, quòd si pars læsa nolit in eis locis accusare, iudex illorum locorum per viam inquisitionis contra prædictos minimè procedere poterit, imò prædicta inquisitio quoad omnes effectus pro nulla reputabitur.*
28 *Tradit Doctores contrariam opinionem tenentes.*
29 *Prima opinio, de qua n. 27. vt verior, & receptior probatur.*
30 *Tradit in confirmationem dictæ opinionis tex. l. 10. tit. 16. lib. 9. C. Theod.*
31 *Refert rationem in qua prædicta conclusio fundatur.*
32 *Inquisitio tantùm permittitur, quando respublica quæ iubet inquiri contra delinquentes affecta est aliqua iniuria per delinquentem.*
33 *Mouet difficultatem contra proximè resoluta, ex eo quia sẽper interest reipub. vt malis hominibus purgetur.*
34 *Respondet ad dictam difficultatem.*
35 *Delinquentes qui in alia prouincia, & non in qua delictum commiserunt, sceleribus se abstinent, inquietandi non sunt, imò magis laudandi.*
36 *In confirmationem proximæ resolutionis adducit l. 2. §. postea ne diutius supra, de origin. iur.*
37 *Refert ex Bald. quòd banniti, & exules ab vna patria in alia non honorãtur, in qua vtique nõ cẽsẽtur infames, & ideò ad honores admittũtur.*
38 *Declarat illud, quod dixit supra, delinquentem posse accusari in loco originis propriæ, vel paternæ, hodie consuetudine generali abrogatũ esse.*
39 *Proponit quod l. Cast. l. 15. tit. 1. part. 7. referens foros quos delinquens sortitur, tantùm facit mentionem loci, in quo delictum commissum est, & domicilij delinquentis.*
40 *Refert Ord. Port. lib. 5. tit. 117. & explicat aliqua in quibus videtur discrepare à iure communi.*
41 *In defensionem d. l. Portug. aduertit in delictis puniẽdis tribus diuersis modis procedi solere quos ibid. tradit.*
42 *Declarat quòd querela videtur quoddam medium inter accusationem, & inquisitionem.*
43 *Declarat item quæ necessaria sunt, vt remedium querelæ obtineat, & in quo assimiletur accusationi.*
44 *Tradit, in quo differant accusatio, & querela.*
45 *Declarat, quomodo in querela procedatur ad capturam.*
46 *Ostendit, quòd in Regno Portugalliæ procedatur per modũ inquisitionis.*
47 *Declarat quòd si in Regno Portugalliæ procedatur per viam accusationis obtinebit in eo regno dicta l. in criminali, C. de iurisd. omniũ iudicum.*
48 *Si verò procedatur per viam querelæ, tunc obtinebit locum dispositio Ordin. lib. 5. titul. 17. §. 9. & declarat quomodo hæc dispositio cum iure communi concordet.*
49 *Declarat d. Ordin. procedere si delinquens sit subditus regni in quo delictũ commissum est, secus si commissũ sit extra regnum, vel prouinciam.*
50 *Statutum non potest tribuere iurisdictionem, aduersus non subditum delinquentem extra territorium.*
51 *Tradit in confirmationem elegantem resolutionem Innocent. in c. postulasti de foro competenti.*
52 *Statutum valet, quòd ciuitas puniat subditum delinquentem extra territorium.*
53 *Tradit, quòd si Castellanus occidat Lusitanum*

Lusitanum extra regnum, Castellanus repertus in regno Portug. non poterit pro eo delicto accusari in prædicto regno.

54 *Asserit à fortiori idem esse recipiendum si Castellanus alterum Castellanum occidat extra regnum.*

55 *Reprobat decis. Lusitanam relatam per Gam. decisione 53.*

56 *Declarat, in quibus terminis tantùm dict. decis. Portug. defendi potest.*

57 *Ostendit Gam. in dict. decis. 53. n. 1. non rectè locutum fuisse.*

58 *Prætendit author saluare prædictam decisionem, & casus, in quibus procedere possit, declarat.*

59 *Docet, ad quem modum debeat declarari communis traditio supra relata, & quæ conuenire debeant, vt contra delinquentem procedatur.*

60 *Impugnat etiam illud quod dicitur in d. decis. 53. quòd si delinquens fuerit punitus per iudicem delicti adhuc in regno accusari, & puniri potest pro eodem delicto, & ostendit contrarium verius esse.*

61 *Tradit proximè dicta procedere, etiamsi iudex delicti ex arbitrio suo mitigauit pœnam ordinariam delicti.*

62 *Refert Bald. & Alciat. contrarium tenentes eorum tamen dicta reprobat.*

63 *Refert casum, in quo dicta decisio Lusitana 53. saluari potest.*

64 *Ostendit dictum in dicta decisione Lusitana 53. n. 2. non esse simpliciter verum.*

65 *Declarat, quod quoad forum conscientiæ, ratione delicti, quis forum non sortitur, ac proinde illud delictum debet confiteri proprio Parocho, & non coram Parocho loci delicti.*

66 *In delictis ad forum delicti fit remissio, si delinquens in eo non reperiatur.*

67 *Vbi quis delinquit, ibi puniri debet.*

68 *Incipit agere de explicatione, & materia dict. §. si quis verò comprehensorum.*

69 *Proponit primam conclusionem, quando delinquens à loco delicti aufugiat, & iudex loci delicti literas precatorias emisit, ad delinquentem capiendum, & remittendum.*

70 *Si iudex delicti dictas literas non dirigat ad iudicem, in cuius territorio delinquens degit, non tenetur iudex, imò neque potest eum capere, & remittere.*

71 *Docet, quòd si hac forma non seruata iudex loci in quo delinquens degit, illum capiat, tenetur incontinenti tanquam iniustè captum, relaxare, nec ex officio potest illum remittere.*

72 *Refert secundam conclusionem, & ostendit, quomodo iudex ad quem literæ precatoriæ diriguntur, illis obedire teneatur, etiamsi de delicto certus non sit.*

73 *Executor non potest cognoscere de veritate causæ, cuius executio ei committitur.*

74 *Impugnat proximam conclusionem ex glos. Clement. pastoralis §. nos quoque, verb. de more, de re iudicata, & refert multos Doctores, qui contrariam opinionem tenent.*

75 *Assignat concordiam ad has opiniones ex Alberico loco ibi relato.*

76 *Declarat regulam, de qua egit n. 73.*

77 *Ostendit, quod non obstante dicta concordia, praxis indistinctè admittit conclusionem de qua n. 72.*

78 *Dictam praxim probauit in regno Portugalliæ Ordinam. lib. 5. titul. 123. §. 6.*

79 *Si delinquens confugit ad asylum vulgo couto, non fit remissio, nisi prius promittatur cognitio, vtrum ille delinquens debeat gaudere priuilegio asyli, quod in regno Portugalliæ per leges, de quibus ibi, approbatur.*

80 *Refert, quid agendum, quando præsidi constat,*

constat, aliquem deliquisse inter prouinciam.

81 *Refert tertiam conclusionem, & ostendit, ad remissionem faciendam, & capturam tantum attendi debere, vtrum iudex, qui petit, sit competens, non consideratur iurisdictio ex parte remittentis.*

82 *Tradit Doctores contrariam opinionem tenentes.*

83 *Reprobat hanc contrariam opinionem, & priorem vt veriorem approbat, & ad fundamentum contrariæ respondet.*

84 *Declarat cap. 1. §. denique, de priuilegijs, in sexto quo casu procedat.*

85 *Tradit quartam conclusionem principalem, quòd iudex, à quo petitur remissio tenetur obedire litteris precatorijs iudicis delicti, aliàs afficietur pœnis, de quibus hoc numer.*

86 *Probat, etiam hodie in iudicibus subditis eiusdem superioris imperio, locum esse remissioni in delictis, quod legibus Portugalliæ & Castellæ procedit, item & iure communi.*

87 *Declarat in aliquibus locis subditis eiusdem imperio consuetudine obtentum esse, remissionem non fieri.*

88 *Declarat, quibus expensis facienda est remissio.*

89 *Ostendit contra Rebuf. remissionem nunquam esse faciendam expensis iudicis, qui eam petit.*

90 *Tradit quid in regno Cast. circa has expensas obseruetur.*

91 *Tradit item, quid circa hoc in regno Port. obseruetur.*

92 *Tradit, quid faciendum, quando iudex, cui litteræ requisitoriæ directæ fuerunt, delinquentem capere non potuit, quia ad aliam prouinciam aufugiat, quod scilicet contra absentem per iudicem delicti per edicta procedatur.*

93 *Citatio per edicta delinquẽtem ligabit, & si non degat in territorio citantis.*

94 *Refert, quomodo procedendum, si citatus non compareat intra constituta tempora.*

95 *Declarat, in quo conueniant in ista materia contractus delicta.*

96 *Declarat, supra dicta vera esse secundùm dispositionem iuris communis, & tradit, quid in regno Portugalliæ legibus circa hoc caueatur.*

97 *Explicat Ord. Portug. lib. 5. tit. 126. & ostendit, in quo iste secundus casus differat à primo.*

98 *Colligit ex dict. Ord. quòd si delictum sit graue, & enorme, potest iudex procedendo per edicta condemnare delinquentem absentem ad pœnam mortis ciuilis, vel naturalis.*

99 *Item, quòd si delictum non sit ita graue, tunc parte læsa petente potest procedi aduersus delinquentem absentem per edicta, & tamen non fiat condemnatio, nisi quoad interesse partis, & poterit etiam imponi pœna arbitraria.*

100 *Aduertit primam conclusionem deductam ex d. Ord. omnino discrepare à iure communi.*

101 *Notat secundam conclusionem non ita à iure communi discrepare.*

102 *Considerat, quod præd. Ord. in prima conclusione delinquentem absentem & contumacem non habet pro confesso, vt faciunt statuta Italiæ, sed requirit delictum legitimè esse probatum.*

103 *Tradit idem dispositum esse per legem Castellæ l. 3. tit. 10. lib. 4. Ordinam. conclusionem, de qua num. 69. limitat tribus modis.*

104 *Primo, vt remissio tantùm fiat in delictis grauibus, & pro quibus venit imponenda pœna corporalis, secus in delictis leuioribus.*

105 *Pro delictis grauioribus non fit remissio, si pro illis agatur ciuiliter.*

106 *Remissio non fit de tribunali superiori ad inferius; etiam pro delictis*

grauibus, sed semper fiet punitio delicti in tribunali superiori.

107 Tradit secundam limitationem, vt scilicet non procedat, si iudex, cui remissio petitur, iam cœperat de causa cognoscere, cùm esset iudex domicilij vel originis.

108 Impugnat hanc traditionem ex traditis à Couar. pract. cap.1.num.6. ad finem.

109 Defendit communem opinionem, & ad rationem Couar. respondet.

110 Re integra iudex domicilij tenetur remittere delinquentem ad forum delicti, tanquam potiorem & fortiorem, secus si iudex domicilij, vel originis cœpit cognoscere de delicto.

111 Respondet ad l.capitalium,§.famosos, infra de pœn.

112 Concordat opiniones ex Fulgos.l.1.nu. 1.C. vbi de crimine agi oporteat.

113 Reijcit dictam concordiam.

114 Refert ex Bald. quòd si delinquens sit condemnatus in loco domicilij non debet fieri remissio ad locum delicti.

115 Refert veram concordiam ad dictas opiniones.

116 Probat quòd in terminis, de quibus ibi, iudex domicilij, nec ante latam sententiam, nec post eam latam tenebitur remissionem facere.

117 Adducit dictum Ang.tractatu de beneficijs,verb.iudex commisit ad probandum, quòd iudex domicilij, qui per inquisitionem cognouit, non tenetur delinquentem remittere.

118 Generali consuetudine iudex potest procedere contra delinquentem per inquisitionem.

119 Probat iudicem, qui mediante inquisitione ad sententiam condemnatoriam peruenit, non teneri remissionem facere.

120 Examinat id, quod dictum est num. 117. quod tamen non esse verum existimat.

121 Remedium inquisitionis censetur remedium extraordinarium & ideo superueniente accusatore cessat.

122 Tradit concordiam ad dictas opiniones, & casus distinguit.

123 Si iudex domicilij ex officio processit, & condemnauit delinquentem, eius sententia, nec nocet accusatori, qui non fuit citatus, nec Reipub. offensæ.

124 Docet, hoc casu procedere posse opinionem Couar pract. cap.11. num.6. ad finem, secus si procedat per viam accusationis.

125 Ostendit, non esse simpliciter verum dictum Ang. de quo egimus supra num.117.

126 Declarat, in quo casu tantum opinio Ang. admitti possit.

127 Examinat id,quod tradidit nu.118. & tradit, maximè controuersum esse, vtrum iudex possit procedere ex officio per inquisitionem, & concludit verius & receptius esse, non posse.

128 Declarat casum,in quo contraria opinio admitti potest.

129 Quando quis delinquit in diuersis prouincijs, iudex delicti,qui quomodo peruenerit, poterit cognoscere de delicto in suo territorio commisso,nec tenebitur remittere, etiamsi in alia prouincia grauius delictum commiserit.

130 Declarat proximè dicta,quando vtraque pœna delicti potest effectum executioni sortiri: nam is si talis sit, vt semel exigi possit,tunc pœna grauioris delicti proferenda est.

131 Assignat tertiam limitationem,vt scilicet tantùm habeat locum in iudicibus subditis eidem superiori.

132 Quando iudices non fuerint subditi eidem superiori, consuetudine obtentum est, vt omnino fiat remissio ad locum delicti.

133 In Italia cùm tota diuisa sit in diuersa dominia, iudex vnius dominij non

non tenetur facere remissionem ad iudicem alterius dominij.

134 *Inter Ecclesiasticos, etiam diuersarum prouinciarum, semper locus erit remissioni & ibi ratio traditur.*

135 *Addit, quod etiam inter regna fœderata non est locus remissioni.*

136 *Refert Doctores, qui contrarium tenent, quos tamen reprobat, & declarat, quo casu eorum opinio admitti possit.*

137 *Reprobat Perez, loco hic allegato, dum existimat, inter regnum Castel. & Portug. esse locum remissioni, quia sunt regna fœderata.*

138 *Docet inter prædicta regna non esse locum remissioni, nisi in casibus in l. fœderis expressis.*

139 *In dictis casibus strictissimè est procedendum, nec sunt extendendi etiam ad alios casus diuersos, in quibus eadem videatur militare ratio.*

140 *Docet, quòd in dictis casibus expressis, vt fiat remissio, oportet delictum verè esse probatum, nec sufficiet probari per contumaciam.*

141 *Declarat item, quod in dicta probatione non sufficiat indicia, vel coniectura, sed plena requiritur probatio per testes, vel aliàs legitimas probationes.*

142 *Declarat, proximè resoluta etiam hodie procedere, licèt regna Portug. & Castel. hodie sint vnita.*

143 *Dicta regna non sunt vnita accessoriè, sed æquè principaliter, ita vt quodlibet suis legibus regeretur, & ideo considerari debent, ac si essent omnino separata.*

144 *Docet, quòd in hac materia remissionis eadem sunt obseruanda, quæ ante vnionem obseruabantur, & ita expressum est in libertatibus concessis regno Portugalliæ.*

145 *Docet, quòd in illis casibus, in quibus nõ sit remissio ad locum delicti quòd nihilominus læsus poterit accusare delinquentem coram iudice prouinciæ, ad quem confugit.*

146 *Tradit quinque rationes in confirmationem dictæ conclusionis.*

147 *Iuri naturali repugnat, vt delictum maneat impunitum.*

148 *Consuetudo iniqua nullo temporis cursu confirmari potest.*

149 *Debitor pecuniæ si fugitiuus sit, potest pro ea pecunia apud quemcunque iudicem conueniri.*

150 *Aduertit, quòd declaratio facta num. 145. non videtur tuta, nec vera, & ostendit, quomodo communi traditioni repugnet.*

151 *Item aduersatur dictæ declaratio reg. iuris receptissima, quod quis accusari, vel puniri non possit, nisi in loco domicilij, vel in loco delicti.*

152 *Declarat plerosque Doctorum tenere, quod aduersus hos, qui ad alienam prouinciã confugerũt, Princeps illius nullam in eos habeat iurisdictionem.*

153 *Reprobat traditionem Curtij Iunioris, & aliorum, de quibus num. 145.*

154 *Assignat cõcordia ad dictas opiniones.*

155 *Tradit æquiparationem inter prouinciam, ad quam delinquens confugit, & Ecclesiasticam.*

156 *Ecclesia tribuit immunitatem, & securitatem, & saluum conductum ad eam confugientibus.*

157 *Iudex potest verbaliter citare confugientem ad Ecclesiam, vt compareat coram eo. quatenus pertineat ad satisfactionem partis læsæ.*

158 *Si citatus non compareat, iudex delicti contra eum procedere potest tanquam contumacem, ad satisfactionem pecuniariam partis.*

159 *Reprobat prædictam concordiam.*

160 *Qui confugit ad prouinciam alteri domino subditam, tutus est publico nomine.*

161 *Respondet ad æquiparationem, de qua egit supra num. 155.*

162 *Tradit rationem differentiæ inter prouinciam, & Ecclesiam.*

163 *Docet semper esse studendum, vt ipsa publica maiestas & libertas conseruetur.*

164 *Respondet ad rationes, de quibus num.147.*

165 *Refert ex sacra scriptura, designatas fuisse tres ciuitates, ad quas delinquentes possent confugere, nec ibi accusarentur, nec punirentur, & postea tres fuisse additas.*

166 *Respondet ad rationes, de quibus supra, & ad primam vltra rationem assignatam num.164. assignat autor suam responsionem.*

167 *Exulare à patria pœna molestissima existimabatur.*

168 *Respondet item, illam conclusionem minimè procedere in regnis Hispaniæ.*

169 *Ostendit in regno Cast. & Portug. absentem citatum per edictum condemnari posse ad mortem naturalem, vel ciuilem.*

170 *Refert etiam, quod in multis locis Italiæ delinquentes condemnantur, & habentur pro confessis.*

171 *Postquam quis punitur plene in loco delicti, non potest pro eodem delicto accusari, vel puniri in loco, ad quem confugit.*

172 *Iuris ratio non patitur, vt de eodem hominis delicto sæpius inquiratur.*

173 *Respondet ad secundam rationem, de qua num.148.*

174 *Iuri communi omnes prouinciæ erant subditæ imperio Romano.*

175 *Tradit, qui denegat remissionem his casibus non peccare.*

176 *Respondet ad tertiam rationem, de qua num.149.*

177 *Declarat verius & receptius esse, pœnam non deberi in delictis, nisi à tempore facta condemnationis.*

178 *Ante condemnationem fiscus non videtur habere aliquod ius considerabile in bonis delinquentis.*

179 *In delictis non transit pœna in hæredem delinquentis, nisi posteaquam delinquens fuerit condemnatus.*

180 *Respondet ad quartam rationem, de qua num.149.*

181 *Assignat secundam responsionem.*

182 *Expendit pro eadem responsione notabilia verba Bald.l. cum quadam, num.2. ante finem, supra de iurisdictione omnium iudicum.*

183 *Respondet ad quintam rationem, de qua eodem num.149.*

184 *Reprobat traditionem Couarr. practicarum quæstionum cap. 11. num. 10. vers. sed etsi ad criminis pœnam.*

185 *Asylum defendit omnes ad illum confugientes quantumcunque atrocissima delicta commiserint.*

186 *Ostendit rationes Couarr. vbi proximè in hoc casu non concludere, & probat remissionem his casibus fieri non posse.*

187 *Declarat opinionem Couarr. tantum verificari posse in crimine hæresis, & in alijs standum est regulis magis communiter receptis.*

AD † huius autem fori explicationem, agendum nobis 1
est, de intellectu *l.1. C. vbi de crimine agi oporteat*, quæ prima † facie 2
duo videtur probare, valde notanda in hac materia. Primò, quòd † in loco 3
delicti quis accusari potest etsi in eo loco non reperiatur. Secundò, quòd † 4
si extra locum delicti inueniatur, etiam in eo loco accusatio peragi potest: Est † tamen aduertendum, 5
quòd vtrumque dictum non est verum, neque enim delinquens potest accusari in loco dilecti, nisi in eo inueniatur, vel ad eum locum de more sit remissus, *Clement. pastoralis §. verum est quidē de re iudicata*. adeò quòd † 6
si delinquens sit absens à loco delicti, & legitimè citatus non compareat, non possit aduersus eum procedi ad pœnam corporalem, sed tantùm ad annota

annotationem bonorum, *l.infra de requirēd.reis*, & notauit glos. *auth.vt nulli iudicum §. si quis vero comprehensorum, verb. de finita, collat.9. Panorm.6.cap.fin.*
7 *n.7.& n.10.de foro cōpetenti*, & † ad hunc modum debet declarari dict. *l.1. in 1. parte. C.vbi de crimine*, dum sentit, delinquentem absentem, in loco delicti accusari posse: debet enim intelligi, vt contra eum procedatur ad annotationem bonorum, non autem ad pœnam corporalem, iuxta supra tradita.

8 Præterea & secundo, quòd † videtur probare dict. *l.1.* illud est, quod delinquens possit accusari in loco, in quo reperitur, intelligendum est: quando in eo loco, in quo inuenitur ex alia causa sortiebatur forum, vel quia in eo habebat proprium domicilium, *l.2. C. vbi de crimine agi oporteat*: vel quia erat locus propriæ originis, vel paternæ, quia in illis videtur sortiri forum, vt conueniri, & puniri posset pro delictis alibi commissis, *vt tradit glos. l. relegatorū §. interdicere, verb. ad rescripti infra de interdictis, & relegat.* & in terminis glos. fin. *dict. l.1. C. vbi de crimine agi oporteat*, & in simili probatur *l.1.cū glos. infr. de eo quod certo loco.*

9 Vnde † ex dict. *l.1.* iuxta prædictas interpretationes, colligendum est, quod pro delicto potest quis accusari in loco delicti commissi. Item & in loco domicilij, & præterea in loco propriæ originis, vel paternæ, si ibi inueniatur, *notat Bart. l. si cui §. final. n. 6. inf. de accusat. Panormitan. cap. final. n. 38. de foro competenti.*

10 Inter † quos tamen foros, ea est differentia, quòd in loco delicti, vel originis propriæ, vel paternæ, non potest accusari, nisi ibi reperiatur, *vt dictum est*, in foro autem domicilij, potest accusari, & si ibi non inueniatur, vt colligitur ex generalitate leg.2. *C. vbi de crimine agi oporteat, & c.cum contingat, de foro competenti*, & ibi *notat Panormit. num.6. ad finem sentit l.15. ad finem titul.1. partit.7.* & tunc procedetur contra eum per modos traditos per Panormitanum *cap.fin.n.41. de foro competenti.* 9. re-solu. n.13.

Adde † quod & dict. *l.1. Cod. vbi de crimine agi oporteat in 2. parte*, potest generaliter intelligi, vt quocunque loco delinquens possit accusari, si post delictum efficiatur vagabundus, & non consistens in certo loco: is enim quocunque loco accusari & puniri potest, *ex glos. fin. dict. l.1. & glos. hic verb. debebit in principio, & Bart. n.4.* & asserit receptum Curt. Iun. *hic num.10. & Mantua num.27.* probat *l.15. ante finem titul. 1. partit. 7. & ibi Gregor. verb a otro.* Ratio colligitur ex *l. si in possessione, & ibi notat Bald. C. vbi causa status.* 11

Contrariam † tamen opinionem, imo vagabundum non posse accusari in loco, in quo inuenitur, sed potius remittendum esse ad locum delicti, iuxta generalitatem auth. *nulli iudicum §. si quis verò comprehensorum collat.9. tenet Panor. cap. fin. n.21. de foro competenti, Marian. cap. postulasti num.15. eo tit.* & tanquam verius probat Couar. *practicar. cap.11. n.7. Duenh. regul.378. in 4. limitat. Didacus Perez l.2. titul.17. lib. 8. ordinament. pag.338. col.2.* 12

Pro † concordia harum opinionum, placet mihi resolutio Auend. *respons.40. nu.9.* quòd si accusator velit prosequi causam, in loco, in quo reperitur vagabundus, admittenda est illius accusatio: neque sit locus remissioni ad locum delicti. Si verò pars læsa petat remissionem ad locum delicti, illa concedenda est, iuxta regulam generalem. Dicetur † autem in nostro proposito vagabundus, qui nullum certum habet domicilium, *ex glos. hic verb. debebit in principio, &* quam extollit Nauar. *cap. placuit, n.79. de pœnit. distin. 6.* Sed improbat Ang. *§. præced. n.10.* Inquiens, illum † 13 14 9. re-solu. n.17. & 30. 35. 15

esse vagabundum, qui licèt certum habeat domicilium, tamen incipit vagari per mundum, neque in certo loco consistit, quod & tenuit Bart. *l. 1. num. 2. Cod. de Tyronibus lib. 12. & l. 4. §. prætor ait num. 24. infra de damno inf. cto, & ibi Alexand. num. 22.* & contra glos. hic asserit receptum Curt. Iun. *hic num. 10.* & Anton. de Math. *de prorogatione iurisdictionis, num. 35.*

16 Sed † ad veram resolutionem aduertendum est, domicilium duobus modis considerari, scilicet pro loco habitationis propriæ, item pro domicilio originis propriæ vel paternæ: quod semper quis videtur retinere, quoad honores & onera, *l. penultim. supra de senatoribus Bart. l. assumptio §. 1. n. 1. ad finē inf. ad municip.* & declarat Panormitan. *cap. final. n. 13. & ibi Marian. num. 57. de foro competent.* Si

17 † igitur primo modo accipias domicilium, vera erit diffinitio gl. *hic verb. debebit*, quod ille dicetur vagabundus, qui nullum certum & determinatum habet domicilium: facilè enim contigere potest, quòd quis nullum proprium habeat domicilium, sed vagetur per mundum *l. eius qui*

18 *final. ad finem infra ad municipal.* ac † proinde cùm nullum habeat certum parochum, poterit confiteri illi parocho, in cuius parochia reperitur. *Nauar. cap. placuit à num. 80. de pœnit. dist. 6. & tradit Decian. in practic. criminal. lib. 4 cap. 13. à num. 1.*

19 Et hinc † consequitur, quòd si quis propter delictum commissum aufugiat à loco domicilij, & ad aliud regnum confugiat, vt interim ibi se tueatur, non potest dici vagabundus: cum habeat animum constituendi domicilium in regno, ad quod confugit, & consequenter non habeat animum vagandi per mundum, & sic deficiunt requisita supra relata, vt quis dicatur vagabundus. In hoc igitur, qui propriè non † est vagabundus, non reperitur iure cautum, quod 20
in quolibet loco tanquam vagabundus conueniri, & puniri possit: quod ita praxis obseruat, quicquid contrarium videatur sentire Couar. *pract. quæst. cap. 11. num. 7.* Cuius opinio tantum admitti potest, quando † constiterit, recedentem à proprio domicilio, non habere animum constituendi domicilium in eo regno, ad quod confugit, sed transeundi ad aliud, & ad alias prouincias, ac ita nullum certum, & firmum domicilium velle habere, vel habitationem certam, nam tunc dicetur vagabundus: & vbicunque conueniri poterit, declarando vt supra. 21

Quòd si domicilium secundo modo accipias, nunquam absens potest dici vagabundus: quia licèt cuilibet liceat mutare domicilium habitationis *l. cum quadam supra de iurisdictione omnium iudicum.* Tamen † domicilium originis paternæ, vel propriæ mutare non potest *l. assumptio in principio infra ad municipal.* neque amittitur, nisi patria propria vel paterna passa sit aratrum, *Ang. §. præced. nu. 10.* Cùm igitur semper prædictum domicilium videatur retinere, vagabundus dici non potest. Cùm autem à communiter accidentibus domicilium primo modo accipiatur, ille tantum dicetur vagabundus: qui † ita à proprio domicilio recedit, vt vagetur per mundum, & in nullo certo loco firmum domicilium constituat, vel habitationē, vt colligitur *ex l. eius qui §. final. ad finem, infra ad munic p.* eleganter Cæpola videndus *cons. 58. num. 25. Bossius in prax. crim. tit. de foro competenti num. 70. & tradit S. pia. hic num. 13.* & supra diximus, colliges ex Fulg. *cons. 149. num. 2.* 22 23 24 25

Præterea † & illud supra dictis addendum est, quod illud, quod supra diximus, 26

diximus, delinquentem accusari posse in loco propriæ originis, vel paternæ, accipiẽdum est, si pars læsa velit eum accusare in eo loco, *l.2.C.vbi de crimine agi oporteat:tradit Panor. c.fin. col.fin. nu.38.de foro compet.Signor.cons.128 post*
27 *principium.* Vnde † sequitur, quòd si pars læsa nolit in eis locis accusare, iudex illorum locorum per viam inquisitionis contra prædictos procedere minimè poterit: Imò prædicta inquisitio quoad omnes effectus pro nulla reputabitur, vt per elegantes rationes concludit Signorol. *consilio 128. Bald. cons. 393. punctus in fine lib. 1.* & pluribus relatis hanc esse veriorem, & magis communem opinionem resoluit Roland. *cons. 19. num. 20. lib.2.*& Menoch. *cons.2. num.130. lib. 1. Thesaurus decis. Pedamon. 90. nu. 1. vbi num. 6. ad finem* asserit, secundùm hanc opinionem fuisse consultum, & iudicatum, & secundùm eam consuluit Scarlatinus *cons.112. num.4. lib.1.criminalium.*

28 Cæterùm † subsistendum est: quia contrariam opinionem, imò prædictos iudices posse contra subditos alibi delinquentes procedere, per viam inquisitionis, tenet Panormitan. *cap. cum contingat, num. 7. de foro competenti,* & plurimis relatis hanc esse veriorem & magis receptam sententiam asserit Laurentius Syluanus *consil. 103.colum. 2. ad finem*, & sequitur Couar. *practicar. quæstionum cap.11. numer.6. vers. 6. Iulius Clarus in praxi. criminali. §.fin. quæst. 39. numer. 4. Ancharan. Regiensis libr. 3. familiar. quæst. q.7. à numer. 15. Vincent. à Franchis decis. 66. in prima parte*, quibus addendus est Albertus *Brun.cons. 144. lib. 2. Vulpelus cons. 46. & cons. 157. num.4. & Decianus notab. tractatu criminali lib.4. cap.6. num.2. & 3. Follerius de constitut. capitaneorum, nu. 36.pag.137. Gama decis.53.num.2.*

29 Quibus tamen † non obstantibus, prima opinio procul dubio verior, & receptior est: & † pro ea est text. *l.10.* 30
tit.16.lib.9. Codicis Theodosiani. Et est † 31
ratio huius conclusionis, quia respublica domicilij delinquentis, vel propriæ originis, vel paternæ per delictum commissum per subditum extra territorium, nullo modò fuit læsa vel affecta aliqua iniuria. Ergo eo casu aduersus subditum delinquentem non potest procedere per viam inquisitionis: quia ea tantum permittitur: quando respublica, quæ † iubet in 32
quiri contra delinquentes, affecta est. aliqua iniuria per delinquentem, aliàs secus: eleganter Bald. *l. cum quædam numero 2. ad finem supra de iurisdictione omnium iudicum, Boer. decision. 29.* Et
† si replices, semper interesse reipu- 33
blicæ, vt malis hominibus purgetur *l. congruit in principio supra de officio præsidis*, ne quidem obtenta impunitate prædicti delicti, in maiora prolabantur vitia delinquentes, vt in terminis considerat Couarruuias *practicarum quæstionum cap. 11. num.6. vers. 6. & Ancharan. Regiensis familiarium quæstionum libr.3. quæstio. 7. numero 18. Gama decisione 53. nume. 2.* Quia † fa- 34
cilè respondetur, hanc rationem tantum concludere quoad eos, qui intra prouinciam delinquunt. Nam si ex-
tra † prouinciam delinquant, in pro- 35
uincia autem quietè & honestè viuant, nulla est ratio, ob quam debeant inquietari, imò magis sunt laudandi, quia in prouincia, in qua degunt, sceleribus se abstinent, *Bald. l. 2. §. deinde ex his ad finem supra de orig. iuris, & cap. 1. §. iudex numero 3. de pace tenenda Guidon. Papæ decision. 202. num. 2. Afflictis decis. 265. numer. 6. Roland. consil. 19. num.23.lib.2. Boer. decis.29.*

Et † ideò *l. §. postea, ne diutius, supra* 36
de orig. iuris, probat quòd Hermodorus Ephesinus, qui exulabat in Italia, fuit

fuit Auctor Romanis, vt iura duodecim tabularum constituerent, & hac ratione ei publicè statuā fuisse dicatam in comitio, vt asserit Plinius *lib. 34.naturalis historiæ cap.* 51. ex quibus collegit Bald.*dict.l.2.* §.*deinde ex his ad*
37 *finem, supr.de orig. iuris*, quod † banniti & exules ab vna patria, in alia honorantur, in qua vtique non censentur infames, & ideò ad honores admittuntur, & tradit idem Bald. *l.1.nu.9. Cod.de Summa Trinitate*, & licèt Zasius *d.l.2.num.*42. & ibi Cagn.*num.*73.negent, id ex eo text. benè colligi, quia Hermodorus iniustè fuit expulsus ab Ephesiis, vt refert Cicero *lib. 5. Tusculan. quæst.* Tamen generalitas illius textus etiam notabile Bald. videtur admittere, & quia siue iustè, siue iniustè quis exulet à patria, tamen verum est dicere, exulem à patria in alia prouincia honorari posse.

38 Adde † etiam, quòd illud, quòd supra diximus, delinquentem posse accusari in loco originis propriæ, vel paternæ, hodie consuetudine generali abrogatum esse, vt tenent plures quos refert Thesaurus *decis. Pedamon-*
39 *tan.*93 *ad finem.* Et † ideò *l.*15.*tit.*1.*part.* 7. referens foros, quos delinquens sortitur, tantùm fecit mentionem loci, in quo delictum commissum est, & domicilij delinquentis, innuens, quòd in loco originis propriæ vel paternæ accusari non possit, *vt ibi notauit Gregor.in gloss.final.*

40 Denique † addendum est, quòd in hac materia in regno Portugalliæ adest ordinat. *lib.5.titul.*42.§.11.*in antiqua impressione, & hodie lib.5.tit.*117.§. 9. *noua impressionis*, quæ videtur in aliquibus discrepare à dispositis per ius ciuile, siue commune in hac materia: nam disponit, quòd iudex partis læsæ potest recipere eius querelam contra eum, qui illum offendit, etsi lædens nō sit subditus prædicto iudici, quòd vtique videtur repugnare, regulæ generali *l. in criminali Cod. de iurisdictione omnium iudicum*, secundùm quam accusatio fieri debuit coram iudice delinquentis, & non coram iudice partis læsæ.

Sed † pro defensione prædictæ ordinationis, aduertendum est, in regno Portugalliæ in delictis puniendis tribus diuersis modis procedi solere, scilicet per accusationem, vel per inquisitionem, quæ in eo regno appellatur (*deuassa*) vel per viam querelæ, quæ quoddam medium videtur † obtinere inter accusationem, & inquisitionem: Nam vt † remedium querelæ locum, obtineat, oportet quòd constet de delicto, & de persona delinquentis. Item quòd pars læsa nominatim de delinquente conqueratur, & in hoc assimilatur accusationi, & ideò solet concipi eisdem ferè verbis, quibus libellum in accusatione formari debere docet Iurecōsultus *l.libellorum, infra de accusation.* Sed † nihilominus in eo differunt, quòd accusatio fit in iudicio citata parte, & in ea ordinariè proceditur: querela autem proponitur coram iudice, non sedente pro tribunali, & est veluti præparamentum quoddam futuræ accusationis iudicialis. Item in eo differunt, quòd † si per duos testes etiam non citata parte examinatos apparuerit, veram esse querelā partis querelantis, delinquens debet capi, & carceri mancipari, vt disponit ordinat. *lib. 5. titul.*42.§.9.*& hodie lib.5. titul.*117.§.6.*noua recopilat.* 41 42 43 44 45

Cuius † contrarium obseruatur in accusatione iudiciali. Quoad inquisitionem autem in regno Portugalliæ non solet procedi per modum inquisitionis generalis, sed tantùm per inquisitionem specialem in certis & expressis delictis in *ord.lib.*1. *tit.* 44. §.1. *antiqua impression. & hodie lib.* 1. *tit.* 65. §.31.*noua impressionis.* Iuxta † quæ dicendum. 46 47

cendum est, quòd si in regno Portugalliæ procedatur per viam accusationis obtinebit in eo regno regula *dict. l. in criminali C. de iurisdictione om-*
48 *nium iudicum.* Si verò procedatur † per viam querelæ, tunc obtinebit locum dispositio ordinatio. *lib. 5. tit. 42. §. 11. veteris impressionis, & lib. 5. tit. 117. §. 9. nouæ recopilationis,* vt iudex partis læsæ possit procedere contra delinquentem in territorio suo, ita vt quod iure communi inuenitur dispositum in casu speciali *l. ne quid §. de his, iuncta glos. verb. remittantur, infra de incend. ruina naufrag.* quòd delinquens remittatur ad iudicem partis offensæ, vt ibi puniatur, & nota Bart. *l. 1. num. 45. Cod. de Summa Trinitate*, tamen id generaliter obseruabitur in regno Portugalliæ, quando proceditur per viam querelæ.

49 Aduertendum † tamen est, quòd dum prædicta ordinatio generaliter disponit, iudicem partis læsæ posse cognoscere aduersus delinquentem, etiam sibi non subditum, necessariò intelligendum est: dummodo delinquens sit subditus regni vel prouinciæ, in quo prædictum delictum commissum est: nam tunc iudex partis læsæ de eo delicto cognoscet per viam querelæ, etiamsi delictum non sit commissum in eius territorio particulari. Nam si ponas extra regnum vel prouinciam delictum fuisse commissum, per extraneum, & nullo modo subditum, tunc non obtinebit locum ord. *dict. lib. 5. tit. 42. §. 11. in antiqua & hodie lib. 5. tit. 117. §. 9. nouæ impressionis*, quia, vt tradit Bart. *l. 1. n. 45. Cod. de Summa*
50 *Trinitate*, statutum non † potest tribuere iurisdictionem, aduersus non subditum delinquentem extra territorium, iuxta regulam *l. fin. supra de iurisdictione omnium iudicum, & c. 2. §. fin. de constitut. in 6. subscribit Angel. §. præced. num. 15. Curtius Iun. hic in fine.*

Adeò † quòd tradiderit Innocent. 51 *c. postulasti, de foro competenti*, quòd si quis habeat possessiones in territorio alicuius ciuitatis, & extra territorium occidit aliquem ciuem illius ciuitatis, non poterit per iudices prædictæ ciuitatis puniri, neque in persona, neque in bonis, quatumcunque sitis in territorio prædictæ ciuitatis: quod latè probat Marianus *cap. fanè, num. 6. vers. 8. declaratio, de foro competenti*, & tamen † valet statutum, quòd ciui- 52 tas puniat subditum delinquentem extra territorium, quod facere potuit, *l. 1. Codic. vbi de crimine agi oporteat*, & tradit idem Bart. *dict. l. 1. num. 45. Cod. de Summa Trinitate, Bald. consil. 383. punctu in fin. lib. 1. Anebaran. Regiensis familiarium quæst. lib. 3. quæst. 7. num. 4. quem vide.*

Iuxta quam † resolutionem in pro- 53 posito nostro inferendum est, quòd si Castellanus occidat Lusitanum, extra regnum, Castellanus repertus in regno Portugalliæ, non poterit pro eo delicto accusari in prædicto regno, quia reducimur in effectu ad terminos primi mẽbri distinctionis Bar. *dict. l. 1. num. 45. de Summa Trinitate*, & à fortiori † idem erit recipiendum, si 54 Castellanus alium Castellanum occidat extra regnum: manifestè enim tunc cessat dispositio ord. *dict. lib. 5. titul. 42. §. 11. & hodie lib. 5. titul. 117. §. 9. nouæ impressionis*, quæ requirit, quòd vt iudex procedat contra delinquentem sibi non subditum, oporteat, quòd sit iudex partis læsæ, quod requisitum in prædictis casibus minimè verificari potest.

Ex † quibus dubia videtur reddi 55 decisio Lusitana lata per Gam. *dec. 53.* dum tenet, quòd si quis Lusitanus occidat Castellanum extra regnum, aduersus eum in regno procedi potest, etiam per viam inquisitionis. Nam in his terminis falsa erit † conclusio, 56

ob rationem proximè assignatam, & tantùm defendi poterit, quando Lusitanus occidit alium Lusitanũ, etiam extra regnum, quia tunc in regno puniri potest, quia reducimur ad terminos doctrinæ Bart. *l.1.num.45 Cod. de Summa Trinitate*, & ad terminos Ordinatio. *dict. lib.5. titul.42. §.11.& lib.5. tit.117.§.9. noua impressionis*, quod ita fuisse iudicatum asserit Gama *dict.*
57 *decisione 53.num.1.* qui addit † in prædicto casu, contra subditum delinquentem, procedi posse etiam per inquisitionem, quod tamen videtur repugnare his, quæ supra tradidimus, quòd aduersus subditum delinquentem extra territorium, procedi non potest per modum inquisitionis. Sed
58 † nihilominus saluando prædictam decisionem dicendum est, eam admitti posse, quando hæc simul concurrunt: quòd subditus læsit subditum, etiam extra regnum: nam prout tunc aduersus eum procedi potest, ac si in territorio deliquisset, *ordinat. lib.5. titul.42. §.11. & dict. tit.117. §.9. noua impressionis*, ita & in eodem casu aduersus eum procedi poterit per inquisitionem: *Bart. dict. l.1.num.48. Codic. de Summa Trinitate, Panormitan. cap. cum contingat. num.8. de foro competenti Anan. cap. 1. num.2. de raptoribus.*
59 Et ad hunc † modum debet declarari communis traditio supra relata, vt non habeat locum, quando subditus deliquit extra territorium aduersus alium subditum: item quando statutum disponit, vt contra eum procedatur: ac si in territorio deliquisset, vt in effectu disponit ord. *dict. lib. 5. titul.42. §.11. & lib.5. titul.117.§.9. noua impressionis:* nam is duobus concurrentibus poterit aduersus prædictum procedi, etiam per inquisitionem, *Bart.l.1.n.48. & Bald. consil.393. punctus in fine lib.1.*
60 Neque † est silentio inuoluendum, illud, quod etiam exprimitur in prædicta decisione, quòd si delinquens fuerit punitus per iudicem delicti, adhuc in regno accusari, & puniri potest pro eodem delicto: quod tamen videtur esse contra regulam textus *cap. de his de accusat & l. senatus ff. de accusat.* per quæ iura contrarium in terminis concludit Bald. *l. executorem num.25. Codic. de executione rei iudicatæ*, tradens quòd punitus in loco delicti, non poterit pro eodem delicto iterum accusari in alio loco, etiam aliàs idoneo, quia forus delicti est principalior, subscribit Alciatus *cap.1.n.83. ad finem de offic. ordinar.* Quod † pro- 61
cedit etiamsi iudex delicti, ex arbitrio suo mitigauit pœnam ordinariam delicti, *vt tradit Aretin. dict. cap. de his num.18. ad finem, de accusat.* Quinimo † licèt Bald. & Alciat. supra 62
relati diuersum esse censeant, si pro delicto delinquens fuerit punitus in loco domicilij, quia is adhuc accusari, & puniri potest in loco delicti, cuius iniuriæ non fuit satisfactum per punitionem factam in loco domicilij delinquentis, tamen non videtur verum, & contrarium acriter defendit Aretin. *dict. cap. de his, num.18. & cons. 58. num.12.*

Sed † nihilominus saluando id, 63
quod continetur in prædicta decisione, est aduertendum, quod vt in ea exprimitur pœna illa imposita per iudicem loci delicti, fuit nimis leuis, & ferè ridicula, & ideo cùm non fuerit punitus condignè pro delicto, poterit pro eodem iterum puniri, iuxta regulam textus *cap. fœlicis §. per hoc, de pœnis in 6.* secundùm intellectum Ancharan. *cap. ea quæ colum. 20. quæstione nona, de regul. iuris in 6. & Panormitan. cap. de his numero quarto, de accusat.* conferunt latè tradita in proposito per Baptistam *l. 1. num.27. Codic. de Summa Trinitate.*

Denique

64 Denique † est aduertendum, quòd dum ea decisio Lusitana 53. *nu.2.* dicit, quòd punitus in absentia, propter contumaciam, non potest allegare, se pro eodem delicto iam fuisse punitum in alio loco, non est simpliciter verum, sed recurrendum est ad doctrinam Bart. *l. sepulchri num.6. infra de sepulchro violato*, de qua notab. agit Aretin. *d. c. de his, num.8. de accusatio.* & nos tetigimus *l. si quis postea quam, ad finem supra eodem.*

65 Denique † in hac materia illud est memorandum, quòd quatenus pertinet ad forum conscientiæ, ratione delicti, quis forum non sortitur, ac proinde illud delictum debet confiteri proprio parocho, & non coram parocho loci delicti, *glos. cap. placuit el 1. 16. quæstione prima, Imol. dict. cap. P. & G. num.45. de offic. delegati, Roman. singul.453. notab. Nauar. dict. cap. placuit à num.83. de pœnit. distinct.6.* & rationem assignat Couar. *practic. quæst. cap.11. num.4.*

66 Vlterius † ad complementum istius fori, illud memorandum est, quòd licèt in contractibus, non fiat remissio ad locum contractus: si contrahens in eo non reperiatur, *cap.1. §. contrahentes, de foro competenti in 6. & supra diximus*, tamen ad forum delicti fit remissio, si delinquens in eo non reperiatur, vt probat auth. *vt nulli iudicium §. si quis verò comprehensorum coll. t.9.* à qua desumpta est authent. *si verò Codic. de adulter.* quod & probat *cap.1. §.1. de priuileg. in 6. l.1. titul.29. partit.7.* ampliando vt per Bald. *l. fin. numero decimosexto, Codic. si à non compet. iu lice*, varias autem rationes huius conclusionis assignant Doctores, quas referunt Iacobus de Bellouiso *dict. §. contrahentes num 111. & ibi Dominic. nu.16 Curt. Iun. hic ad finem, Horoscius l. præs. prouinciæ num.5. supra de officio præsidis Couar. practic. quæstionum c.11. num.3.* quibus addendus est Bellamera *consi.11. num.5.*

Sed † ea est præcipua, quod vbi quis 67 deliquit, ibi puniri debeat *l. si cui §. fin. & l. fin. inf. de accusatio l. 3. in principio infra de re militari, auth. qua in prouincia Codic. vbi de crimine agi oporteat*, ob rationes expressas *l. capitalium §. famosos inf. de pœnis.*

Sed † quia in hac materia est textus 68 præcipuus in *dict. §. si quis verò comprehensorum*, latius circa illius interpretationem insistemus. Ex d. † igitur §. 69 *si quis verò comprehensorum*, prima colligitur conclusio, quòd si delinquens aufugerit à loco delicti, neque in eo reperiatur, tunc iudex loci delicti, debet dirigere litteras precatorias ad iudicem, in cuius territorio delinquens degit, vt eum capiat, & ad se remittat. Si enim † iudex delicti has lite- 70 ras non dirigat, non tenetur, imò neque potest iudex loci, in quo delinquens degit, eum capere & remittere, *vt tradit Bart. & alij l. 1. Cod. vbi de crimin. agi oporteat. Anan. cap.1. num.8. de raptoribus Hyppol. in pract. crimin. §. oportune num.33. Thom. Gram. decis.26. num.4. Decian. tract. crimin. lib.4. c.19. num.1. Couar. pract. quæstio. c.11. num.5. vers. quanto.* Et † hac forma non serua- 71 ta iudex loci, in quo delinquens degit, illum capiat, tenetur continenti tanquam iniustè captum relaxare, neque ex officio potest illum remittere, *Paul. Castr. consil.309. n.2 lib.2. Auend. respons. 40. num. 5.* Decian. *vbi supra num.2. & num.4.*

Secunda principalis † conclusio ex 72 *d. §. si quis verò comprehensorum*, ea est, quòd vt iudex loci, in quo delinquens degit, teneatur eum capere & remittere, satis est, quòd ei literæ precatoriæ iudicis delicti offerantur, in quibus contineatur: quòd delinquens capi debeat, & remitti: tenetur enim recipiens literas prædictas, illis

Ooo 2 obe

obedire, & capere malefactorem, abſque eo, quod debeat cognitionem adhibere ad ſciendum, vtrum illud, quod in prædictis literis continetur ſit verum. Nam cùm is iudex vicem executoris ſubeat, *Bar.l. fin.* §.1. *infra de publicanis Iaſon. l. magiſtratibus colum.*1. *ſupra de iuriſdict. omn. iud.*

73 Succedit † regula, quòd executor non poteſt cognoſcere de veritate cauſæ, cuius executio ei committitur, *l. ſi vt proponis Cod. de execut. rei iudicat. cap. paſtoralis* §. *quia vero, de officio delegati.* Qua ratione hanc concluſionem probat Iaſ. *d. l. magiſtratibus poſt princ. & alij relati per Couar.pract. quæſt. cap.*11.*num.*8.

Cæterùm ſubſiſtendum eſt, quia in
74 contrarium † eſt auctoritas gl. *Clem. paſtoralis* §. *nos quoque, verb. de more de re iudicat.* quæ vult, quòd iudex ille, à quo petitur remiſſio delinquentis, debet adhibere cognitionem, vtrum qui petitur remitti, reuera illud delictum commiſerit, ne aliàs per capturam afficiatur iniuria abſque vlla iuſta cauſa, imò iniuſtè & calumnioſè, & illam gloſ. probat Paul. *d. l. magiſtratibus num.*2. *& ibi Alex. num.*2. *Purpurat. numero decimo, ſupra de iuriſdictione omnium iud. Aret. cap. fin. num. vigeſimo, de foro compet. & ibi Felin. numero* 10. *Capol.conſil. crimin.*58. *num.* 14. & hanc eſſe commmunem opinionem aſſerit Rogerius à Mota *hic numero* 55. *Ægidius Boſſius in praxi crimin. titul. de foro compet. numero* 50. *Rebuf.*2.*tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requiſit. in præfatione numero duodecimo, & Anton. de Mub.de prorogatione iuriſdictionis, num.*71.*verſ.*2.*fallit.*

75 Inuenio † tamen, quod Albe. *d.auth. qui in prouincia, num.*12. *Codic. vbi de crimine agi oporteat*, concordat opiniones, quòd iudex delicti debeat præmittere ſummariá cognitionem, quòd delictum ſit commiſſum per illum, qui petitur capi, & remitti, & hanc ſummariam cognitionem clauſam cum literis precatoriis, debet ad iudicem, à quo petitur remiſſio, mittere: cui informationi ipſe iudex tenetur fidem adhibere: ſed ſi non præmiſſa prædicta informatione, aliquem tanquam delinquentem petat remitti, tunc iudex à quo petitur remiſſio, non tenebitur remittere, niſi prius facta informatione illi conſtiterit, eum qui petitur remitti tanquam delinquentem, re vera delictum commiſiſſe, ſubſcribit Guid. Papæ *deciſ.* 202.*nu.*2.*Socin.reg.*335.*num.*5. *Chaſſane. in conſuetud. Burgund.rub.*12.§. *vnico num.*6.*Auendan.libro* 2. *de exq.mand. cap.*7. *num.* 6. *& in tractat. de except. numero* 18. *Cou.pract.quæſt.cap.*11. *num.* 8. *notab. Perez. l.*2. *tit.* 7.*lib.* 8. *ordin. pag.*340.*col.*1. Neque † tunc obſta- 76
bit, quòd is iudex in effectu eſt executor, & ſic non poteſt cognoſcere de veritate, vel iuſtitia cauſæ exequendæ, quia id limitatur non procedere, ſi agatur de executione ex qua reſultet infamia, vel iniuria (prout eſt captura perſonæ) nam tunc debet ſuperſedere in executione, donec ei conſtet ſaltem ſummariè de veritate delicti, *gl.d.*§.*nos quoque, verb.de more in fine.* facit ratio textus *l. Dinus Adrianus, inf. de cuſtod.reorum.*

Cæterùm quamuis † hæc concor- 77
dia videatur applaudere, tamen ne ſecreta iuſtitiæ facilè pandantur, praxis indiſtinctè admiſit primam opinionem ſupra relatam, vt iudex, à quo petitur remiſſio, teneatur capere delinquentem, & remittere, ſi iudex delicti, in literis deprecatoriis, aſſerat eum grauiter deliquiſſe in in ſuo territorio, etiamſi cum literis nulla clauſa mittatur informatio delicti, vt colligitur ex generalitate dict.§.*ſi quis vero comprehenſorum, & l. ſolent, infra de cuſtodia reorum*, & hanc

eſſe

esse communem praxim, asserit Rebuf. 2. *tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisitor. in præfatione n.* 13. *& Iul. Clar. in praxi crimin.* §. *fin. q.* 38. *n.* 19. *in fine.* & in
78 †regno Port. probat ord. *lib.* 5. *tit.* 52. §. 6. *veteris impressionis & lib.* 5. *tit.* 123. §. 6. *nouæ recopilationis.*

79 Illud † sanè verum est, quòd si delinquens confugiat ad asylum, quod nos (*couto* vocamus) non fiet remissio, nisi prius præmittatur cognitio, vtrũ ille delinquens debeat gaudere priuilegio asyli *Ord. lib.* 5. *titul.* 52. §. 7. *& hodie lib.* 5. *titul.* 123. §. 7. *nouæ recopilationis*, & in simili disponit ordinat. *lib.* 2. *titul.* 4. §. 5. *& sequenti, veteris impressionis, & hodie lib.* 2. *titul.* 5. §. 8. *nouæ*
80 *recopil.* Item † quòd si præsidi prouinciæ constiterit, aliquem deliquisse intra prouinciam, absque alia requisitione debet delinquentem capere, & remittere delinquentem ad iudicem loci delicti commissi intra prouinciam, *l. non dubium infra de custodia reorum, ord. lib.* 1. *tit.* 39. §. 8. *veteris impressionis, & hodie lib.* 1. *tit.* 58. §. 38. *nouæ recopil.* facit auth. *defensor ciuitatum* §. *audierit, collat.* 3.

81 Tertia † principalis conclusio ex d. §. *si quis verò comprehensorum*, ea est, quòd ad faciendam capturam, & prædictam remissionem, tantum attendi debet, vtrum ille, qui petit remissionem, sit iudex competens ratione delicti, & minimè attendi debet vtrum ille, qui facit remissionem, habeat aliquam iurisdictionem in remittendo, quia quoad hunc effectum remittendi lex eum reddit competentem, *Pan. cap. fin. num.* 16. *de foro compet. Maria. cap. postulasti n.* 14. *eo tit. Couar. pract. q. cap.* 11. *num.* 6. & hanc opinionem praxim admisisse asserit Iulius Clar. *in praxi crimin.* §. *fin. q.* 38. *n.* 22.

82 Sed † subsistẽdum nihilominus est, quia contrariam opinionem, imo remissionem fieri non posse, nisi per eum, qui aliàs habebat iurisdictionem in remittendo, vel ratione originis, vel domicilij, probat Ant. *cap. fin. num.* 10. *& ibi Aret. num. vigesimo. Felin. num.* 9. *de foro compet. per textum c.* 1. §. *denique de priuilegijs in* 6. & asserit receptum Bossius *in praxi crimin. titul. de foro competenti, n.* 52. *Decian. in tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 2. *&* 4.

Quibus † tamen non obstantibus 83 prima opinio procul dubio verior, & receptior est, cui minimè obstat *cap.* 1. §. *denique de priuileg. in* 6. Nam procedit in † exempto à iurisdictione or- 84 dinaria, ac proinde ordinarius respectu exercendæ iurisdictionis in exemptum, non solùm redditur incompetens, sed etiam incapax exercendi iurisdictionem in eum, ac proinde, neque capere, neque remittere potest. Cæterùm quando tantum est incompetens, tunc capere, & remittere potest, quia quoad hunc effectum lex eum competentem reddit, *vt supra dictum est, & post Cald. tradit Bossius in praxi criminal.* §. *final. titul. de foro competenti, num.* 53.

Quarta principalis † conclusio ex 85 d. §. *si quis verò comprehensorum*, ea est, quòd iudex, à quo petitur remissio, tenetur obedire litteris deprecatoriis iudicis delicti, aliàs afficitur pœnis ibi expressè, notat Boërius eleganter explicans *decisio* 29. *numero* 2. & alias pœnas quas prædicti incurrunt, enumerat Rebuf. 2. *tom. ad ll. Gallicas tit. de litteris requis. gl.* 2. *à n.* 9. & cum prædictis in regno Portug. concordat ordinat. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 39. *veteris impressionis, & hodie lib.* 2. *tit.* 45. §. 5. *nouæ recopilationis*, probat etiam lex Portugalliæ, *& lib.* 5. *titul.* 44 §. 27. *veteris impressionis, & hodie lib.* 5. *tit.* 119. §. *fin. noua recop.* & in regno Cast. eadem probat *l.* 1. *tit.* 29. *partit.* 7.

Ex † quibus iuribus manifestè colligitur, quòd inter iudices, qui sunt 86

subditi eiusdem superioris imperio, etiam hodie locum esse remissioni in delictis, quod in regno Portugalliæ probat ord. *lib.1. tit.44. §.39. & lib.5. tit.52.§.27. veteris impressionis, & hodie lib.5. tit.119.§. fin. noua recopilat.* & in regno Castellæ *l.1. & 2. titul.15. lib. 8. ordinam.* quod & iure communi magis receptum est, vt asserit additio Capellæ Tholosa. *quæst.329.Iul. Clar. in praxi crimin. §. fin. quæst.39. num.21.*

87 Quamuis † in aliquibus locis subditus eiusdem imperio, consuetudine obtentum sit, remissionem non fieri, *vt tradit Paul.hic num.10. & l.1.num. 6.in fin.Cod.*vbi de crimine agi oporteat,*&*

88 *consilio.309.num.1.lib.2.* Debet igitur † iudex in cuius territorio degit delinquens, ad literas requisitorias iudicis delicti capere delinquentem, & remittere, & siquidem ad requisitionem accusatoris, illius expensis, si verò ad requisitionem iudicis delicti, tunc expensis publicis illius prouinciæ, ad quam facienda est remissio, *argu. l. mulier in opus infra de captiuis.*Tradit Bald.*cap.1.§.si iudex num.1. de pace tenenda,& eius violato. Afflict.lib. 1.constit. rub.4 num.6. Greg.l.1. tit.29. partit.7.verb.deue col.fi.& Horosci.l.præses num.3. supra de offic. præsid.* quibus adde Iason. *l. à Diuo Pio §.1. n.2.infra de re iudic.Couar.pract.c.11.n.11.& Decia.tract. criminal.lib.4.cap.19.num.19.*

89 Ac ita † constat ex omnium mente, nũquam esse faciendam remissionem expensis iudicis, qui petit remissionem, quicquid contrarium resoluat Rebuf.*2.tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisitorijs, in præfatione num.11.*

90 In † regno autem Castellæ constitutum est,per *l.3.tit.16. lib.8. ordinam. col. fin.* quòd remissio fiat expensis delinquentis, etsi non habeat bona expensis accusatoris, quòd si is etiam non habeat bona, tunc fiat expensis publicis loci, à quo fit remissio, *vt ibi explicat Perez.pag.341.* In † regno au- 91
tem Portugalliæ semper fit remissio expensis publicis loci, à quo fit remissio, vt præsupponit ordinatio *lib.1. tit.48.in principio,in antiquis & lib.1.tit. 66.§.44.noua impressionis.*

Sed † quæstionis est, quòd si iudex, 92
ad quem fuerunt directæ literę requisitoriæ, non potuit capere delinquentem, quia aufugit ad aliam prouinciam, & resoluendum est, hoc casu iudicem delicti contra absentem procedere posse per edicta, vt disponit *d.§.si quis verò comprehensorum* quæ † citatio eum ligabit, etsi non de- 93
gat in territorio citantis, vt ex mente illius text. colligit Rebuf.*2. tom. ad ll. Gallicas tit.de literis requisitorijs in præfat. num.25.* Quòd si † citatus per edicta, 94
intra constituta tempora non compareat, disponit *dict. §. si quis comprehensorum* quòd iudex qui citauit, debet procedere aduersus eum secundùm ea, quæ legibus sunt diffinita, quod glos. ibi verb. *diffinita*, interpretatur de annotatione bonorum, si deliquens absens intra annum non compareat *l.1.& 2.infra de acquir. reis,* cuius meminit ordinatio Portugalliæ *lib.5. tit.44.§.13. veteris impressionis,& hodie lib.5.tit.128. noua recopil.* Et hanc interpretationem probat An. videndus *c.fin.num.6.& ibi Panorm. num.10. de foro comp.& ante eos gl.2.authent.si vero Cod de adul.*

Ex † quibus colliges, quòd licèt in- 95
ter contractus, & delicta in nostro proposito ea sit differentia, quod in contractibus non fit remissio ad locum contractus, & tamen fit remissio ad locum delicti, *vt supra dictum est*, tamen in eo conueniunt, quòd si in delictis non sit facta remissio, non fiet executio in persona delinquentis absentis, sed tantùm annotabuntur bona, prout & in contractibus tantũ potest fieri missio in bonis

d.§.

d.§. contrahentes, quidquid contrarium resoluat Ant. de Math. *de prorogatione iurisdictionis num.* 71.

96 Quæ † sanè vera sunt, attenta dispositione iuris communis. Nam secundùm ius regni Portugalliæ, si absens à loco delicti citetur per edicta, & delictum sit graue, ita vt eò probatio veniat imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, potest & debet iudex aduersus eum procedere, condemnando ad pœnam mortis ciuilis, vel naturalis, vt disponit ordinatio *lib. 5. tit. 44. in principio veteris impressionis, & lib. 5. tit. 126. nouæ recopilat.* tacitè significans, quòd pro aliis delictis non ita grauibus, non potest aduersus citatum per edicta procedi

97 ad pœnam corporalem. Quod † ita explicandum est, vt pro his delictis leuioribus non procedat iudex ad citationem per edicta ex officio, cæterùm parte offensa petente, aduersus absentem procedere poterit per edicta, *ord. lib. 5. titul. 44. §. in fine, & hodie lib. 5. titul. 126. §. 3.* In eo tamen erit differentia, quòd hoc secundo casu tantùm fit condemnatio ad interesse partis læsæ, & in pœna alia quam iudex arbitrabitur vt disponit Ordinatio *dict. §. quarto, & hodie dict. titul. 126. §. 3.*

98 Iuxta † quæ ex prædicta ordinatione *lib. 5. tit. 44. in principio, & hodie lib. 5. tit. 126. in princip.* duæ colliguntur conclusiones. Prima est, quòd si delictum sit graue & enorme, potest iudex procedēdo per edicta condemnare delinquentem absentem ad pœnam mortis ciuilis vel naturalis, quod etiam probat *l. 3. tit. 10. lib. 4. ordinam.*

99 *Castellæ.* Secunda † est, quòd si delictum non sit ita graue, tunc parte læsa petente potest procedi aduersus delinquentem absentem per edicta, & tamen non fiet condemnatio, nisi quoad interesse partis, & poterit etiam imponi pœna arbitraria.

Ad † quarum conclusionum veram explicationem, aduertendum est, quòd prima illa conclusio prædictæ ordinationis, omnino discrepat à dispositione iuris communis, secundùm quam delinquens absens, & citatus per edicta, non poterat condemnari ad mortem ciuilem vel naturalem *l. absentem §. 1. infra de pœnis, & ibi notat gloss. Bart. l. inter accusatorem num. 9. infra de public. iudic.* sed tantùm poterat procedi ad annotationem bonorum, si intra annum non compareat, vt dictum est, & tradit Auendan. *respons. 15. à num. 1.* 100

Secunda † autem conclusio prædictæ ordinationis, non ita videtur discrepare à iure communi: poterat enim absens eo iure condemnari, si pœna non egrediebatur relegationem temporalem, *dict. l. absentem §. 1.* 101

Est tamen † considerandum, quòd prædicta ordinatio in prima conclusione, delinquentem absentem & contumacem, non habet pro confesso, vt faciunt statuta Italiæ *teste Bartolo, lege absentem, infra de pœnis*, sed requirit delictum legitimè esse probatum, vt procedatur ad condemnationem mortis naturalis, vel ciuilis, quod etiam disponit *lex tertia, titulo decimo libri quarti, ordinamenti*, per quod prædicta conclusio multum iustificatur, circa quod videndus est omnino Auendan. *respons. decima quinta per totum.* 102

His † ita explicatis ad perfectiorem declarationem huius fori ratione delicti, notandum est, quòd principalis conclusio deducta ex *dict. §. si quis verò comprehensorum*, quòd in delictis fiat remissio tribus modis, limitanda est. Et † prima limitatio sit, vt remissio tantùm fiat in delictis grauibus, & pro quibus venit imponenda pœna corporalis: in aliis autem delictis leuio- 103 104

leuioribus, non fiet remissio: quia in illis videntur cessare rationes expressæ *d.l. capitalium § famosos infra de pœn.* & ideò in illis non fiet remissio, *Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 19. num. 5.* Et
105 † eadem ratione in delictis grauibus non fiet remissio, si pro illis agatur ciuiliter, & non criminaliter, quod asserit receptum additio Capellæ Tholosa. *q. 329. Couar. practic. quæst. cap. 11. num. 7. vers. 8. Duen. reg. 387. in 3. limita. & Iul. Clar. in praxi crimin. §. fin. quæst. 38. num. 23. & Ant. de Math. de prorog. iur. num. 71. vers. conclusio fallit*, & noua ratione comprobat Foler. *ad ll. regni in prima parte in constitutione capitaneorum num. 60. pag. 139.* & probat *l. 3. tit. 16. lib 8. ordina.* quam ad id not. Auend. *tit. de exceptio. num. 17.* quicquid ipse *respons. 40. num. 3.* contendat, faciendam esse remissionem, pro quibuscunque delictis, etiamsi pro illis ciuiliter agatur propter generalitatem *l. 1. tit. 29. part. 7.* circa quod videndus est Perez. *l. 2. titul. 17. lib. 8. ordinat. pag. 137.*

106 Adde † quòd neque in delictis grauibus fiet remissio de tribunali superiori ad inferius, sed semper fiet punitio delicti in tribunali superiori *Oldrad. cons. 124. Cassan. in consuetud. Burg. rub. 12. §. vnico, num. 6. & notab. Boer. decis. 29. num. 7.* & prosequitur Auendan. *respons. 40. num. 6.* & est videndus Thomas Gram. *decis. 30.*

107 Secunda † principalis limitatio ad regulam, de qua supra, ea sit, vt si iudex domicilij delinquentis, vel originis cœpit cognoscere de delicto, nō tenebitur facere remissionem ad locum delicti, quia ipsi etiam sunt iudices competentes ad cognoscendum de delictis per subditos alibi commissis, *l. 1. & 2. Cod. vbi de crimine agi oporteat gloss. l. relegatorum §. interdicere infra de interdict. & relegat. verb. ad rescripti*, ac ita respectu illorum debet obseruari regula *l. vbi cœptum, infra eodem, & ita Bald. l. executorem num. 23. Cod. de execut. rei iudicat. Guid. Papæ decis. 202. num 2. Roger. à Mota hic num. 53. Henricus Boërius in singularibus verb. remissio num. 3. & 4. Felin. cap. fin. num. 11. de foro competenti. Afflictis lib. 1. constit. rub. 42. num. 12. Thomas Gram. decis. 25. num. 5. & Folerius ad ll. regni tit. de magistro iudiciario nu 55. pag. 138. Gigas cons. 108. n um. 6. num. 11. & in 13. declarat.* adde Frāciscum Marcum *decis. 331. & in 2. parte* quibus addendus est Ancharan. *cap. postulasti num. 4. de foro compet. facit l. 1. Cod. vbi de crimine agi oporteat, ibi (perfici debet.)*

Hanc † tamen receptam traditionem impugnat Couar. *pract. quæst. cap. 11. num 6. ad finem*, contendens, quòd prædicti iudices tenentur facere remissionem ad iudicem delicti, quia adhuc militant rationes expressæ, *d. l. capitalium §. famosos infra de pœn.* quam opinionem probat etiā Ant. de Math. *de prorogatione iurisdict. num. 71. vers. redeundo*, & dicit receptum Ant. Gom. *3. tom. cap. 1. num. 87* quibus adde Bal. *l. executorem, num. 23. Cod. de execut. rei iudicat.* 108

Sed † defendendo communem opinionem, huic rationi responderi potest: eam concludere, quando iudex domicilij, vel originis adhuc non cœperat de delicto commisso per subditum cognoscere, quia tunc facienda est remissio ad locum delicti: quia forus delicti propter offensam factam reipubl. potior, & fortior censetur, quam quilibet alius forus, quia in alio foro tantùm agitur de puniendo delicto, non quia sit læsa respubl. sed tantùm, vt ea purgetur malis hominibus, *l. congruit in principio supra de offic. præsid. & ita Bald. l. executorem nu. 25. Cod. de execut. rei iudicat. Anchar. c. postulasti num. 26. de foro compet. Alciat. cap. 1. num. 83. ad finem de offic. ordinar. Vincent.* 109

Vincent.de Franch.decis.37.num.1. in 1.
110 *parte.* Ac † ita re integra iudex domicilij tenetur remittere delinquentem ad forum delicti, tanquam potiorem, & fortiorem, vt in terminis tradit Anchar.*dict.cap.postulasti num.14 & ibi Marianus numer.13. vers. si verò de foro compet.Curt.hic num.5.Sapia.num.10.& alij allegati per Iulium Clarum in praxi criminali §.fin.quæstio.38.num.19. Decia. in tract.crimin.lib.4. c.19. num.7.& seq.* quibus adde Vincen. de Franch. *decis. 37.num.3.in 1. parte, quem vide.* Si autem iudex domicilij, vel originis, cœpit cognoscere de delicto per subditium alibi commisso: tunc non tenebi-
111 tur † remittere, quia rationes expressæ *d. l. capitalium* §. *famosos* tanti non debent esse, vt propter eas recedamus à receptissimis iuris regulis, *l. si quis postea quam l. vbi cœptum, infra eodem, & ita Alex.in additio. ad Bald. auth. si quis litigantium, sub litera C.Cod. de Episc. audiend. Foler. ad constitutiones regni tit. de magistro iudiciario, n.54.pag.138.*
112 Vel † concordandæ sunt opiniones, *vt per Fulg.l.1.n.1.C. vbi de crimine agi oporteat*, quòd iudex domicilij, qui præuenit, in causa procedat, & in ea ferat sententiam, iuxta regulam *l.vbi cœptum infra eodem.* Cæterùm sententiæ executionem, non faciet in loco domicilij, sed eam remittet faciendam in loco delicti, vt satisfaciat rationibus dict. §. *famosos*, & videtur probari *leg. non dubium, infra de custod. reorum*, quòd etiam sentit gl. *l. à Diuo Pio §.1. verb. in prouinciis, infra de re iudicata vbi Alexand.n.4.& Iason.num.2. subscribunt, & Iacobin.hic n.13.ad finem, Ægidius Bossius in praxi criminal. tit. de foro competenti n.48. Horosci l. præses prouinciæ, n.9. supra de offic. præsid. Gregor.l.1.tit.29 partit.7. verb. deuello col.3. Franciscus Marcus decis.331. in 2.parte.*
113 Sed † non placet hæc concordia, quia si sententia rite lata est per iudicem competentem domicilij; debet habere locum reg. *l. cum reus C.de pœnis*, & ideò Bald.*l.executorem n.23.Cod. de execut.rei iudicatæ*, tradit, quòd si delinquens † sit condemnatus in loco 114
domicilij, non debet fieri remissio ad locum delicti, quia remissio facienda est de condẽnando, nõ autem de iam condemnato, *subscribit Auend. post alios respons. 40. numer.6. vers.5. conclusio, & Anton. de Math. de prorogatione iurisdiction. numer.61. vers. 5. fallit, Francisc. Marcus decis. 331. in 2. parte*; licèt faciendam esse remissionem etiam post latam sententiam super delicto, dicat fuisse iudicatum, Iacobus §. 1. *numer.* 13. *supra hac leg.* & probat Thesaurus *decis. Pedemontan. 90. num. 4. Gregor. leg.1. titul. 20.partit.7.glos.2. colum.3.*

Vnde † longè verius, videntur 115
concordandæ opiniones, vt si iudex domicilij cœpit cognoscere de causa per viam accusationis, & tunc non est facienda remissio ad locum delicti, quia delinquens potest accusari in loco domicilij, vel originis, *capit. cùm contingat, in fine, & capit. final. de foro compet. Bartol.l.1.numer.47. Cod. de Summa Trinitate, Pan. consil. 24. lib.1. Ancharan. capit. postulasti numer.14. de foro compet. Vincen. de Franchis d. decis. 37.numer. 2. Iul. Clarus in praxi crimin.§. final.quæst.39. numer.3. & notab. Folerius in ll. regni in constit. Capitaneorum à num. 54. pag. 138.* probat *l.* 15. *titul.1.partit.7.*& ordinatio Portugalliæ *lib. 1. titul. 5.§. 3. antiquæ impressionis, & hodie lib. 1. titul. 7. §. 3. nouæ recopilationis.* Si igitur læsus eligat accusare deliquentem in loco domicilij, non est facienda remissio ad locum delicti, quia aliàs elusoria & inania redderentur iura probantia in loco domicilij vel originis, quem accusari posse, *vt aduertit Couarr. pract. quæstion. c.11. num.6. in fine*, sentit dict.

leg. 15. *titul.* 1. *partit.* 7. & colligitur ex ratione *l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *ordinam.* quam ad id expendit Gregor. *l.* 1. *tit.* 26. *partit.* 7. *verb. deuello, colum.* 3. *ad finem Perez l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordinamenti. ordinat. pag.* 340. *colum.* 1. *ad finem,* de quo vide Decian. *tractat. criminal. libr.* 4. *capit.* 19. *num.* 14. & probant plures quos refert Thesaur. *decis. Pedemont.* 90. *num.* 5. Quicquid contrarium sentiat Bald. *executorem num.* 23. *Codic. de execut. rei*
116 *iudicate.* In † his igitur terminis iudex domicilij, neque ante latam sententiam, nec post eam latam, tenebitur remissionem facere, *per supra tradita,* quod post Alexand. tradit Folerius in *capitulis regni* §. *capitaneorum n.* 55. *pagin.* 138.

117 Si autem † iudex domicilij cœpit cognoscere aduersus subditum alibi delinquentem, non per viam accusationis, sed per viam inquisitionis? Angel. *tractat. de maleficiis verb. iudex commisit num.* 15. adhuc resoluit, quòd facta præoccupatione per iudicem domicilij per inquisitionem, non tenetur remittere delinquentem ad iudicem delicti, *prout supra resoluimus,* quando præoccupauit iurisdictionẽ, mediante accusatione. Hoc dictum Angel. declarat *num.* 125. & 126. & subscribit Rogerius à Mota *hic num.* 53. & Gregor. *leg.* 1. *titul.* 29. *partit.* 6.
118 *verb. deuello colum.* 3. Et † vrget pro illis, quòd ex generali consuetudine iudex potest procedere contra delinquentem per inquisitionem, ita vt consuetudo effecerit remedium inquisitionis, tam generale, & ordinarium, quàm remedium accusationis, vt asserit Iulius Clar. *in praxi criminal.* §. *fin. quæst.* 3. *num.* 6. Ergo quemadmodum iudex domicilij procedens per viam accusationis, non tenetur remittere delinquentem, pariter, &
119 quando † procedit per viam inquisitionis. Similiter & quando iudex domicilij ferens sententiam contra delinquentem, non tenetur remissionem facere ad locum delicti, vt in eo fiat executio, sed ipse eam poterit executioni mandare, *l. cùm reus Cod. de pœn. Bald. l. executorem numer.* 23. *num. Cod. de execut. rei iudic.* & *supra probauimus.* Idem etiam faciet, si mediante inquisitione ad sententiam condemnatoriam peruenit, quod in terminis tenet Rogerius à Mota *hic n.* 53. *post Guidon. decis.* 202.

Sed nihilominus † circa hæc dicta 120
Doctorum, ad plura est aduertendum. Primum quod præsupponunt, quòd si iudex processit per inquisitionem contra delinquentem, & pars læsa nolit in eo loco illum accusare, sed magis vellet eum accusare in loco delicti, quòd iudex domicilij non tenetur delinquentem remittere ad locum delicti, quasi mediante inquisitione, præuenerit iurisdictionem, quod tamen dictum non videtur tutum, neque verum. Nam per inquisitionem non dicitur propriè præuenta iurisdictio, vt probauimus *l. si quis postea quam n.* 13. *sup. eod.* & sic cessat prædictorum ratio.

Cessat † etiam prædictorum ratio 121
quia remedium inquisitionis, generaliter permissum per consuetudinem, vel statutum, attenta substantia adhuc censetur remedium extraordinarium, & ideò superueniente accusatore cessat, iuxta regulam *l. in prouinciali* §. *infr. de noui operis nunciatione,* & asserit receptum Bossius *in praxi crimin. tit. de inquisitio. n.* 17. & nos probauimus *l. si quis posteaquam n.* 12. *supra eodem.*

Videntur tamen concordandæ † 122
opiniones, quòd si coram iudice domicilij inquirente de delicto, compareat accusator, quia consuetudo reddit remedium inquisitionis, quasi ordinarium, non cessabit inquisitio,

sed

ſed ſuper accuſatione & inquiſitione pariter procedetur, *vt tradit Iulius Clar. in praxi §. final. quaſt. 3. numer. 7.* Cæterùm ſi iudex domicilij inquirat, & læſus accuſet delinquentem, coram iudice delicti facienda eſt remiſſio ad locum delicti, quia ea punctio, quæ videtur facta per inquiſitionem, cedere debet accuſationi factæ per partem læſam, *iuxta tradita l. ſi quis poſteaquam num. 12. ſupra eodem*, nam vt eleganter tradit Auend. *reſponſ. 40. num. 6. verſ. ſecus verò*, ſi iudex domici-
123 lij, ex † mero officio proceſſit, & condemnauit delinquẽtem, eius ſententia neque nocet accuſatori, qui non fuit citatus, neque tenebatur comparere coram iudice ſibi incompetenti, neque reipub. offenſæ propter delictum fuit ſatisfactum, neque ius illud reipub. competens, per iudicem domicilij potuit illi tolli. Vn-
124 de † hoc caſu procedet opinio Couar. *practic. q. cap. 11. num. 6. ad finem*, quòd cùm iudex domicilij his caſibus teneretur remiſſionem facere, & ante ſententiam, & poſt ſententiam tenetur eam facere, vt etiam voluit Iulius Clarus *in praxi crimin. quaſt. 39. numer. 4. ad finem*, licèt ſi procedat per viam accuſationis, neque pendente cauſa, neque poſt ſententiam teneatur remiſſionem facere, vt ſupra probauimus & tenet Gregor. *l. 1. titul. 29. partit. 7. gloſ. 2. col. 3.*
125 Vnde † dubia redditur deciſ. Angel. *de maleficiis, verb. commiſit num. 15.* quam retulimus. Nam cùm inquiſitio facta per iudicem domicilij, aduerſus ſubditum delinquentem, non præiudicet accuſatori, neque reipubl. læſæ propter delictum, nõ poteſt dici præuenta iuriſdictio in præiudicium prædictorum, & ideò adhuc locum
126 habet accuſatio & remiſſio: & † tantùm opinio Angel. admitti poterit in duobus iudicibus eiuſdem loci, inter quos habeat locum præuentio, *iuxta l. 1. ſupra, de offic. conſul.* nam tunc qui prius cœpit inquirere, cenſebitur præueniſſe, vt *tradit Guilhel. cap. Raynutius verb. & vxorem, Deci. 5. n. 17. Theſaur. deciſ. Pedemont. 90. n. 6.*

Denique eſt † aduertendum, quòd 127
prædicti pro conſtanti tenent, quòd ſtante generali conſuetudine, iudex domicilij poteſt procedere, per inquiſitionem contra ſubditum extra domicilium delinquentem: quod tamen non eſt tutum, quia licèt poſſit procedere contra eum per accuſationem parte læſa inſtante, *cap. cùm contingat, ad finem, de foro competenti gloſ. l. relegatorum, §. interdicere, verbo ad reſcript. infra de interdict. & relegat.* tamen contra eundem poſſe procedere ex officio per inquiſitionem valdè controuerſum eſt, *vt referunt Iulius Clarus in praxi criminal. §. fin. quaſt. 39. numer. 4 & Theſaurus deciſ. Pedemontan. 90. à num. 21.* Et licèt multi dicant, magis receptum eſſe, quòd iudex domicilij poſſit procedere aduerſus ſubditum delinquentem per inquiſitionem, *vt per Couar. practicarum quaſtionum cap. 11. num. 6. Anchar. Regienſis lib. 3. familiar. quaſtionum q. 7. n. 3. & num. 15. & Vincent. de Franchis deciſ. 66. Anton. Gama deciſ. 53. n. 2.* Tamen
verius, & † receptius eſt contrarium, 128
vt latè ſupra probauimus, & tantùm admitti poteſt contraria opinio, quando ſubditus ratione domicilij, laſit alium ſubditum: nam tunc cõtra eum poterit procedi, & per accuſationem, & per inquiſitionem, *Bart. l. 1. n. 48. C. de Sum. Trinit. & ſup. probauimus.*

Illud certum eſt, quòd † deliquerit 129
in diuerſis prouinciis, iudex delicti, qui quocunque modo præuenerit, poterit cognoſcere de delicto in ſuo territorio commiſſo, & condemnare, neque ante tenebitur remittere ad aliam prouinciam, etiamſi in eo

grauius delictum commiſerit l. ſi cui
§ fin.infra de accuſ. notat Albe auth. qua
in prouincia num.12. Cod. vbi de crimine
agi oporteat Caſſan. in conſuetud. Bur-
gund. rub. 12.§. vnico num.15. & n. 20.
Probus ad Monachum cap. Inquiſitores,
num.3.de hæret. in 6. Boſſius in prax. tit.
de foro competenti num. 54. & in notab.
130 caſu Gama deciſ. 361. num. 2. Quòd †
ſanè intelligendum eſt, quando vtra-
que pœna delicti poteſt effectum
executionis ſortiri:nam ſi pœna talis
ſit,vt ſemel exequi poſſit : tunc pœna
grauioris delicti præferenda eſt, l. 1.
§.fin. infra nihil, nouari appellatione pen-
dente, Bart.l.2.§.final. n.4. inf. de cuſtod.
reorum, & ad hunc modum declaran-
da ſunt tradita in propoſito per Maſ-
ſuerium in praxi tit.de remiſſionib.n.19.
131 Tertiò † & vltimò limita conclu-
ſionem,de qua ſupra,ſcilicet quòd in
delictis ſit locus remiſſioni ad lo-
cum dilecti, tantùm habere locum in
iudicibus ſubditis eidem ſuperiori,
quia in his indiſtinctè locus eſt re-
miſſioni,d. auth. vt nulli iudic. §. ſi quis
verò comprehenſorum , Cæpola conſ. crim.
132 58.n.1. Si † enim non fuerunt ſubie-
cti eidem ſuperiori , conſuetudine
obtentum eſt, vt non fiat remiſſio ad
locum delicti, & ita eſſe communem
opinionem aſſerit Iulius Clar. in pra-
xi criminal.§.fin.queſt.38.num.21.Boer.
deciſ.29. num. 4. quibus addendus eſt
Bald.l.3.in fin.ſupra de offic.præſidis, & l.
1.num.2.in fine Codic. vbi de crimine agi
133 oporteat Fulgoſ. conſ.149.n.2. Et † ideò
cùm Italia tota diuiſa ſit in diuerſa
dominia, iudex vnius dominij, non
tenetur facere remiſſionem, ad iudi-
cẽ alterius dominij Paul.hic n.10.& l.
1.n.6.C.vbi de crimine agi oporteat.

Ex quibus infertur , quòd ſi iudi-
ces diuerſarum prouinciarum ſint
ſubditi eidem ſuperiori , vt ſunt Ec-
cleſiaſtici, qui omnes ſunt ſubditi ei-
dem ſuperiori,ſcilicet Papæ, c. cuncta
per mundũ 9.q.3. inter † Eccleſiaſticos 134
diuerſarum prouinciarum, locus erit
remiſſioni , quia in his militat ratio
auth.vt nulli iudicum §. ſi quis verò com-
prehenſorum collat. 9. quòd in ſpecie ſi-
gnificat c.1.de priuileg.in 6. & Clement.
paſtoralis §. nos quoque , de re iudicata,
quæ tamen loquitur in crimine læſæ
Maieſtatis, in quo Rogerius à Mota
hic num.57. ad finem exiſtimat ſpeciale
eſſe , vt à iudice diuerſi dominij de-
beat fieri remiſſio, & quamuis Imola
d.Clement. paſtoralis, n. 64. generaliter
ex eo colligat , iure Canonico indi-
ſtinctè locum eſſe remiſſioni, & ſub-
ſcribat Felin. cap.final.num. 11. de foro
competenti, & Roger. à Mota hic n.57.
Et † addendum eſt, quòd etiam inter 135
regna fœderata non eſt locus remiſ-
ſioni,vt tradit Bart.l. non dubito num.1.
infra de captiuis,Bald.conſil.195.num.1.
libr.2. Fulgoſ.conſ.149.num.2. Dec.l.fin.
num.15.ſupra de iuriſdictione omnium iu-
dicum,& eleganter Socin. conſ.86.num.4.
lib 4.Iul.Clar.in prax. crimin.§.fin.queſt.
38.num. 10. Quicquid † contrarium 136
ſecurè tradat Alexand. conſil.84. num.
12. libr.3. Iaſon l vbi pactum numer. 18.
Cod.de tranſact. & alij quos refert & ſe-
quitur Hyppolit.in pract. crimin.§.oportu-
ne, num.36.& conſil. 86. num.10. Perez
l.2.tit.17.libr.8. ordinam.pag.338. col.1.
ad finem, in quo etiam labitur Rebuf.
2.tom.ad ll.Gallicas tit. de liter. requiſitor.
gloſ.2.num.8. & ſecurè præſupponens,
delinquentem non poſſe morari in
loco fœderato, & eſſe remittendum,
ſi iudex delicti id petat, quorum opi-
nio tantùm admitti poteſt, quando
in lege fœderis id fuerit expreſſum,
Bald.l. executorem n.28. C. de executione
rei iud.& infr.dicemus.

Et † ex his cauendum eſt à Perez 137
leg.2.tit.17.lib.8.Ordinam. pag.338. co-
lum.2.in principio,dum exiſtimat inter
regnum Caſtellæ, & Portugalliæ,eſſe
locum remiſſioni , quia ſunt regna
fœderata:

fœderata:nam contrarium eſſe verius ex ſupra traditis, & cautius loquitur
138 Auen.*reſponſ.40.n.7.* Imò † inter prædicta regna, non eſſe locum remiſſioni,intellige tu, niſi in caſibus in lege
139 fœderis expreſſis. Circa † quos eſt aduertendum, in illis ſtrictiſſimè eſſe procedendum, neque eſſe extendendos etiam ad alios caſus diuerſos, in quibus eadem videatur militare ratio *Cepoll.conſ.crim.38.n.11.* & *num.16. Soc.conſ.86. n.4. lib.4.conſ.92.n.2.lib.2.* & in terminis Gam. *deciſ.279.n.1.*
140 Item eſt aduertendum, quòd † vt in caſibus expreſſis fiat remiſſio, oportet delictum verè eſſe probatum, nec ſufficiat probari per contumaciam,*in ſpecie Grauss conſ.92. n.25.lib.2.*
141 *Gama deciſ. 363.* Quinimò † neque ſufficiet probatio per indicia, vel cõiecturas, ſed plena requiritur probatio per teſtes, vel alias legitimas probationes *Gama deciſ.363. à n.3. faciunt in ſimili tradita per Auend. lib.1. de exequendis mandatis c.22. à n. 4. Theſaurus deciſ.Pedemontan.90.in fine.*
142 Denique † eſt aduertendum, hæc
143 etiam hodie procedere. Nam † licèt regnum Portugalliæ,& Caſtellæ hodie ſint vnita, tamen non ſunt vnita acceſſoriè, ſed æquè principaliter,ita vt quodlibet ſuis legibus regeretur, & ideò conſiderari debent,ac ſi eſſent omnino ſeparata,*Bart. l.ſi conuenerit §.*
144 *ſi nuda ſupra de pign. actio.* Et † ideò quoad hanc materiam remiſſionis, eadem ſunt obſeruanda, quæ ante vnionem obſeruabantur, *in ſpecie Rogerius à Mota à n.51. ad finem Auend. reſponſ.40. n.7. & poſt Caſtil.tradit Mathienço l.1.titul.1. libr.5.ordin.gloſ.6.* Id quòd hodie ita expreſſum eſt in libertatibus conceſſis regno Portugalliæ. Vnde expreſſo ſine dubio ſtandum eſt, *Dec. tract.crim.libr.c.19.n.10. ad finem.*
145 Vltimò † pro complemento prædictorum aduertendum eſt, quòd in illis caſibus, in quibus ſupra concluſimus, hodie non eſſe locum remiſſioni ad locum delicti,id ita interpretandum eſt, quòd læſus nihilominus poterit accuſare delinquentem, qui non eſt remittendus, ſcilicet coram iudice prouinciæ, ad quæ confugit, qui poterit eum condemnare, & punire,*vt explicat Curt.Iun. hic n.5. Boer. deciſ.29. Grammat. deciſ.26. n.3. & alij, quos refert, & ſequitur Couar.pract.c.11. n.10. Dec.tract.crim.lib.4.c.19. n.18.* *q. reſ. à nu. 110. vſque ad nu. 165.*

Mouentur † plurimis rationibus, 146
& primò,quia † ſi aliud diceretur de- 147
lictum, remaneret impunitum, quòd nullo temporis vſu extolli poteſt. Secundò,† quia ſi contrarium diceretur 148
iniqua eſſet conſuetudo,denegans remiſſionem fieri in diuerſis prouinciis, & conſuetudo iniqua nullo temporis curſu confirmari poteſt, *cap.final. de conſuetud.* *Huic argu. reſpõdet n. 164. & 166* Tertiò, quia dum offenſus agit ad ſatisfactionem iniuriæ, & læſionis, iure naturali lædens tenetur eam præſtare,ac ita debitor illius cenſetur, ac ſi eſſet debitor alicuius pecuniæ ex alia cauſa. *Huic tamẽ argu. ſatiſfacit à nu. 173.* Nemò autem † 149
negabit debitorem pecuniæ, ſi fugitiuus ſit, poſſe pro ea pecunia apud quemcunque iudicem conueniri, *leg. aut prætor §. ſi debitorem infra, quæ in fraudem creditor.* *ar. reſponſio. numero 176.* Ergo idem recipiendum eſt in noſtro caſu. Quartò, quia princeps ſeu iudex, tenetur ius ſuum vnicuique petenti reddere. Cùm autem hoc ſit munus iuſtitiæ à iure naturali procedens, vbicunque vim ſuam habet. *Huic argu. reſpõdet n. 180.*

Quintò & vltimò, quia delinquens, qui aufugit à loco delicti, & etiam proprij domicilij, vel originis reuertatur, ne in illis locis accuſetur, & puniatur Ergo is tanquam vagabundus apud quemcunque iudicem apud quem reperitur,accuſari,& puniri poteſt:*iuxta l.1.cum gloſ.Cod.vbi de* *Huic n.183.*

crimine agi oporteat, Panormit. c. fin. n. 13. de foro competenti.

150 Est † tamen aduertendum, quòd
hæc declaratio non videtur tuta, nec
vera: quia ea admissa ferè inutilis red-
ditur ea communis traditio, quòd à
loco, alterius dominio subdito, non
est facienda remissio, neque in ea de-
linquens accusari, vel puniri potest.
Item aduersatur regula iuris rece-
151 ptissima, quod † quis accusari, vel pu-
niri non potest, nisi in loco domici-
lij, vel in loco delicti, vt claré signi-
ficat *c. final. de foro competenti, & ibi no-
tat Panormit. n. 13.* idem probat *leg. 15.
tit. 1. part. 7. & ibi Greg. in glos. final.* Et
hanc regulam pro firma & indubita-
ta probant Iacobus de Bellouiso *c. 1.
§. contrahentes num. 119. de foro compe-
tenti in 6.* & Cæpola dicens indubi-
tatum *cons. crim. 58. num. 22. quibus adde*
152 *Fulgos. cons. 149. n. 1 in prin.* Et † ita ple-
rosque tenere, quos aduersus hos, qui
ad alienam prouinciam confugerent,
princeps illius, nullam in eos habeat
iurisdictionem, vel etiam citatur in
eum aliqua iurisdictione, fatetur Co-
uar. *dict. pract. quæst. cap. 11. n. 10. vers.
neque me latet.*

153 Ex † quo etiam apertè corruit tra-
ditio Curtij Iun. *hic n. 5.* & aliorum
proximè relatorum, quòd iudex, ad
quem delinquens confugit, potest
condemnare confugientem ad eius
prouinciam, ne aliàs delictum rema-
neret impunitum, quod videtur ab-
surdum. Nam cùm ille iudex nullam
in eum habeat iurisdictionem, eum
neque punire, neque condemnare
potest. Et in terminis Fulg. *cons. 149.
num. 2.* dicens, quòd ita quotidie ob-
seruatur. & idem tradit Thesaurus
*decis. Pedem. 90. n. 4. Hyppol. cons. 99.
n. 20.* vbi notab. ampliat, adde Bald.
l. 1. num 9. de Summa Trinitate. dicen-
tem, quod delinquens confugiens
ad aliquam prouinciam, est tutus &
securus respectu prouincialium.

Vel † concordari possunt opinio- 154
nes, quòd iudex delicti potest citare
delinquentem, vt compareat ad re-
spondendum super læsione, & satisfa-
ctione partis, prouincia alteri domi-
no subdita, respectu eorum, qui † ad 155
eum confugiunt, consideratur tan-
quam quædam Ecclesia. Vnde † prout 156
Ecclesia tribuit immunitatem, & se-
curitatem, & saluum conductum ad
eam confugientibus *c. inter alia, de im-
munitat. Eccles. l. præsenti C. de his qui ad
Ecclesias confug.* eandem etiam præstat
prouincia alteri domino subdita, ad
quam confugitur. Ita hanc æquipara-
tionem & similitudinem inter præ-
dictos casus facit & admittit Angel.
in disputation. incip. renouat. guerra, &
eam probat Socin. *leg. 1. in principio
num. 13. & ibi Crotus num. 5. Alciat. n.
13. Socin. Iun. num. 71. ff. de acquir. possess.
Bossius in praxi criminali. tit. de foro com-
petenti, num. 69. Perez. l. 2. tit. 17. lib. 8. or-
dinam. pag. 338. col. 1.*

Vnde † prout iudex potest verba- 157
liter citare confugientem ad Eccle-
siam, vt compareat coram eo, quate-
nus pertinet ad satisfactionem partis
læsæ, vt probat textus *l. præsenti §. cum
autem & ibi glos. verb. conueniendos, &
verb. seruata Cod. de his qui ad Ecclesiam
confugiunt late Tiraq. lib. 1. retract. in fine.
n. 82.* etsi † non compareat iudex de- 158
licti, contra eum procedere potest
tanquam contra cõtumacem, *d. §. cum
autẽ*, quatenus scilicet pertinet ad sa-
tisfactionem pecuniariam partis, *cap.
inter alia, & ibi glos. verb. puniendus, de
immunitat. Ecclesiarum, & ibi Panormi-
tan. n. 3.* cuius doctrinam extollit Va-
lasc. *consult. 81. n. 4.*

Quæ † tamen concordia non pla- 159
cet, quia qui † confugit ad prouin- 160
ciam alteri dominio subditam, tutus
est publico nomine, *l. postliminium §.
postliminio, infra de captiu. & postlimin.
reuersis,*

reuersis, & propter separationem, & authoritatem iurisdictionũ siue principatuum, ibidem non debet inquietari, neque accusari, neque puniri, vt quotidie perspicimus obseruari, vt in terminis asserit Fulg. *cons.* 149. *n.* 2.

161 Neque † obstat similitudo supra facta inter confugientem ad Ecclesiam, & ad prouinciam alteri dominio subiectam, quia ea similitudo procedit, quoad liberandum confugientem à pœna sanguinis. Nam quoad alia fauorabilius est cõfugium ad prouinciam alteri dominio subditam, quàm confugium ad Eccle-

162 siam *ex supra traditis*, & † est ratio differentiæ, quia *d. c. inter alia*, tantùm liberat confugientem ad Ecclesiam à pœna sanguinis, & quoad alia iubet eum legitimè punire, & ibi notat gl. *verb. puniendus*, sed confugiens ad prouinciam alterius dominio subditam, absolutè nomine publico tutus est, *vt supra diximus*, & semper studen-

163 dum est, vt † ipsa publica maiestas, & libertas conseruetur, *Fulg. d. cons.* 149. *n.* 2. *ante medium.*

164 Neque † per hoc potest dici, quòd secundùm hæc, prædictum delictum remanebit impunitum, quod videtur absurdum, & contra publicam vtilitatem, *vt consideraui n.* 147. Nam respondetur, quòd licèt hoc ex accidenti euenire possit, tamen ad hoc directo non tendit intentio statuentium, & ideò non debet esse in consideratione *l. si quis neque causam, supra si certum petatur, in simili Alex.. cons.* 2. *num.* 17. *ad finem lib.* 1. Statuentes enim, magis intenderunt obseruare, id quod generali consuetudine receptum viderunt, *vt in terminis aduertit Capola cons.* 58. *num* 6. & faciunt benè tradita in simili per Calder. *cons.* 4. *de constitut.* probatam à relatis per Ripam *leg. ex facto* §. *si quis rogatus l.* 1. *num.* 20. *& melius num.* 50. *infra ad Trebellianum*, *& eleganter Paleotus tract. de nothis, & spuriis cap.* 54. *numer.* 10. 165

Et † hac ratione in sacra Scriptura legitur, designatas fuisse tres ciuitates, ad quas delinquentes possent confugere, neque ibi accusarentur, vel punirentur, *vt habetur Deut. cap.* 4. *& cap.* 19. quibus aliæ tres postea fuerunt additæ *vt Iosuë c.* 20. neque considerarunt ob hoc delicta posse manere impunita, & quodammodo incitari homines ad facilius delinquendũ, propter rationes supra assignatas.

Et † retenta hac opinione, tanquam 166 veriori, & magis vsu recepta, non obstabunt rationes Couar. contraria opinione allatæ, quas supra retulimus: nam ad primam rationem, quòd sic delictum remaneret impunitum, quod rationi, & iuri naturali repugnat, quod tamen ex se est immutabile §. *penul. Instit. de iure naturali.* Nam vltra responsionem proximè assignatam, ego respondeo, quòd delictũ non remanet impunitum cùm delinquens cogatur exulare à patria, quæ † pœna 167 molestissima existimabatur, *l. aut facta* §. *euentus, infra de pœn.* vbi Budæus tradit id dici latam fugam à Marcello *l. auxilium, infra de interdictis, & relegatis*, & ex *dict.* §. *euentus* notab. conclusionem collegit Salyc. *leg. is qui cum telo numer.* 6. *in fine*, *Codic. de Sicar. & Felin. tract. quomodo conatus puniatur, ante finem, & notat etiam Baldus leg. sed etsi seuerior. num.* 7. *C. ex quibus causis infamia irrogatur*, & conferũt verba Ciceronis in oratione pro Cecinna *col. fin.* cùm homines, vincla, neces ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exilium.

Item † respondetur hanc conclu- 168 sionem, minimè concludere aut procedere in regno Hispaniæ: nam licèt iure communi absens non possit condemnari ad mortem naturalem, vel ciuilem,

ciuilem, *l. 1 ff. de acquirend. reis l. absen-*
169 *tem ff. de pœnis*, tamē † in regno Castellæ absentem citatum per edicta condemnari posse ad mortem naturalem vel ciuilem disponit *l. 5. tit. 10. lib. 4. ordinamenti*, de qua notabiliter agit, Auend. *respons.* 10. & idem in regno Portugalliæ disponit, ordinat. *lib. 5. tit. 44. & hodie libr. 5. tit. 126. nouæ recopila-*
170 *tionis*, & † etiam in locis Italiæ delinquentes absentes condemnantur, & habentur pro confessis *vt tradit Bart. l. absentem infra de pœn.* In his ergo regnis & prouinciis etiamsi non fiat remissio, neque inquietentur delinquentes, non potest dici delictum remanere impunitum, cùm in loco delicti, plenè puniatur, & sic retorquebitur argumentum contra Couar. &
171 sequaces: Si † autem punitur plenè in loco delicti, non potest pro eodem delicto accusari, vel puniri in loco, ad quem confugit *l. senatus ff. de accus. & cap. de his de accusatio. & ibi notab Aret.*
172 *n. 18. & cons. 58. n. 2.* & † quia iuris rationes non patiuntur, vt de eiusdem hominis delicto, sæpius inquiratur *l. licèt §. final supra nautæ caupon. & stabularij*, propter rationem expressam *cap. at si clerici §. ne adulteriis, in fine de iudiciis.*

173 Non † obstat secunda ratio, quia admissa contraria opinione, quam defendimus, consuetudo denegans his casibus remissionem, diceretur iniqua, quæ per nullum tempus induci, vel perscribi potest, *c. fin. de consuetud.* quia respondetur, in hac ratione præsupponi consuetudinem, denegantem remissionem in prouinciis diuersis dominis subiectis, esse inductiuam contra ius commune: quod tamen prorsus est falsum: quia imò est consuetudo declaratiua, in his casibus, scilicet non esse faciendam remissionem, quia cessauit causa propter quam iure communi disponebatur remissionem fieri, nam † iure 174
communi, omnes prouinciæ erant subditæ imperio Romano *l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu*, & ideò meritò fiebat remissio. Sed postquam imperium Romanum destructum est, & prouinciæ inceperunt applicari diuersis dominis, cessauit ea ratio: & superuenit noua impediens remissionem fieri propter rationem, de qua supra, & ideò hodie locus esse non potest, iuxta doctrinam glos. *l. 1. inf. a de legitimis tutorib.* & tradit in specie Bald. *l. 1. n. 2. C. vbi de crimine agi oporteat, Fulg. cons.* 149. *num.* 2. *Capol. cons.* 58. *num.* 5. & pulchrè Bellamera *cons.* 11. *num.* 1. & sic apertè corruit prædicta secunda ratio, & † consequen- 175
ter neque his casibus peccabit, qui denegat remissionem, quicquid contrarium dixerit Imol. *Clemen. pastoralis, n. 65. de re iud.*

Neque † obstat tertia ratio, quia 176
delinquens est debitor satisfactionis illi, quem læsit, ergo pro eo debito vbicunque conueniri poterit quia respondetur, quòd licèt gl. *l. rescriptum verb. hypothecas supra de pact. Bart. l. fin. in fin. infra de iniur. Alber. l. post contractum, num. 2. infra de donat.* existimauerint, pœnam delicti deberi à die commissi delicti, tamen verius, & † rece- 177
ptius est, non deberi pœnam nisi à tempore factæ condemnationis *l. si qua pœna 142. infra de verb. signif.* ita † 178
ante condemnationem fiscus nullum videatur habere ius considerabile in bonis delinquentis, *Bart. l. post contractum num. 16. & ibi Paul. de monte Pico num. 13. & num. 87. infra de donat. & latè probat Alex. l. rescript. à n. 8. supra de pact. Tellus l. tauri 4. n. 47.* Et † hac ra 179
tione in delictis pœna non transit in hæredes delinquentis, nisi postquam delinquens fuerit condemnatus *l. ex iudiciorum, infra de accusat. l. si pœn. 20. infra de pœnis.* Ergo ante condemnationem,

tionem, nihil etiam debetur parti læsæ, & sic cessat argumentum.

180 Non obstat quarta ratio, quòd † princeps cuilibet petenti tenetur ius reddere: quia respondetur id procedere, quoad subditos, vel quoad eos, in quos habet iurisdictionem, & planè nullam habet iurisdictioné in eos, qui neque ratione domicilij, vel delicti ei subiiciuntur, vt colligitur *ex cap. fin. de foro competenti. & ibi Panor. n. 13. & l. 15. tit. 1. part. 7. tradit Iacob. de Belouiso c. 1. §. contrahentes num. 119. de foro competenti in 6. Fulg. de notab. conf. 149. n. 2. in princ.* Et ita hac ratione plerosque tenere, quòd aduersus hos nulla vtatur iurisdictione Princeps ad cuius regnum confugit: fatetur Cou. *pract. q. c. 11. n. 10. vers. neque me latet, vt supra*

181 *diximus.* Item † respondetur, quòd quãdo Princeps ex iusta causa constituit, quòd prouincia sua esset quoddam asylum confugientibus ad eam, & securitatem præstaret tanquam Ecclesia solet præstare, *vt supra dictum est*, non tenetur contra proprias leges, & cautiones conquerentibus ius administrare, sed debet eos remittere ad iudicem delicti, qui contra absentes per edicta procedere possunt, *vt*

182 *supra dictum est.* Et † ad hoc expendo notabilia verba Bald. *l. cum quædam, num. 2. ante finem, supra de iurisdict. omnium iudicum*, quod maleficium consideratur, non solùm respectu partium, sed etiam & respectu reipub. & ideo delinquens non potest accusari, vbi non offendit, *subscribit Cagnol. l. 2. num. 76. supra de orig. iur.* & vrget doctrina Batt. recepta *l. 1. n. 45. Cod. de Summa Trinitate*, quam supra retulimus *num. 57.*

183 Non † obstat quinta, & vltima ratio, quòd is tanquam vagabundus vbicunque conueniri potest, quia respondetur negando, hunc tanquam vagabundum esse considerandum: Cùm enim certam, & constantem habitationem habeat, in loco ad quem confugit, nullo modo vagabundus dici potest, per ea quæ supra tradidimus de vagabundo, & in terminis Cæpol. *cons. crim. 58. num. 25.*

Ex quibus ita defensis & explicatis reiiciendum † etiam venit, quòd 184 tradit Couar. *pract. quæst. c. 11. num 10. vers. sed etsi ad criminis pœnam*, dum tradit, quòd etsi ad pœnam criminis agatur, quæ non pertineat ad satisfactionem offensi, saltem eam, quam iure naturali offendens debet offenso, tunc considerandum est, an tale sit crimen hoc, de quo agitur, vt intersit ciues reipub. vniuersalis non relinqui impunitos, neque enim (secundùm eum) id admittetur in quibuscunque criminibus, etiam atrocibus, sed tantum in illis, quæ adeò atrocia sunt, vt eorum impunitas propter scandalum graue, & exemplum insigne, vel suspicionem illud repetendi, & denique toti orbi vniuersali, detrimentum sit allaturum: nam de tali scelere potest cognoscere iudex, ad quem talis delinquens confugit. Nam hæc opinio iure non probatur, & contra illam vrget, quod hæc respublica, ad quam delinquens confugit, censetur esse quoddam asylum, *vt supra diximus*, asylum † autem defendit ad illud 185 confugientes, quantumcunque atrocissima delicta commiserint *l. 2. Cod de his qui ad Eccles. confugiunt, c. inter alia de immunitat. Eccles.* Præterea † ratio 186 nes Couar. non euincunt, iudicem aliàs incompetentem de hoc delicto cognoscere posse, quia id iure non probatur: sed magis euincunt faciendam esse remissionem propter qualitatem delicti, iuxta rationes *l. capitalium §. famosos infra de pœn.* Quod tamen vix obtinebitur, quia in huiusmodi remissionibus nulla fit extensio, etiam ad casus, in quibus maior ratio

eſſe videatur, *vt ſupra probauimus.* Denique † vix reperietur delictum, in
187 quo corruant qualitates per Couar. conſideratæ: niſi in crimine hæreſis, per quod tota reſpubl. Chriſtiana læditur, *l.4. in princ. Codic. de hæred.* Vnde in omnibus aliis ſtandum eſt regulis magis communiter receptis in hac materia.

L. Hærens abſens, §. proinde, in art. de foro ratione rei ſitæ ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Si quis conueniatur ratione rei, quam poſſidet, poterit conueniri coram iudice loci, in quo res ſita eſt, etiamſi aliàs ibi forum non ſortiatur.*

2 *Rei vendicatio, per quam Actor rem petit, tãquam ſuam, rem ipſam principaliter reſpicit, & quodammodo ipſi rei videtur adhærere.*

3 *Tradit concluſionem procedere, etiamſi reus habeat priuilegium, ne teneatur reſpondere, niſi corã certo iudice.*

4 *Declarat etiam concluſionem procedere, etiam in re mobili, vel ſe mouenti, dummodo ſint in loco ſaltem ad tempus, neque debeant ab eo ſtatim recedere.*

5 *Declarat, quomodo debeat intelligi proxima reſolutio.*

6 *Si reus, qui rem mobilem poſſidet ſuſpectus ſit de fuga, & non poſſideat bona immobilia, cogetur cautionem præſtare. vel res ſequeſtrabitur.*

7 *Si reus non ſit ſuſpectus, tunc ſaltem cogetur cautionem præſtare de re exhibenda, & non baratanda.*

8 *Infert etiam concluſionem procedere in actione perſonali in rem ſcripta.*

9 *In actione perſonali in rem ſcripta militat eadem ratio, quæ in merè reali.*

10 *Propter vim vel turbationem factam circa poſſeſſionem rei, conuenitur turbator, in loco, in quo res erat.*

11 *Quando agitur de mera actione perſonali, mouenda eſt actio in domicilio rei.*

12 *In hac materia ſemper inſpicienda ſunt verba legis, vt ſciatur ſi eſt actio perſonalis, vel realis.*

13 *Tradit quid in hoc articulo legibus Portugalliæ diſpoſitum ſit.*

14 *Diſpoſitio legum Portugalliæ circa hunc articulum ſatis conuenit cum diſpoſitione iuris communis.*

15 *Mouet difficultatem ex d. ord. quem ratione rei ſitæ conueniri poſſe, etiamſi ibi non reperiatur, ſed contrarium reſoluit, & iure comprobat.*

16 *Forus ratione rei ſitæ & ratione contractus æquiparantur.*

17 *Probat, quod ſi legitimè citatus in foro rei ſitæ, non compareat, procedetur aduerſus eum ad primum decretum.*

18 *Declarat prædictum forum ratione rei ſitæ legibus Portug. non durare vltra annum, in quo diſcrepat à iure communi.*

19 *Aduertit, quòd circa hunc forum quilibet iudex illius loci non reputabitur competens, ſed tantùm ille, qui attenta qualitate rei & perſonæ competens ſit.*

20 *Declarat, quomodo ſit intelligendum, quòd in loco contractus quis conueniri poſſit ſi ibi reperiatur, ſcilicet coram quo iudice loci ſit conueniendus.*

21 *Si clericus poſſideat rem, & conueniatur ratione rei ſitæ, coram Eccleſiaſtico eſt conueniendus.*

22 *Declarat quomodo ſit explicanda ord. Portug. lib.3. tit.10. §. penult. veteris impreſſionis, & hodie explicatum eſt lib.3. tit.11. §.6.*

23 *Tradit, clericum conuentum per reconuentionem, etiamſi conueniatur inter annum, & diem, ex quo rem illam poſſidere cœpit, conueniendum eſſe coram iudice Eccleſiaſtico, ſecus ſi*

si intra annum & diem per interdictum vnde vi.

24 *Spoliatus qui omisso interdicto vnde vi, recurrit ad rei vendicationem, non habet priuilegia spoliatis concessa.*

1 SVCCEDIT † alius forus, cuius etiam meminit gl. hic scilicet forus ratione rei sitę: nam si quis conueniatur ratione rei, quam possidet, poterit conueniri coram iudice loci, in quo res sita est, etiamsi aliàs ibi forum non sortiatur *l. final. Cod. vbi in rem actio, cap. sanè & cap. fin. de foro competenti, l. 32. titul. 2. partit. 3. notab. Baptista l. 1. num. 176. C.*
2 *de Summa Trinitate.* Et est ratio quia † rei vendicatio, per quam actor rem petit tanquam suam, rem ipsam principaliter respicit, *§. omnium Instit. de act.* & quodammodo ipsi rei videtur. cohærere *l. fin. C. de præscript. longi tempo. l. non alias §. fin. infra eodem*, & ideo reus eam defendere tenetur in loco, in quo sita est.

3 Ex † qua ratione infertur, hanc conclusionem procedere etiamsi reus habeat priuilegium, ne teneatur respondere, nisi coram certo iudice: nam non obstante priuilegio tenebitur rem defendere, vbi sita est, propter rationem, de qua supra, quod probat *c. 1. de priuileg. in 6. ordin. lib. 1. tit. 8. §. 8. & lib. 3. tit. 5. § fin. noua recopilationis.*

4 Infertur † etiam, id non solùm procedere in re immobili, sed etiam in re mobili, vel se mouenti, dummodo sint in loco saltem ad tempus, neque debeant ab eo statim recedere, quia adhuc militat prædicta ratio, & videtur probare textus *l. non alias §. fin. per*
5 *locum ab speciali inf. eo.* Ideo autem † dixi, quòd res mobiles debent esse in certo loco, saltem ad tempus: quia si per transitum ibi inueniatur, vtpote quia possessor eas secum ferens, transit per locum nullo certo tempore ibi mansurus, non poterit conueniri ratione rei: quia ratione rei non videtur in eo forum sortiri, *arg. l. si debitor supra de pig.* Non ergo ratione rei poterit in eo loco conueniri, sed tantùm si suspectus sit, quia † non possidet immobilia in patria, cogetur cautionem præstare de iudicio sisti coram iudice competenti, *l. sciendum in principio supra qui satisd. cog.* vel res sequestrabitur *l. si fideius. §. fin. eod. tit.* quòd † si non sit suspectus, vt quia possidet immobilia in patria, tunc saltem cogetur cautionem præstare de re exhibenda, & non baratanda, *vt post alios resoluit Marian. in c. sanè n. 4. de foro competenti, Rogerius à Mota hic nu. 116. Boer. decis. 217. num. 4.* quibus adde Iason. *l. si fideiussor. §. fin. num. 1. supra qui satisdare cog. Ant. de Math. de prorogatione iurisdictionis num. 75.* & hanc esse communem resolutionem in hoc articul. asserit Lancelot. Dec. *l. non alias §. 1. ad finem infra eod.* 6 7

Infertur † etiam ex prædictis, idem esse recipiendum in actione personali in rem scripta de qua agit *l. 3. §. est autem supra ad exhibend.* nam hæc etiam rem sequitur, & illi videtur cohærere: *glos. l. 3. §. si prius verb. in personam infra de aqua pluuia arcend.* & † sic in ea militat eadem ratio, quæ in mere reali, quod ita receptum esse per Doctores constat ex traditis per Tiraq. *lib. 1. retract. §. 8. glos. 5. n. 9.* & Ant. de Math. *de prorogat. iurisdict. n. 75.* Et † hac etiam ratione propter vim, vel turbationem factam circa possessionem rei, conuenietur turbator in loco, in quo res erat: quia occasione rei agitur, *l. 1. C. vbi de possess. agi oporteat, & ibi Bald. tradit Marian. cap. sanè num. 4. de foro competenti Dec. cons. 694. num. 13.* 8 9 10

Cæterum † si mera actione personali agatur ad rem, vt scilicet actori tradatur, non est facienda conuentio in loco, in quo res tradenda existit, 11

ſed mouenda eſt actio in domicilio rei,quia actio perſonalis non cohæret rei, neque illum ſequitur *l.final.§. fin. ſupra de contrahend. empt.* & in ſpecie tradit gloſ.*l.forma §. ſi vero verb. leuari infra de cenſibus , Bart. Paul.& Fulgoſ.l. final.Cod.vbi in rem actio. Panor.c.fin.nu. 43.de foro competenti Marian.c.ſanè n.6.*
12 *eod.tit.* Vnde † in hac materia ſemper inſpicienda ſunt verba legis: nam ſi principaliter concipiantur in rem, tanquam actio in rem ſcripta poterit moueri in loco, in quo res ſita eſt, & aliud erit ſi in perſonam ſint concepta, vt eleganter tradit Baptiſta *l.1.n. 175.C.de Summa Trinitate.*

13 In†regno autem Portugalliæ circa hunc forum ratione rei ſitæ Ord. *lib. 3.tit.10.§.antepenult. veteris copilationis, & hodie lib.3. titul.11. §.5. noua recopilationis*, probat etiam ord. *lib.3. titul. 30.in fine, veteris impreſſionis, & hodie lib.3.titul.45.§.10.noua recopilationis*,diſponit, quòd quis poteſt conueniri in loco, vbi res ſita eſt, etiamſi alibi habeat domicilium, ita vt in electione actoris ſit, vel reum conuenire in proprio domicilio, vel in loco rei ſitæ, quod ſatis conuenit, cum diſpoſitione iuris communis: Nam contra
14 Hoſtienſ.ita † communiter eſſe receptum reſoluit Marian. *cap. ſanè num. 11.de foro competenti, Anton. de Math. de prorogatione iuriſdictionis num. 75.*
15 Item†ex generalitate prædictæ ordinationis, videtur colligi, quem in loco rei ſitę conueniri poſſe,etiamſi non reperiatur, quod tamen admittendum non eſt, quia generalitas prædictæ Ordinationis, ita accipienda eſt, vt reus poſſit quidem conueniri in loco rei ſitæ, etiamſi alibi habeat domicilium, vt etiam probat *l. fin. Codic. vbi in rem actio.* Quod tamen eſt intelligendum, ſi ibi reperiatur, vt expreſſim declarat Paul. *ibi num.2.*
16 Et meritò,quia† forus ratione rei ſitę, & ratione contractus æquiparantur, *vt tradit Panormitan.cap.final. num.44. ad finem, de foro competenti, Marian.Socin. cap. ſanè num.12. eod. tit.* & probat Ord. *lib.1. tit.8.§.5. veteris impreſſionis, & noua lib.1.tit.8.§.8.*Sed in loco contractus,quis non conuenitur, niſi ibi reperiatur, *cap.1.§. contrahentes, de foro competenti in 6.*Ergo idem debet recipi in foro ratione rei ſitæ,

Quod † ſi legitimè citatus in foro 17
rei ſitæ,non cõpareat,procedetur aduerſus eum ad primum decretũ iuxta ea, quæ circa forum contractus tradidimus §.1.*infra hac l.*

Præterea † nouè diſponit prædicta 18
ordinatio, quòd is forus non durat vltra annum & diem,connumeratum à tempore,quo reus cœpit prædictam rem poſſidere: nam eo tempore elapſo, in regno Portugalliæ, non conuenietur amplius poſſeſſor in loco rei ſitæ, etiamſi ibi reperiatur. Sed neceſſariò conueniendus eſt in proprio domicilio, in quo ea ordinatio diſcrepat, à iure communi, quo durabat forus ratione rei ſitæ, quamdiu durabat rei vendicatio, per quam res peti poterat, vt colligitur ex mente *l. final. Cod. vbi in rem actio.*

Poſtremò † circa hunc forum no- 19
tabis, quòd non quilibet iudex illius loci reputetur competens, ſed tantum ille, qui attenta qualitate rei, & perſonæ, competens ſit: *argu. legis plenum §.equitij, ſupra de vſu & habitat.* Nam † & in loco contractus licèt 20
quilibet conueniri poſſit, ſi ibi reperiatur, tamen non intelligitur, quòd coram quocumque iudice loci contractus conueniri poſſit, ſed tantùm coram illo, qui attenta qualitate contractus competens eſſe cenſeatur, vt ſentit gl.*l.1.ſupra ſi quis in ius vocatus non ierit*,quam extollit Fulg.*§.1.n.6.ſupra hac lege Beroius c.1.n.180.de iud.*Si† 21
igitur clericus poſſideat rem, & conueniatur

ueniatur ratione rei sitæ debet conueniri corã iudice Ecclesiastico illius loci, vt resoluit Marian. *c. sanè n.*10. *& num.*12. *de foro competent. & Ant. de Math. de prorogat. iurisdict. num.*75. *vers.*
22 *similiter*:iuxta quę est † explicanda Ord. *lib.*3. *tit.*10. §. *penult. veteris impressionis*, dum disponit, quòd clericus ratione rei sitæ, debet conueniri coram iudice sui fori, intellige tu Ecclesiastici, iuxta supra dicta, quod hodie explicatum ita est *lib.*3. *tit.*11. §. 6. ac ita ex mente prædictæ Ordinationis ita explica-
23 tæ, colliges, quòd † clericus conuentus per rei vendicationem, coram iudice Ecclesiastico conueniẽdus est: etiamsi conueniatur intra annum, & diem, ex quo rem illam possidere cœpit, quamuis clericus conuentus intra annum & diem per interdictum: vnde vi coram seculari iudice de vi cogatur respondere Ord. *lib.*2. *titul.*1.
24 §. *noua recopilat.* Et est ratio, quia † etiam spoliatus si omisso interdicto vnde vi, recurrat ad rei vendicationem, non habet priuilegia spoliatis concessa *l. is qui destinauit, supra de rei vendicatione*, resoluit Iason *l. naturaliter* §. *nihil commune, num.*120. *infra de acquiren. possess. Ripa. cap. cum Ecclesia n.*16. *de causa possessionis.*

L. Hæres absens §. proinde, in hoc art. de foro ratione orginis ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Ratione propria originis quis sortitur forum, ita vt in ea conueniri possit.*
2 *Tradit ad hanc conclusionem declarationem Afflict. decis.*384.
3 *Refert contrariam opinionem, imo filium ratione propria natiuitatis effici ciuem originarium ciuitatis, in qua natus est.*
4 *Filius necessariò sequitur originem paternam, & tamen domicilium patris ad eum non transit.*
5 *Respondet ad tradita ex Afflict. n.*2.
6 *Cùm ergo sit immutabilis, quantumcunque mutetur domiciliũ, sẽper quis remanet obnoxius oneribus originis.*
7 *Tradit, quod si quis mutet domicilium, & illud transferat in aliud Regnum, tamẽ ratione originis semper remanet subditus primo regi, etsi illum offendat, incurrit crimen lesæ maiestatis.*
8 *Respondet ad legem filios, C. de municip. & orig. lib.* 10. *de qua num.*2.
9 *Examinat illam quæstionem, si parentes habeant domicilium in certo loco, & transeuntes per alium, mulier in eo peperit, vtrum filius natus censeatur originarius loci, in quo natus est, an verò loci, in quo parentes habebant domicilium, & ad quem properabant.*
10 *Refert opinionem Bart. in hac parte.*
11 *Secundum iuris censuram non censetur quis esse in loco, in quo consistit corporaliter, sed in quem fertur destinatione animi.*
12 *Refert opinionem contrariam Bart.*
13 *Refert hunc articulum valde controuersum esse apud Doctores.*
14 *Tradit concordiam ad has opiniones ex Ripa hic allegato.*
15 *Reprobat prædictam concordiam.*
16 *Refert aliam concordiã ex Marsario.*
17 *Reprobat dictam concordiam.*
18 *Declarat aliqua notatu digna ad veram concordiam harum opinionum necessaria, & ostẽdit, in quo casu militet ratio d. l. nil infra, de captiuis.*
19 *Declarat casum, in quo inspici debet locus, in quo quis natus est.*
20 *Refert sequelam, quam absurdã dicit.*
21 *Refert casus, in quibus secunda opinio procedat.*
22 *Declarat veram concordiam ad dictas opiniones, & casus in quibus vtraque procedat.*

23 *Declarat in quibus terminis verum erit id,quod præsupponit d.l.filios.*

24 *Filius non solum sortitur forum in loco propriæ originis,sed etiam in loco originis paternæ.*

25 *Exemplificat dictam conclusionem, & quomodo procedat,declarat.*

26 *Quilibet se potest liberare à foro domicilij,non verò à foro originis.*

27 *Refert ex Syluano cons.1. n.91. quod quis sortitur forum ratione originis paternæ & auitæ, non autem vlteriorum ascendentium.*

28 *Forum ratione originis auitæ nō sortietur nepos,nisi viuo auo sit conceptus.*

29 *Tradit ex Bart. quòd vt proxima conclusio procedat,oportet quòd nepos sit in potestate aui.*

30 *Reprobat Bart. declarationem, & aduersus eam expendit text. in l.libertus §. in adoptiua, supra ad municip.*

31 *Adoptio nō mutat originē naturalem.*

32 *Si pater, & auus ex diuersis ciuitatibus originem ducant,tunc nepos paternam, & auitam sequetur originem, dummodo constet nepotem viuo auo fuisse conceptum.*

33 *Si pater & filius sint eiusdem dignitatis,& pater amittat dignitatem,nepos retinebit auitam, si verò sint diuersæ, attendetur paterna tanquam magis mediata.*

34 *Licèt quis non possit renunciare propriæ origini in præiudiciū ciuitatis, in qua natus est: Tamen quoad propriū præiudiciū illi renūciare potest.*

35 *Notat supra dicta iure communi receptissima consuetudine, tamen obtentum esse, quòd in foro originis propriæ vel paternæ, forum quis non sortiatur,nec ibi conueniri possit.*

36 *Notat etiam quòd si ex propria origine vel paterna resultent contrariæ qualitates, præponderabit qualitas procedens ex origine paterna.*

37 *Declarat conclusionem nu.24. de iure communi procedere, si conuentus in illis locis reperiatur:alias secus.*

38 *Declarat, in quo casu possit admitti opinio Marian.loco ibi relato.*

39 *Mulieri nuptæ in propria patria munera iniungi non possunt.*

40 *Refert, quod ita vxor per matrimonium transit in domicilium mariti, vt in effectu forum propriæ originis videatur amisisse.*

41 *Contrarium tamen verius existimat, & probat mulierem nubendo non amittere propriam originem.*

42 *Respondet ad l.fin. §. item rescripserunt, infra ad municip.*

43 *Aduertit, quòd in hac materia in Hispania aliqua fuisse innouata contra dispositionem iuris communis, & tradit differentiam inter ciues, & incolas.*

44 *Ciues dicuntur,qui in ciuitate nascuntur, vel alijs modis in ius ciuitatis adsciscuntur.*

45 *Incola dicitur, qui in ciuitate habet domicilium, etsi fortè non constet de animo constituendi domicilium, ille præsumitur ex habitatione decem annorum.*

46 *Quando fit mentio de ciuibus,nō comprehēdūtur incolæ, qui propriè ciues nō sunt, ex ratione, de qua proximè.*

47 *In regno Hispaniæ nō admittitur prædicta differentia,sed appellatione ciuium comprehendūtur etiam incolæ.*

48 *In regno autem Portugalliæ idem etiam obseruatur.*

49 *Docet obseruationem Hispaniæ in hac materia non omnium abhorrere à dispositione iuris communis, & latè sumpto vocabulo ciues incolas comprehendere.*

50 *Regulariter nisi detur diuersa ratio,de iure communi dispositum in ciuibus comprendit incolas.*

51 *Quando fit mentio de Venetis,vel Florentinis simpliciter in dubio de quibus intelligatur ibidem tradit.*

52 *Declarat,*

52 *Declarat, quòd quoad priuilegia ciuibus cõcessa non cõtinebuntur incolæ, nisi specialiter fuerũt allecti in ciues.*

53 *In regno Portugalliæ ad consequenda hæc ciuium priuilegia sufficit habitatio cum domicilio per spatium quatuor annorum.*

54 *Quando quis efficitur ciuis per electionem ciuitatis, vel per dispositionem statuti, gaudet omnibus priuilegiis ciuibus concessis.*

55 *Qui est ciuis quoad priuilegia censebitur ciuis etiam quoad onera, nisi limitatiuè eliciantur in ciues.*

56 *Explicat l. 10. tit. 3. lib. 1. ordinam. & contra eam argumentatur.*

57 *Defendit dict. l. ordinamenti, & distinguendo casus procedit.*

58 *Refert differentiam, quæ versatur, quando priuilegium reperitur simpliciter concessum ciuibus, & quando conceduntur ciuibus originariis.*

59 *Declarat casum, in quo videtur limitanda dict. l. ordinamenti, scilicet si quis impetret priuilegium naturalitatis.*

60 *Refert Gregorium Lopez contrarium tenentem, & alios Doctores.*

61 *Quando fit adæquatio duorum, intelligitur quoad ea, quæ competunt iure communi.*

62 *Defendit priorem opinionem num. 59. & ostendit, quòd quando quis impetrat litteras naturalitatis in nomine debet considerari tanquam ciuis naturalis, & originarius, ac si in veritate talis esset.*

63 *Respondet ad l. 14. tit. 3. l. 1. ordinam.*

64 *Respondet ad doctrinam Bart. pro contraria parte allegati, num. 60.*

65 *Quando concessio per Principem fit per verba vniuersalia, de omnibus videtur intellectum.*

66 *Respondet ad l. si filius Cod. bon. proscript. & ibi elegantem distinctionem assignat.*

67 *Officia, & beneficia ex dispositione iuris communis tantùm naturalibus siue originariis conferri debent.*

68 *Litteræ naturalitatis hoc casu intelligendæ sunt etiam de his officiis, & beneficiis quæ ratione prædictæ consuetudinis, siue statuti originariis competunt.*

69 *Declarat, quomodo debeant intelligi litteræ naturalitatis, quæ sæpiùs exteris per Principes conceduntur.*

70 *Sub clausula quod quis habeat, quod habuit alius, non comprehenduntur ea, quæ alius habuit ex speciali priuilegio.*

71 *Sub clausula, quòd quis censeatur originarius, vel residens, omnia ei competunt, quæ quocunque modo originariis, siue residentibus competunt.*

72 *Expendit pro complemento materiæ l. 19. tit. 3. lib. 1. ord. iuxta quam idem disponitur in regno Portugalliæ per ord. lib. 2. tit. 55.*

73 *Quod hic disponitur in regno Castellæ, idem in regno Portugalliæ recipiendum est.*

74 *Quoad alia priuilegia sufficit in regno Castellæ constituere domicilium.*

75 *In regno Portugalliæ sufficit contrahere domicilium in regno, & habitare in eo per quatuor annos.*

76 *Vt filij censeantur originarij satis est quod pater sit originarius Regni, vel saltem in eo habuerit domicilium per decennium.*

77 *Constituere domicilium in aliqua prouincia, & in ea habitare per quodcunque tempus, nihil prodest patri ad naturalitatem consequendam, filiis tamen proderit.*

78 *Ad constituendum domicilium sufficit constare de animo constituendi verè, vel præsumptiuè, scilicet per habitationem decennij.*

79 *In regno Castellæ, & Portugalliæ, non sufficit constare, parentes habuisse animum constituendi domicilium, vt filij cẽseantur naturales, nisi accedat habita*

Bart.l.filios num.1. & ibi Platea num.2. Cod.de municip.& orig.lib.10.Marian.in rub.num.15. ad finem, de foro competenti. Nam si mortuo auo conceptus sit, non sortitur forum ratione originis auitæ, *Felin.cap. postulasti,numero 1. ad finem, de foro competenti, Alex. cons.16. num.9.lib.5.* Quinimo Bart.*l.assumptio* §.1. *in fine infra ad municip.* concludit,
29 quod † vt quis sortiatur forum ratione originis auitæ, non solùm requiritur, quod viuo auo conceptus sit, sed etiam quod sit in eius potestate,& subscribit Greg.*l.32. titul.2. part. 3.verb.natural. Baptista in antinomijs legũ iuris ciuilis,& regni, in littera F,n.33.*
30 Sed † non placet hæc Bart. declaratio, & aduersus eam expendo textum *l. libertus* §.*in adoptiua,infra ad municip.* vbi nepos sequitur originem aui naturalis, quantumcunque sit natus in adoptiua familia, quo casu certum est non nasci in potestate aui naturalis,§ *pen. Inst.quibus mod.ius patria potest.soluitur:*Ergo ea tantum ratione, sequitur originem auitam, quia est
31 conceptus eo viuo, & quia † adoptio non mutat originem naturalem *l. ord.* §.*fin. infra ad municip.* ac ita vera est resolutio in hac materia : quod si pater,& auus sunt oriundi ex eadem ciuitate, parum interest,quòd consideretur origo paterna, siue auita, vt ad uertit Albc.*d.l.si libertus,§.in adoptiua:*
32 Si † verò ex diuersis ciuitatibus originem ducant, tunc nepos, & paternam, & auitam sequetur originem *d. l.libertus* §. *in adoptiua* , dummodo constiterit, nepotem viuo auo fuisse conceptum : *Alex.cons.16.num.9.lib.5. & supradictum est.*Et verum est, quamuis Ant.de Math.*de prorogatione iurisdictionis n.27.vers.in quibus*, dicat, quod in prædicto casu magis sequitur originem auitam, quam paternam, *& ante eum Dominic. cap.is qui num.8. de sepultur. in 6.* Vlteriorum verò ascendentium originem non sequetur iuxta rationem, quam assignat glos. *l. assumptio.§.filius infra ad municip.& glos.l. filios Codic. de municip. & origin. lib.10.*
Adde † quòd si pater, & filius sint 33
eiusdem dignitatis, si pater amittat dignitatem, nepos retinebit auitam *l. emancipatum* §. *final. supra de senatoribus.* si verò sint diuersæ dignitatis, attendetur paterna tanquam magis immediata, *l.exemplo, & ibi Platea post principium Cod. de decurion. lib.10.* qui
† textus etiam probat, quod licèt 34
quis non possit renunciare propriæ origini in præiudicium ciuitatis, in qua natus est, *l. assumptio. in principio infra ad municip.* Tamen quoad proprium præiudicium illi renunciare potest, *vt notant Bart. & Platea d. l. exemplo Afflict. decis.384. num.10. Boër. decis.13.n.44.notab. Greg.l.5. tit.24.part. 4.verb.conquatio ad finem.*

His † ita explicatis ad complemen- 35
tum articuli quatuor annotanda sunt. Primum est, quod licèt supra resoluta receptissima sint iure communi, tamen consuetudine obtentum,quod in foro originis propriæ, vel paternæ, forum quis non sortiatur, neque ibi conueniri possit,vt asserit Thesaurus *decis. Pedemontana 90. ad finem*, & videtur probare *l.15.tit.1. part.7.*& ibi expendit Gregor. *in glos. fin. & supra diximus.*

Secundum † addendum, quòd si ex 36
propria origine, & paterna, resultant contrariæ qualitates, præponderabit qualitas procedens ex origine paterna, *l. cum satis in principio Codic. de agricul. & censit. lib.11. tradit Bart. notabil. exemplificans l.1. num.4. infra ad municip. & consil.172. numero 6. & notab. Bald. consil. 294. ista causa lib.4. Imol.consil.35.num.7. Anton. Nata consil.105.num. 5.lib.1. Boer.decis.13. n.49.* quibus adde tradita per Ancharan. *consil.37.contra à num.5.*quem sequitur

Gregor. *dict. l. 5. titul. 24. partit. 4. verb. conquatio col. 1. ad finem, Decius conf. 352. num. 4.* Adde etiam tradita per Ruinum *consil. 120. num. 8. lib. 4.* & Socin. *in rub. num. 31. infra soluto matrimonio*, & Bossium *in praxi criminali tit. de foro competenti num. 34. ad finem.*

37 Tertium † addendum est, quòd retenta dispositione iuris communis, quod quis sortitur forum in loco originis propriæ vel paternæ, id tantum intelligendum est, si in illis reperiatur, aliàs secus, *Bart. l. assumptio §. filius n. 2. ad finem, infra ad municip. Panormitan. cap. significauit num. 6. de parrochijs Paul. l. 2. num 6. Cod. de iurisdictione omnium iudicum. Afflict. decis. 384. num. 6. Alex. consil. 157. num. 13. lib. 2.* & Asserit receptum Dec. *l. cum quadam num. 5. supra de iurisdictione omnium iudicum, Felin. cap final. num. 23. de foro competenti Ber. Diaz in pract. crim. Canonica. cap. 8.* & probat *l. 32. tit. 2. part. 3.* quicquid Marian. *in rub. num. 15. ad finem*, dum de foro competenti dicat,

38 quem † conuenire posse in loco propriæ originis, quamuis ibi non inueniatur. Cuius opinio tantum admitti potest, quoad honores, & onera, quæ etiam in absentes conferuntur *vt post Spec. tradit Aret. l. fi. n. 1. ad finẽ, C. de iud.*

39 Illud † certum est, quòd mulieri nuptæ, in propria patria munera iniungi non possunt *l. fin. §. item rescripse-*

40 *runt infra ad municipales*, quia per † matrimonium ita vxor transit in domicilium mariti, vt in effectu forum propriæ originis videatur amisisse, *vt ibi tradit Bart. num. 4. & l. cum quadam in principio, & ibi Dec. num. 6. supra de iurisdictione omnium iudicum Bal. d. l. 2. in fine Cod. de iurisdictione omnium iudicum Marian. in rub. num. 13. & cap. fin. n. 52. ad finem de foro competenti & alij relati per Duenh. reg. 377.*

41 Sed † verius est contrarium, neque enim mulier nubendo potest amittere propriam originem, *l. assumptio in principio infra ad municip. l. origine, & ibi Bart. Cod. de municip. & origina. lib. 10.* Neque † contrarium probat *d. l. fin. §. item rescripserunt*, quia tantum probat, 42 liberari mulierem à muneribus propriæ originis, quando propter illa auocaretur à seruitio mariti, aliis autem oneribus remanebit obnoxia, *eleganter Paul. Castrens. consil. 89. num. 3. lib. 2.* & in hoc tandem residet Bart. *d §. item rescripserunt, num. 5. Alexand. cons. 100. numero 1. lib. 3. Dec. l. 1. Codic. vnde vir, & vxor & l. 2. num. 92. infra de regulis iuris, & col. 223. num. 2. Marzarius cons. 43. n. 11. Gregor. l. 32. tit. 2. part. 3. verb. de casamiento Anton. de Math. de prorogat. iurisdictionis n. 27. ad medium.*

Quartò † & vltimò addendum est, 43 circa hanc materiam propriæ originis, vel paternæ, in Hispania aliqua fuisse innouata contra dispositionem iuris communis: nam prima attenta dispositione iuris communis, differentia est inter ciues, & incolas: nam 44 † ciues dicuntur, qui in ciuitate nascuntur, vel aliis modis in ius ciuitatis adsciscuntur *l. ciues Codic. de incol. lib. 10.* incola † autem dicitur, qui 45 in ciuitate habet domicilium, etsi fortè non constet de animo constituendi domicilium, ille præsumetur ex habitatione decem annorum *l. 2. C. de incol. lib. 10. Boer. decis. 260. num. 9. & notab. Gregor. d. l. 2. tit. 24. part. 4. verb. diez annos*, & colligitur hæc differentia ex *l. ciues C. de incolis lib. 10. & ibi notauit glos. 1. & gl. 1. l. ciues C. de appellat. & ibi Bald. num. 4. tradit Bar. l. 1. num. 1. infra ad municip. & alij quos refert Boer. decis. 260. n. 3. & notab. Gregor. l. 2. titul. 24. par. 4. in glos final. col. 2. ante medium Syluan. cons. 1. num. 90.* Et † hac ratione 46 quando fit mentio de ciuibus non comprehendũtur incolæ, qui propriè ciues nõ sunt, *glos. l. 1. infra de tutoribus & curator. datis ab his, elegãter Aretinus conf.*

conf. 77. à num. 1. & latius Syluanus conf. 1. à num. 98.

47 Quod † in notabili casu exemplificat Bald. *l. ciues num. 4. Codic. de appellat.* Et tamen in regno Hispaniæ non admittitur prædicta differentia, sed appellatione ciuium comprehenduntur etiam incolæ, vt probat *l. 32. tit. 2. partit. 3. & l. 2. titul. 24. partit. 4. & ibi notat Gregor. colum. 2. post principium*, &

48 in † regno Portugalliæ probat ord. *lib. 1. titul. 21. libr. 2. veteris impressionis, & hodie lib. 2. titul. 56. noua recopilatio-*

49 *nis.* Quod quidem † non omnino abhorret à dispositione iuris communis: nam quòd appellatione ciuium veniant etiam incolæ, iure communi, saltem latè sumpto vocabulo, tenet gloss. *cap. statutum §. cum verò, verb. eiusdem, de rescript. in 6. & ibi notat Dominic. num. 10. Alexand. conf. 16. num. 10. lib. 5. Imol. conf. 35. num. 11. Vincent. in rub. nu. 37. supra soluto matrim.* ac proin-

50 de † regulariter, nisi detur diuersa ratio, dispositum in ciuibus & incolas comprehendit, vt probat Soc. *conf. 129. num. 3. lib. 1. Baptista l. num. 169. Cod. de Summa Trinit.*

51 Quinimò † si fiat mentio de Venetis vel Florentinis simpliciter, in dubio intelligetur de originariis habentibus ibi domicilium, vel etiam de non originatiis, habentibus tamen ibi domicilium, non autem de originariis non habentibus ibi domicilium, vt colligitur ex glossa *dict. cap. statutum §. cum verò verb. vnam in fine de rescript. in 6. tradit Anton. consil. 21. Viso num. 3. Anchar. conf. 437. ista sententia eleganter Soc. in rub. num. 27. infr. soluto matrim. Auendan. lib. 1. de exequendis mandatis cap. 4. num. 25.* Circa quod vide, quæ in eleganti casu tradit Grammaticus *conf. ciuili 5.*

52 Illud † autem certū est, quòd quoad priuilegia ciuibus concessa, non continebūtur incolæ, nisi specialiter fuerunt allecti in ciues, vt colligitur ex *l. ciues Cod. de incol. lib. 10. ibi (allecti) & l. 1. post principium infra ad municip. tradit Boer. decis. 260. num. 17. & num. 27.*

Sed † in regno Portugalliæ ad consequenda hæc ciuium priuilegia, sufficit habitatio cum domicilio per spatium quatuor annorum, vt constat ex ordinatione *lib. 2. tit. 21. veteris impressionis, & hodie lib. 2. tit. 56. noua recopilationis.* 53

Quo † casu quando quis efficitur ciuis, per allectionē ciuitatis, vel etiam per dispositionem statuti, gaudet is omnibus priuilegiis ciuibus cōcessis, *vt tradit Bart. l. si maritus §. legis Iuliæ num. 1. infr. de adult. Bald. l. cum in adoptiuis §. quæ in filio num. 1. Cod. de adoptio. Roman. conf. 62. Florentina num. 9 & plures citati per Niconic. in rub. num. 93. infra solut. matr.* quicquid post Bal. videatur cōtradicere Alexād. *conf. 160. n. 2. lib. 5.* 54

Cùm † autem quoad priuilegia censeantur ciues etiam quoad onera, ciues censebuntur, vt colligitur ex l. 1. *infra ad municip. tradit* Bologn. *auth. habita num. 186. Cod. ne filius pro patre*, quamuis si limitatione allicia ntur in ciues, quoad priuilegia, tunc non teneantur ad onera, *Roman. conf. 92. nu. 5.* 55

Ex † quibus infertur explicatio dict. l. 19. *titul. 3. lib. 1. ordinam.* in qua disponitur, quòd priuilegia naturalibus concessa, non communicantur his, qui ratione domicilij, vel aliàs considerantur tanquam ciues, quod prima facie videtur procedere non posse, quia prædicti censentur naturales. *l. 2. titul. 24. partit.* 4. Ergo debet gaudere priuilegiis naturalibus concessis, & quia cùm prædicti constituantur ciues ex dispositione *l. 32. tit. 2. partit. 3.* priuilegiis ciuibus concessis debent gaudere, *iuxta supra tradita.* 56

Sed defendendo † dispositionem prædictæ legis ordinamenti, aduertendum est, quòd aut priuilegiū repe- 57
ritur simpliciter concessum † ciuibus 58

& locum

& locum habebunt adducta in contrarium, aut verò conceduntur ciuibus originariis, & quia tunc nō considerατur qualitas ciuis simpliciter, sed simul qualitas originis, vtique hi, qui non ratione originis, sunt ciues, quoad ea priuilegia non considerabuntur tanquam ciues, sed potiùs tanquam alienigenæ, *gloss. cap.* 1. §. 1. *verb. alienigenas, de vsuris in 6. & ibi Dominic. & Perus. num.* 3. & ideo meritò non gaudent priuilegiis, ciuibus originariis concessis, *vt aduertit Catelianus in memorabilib. verb. statuto cauetur in multis, Andr. Gailus practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 36. num. 9.* Videtur tamen
59 † limitanda prædicta l. ordinamenti, nisi quis impetret priuilegium naturalitatis, siue originis, quia tunc etiam prædictis priuilegiis vtetur, iuxta doctrinam Bart. *l. si maritus §. legis Iuliæ num. 1. infra de adulter.* quam supra retulimus.

60 Contrarium † tamen tenent Gregor. *l. 2. titul. 24. partit. 4. gloss. final. post principium.* & Pelaez *de maioratu* 1. *parte quæst.* 51. *num.* 28. adducētes pro hac opinione *l. 14. titul. 3. lib. 5. ordinam.* & potuerūt etiam adducere opinionem Bald. ita determinantem *l. in vrbe in fine supra de statu hominū*, & doctrinam Bart. *dict. §. legis Iuliæ num.* 1. concludens, quòd si quis acquirat priuilegium, vt in omnibus tractetur vt ciuis, debet intelligi de his, quæ iure ciuitatis competunt, secus si competant ex speciali concessione principis, Nam de his non intelligetur prædictum priuilegium, *argumento l. Codicillis §. fin. infra de legat. 2. subscribit Socin. Iun. l. 1. num 30. infra de leg. 1. Boer. alios referens decis. 260. num. 33.* facit etiam *l. si filius Codic. de bonis proscriptorum* & quod ibi notant, Cynus, & Angel. confirmat Ruin. *l. Gallus §. si eius num.*
61 115. *infra de liber. & posthum.* Vnde † in specie infert Crotus. *l. 1. num. 9. infra de leg. 1.* quòd quando fit adæquatio duorum, intelligitur quoad ea, quę competunt iure communi, non autem ex iure speciali, & exornat Deci. *consil. col.* 1.

Sed his † non obstantibus verior 62 est prima opinio, quia quando quis impetrat literas naturalitatis, in omnibus debet considerari tanquam ciuis naturalis, & originarius, ac si in veritate talis esset, *Bart. dict. §. legis Iuliæ post principium, Salcedus ad practicam criminalem, Bernard. Diaz. cap. 54. à num. 14. Imol. consil. 35. num. 11. notab. Catelian. Cota in memorab. verb. ciuem esse, & verbo statuto cauetur in multis.* Ergo debent habere omnia priuilegia, quæ veris naturalibus cōpetunt, *l. liberos Cod. de collat. l. cum ex oratione §. final. infra de excusat. tutorum, & notab. Deci. consil. 128. num. 1. Hyppolitus consil. 127. à num. 2. Boerius decis. 130. num.* 20. & in specie ita concludit Rebuff. *2. tom. ad ll. Gallicas titul. de litteris naturalitat gloss 2. num. 2. & num. 14. & tractat. de pacif. possess. num. 267. Boer. decis. à num.* 18. & in terminis colligitur ex traditis per Paul. Castrens. *cons. 21. col. fi. lib. 1.* & melius per Baptistam *l. omnes populi num. 236. supra de iustitia & iure*, retenta autem hac opinione, non obstabunt in contrarium adducta.

Nam ad † primam *d. l. 14. titul. 3.* 63 *lib. 2. ordinament.* respondetur, prædictam l. magis sentire sub litteris naturalitatis beneficiorum concessionem contineri, non valere, tamen nisi literæ naturalitatis, concedantur cum solemnitate ibi expressa, quòd etiam colligitur ex *l. 16. & l. 20. titul. 3. lib. 1. ordinamenti.* Non † obstat secundò de 64 doctrina Bart. *dict. §. legis Iuliæ, num. 1.* quia respondetūr procedere, in allecto in ciuem per ciuitatem, *vt notat Roman. singul. 676. & Boerius decis. 260. nu.* 18. hæc enim allectio intelligetur modo, quem Bart. exprimit, nos loquimur

104 *Qui mutauit domicilium in aliud Regnum, sibi praeiudicat, quoad ei vtilia: nō quoad sibi inutilia & onerosa antiquā originem videtur retinuisse.*
105 *Factum siue delictum patris regulariter filijs non praeiudicat in prouenientibus à genere.*
106 *Respondet ad l. priuilegio C. de decurion. lib. 10.*
107 *Mutatio domicilij extra regnum non est actus, per quem propriae origini videatur quis renunciare.*
108 *Declarat regulam vulgarem, originem propriam vel paternam esse immutabilem, non esse generaliter intelligendam quoad omnes effectus, sed tantum quoad certos qui iure inueniuntur expressi.*
109 *Originarius qui in alium locum transtulit domicilium, non ligabitur regulariter statutis loci originis.*
110 *Originarij licèt domiciliū transferant, non censebuntur forenses siue alienigenae respectu ciuitatis, cui absint.*
111 *Forensis & alienigena ille dicitur, qui omnino subest alterius iurisdictioni siue dominio.*
112 *In materia poenali siue odiosa sub appellatione forensium siue alienigenarum non comprehenduntur praedicti originarij.*
113 *Docet ex supra dictis declarari Ord. lib. 2. tit. 13. §. 2.*
114 *Proximè dicta magis sine dubio procedunt, si in loco originis originarius, qui trāstulit domiciliū, habeat bona.*
115 *Declarat, in quibus ciuibus debeat intelligi dispositio simpliciter loquens de ciuibus alicuius ciuitatis.*
116 *Originarij extra locum originis habitantes non obtinebunt ea priuilegia, quae obtinent veri originarij ibi habitantes.*

1 His ita † expeditis sequitur vltimus forus pronūc. & debet examinari, scilicet ratione propriae originis: nam ratione illius videtur quis sortiri forum, ita vt in ea conueniri possit *l. incola 29. iuncta glos. pe. inf. ad municip. l. 1. C. de munici. & orig. lib. 10. c. pen. de temp. ord. lib. 6. tradit glos. hic verb. debebit. & passim dd.* quod tamē intelligebat Afflict. *dec.* 384. quando † filius natus est in loco, in quo parentes habebāt domicilium, quia aliàs 2
non cēsebitur originarius loci, in quo natus est, allegat authoritatem glos. *l. assumpt. §. filius verb. domicilium ad fin. inf. ad municip.* & videtur text. *l. filios C. de municipijs, & origina. lib. 10. vbi Bart. & Platea. n. 2. & Cuiat. idem probant.*

Contrariam † tamen opinionem, 3
imo filium ratione propriae natiuitatis, effici ciuem originarium ciuitatis, in qua natus est, tenet Cuman. *l. caetera §. sed etsi parauerit num. 2 inf. de leg. 1. & cons. 177. n. 3. Gram. vot. 10. à num. 14. & ante eos Bald. cons. 294. ista causa ad medium lib. 4. per generalitatem legis ciues C. de incol. lib. 10.* Et quia filius necessariò sequitur originem paternam, & tamen † domicilium patris ad eū non 4
transit *l. assumpt. §. 1. inf. ad municip.* Ergo à fortiori propriam originem obtinebit, etsi parentes ibi domicilium non habeant: Neque obstant adducta in contrarium, nam † ad primum de 5
authoritate gl. *l. assumpt. §. 1. inf. ad municip.* respondetur, quod ea tantum dicit, quod si filius mutet domicilium, non potest obligari ad onera, in loco originis propriae, vel paternae: quod tamen est falsum; vt ibi tradit Bart. *col.* 2. Nam cùm huiusmodi origo sit immutabilis, *l. assumptio in princ. infra ad municip. l. origine C. de municip. & orig. lib. 10.* Quantumcunque † mutet domicilium, semper remanet obnoxius 6
oneribus originis, vt est expressum *l. fin. Cod. de municip. & orig. lib. 10 & l. 3. in princ. infra de muneribus & honoribus tradit Alexand. cons. 157. num. 13. lib 2. Dec. l. cum quadam num. 5. supra de iurisdictione*

7 *riſdictione omnium iudicum*, adeò † quòd licèt quis mutet domicilium,& illud transferat in aliud regnum,tamen ratione originis, ſemper remanet ſubditus primo regi, & ideo ſi illum offendat,incurrit crimen læſæ maieſtatis, vt clarè præſupponit Clement. *paſtoralis* §. *rurſus de re iudicata*, probat Ægidius Boſſius *tract. de crimine læſæ maieſtatis à num.* 95. & pro conſtanti Gigas, *eodem tractatu quæſt.*68. *num.*2. *pag.*121. *Iul. Clar.cod.tractat. num.*6.& eleganter Greg.*l.*5.*tit.*24.*parte* 4.*verb. ſon quarto, ad finem.*

8 Non † obſtat ſecundò *d. l. filios C.de municipibus,& originar.lib.*10.quia textus ille principaliter agit, quam originem filius ſequatur? & determinat ſequi paternam, & non maternam, *notat Bart. in d.l.aſſumptio* §.1.*col.* 2. *ad medium, infra ad municipal. Marzarius conſ.*43. *num.*10. Neque obſtat quod *dict. l. filios*, videtur probare, quòd licèt filius naſcatur in loco, à quo mater originem duxit,tamen non tenebitur ibi ſubire onera, quia reſpondet gl.ibi quam probat Bart. *n.*4. Quod non tenebitur in eo loco ſubire onera, ex ea ratione, quòd mater ex illo originem ducit; non tamen negat, ea teneri ſubire ratione propriæ natiuitatis in eo loco, vt eſt expreſſum *l. origine C. de municip.& orig. lib.*10. Neque replices quòd *d. l. filios*, dicit, quòd filius in eo loco, non tenetur ſubire onera, niſi in eodem habeat domicilium, quia reſpondetur, textum illum tantum agere, *vtrum filius ratione originis maternæ teneatur onera ſubire?* Et determinat non teneri, niſi in eodem loco habeat domicilium:nam tunc ratione domicilij,tanquam incola tenebitur in eo loco onera ſubire: Quòd ſi vlterius quæras *vtrum ratione propriæ originis teneatur onera ſubire?* Dicemus hanc quæſtionem non tractari in *dict. l. filios*, ac proinde ſupplendam eſſe ex aliis iuribus, quod tenebitur illa ſubire,vt eſt expreſſum *l. origine, Cod. de municip.& originar. lib.*10.

Et ex † his infertur reſolutio ad eam dubiam quæſtionem, *ſi parentes habeant domicilium in certo loco, & tranſeuntes per alium,mulier in eo peperit,vtrum filius natus cenſeatur originarius loci, in quo natus eſt,an verò originarius loci,in quo parentes habebant domicilium, & ad quem properabant?* Et † in qua quæſtione Bart.*dict. l.filios*, exiſtimat,non cenſeri originarium loci, in quo natus eſt,ſed potius loci, in quo parentes habebant domicilium, ita interpretatus illũ textum, & allegat rationem *l.* 1. *C. de poſtliminio reuerſis:* Et † quia ſecundùm iuris cenſuram, non cenſetur quis eſſe in loco,in quo conſiſtit corporaliter,ſed in quem fertur deſtinatione animi, *l. nihil infra de captiuis*,bonus tex.*l.huiuſmodi* §. *legatum, infra de leg.*1. *& tradit Albe.* 4. *parte ſtatuto quæſt.* 28. & facit, quod Bald. *l.*1. *col.*2. *verſ. ſed pone, ſupra de ſtatu hominum*, & ita in ſpecie prædictam Bart. opinionem ſequitur Platea *d. l. filios num.* 2. *de reſcript.* vbi Felin. *num.* 19. aſſerit receptum, & *Andr. Siculus conſ.*52.*num.*1. *lib.*2. *Thomas Grammaticus deciſ.* 103. *à num.*11. *Boer. deciſ.*13. *à num.*52.*Rebuf.l.*1.*col.*7. *infra de verborum ſignificatione*,& ſecundùm iſtam opinionem conſuluit Iaſon. *conſ.* 77. *col.*2. *lib.*3. & hanc eſſe magis communem opinionem aſſerit Lancel. Dec. *hic ad finem*, & agnoſcit Ripa. *tractatu de peſte titul. de priuileg. contractuum tempore peſtis num.*183.*Rebuf. de priuileg. ſcholarum priuileg.*65.& illam confirmat Afflict.*deciſ.*384.*Nauar.conſ.*41.*num.*1.*ſub rub. de præben.*& alij quos refert Maſcar. *de probat.*3. *part. concluſ.*1141.*n.*1. *Hyppolit. Riminald. conſ.*363.*num.*254. *lib.*4.

Contrariam † tamen ſententiam, imo quoad filius dicatur originarius loci,

loci, in quo natus est, attenta magis veritate, quàm destinatione parentum post Cuman.& Paul probat Alexan. *dict. l. huiusmodi* §. *legatum num.*4. *infra de leg.*1. *vbi Ias.num.*14. dicit receptum Giam. *cons.*5. *n.*3. *& voto crim.*10. *n.*14. *Marzarius cons.*43. *à nu.*5. & pro constanti tenet Paul. Castrens. *l. pretor ait in principio num.*5. *supra de edend.* & dicit verius Alexan. *in additio. ad Bart. l. Maritus.* §. *legis Iuliæ infra de adulter in vltima additione*, & defendit Cag. *in proœm. ff. veteris col. fin. Crotus l. si is quia num.*104. *infra de vsucap.* & alij plures, quos refert Mascard. *de probat.*3. *parte* 1141. *num.*6. Et per Alexandrum Raudentem *in appendice* 1. *parte à n.*5. & † sic constat hunc articulum valde controuersum esse apud Doctores, & huius controuersiæ meminit Boer. *decis.* 13. *à num.*52. & etiam Greg *l.*2 *tit.*24. *part.*4. *glos. fin. col. pen. ad finem*, *& sequenti*, vbi eleganter eam tractat.

13

14 Inuenio tamen quod † has opiniones concordat Ripa *tractatu de peste tit. de priuileg. contractuum, n.*183. quod si filius conceptus in loco, in quo parentes habebant domicilium, quamuis in alio nascatur, vera sit prima opinio supra relata, *argum. l. qui in vtero supra de statu hominum*, aliàs locum habebit contraria opinio, *subscribit Hyppolitus Rimin. cons.*363. *num.*255. *lib.*4.

15 Sed † non placet hæc concordia, quia est contra mentem tenentium contrariam opinionem, qui loquentes de matre, quæ properans ad domicilium, casu peperit in alio loco, præsupponunt eam in loco domicilij concepisse, & nihilominus filium censeri originarium loci, in quo natus est.

16 Vnde † secundo loco inuenio, quòd opiniones concordat Marzarius *consil.* 43. *n.*9. quòd is filius censebitur originarius loci, in quo natus est, & nihilominus etiam censebitur originarius loci, in quo pater habebat domiciliũ, quia nihil impedit, quem ratione propriæ originis censeri originarium loci, in quo natus est, & præterea censeri originarium loci, à quo pater originem trahit, quę concordia est etiam de mente Rebuf. *de priuileg. scholarum priuileg.*65. & ante eos Bald. *cons.*294. *ista causa, ad medium lib.*4. facit quod Imol. *consil.*35. *num.*2.

Sed † etiam non placet hæc concordia, quia quæstio Doctorum est, *vtrum filius censeatur originarius loci, à quo pater originem trahit*, quia hoc est indubitatum: sed est quæstio, *vtrum filius censeatur originarius loci, in quo pater habet domicilium, quamuis in alio loco sit natus?* 17

Et † ideo pro noua concordia harum opinionum aduertendum est, rationes tenentium primam opinionem tantum euincere, quod maritus cum vxore prægnante redibat ad proprium domicilium, & in itinere vxor: casu enixa est: quasi tunc censeatur filius originarius loci, in quo parentes habebant domicilium, & ad quem properabant: tunc enim propriè militat ratio deducta ex *dict. l. nihil infra, de captiuis:* Vnde † si ponas maritum cum vxore prægnante non redire ad domicilium, imo ex domicilio cum ea migrare in alium locum ex quacunque causa, in his terminis cessat prædicta ratio: & ideo tunc videtur inspiciendus locus, in quo secundùm veritatem filius natus est iuxta regulam generalem *leg.* 1. *infra ad municip. & leg. ciues Codic. de incol. lib.* 10. *l.* 20. *tit.* 1. *part.* 1. Aliàs † sequeretur, quòd si quis haberet animum recedendi in certum locum, & ibi constituendi domicilium, propter destinationem patris censeretur filius natus in loco, in quo pater nunquam domicilium constituit, quod absurdum esse dicit Cuman. *l. cætera* 18 19 20

 §. *sed*

mur in priuilegio naturalitatis concesso per Principem, cuius beneficiũ latè accipitur *l. final. supra de constitut.*
65 *Princ.* Et † ideò cùm concessio sit facta per verba vniuersalia, de omnibus videtur intellectum *l. Iulianus inf. d. l.*
66 *3. & quæ Dec. cons. 128. à n. 1.* Non † obstat tertia d. *l. si filius Cod. de bonis proscripto.* quia respondeo, quod aut tu intelligis literas naturalitatis, fuisse impetratas ab eo, qui in ea terra iam domicilium habebat, & quia hi gaudent illis, quæ iure communi ciuibus competunt, vt *supra probauimus*, vt priuilegium aliquid operetur, debet intelligi de his, quæ originariis competunt, etiam ex priuilegio, *argum. l. 1. ad finem infra ad municip. & cap. si Papa, de priuileg. in 6.* aut intelligis impetratas ab eo, qui ciuis illius terræ adhuc non erat: & dicendum est literas
67 † debere intelligi, etiam de officiis, & beneficiis, quia hæc ex dispositione iuris communis tantùm naturalibus, siue originariis conferri debent, *l. cùm Ecclesiis Cod. de Episcop. & cleric. gl. fin. cap. si proponente de rescriptis, & ibi Panormitan. num. 3.* quod ius corroboratum fuit per statutum illius terræ: quo casu cessat ratio, de qua supra.
68 Et † literæ sunt intelligendæ, etiam de his, qua ratione prædictæ consuetudinis, siue statuti originariis competunt, *Anchar. c. final. in fine & ibi Perus. n. 7. de consuetud. in 6.* & in specie colligitur ex Paul. *consil. 21. col. fin. lib. 1.* & in simili ita respondit Dec. *cons. 128. n. 8.* Quamuis igitur ea, quæ ratione consuetudinis, vel statuti, nouè conceduntur ciuibus originariis non competant ciuibus, alio modo allectis; *Bald. in l. in vrbe in fine supra de statu hominum:* tamen si allecti impetrent literas naturalitatis, etiam illis gaudebunt, vt constat ex supra dictis. Item
69 † literæ naturalitatis, sæpius exteris per Principes conceduntur, vt possint obtinere officia, & beneficia, quæ solis naturalibus concedi debent. Ergo si concessio fiat per verba vniuersalia, etiam ad hæc debent censeri relata: Nam iura specialia, quæ facilè aliis conceduntur, de illis etiam intelligitur concessio, *Aymon. l. 1. n. 102. infra de l. 1.* Denique † quamuis sub clausu 70
la (*quòd quis habeat, quæ habuit alius*) non comprehendantur ea, quæ alius habuit ex speciali priuilegio: *Cyn. & Angel. l. si filius Cod. de bonis proscriptor.* tamen † sub clausula quis censeatur 71
originarius vel residens, omnia ei cõpetunt, quæ quocunque modo originariis, siue residentibus competunt, *Ioan. Andr. cap. fin. col. 2. de consuetud. in 6. & ibi Domin. n. 7. Aret. l. Gallus §. quid si is col. 4. post medium verb. prima conclusio, Dec. cons. 258. n. 6. ad finem.*

Vltimò † in hac materia originis 72
expendenda est *l. 19. titul. 3. lib. 1. ordinam.* quæ etiam in Portugallia hodie obseruanda est ex ordinatione *libr. 2. tit. 55. nouæ recopilationis*, ita vt omnia, quæ hîc traduntur obseruanda in regno Castellæ, pariter hodie in regno Portugalliæ obseruanda sint, de qua notab. agit † Salcedo ad *practicam* 73
criminalem Bernard. Diaz cap. 54. à n. 23. Ex qua lege Castellæ primò collige, quòd si exterus ducat in vxorem mulierem Castellanam, & etiam in Castella contrahat domicilium, & in Castella habitet per decennium, non ob id gaudere potest priuilegiis ordinariis concessis, quamuis quoad alia priuilegia, ciuibus simpliciter concessa, vt eis exterus vtatur, satis sit ducere in vxorem, mulierem originariam, siue naturalem regni animo constituendi in eo domicilium: vt disponit Ordinatio Portugalliæ *lib. 2. tit. 21. antiqua impressionis, & lib. 2. ti 56. nouæ recopilationis*, & colligitur *ex l. si in patria, C. de incolis lib. 10.* & ex traditis

per Cagnol *l.cùm quædam,num.4 supra*
74 *de iurisdictione omnium iudicum.* Item †
quamuis quoad alia priuilegia suffi-
ciat in Castella constituere domici-
lium *l.32.tit.2.partit.3. Auendan.lib.1.*
de exequendis mandatis c.3.num.5.verb.
75 *naturalis autem dicitur*, & in regno †
Portugalliæ sufficiat contrahere do-
micilium in regno, & habitare in eo
per quatuor annos, *Ordinat.libr.2.tit.*
25.§.1.hodie lib.2.tit.56.noua recopila-
tionis.

76 Secundò † collige ex prædicta or-
dinatione *19.tit.3.lib.1.ordinatio.* quòd
vt filij censeantur originarij, siue na-
turales satis est, quòd pater sit origi-
narius regni, vel saltem in eo habue-
rit domicilium, & in eo habitauerit
77 per decénium. Vnde † infertur, quòd
licet constituere domicilium in ali-
qua prouincia, & in ea habitare per
quodcunque tempus, nihil prosit pa-
tri ad naturalitatem consequendam,
vt proximè diximus: tamen proderit
filiis in regno natis, vt censeantur na-
78 turales, siue originarij. Infertur † etiã,
quòd licèt ad constituendum domi-
cilium sufficiat constare de animo
constituendi domicilium verè, vel
præsumptiuè, scilicet per habitatio-
nem decennij, *l.2.cum glos.Cod. de inco-*
lis lib.10.notab.Gregor.l.32.tit.2.partit.
79 *3 verb.diez annos,* tamen quoad † hoc,
vt filij censeantur originarij, non suf-
ficit constare, parentes habuisse ani-
mum constituendi domicilium in
Castella, nisi vlterius accedat habita-
tio decennalis. Et idem in regno Por-
tugalliæ ex ordinatione *lib.2.tit.55.*
80 *noua recopilationis.* Et † expende, quòd
ea lex, dum tantùm considerat origi-
nem paternam, apertè sentit, in hoc
proposito minimè esse consideran-
dam originem maternam, quod etiam
iure ciuili erat constitutum, *l.exemplo*
C.de decurio.lib.10.l.filios C.de municip.&
origina.lib.10.Boer.decis.13.n.9. Quam-
uis † in Francia natus ex matre Fran 81
ca, & marito extero, censeatur natu-
ralis Franciæ, *vt tradit Rebuf.2.tom. ad*
ll.Galliæ tit.de literis naturalitatis glos.1.
num.3.

Tertiò † collige ex prædicta lege à 82
contrario sensu, quòd si Castellanus
transiuit in aliam prouinciam, animo
constituendi in ea domicilium, filius
natus in ea prouincia, non censebi-
tur originarius, siue naturalis Castel-
læ, quantumcunque pater fuerit ori-
ginarius, & naturalis regni Castellæ,
& ad illud postea redeat. Vnde † in- 83
fertur, quòd licèt iure communi filius
natus in alia prouincia, censeatur ni-
hilominus originarius, siue naturalis
prouinciæ, à qua pater originem du-
cit, *Iason cons.77.ad finem libr.3. Syluan.*
cons.1.n.91.& n.101.Gatelian. in memo-
rabilib. verbo statuto cauetur in multis ad
finem,& notab.Gregor.l.5.tit.24 partit.4.
verb.son quatro col.1. Tamen † contra 84
trium obseruabitur in regno Castel-
læ, saltem quoad eum effectum, ne il-
le filius gaudeat priuilegiis origina-
riis siue naturalibus concessis: & fa-
ciunt ea, quæ in simili tradit Gailus
practic.obseruat.lib.2 obseruat.36.n.9. In
† regno autem Aragoniæ si pater po- 85
stea reuertatur ad regnum, recuperat
filius naturalitatem paternam, vt
constat ex foro vnico sub rubro *actus*
curiæ, super filiis regum lib.1.fororum pag.
14. circa quod vide Alexand. *cons.34.à*
n.2.lib.5. & idem hodie in regno † 86
Portugalliæ *lib.2.tit.55.noua recopila-*
tionis, vt supra diximus.

Infertur † etiam, quòd quamuis at- 87
tento iure cõmuni, si Hispanus trans-
ferat domicilium suum in Franciam,
non ob id desinit esse Hispanus, quan-
tumcunque patriam suam deseruerit,
l.pen.supra de senatorib.l.fin.C.de muni-
cip.& originar lib.10.l.3.in principio,in-
fra de muner.& hon & tradit Anch.cons.
37.n.7.Alex.cons.100.n.1.lib.3. Crotus
leg.

leg. si is qui n. 99. infra de vsucap. & eleganter Gregor. l. 5. tit. 24. partit. 4. verb. son quatro colum. 1. quicquid contrarium sentiat glos. *l. in adoptione la primera C. de adoptio. Bald. auth. habita num.* 13. *C.*
88 *ne filius pro patre*, tamen † in hoc nocebit filiis, vt non censeantur Castellani, neque gaudeant priuilegiis originariis concessis, etiamsi ad antiquam patriam reuertantur: Quòd †
89 quidem ante eam legem conditã valdè controuersum erat in Hispania, vt *refert Burgos de pace l. Tauri 3. à n. 176.* vbi tanquam veriorem probat eam opinionem, quã nunc clarissimè prædicta ordinatio secuta est: & eiusdem controuersiæ meminit Gregor. *l. 2. tit. 24. partit. 4. in gl. fin. colum fin.* Et idem in regno Portugalliæ hodie obseruandum est ex dispositione Ordinationis *lib. 2. tit. 55. noua recopilat. vt sup. diximus.*
90 Quartò † ex prædicta *l. ordinamenti*, in sensu directo colligẽdum est, quòd si Hispanus non animo mutandi domicilium, iuerit in aliam prouinciam, vel causa negociandi, vel propter Regis seruitium, & ibi filium susceperit: is filius censebitur originarius & naturalis Castellæ, quòd ante eam legem conditam ita fuisse iudicatum asserit Greg. *l. 2 tit. 24. partit. 4. glos. 5. fin col. 2. ad finem, Salcedus ad practicam Bernar. Diaz c. 54. n 27. ad finem*
91 *& n. 32.* idem statutum † est in regno Aragoniæ in foro vnico *sub rub. actus Curiarum super filiis regum lib. 1. for.* Vn-
92 de † prædictæ ll. videtur probare eam opinionem, quam supra retulimus, quòd filius censetur natus in loco, in quo pater domicilium habet, etiamsi per casum in alio loco nascatur. Sed quia contrarium esse verius & receptius supra ostendimus, consideran-
93 dum est, in nostro proposito † duas esse quæstiones diuersas. Prima est, qualiter is filius considerandus sit habito respectu ad originem paternam. Secunda est, qualiter considerandus sit, habito respectu ad propriam originem, & natiuitatem.

Et † in prima quæstione, procedit 94
prædicta ordinatio, vt licèt in prædictis terminis nascatur extra regnum, tamẽ propter originem paternam consideratur ac si esset originarius eiusdem prouinciæ, à qua pater originem ducit: non autem cõsiderabitur, ac si ortus esset in loco, in quo quo pater in ea prouincia domicilium habebat, vt in simili probatur *l. assump. §. filius in principio infra ad municipal.*

Quoad † secũdam quæstionẽ quan- 95
do agitur de propria origine filij; non habito respectu ad originẽ paternam, tunc censebitur natus in loco, in quo re vera natus est: declarando, vt supra diximus: Vnde † pariter, si pater mu- 96
tet domicilium ad alium locum, qui tamen sit intra regnum, obseruabitur dispositio iuris communis, vt ratione propriæ originis censeatur originarius loci, in quo natus est, & habito respectu ad originem paternam censeatur etiam originarius loci, à quo pater originem ducit, *iuxta l. assumptio in principio infra ad municip. & l. origine Cod. de municip. & originariis lib. 10. Ias. cons. 77. ad finem, lib. 3. & in notab. casu Thomas Gram. decis. 103. n. 113.* Nam † 97
l. 9. tit. 3. libr. 1. ordinam. recedit à iure communi, quando pater, qui mutauit domicilium, & filium suscepit intra regnum, locus erit dispositioni iuris communis, † in specie est decisio Do- 98
minic. *c. 1. §. 4. de vsur. in 6.* quòd non censetur alienigena ille, qui ortus est in diuerso loco ab eo, in quo pater domicilium habebat, quando vtraque terra est immediatè sub eodem dominio, quamuis separatæ sint iurisdictiones, & subscribit Rogerius à Mota *§. 1. huius l. n. 109.* & idem in Portugallia ex dispositione ordinationis *lib. 2. tit. 55. noue recopilationis.*

99 Quinimò † limitanda videtur prædicta l. *ordinamenti*, vt non procedat: si pater mutauerit domiciliū in aliud regnum, postquam iam filium susceperat. Nam is filius nihilominus originatius Castellæ censebitur: cui factum patris in his terminis non potuit præiudicare, neque quoad propriam originem, neque quoad paternam, *arg. l. emancipat. §. fin. supra de Senator.* & in simili tradit Platea *l. priuilegio num. 2. Cod. de decurio. lib. 10.* Et pa-
100 ri † ratione si filius sit natus extra regnum, & tamen antequam pater in eo cōstitueret domicilium, nam cùm tunc censeri debeat secundùm originem paternam, vt significat *dict. l. ordinamenti*, factum patris postea superueniens, filio præiudicare non potuit.

101 Contrarium † tamen nihilominus in vtroque casu tenuit Azeuedus *dict. l. 19. titul. 3. libr. 1. ordinament. n. 3. & 4.* & Salcedus *ad practicam criminalem Bernard. Diaz. cap. 54. num. 27. ad finem* quem vide. Motus ea ratione, quia pater qui mutauit domicilium extra regnum, non censetur Hispanus, *glos. l. si in adoptionem la primera Cod. de adopt. Bald. auth. habita num. 13. C. ne filius pro patre.* Ergo pariter filius in prædictis casibus, non est censendus Hispanus, allegat etiam *l. priuilegio C. de decur. libr. 10.* Ex quo Bartol. & Platea ibi colligunt, quòd licèt quis non possit renunciare priuilegio originis, in præiudicium ciuitatis, à qua originem ducit *l. assumptio in principio ff. ad municipal.* tamen quòd præiudicium illi renunciare potest. *Afflictis decis. 384. n. 10. Boer. decis. 13. n. 44. Gregor. l. 5. tit. 24. partit. 4. verb. son quatro, colum. 2. &*
102 *supra diximus.* Sed † nostra opinio vtroque casu verior est per supra traditam rationem.

103 Non obstant † rationes Azeuedi, nam ad primam respondetur verius, & receptius esse, per mutationem domicilij in quemcunque locum, non amittere quem propriam originem, vel paternam *leg. 3. in principio infra de muner. & honoribus l. penultim. supra de Senatorib. l. final. Cod. de municip. & originar. libr. 10. tradit Anchar. consil. 37. n. 7. & alij supra allegati.* Tantùm enim amittit iura ciuitatis suæ originis, quando eam periclitantem deseruerit, & non iuuit pro viribus. *Bald. l. 2. in fine Cod. de infantibus expositis, Iason l. 1. §. huius study num. 15. supra de iustitia & iure, Boer. decis. 260. num. 34. Hypolit. Riminald. consil. 363. num. 250. lib. 4.*
Et satis † patet ex eo, quòd qui muta- 104
uit domicilium in aliud regnum, sibi præiudicat quoad ei vtilia, nam quoad sibi inutilia, & onerosa, antiquam originem videtur retinuisse, *Alexand. ad Bart. l. eius §. celsus infra ad municip. notab. Bossius in tract. crimin. læsa maiestat. num. 94. & Gregor. l. 5. tit. 24. partit.*
4. glos. son quatro col. 2. Et † regulariter 105
factum siue delictum patris, filiis non præiudicat in prouenientibus à genere, *l. 3. infra de interdictis & relegatis.*

Non † obstat secundò d. *l. priuile-* 106
gio Cod. de decurio. lib. 10. quia responde-
tur, quòd † mutatio domicilij extra 107
regnum, non est actus, per quem propriæ origini, quis videatur renunciasse, vt constat ex *l. infra de muner. & honorib. & l. penult. supra de Senatoribus.* Neque repugnat textus *dict. l. priuilegio*, quia procedit, quando fit actus omnino contrarius origini, quo casu in eo tantùm casu particulari videtur sibi præiudicasse, *vt tradit Platea à n. 1. argum. l. voluntariæ Cod. de excusatione tutorum*, faciunt quæ in simili tradit Panormit. *consil. 62. n. 17. lib. 2.* quæ pariter procedent in regno Portugalliæ ex dispositione ordinatio. *lib. 2. tit. 55. nona recopilationis.*

Vltimò † in hac materia illud me- 108
morandum & memoria tenendum est, quòd illud, quòd vulgo dicitur,

originem

originem propriam, vel paternam esse immutabilem, *l. assumptio in principio infra ad municip.* non est generaliter intelligendum, quoad omnes affectus, sed tantùm quoad certos, qui iure inueniuntur expressi, *vt tradit Nauar. cons. 4. de constit. num. 4. Andr. Gallus practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 36.*
109 *n 7.* Ex quo † infertur, quòd originarius, qui in alium locum transtulit domicilium, non ligabitur regulariter statutis loci originis. Nam prout non subiacet iurisdictioni illius *l. fin. supra de iurisdictione omnium iudicium,* neque etiamsi ligabitur illius statutis iuxta receptam doctrinam, *Bart. l. exigere dotem infra eodem num.* 1. quod ita in eleganti casu concludit Nauar. videndus *dict. consil. 4. de constit.* & Gallus *practic. obseruatio. libr. 2. obseruat. 36. n. 7.* quæ notabilia sunt ad ord. *lib. 2. tit. 55. noua recopilationis.*
110 Infertur † etiam, quòd cùm originarij etiam transferendo domicilium, retineant forum originis, quoad onera, & honores, iuxta commynes traditiones, non censebuntur forenses, siue alienigenæ respectu ciuitatis originis, cùm ei subsint saltem quoad prædicta, & forensis & alieni-
111 gena ille dicatur, qui omnino † subest alterius iurisdictioni siue dominio *l. 1. Cod. de emancipatione liberorum, cap. si clericus laicum de foro competenti, Alex. cons. 34. n. 5. lib. 1.*
112 Et † ideò in materia pœnali, siue odiosa, sub appellatione forensium, siue alienigenarum, non comprehenduntur prædicti originarij, qui quoad prædicta adhuc subsunt propriæ origini, vel paternæ, *Paul. Castr. cons. 89. posset n. 3. lib. 2. & tradit glos. capit. 1. verb. alienigenas, de vsuris in 6. cap. cùm nullus de tempor. ordinat. lib. 6. Gallus practica. obseruat. lib. 2. obseruat. 36. n. 7. Decius cons. 352. post principium, & cons. 661. num. 6. Beroius cons. 173. n. 43. lib. 1.* quem ibi vide à *n. 30.* quæ sunt notabilia † ad declarationem *l. 1. titul. 12.* 113
lib. 4. extrauagantium quæ hodie est *lib. 2. titul. 13. §. 1. noua recopilationis.* Et † 114
maximè prædicta procedunt, si in loco originis adhuc originarius, qui transtulit domicilium, habeat bona, *vt per Socin. in rub. n. 33. infra soluto matrimonio*, & idem in regno Portugalliæ ex ord. *lib. 2. tit. 55. noua recopilationis, vt supra diximus.*

Illud sanè † verum est, quòd dispo 115
sitio loquens simpliciter de ciuibus alicuius ciuitatis, non verificabitur in originariis, qui in ea ciuitate non habent domicilium, sed in originariis, qui in ea habent domicilium, vel in ea alia ratione degunt, iuxta traditionem gl. *c. statuimus §. cum verò vnam dietam ad medium, de rescript. in 6.* & eleganter comprobat Bald. *in rubr. à n. 2. Cod. si à non compet. iudice,* & in eleganti casu tradit Nauar. videndus *cons. 4. à n. 4. de constitut. Menochius de præsumptio. lib. 6. præsumptio. 42. à num. 7. Hyppolitus Riminald. consil. 363. n. 245. lib. 4.* Et † ideò prædicti originarij, ex- 116
tra locum originis habitantes, non obtinebunt ea priuilegia, quæ obtinent veri originarij, ibi habitantes, *vt tradit Alexand in additio. ad Bart. l. eius §. celsus, infra ad municip. Bossius in practica criminali tractatu de crimine lesa maiestat. n. 64.* quem vide. Et hæc satis in hac materia.

L. Hæres absens, §. apud Labeonem ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Collegit, quod non solùm qui conuenitur in loco, in quo contraxit, sed etiam in loco, in quo institor per eum constitutus contraxit.*

2 *Contractus per institorem factus perinde habetur, ac si ipse dominus* in

in dicto loco contraxisset.

3 *Generale est, nil interesse, quid fieri per propriam personam, vel per procuratorem eius nomine contrahentem.*

4 *Alienatio facta per minorem valet, si iuramento sit confirmata.*

5 *Alienatio facta per procuratorem minoris, cui potestas fuit concessa ad curandum, etiam valet.*

6 *Mercator, qui certo loco mensã habebat, tenetur ibi se defendere, nec auditur, si alleget extra locũ mensæ habere libros rationum, quos cogendus est suis sumptibus, & periculo ad locum mensæ offerre, & idem dicendum est, si per institorem contraxit.*

7 *Ampliat conclusionem, vt non solùm dominus mensæ teneatur in eo loco se defendere, sed ab ipsa mensa possit conueniri ad solutionem debitorũ.*

8 *Mensa mercatorum tanquam quoddam corpus fictũ, & vniuersale debitis soluendis videtur obnoxium.*

9 *Reprobat proximam ampliationem.*

10 *Docet, Doctores communiter intelligere dominum mensæ posse conueniri in loco, in quo mensam habet dummodo ibi reperiatur.*

11 *Respondet ad l. cum prætor §. mensa inf. de leg. 2.*

12 *Ampliat secundo text. procedere non solùm in institore, sed etiam in negotio gesto per particularem procuratorem.*

13 *Refert Dec. contrarium tenentem.*

14 *Ampliationem vt veriorem probat, & respondet ad l. eum qui, Cod. si certum petatur, pro contraria parte allegata.*

15 *In dubio, qui contrahit cum procuratore contemplatione domini, & eius nomine contrahere videtur.*

16 *Tradit, quòd si dominus constituens procuratorem, erat prouincialis, & sic absens illum constituit, tamen pro contractibus istius institoris conuenietur dominus, & non institor.*

17 *Reprobat dictum Paul. Castrens. l. 1. §. exercitorem, n. 4. infra de exercitor. actioni.*

18 *Docet ex hac doctrina ampliari celebrem decis. text. l. fin. inf. de institoria actione.*

19 *Actiones actiuè institorum domino queruntur ex prædictorum persona absque alia cessione.*

20 *Mandans non conuenitur in loco, in quo mandatum dedit, sed in loco, in quo mandatum executioni mandatur.*

21 *Mandans delictum committi non accusabitur, nisi in loco, in quo delictum commissum fuit.*

22 *Mandans delictum committi, remittendus est ad locum, in quo delictum executum fuit, quia ibi dicitur perfectum delictum.*

23 *Mandans delictum committi non poterit accusari in loco, in quo mandatum dedit.*

24 *Refert contrariam opinionem, & eius fundamenta.*

25 *In delictis attenditur initium, & non finis.*

26 *Priorem opinionem, vt veriorem approbat, & optimo fundamento confirmat.*

27 *Respondet ad rationes in contrarium adductas.*

28 *Quando executio delicti habet se ad inchoationem per modum continuationis, tunc attenditur inchoatio.*

29 *Declarat in quibus terminis procedat traditio gl. l. vnica, Cod. vbi de possessione agi oporteat.*

30 *Propter mandatum quis nõ punitur, nisi ratione illius delictum sit commissum & executum.*

31 *Subsequuto delicto tenetur mandans immediatè propter delictum cõmissum, & mediatè propter madatum.*

32 *Insinuat de materia huius text. tractare notabiles quæstiones Doctorum, quos ibi tradit.*

Ex

1 EX hoc † text. cùm Bald.
Paul.& Iacobin,*hic n.*1.col-
ligendum eſt,quòd non ſo-
lùm quis conuenitur in lo-
co,in quo contraxit, ſed etiam in lo-
co,in quo inſtitor per eum conſtitu-
2 tus † contraxit, quia contractus per
inſtitorem factus,perinde habetur,ac
ſi ipſe dominus in dicto loco contra-
xiſſet: extollit Roman. *ſingular.* 240.
Cremens ſingulari 77. *Boer. deciſ.*114. *in*
principio,& Stracha de mercatura tit.quo-
modo in cauſis mercatorum procedendum
3 *ſit,num.*21. Generale † enim eſt, nihil
intereſſe,quid fieri per propriam per-
ſonam,vel per procuratorem eius no-
mine contrahentem, *c.qui per alium,de*
regul. iuris in 6. *l.*1. §. *deiicitur, infra de*
vi armata,c. mulieres §. *final. de ſententia*
4 *excommunic.* Vnde† prout valet aliena-
tio facta per minorem, ſi iuramento
ſit confirmata, *authen. Sacramenta pu-*
5 *berum,Cod.ſi aduerſus venditionem,* ita †
etiam, & valet facta per procurato-
rem minoris, cui poteſtas conceſſa
fuit iurandi in animam minoris,*gloſ.*1.
in fine cap. 1. §. *item Sacramenta de pace*
*iur.firmand.recepta,vt per Socin.conſ.*239.
6 *n.*5.*lib.*2. Similiter † prout mercator,
qui certo loco menſam habebat: te-
netur ibi ſe defendere, neque audi-
tur,ſi alleget extra locum menſæ, ha-
bere libros rationum, ſed cogendus
eſt ſuis ſumptibus,& periculis afferre
illos,ad locum menſæ,*l.prætor ait* 9.*fin.*
ſupra de edendo, & ibi gloſ. & Paul.l.ar-
gentarium in principio infra eodem, Stra-
cha de mercatur. tit. quemadmodum in
cauſis mercatorum procedendum ſit n. 19.
idem etiam obſeruabitur, ſi per ſe
non contraxit,ſed per inſtitorem, *Ro-*
ger.à Mota §.1.*n.*47.*ſupra hac l.*
7 Ampliabis autem concluſionem †
huius textus, vt non ſolùm dominus
menſæ teneatur in eo loco ſe defen-
8 dere, ſed & ipſa menſa poteſt † con-
ueniri ad ſolutionem debitorum: quia
ipſa menſa, tanquam quoddam cor-
pus fictum,& vniuerſale, debitis ſol-
uendis videtur obnoxium,*l. cum pater*
§.*menſa infra de leg.* 2.*& ita Bald.conſil.*
74.*quandoque quæritur, ad finem libr.* 5.
quod & ſentit Paul. §.1.*numer.*7.*verſ.*
vltimo quæro ſupra hac leg. & ſubſcribit
*Stracha vbi ſupra n.*22.
Sed † non placet hæc ampliatio, 9
quia eſt contra mentem huius textus,
qui ſignificat, dominum menſæ eſſe
conueniendum, non autem ipſam
menſam. Item † Doctores commu 10
niter intelligunt dominum menſæ
poſſe conueniri in loco, in quo men-
ſam habet, dummodo ibi reperia-
tur, *Paul. & Iacobin. hic numer.*1. *Cre-*
mens, ſingulari 77. *Boer. deciſion.* 114.
in principio, quæ declaratio inutilis
redderetur, ſi eſſet verum, menſam
ipſam conuenire poſſe: cùm ea ſem-
per in loco præſens ſit, & reperiatur.
Neque † obſtat *leg. cum pater* §. *men* 11
ſæ infra de leg. 2. Neque enim probat
menſam conueniri, ſed potius quòd
ſuccedens in ea: tanquam ſucceſſor
vniuerſalis, tenetur ſoluere debita,
ratione menſæ contracta, & in ea
fiet executio, & in ſubſidium in aliis
bonis debitoris, vt *explicat Paul. leg.*
hic quæritur §. *poteſt autem n.* 5.*infra de*
peculio.
Amplia † ſecundò vt is textus non 12
ſolùm procedat in inſtitore, qui pro-
ponitur negociationi vniuerſali, *iux-*
ta notat. leg. ſi inſtitorem, ſupra ſi certum
petatur. Sed etiam in negotio geſto,
per particularem procuratorem, quia
eadem militat ratio. Et ita pro con-
ſtanti tenent Paul. & Iacobin.*hic Cre-*
mens ſingul. 77. Contrarium tamen † 13
tenet Dec. *conſ.* 510. *num.* 5. *ad finem,*
reſoluens textum iſtum non proce-
dere in procuratore particulari, per
textum *l. eum qui C.ſi certũ petatur.* Sed
noſtra † ampliatio verior eſt,pro qua 14
eſt textus *leg. Iulianus* §. *ſi procurator*
ſupra

supra de action empt. Neque obstat d. l. *eum qui C. si certum petatur*, quia procedit, quando contrahens cõtraxit cum
15 procuratore, contemplatione † personæ illius, & non contẽplatione domini. Sed in dubio videbitur contraxisse cum procuratore contemplatione domini, & eius nomine, & ideò meritò dominus pro eo contractu conueniri potest, *Alciat. de præsumptio. regul. 1. præsumptio. 24.*

16 Vlterius est expendendus is † textus, dum probat, quòd si dominus constituens istum procuratorem erat prouincialis, & sic absens illum constituit, tamen pro contractibus istius institoris, conuenietur dominus, &
17 non institor. Vnde † videtur textus contra Paul. Castrens. *l. 1. §. exercitorem num. 4. infra de exercitoria actio.* dum existimat, institorem constitutum per absentem, obligari pro contractibus per se celebratis: nam contrarium sentit is textus expensus, vt supra, & aduertit Decius *cons. 510. in fine*, & ad
18 hunc † modum debet ampliari celebris decisio text. *l. final. infra de inst. act.* quam extollit Angel. *l. eandem n. 4. inf. de duobus reis* & eleganter explicat idem Angelus *l. si se non obtulit in principio n. 4. inf. de re iudicat.*

Tertiò amplia conclusionem huius textus, vt prout dominus ex prædictorum persona obligatur, & con-
19 ueniri potest: ita † etiam, & actiones actiuæ domino quærentur ex prædictorum persona, absque alia cessione, quod videtur textus *l. Iulianus §. si procurator supra de actio. empt. tradit Capella Tholosan. quæst. 152.* vbi Aufrerius in additione allegat notab. distinctionem Bald. *l. cum per eos C. si quis alteri, vel sibi*, quem vide.

20 Præterea † & ex isto textu, cum Alber. hîc colligendum est, quòd quis non conuenitur in loco, in quo mandatum dedit, sed in loco, in quo mandatum executioni mandatur: nam dominus erat in prouincia, cùm institorem constituit, & tamen ratione mandati in prouincia conuenitur, sed Romæ, vbi institor ex eius mandato negotium gessit. Ex quo infert idem Alber. quòd si quis mandauit delictum † committi in alio loco, non ac- 21
cusabitur vbi mãdauit, sed in loco, in quo delictum commissum fuit, & sic in quo mandatum habuit executionem, *subscribit Lancelotus Dec. hic, & Iacobin. n. 3. Stracha. de mercat. tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit, n. 28. & plures relati per Duenh. regul. 78. num. 3. & elegans doctrina Bart. l. si vt proponitur num. 2. infra de fideiussor.* & ideò † mandans delictum com- 22
mitti, à loco in quo mandauit, remittendus est ad locum, in quo delictum executum fuit, quia in eo propriè dicitur perfectum delictum, & in specie tradit Guid. Papæ *decis. 104. Auend. respon. 40. num. 5. ad finem, Ant. de Math. de prorogatione iurisdictionis n. 72. vers. 3. procedit.* Ex † quorum omniũ men- 23
te colligitur, quòd non poterit accusari in loco, in quo mandatum dedit, cùm ibi non dicatur delictum commisisse, & expressit Lancelot. Dec. *hic*, & resoluit receptum Iulius Clar. in *praxi criminali §. fin. quæst. 38. n. 6.*

Contrariam tamen † opinionem, 24
imò quòd in loco, in quo mandatum dedit, possit etiam accusari, ex mente glos. deducit Paul. Castrens. *l. vnica Codic. vbi de possessione agi oporteat*, & subscribit Curt. Iun. *hic num. 3. per l. 1. Codic. vbi de crimine agi oporteat* ibi (*inchoata.*) Et facit pro illis, quia † in de- 25
lictis attenditur initium, & non finis *l. qui cùm maior §. sed minor infra de bon. libert. l. quòd ait lex §. quòd ait infra, de adulter. prosequitur Hyppolit. in l. vnica à n. 112. Cod. de raptu virginum.*

Non † est tamen recedendum à 26
prima sententia: prout enim si quis contrahit

contrahit in vno loco, & executio in alio fieri debet, non sortitur forum in loco, in quo verba contractus proferuntur, sed in loco, in quo debet fieri executio *l. 3. infra de bonis auth. iudicis possidend. l. contraxisse infra de actio. & obligatio.* Ergo idem recipiendum est in delictis *l. omnem cum gl. infra eodem,* & ita in delictis in loco mandati quem accusari non posse, tenet Panormit. *cap. final. num. 27. de foro compet. & ibi Felin. numero decimoquinto, Marian. cap. postulasti num. 5. eodem titul.* quibus adde Bald. videndum *l. final. numero decimoseptimo Codic. si à non compet. iudice.*

27 Neque † obstant rationes adductæ in contrarium, quia locum habent,
28 quando † executio delicti habet se ad inchoationem, per modum continuationis: tunc enim verum est attendi inchoationem *dict. l. 1. Cod. vbi de crimine agi oporteat,* vt eleganter declarat Bart. *l. quod ait lex §. 1. num. 1. infra de adulter.* & exempla proponit Panormi. *cap. final. num. 25. & ibi Felin. num. 6. & latius num. 16. de foro competenti, idem Felin. cap. 1. num. 13. de præsumptio. & Antonius de Math. de prorogatione iurisdictionis num. 72. vers. sed vbi, Iulius Clarus in praxi criminali §. final.*
29 *quæst. 38. num. 9.* In quibus etiam † terminis procedit traditio glos. *vnica C. vbi de possess. agi oporteat,* ex qua Paul. ibi malè collegit conclusionem generalem, de qua supra. Cæterùm regulariter executio mandati non habet se ad inchoationem per modum continuationis: vt de se patet, & ideo
30 non subsistit † argumentum, & maximè quia propter mandatum, quis non punitur, nisi ratione illius delictum sit commissum, & executum *l. si quis vxori §. neque verbo infra de fur-*
31 *tis,* subsecuto autem delicto † tenetur mandans immediatè propter delictum commissum, & mediatè propter mandatum *Bart. l. vt proponitur num. 2. infra de fideiussor. & l. non solùm §. mandato num. 9. infra de iniurys, & Iulius Clarus in praxi criminal. §. final. quæst. 89. num. 3.* quibus adde Guid. *decisione* 104. Ergo cum mandatum non sit causa immediata punitionis, non debet attendi, quando agitur principaliter de puniendo delicto commisso, iuxta regul. *l. socium qui §. 1. infra pro socio* & doctrin. glos. *cap. de cætero, de homicid.* & in materia huius text. vide notabilem quæstionem tractat. per † Baptistam *l. 1. num. 128.* 32
Codic. de Summa Trinitate, quam refert Strach. *de mercatura titul. quomodo in causis mercato. procedendum sit, num. 26.*

L. Hæres absens, §. fin. ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Colligit ex text. duo notabilia.*
2 *Agit de primo notabili, & conclusionem in eo proponit.*
3 *Agit de secundo notabili, & eius conclusionem refert.*
4 *Quærit de ratione dubitandi huius text. & eam tradit.*
5 *Tradit rationem dubitandi, quod attinet ad primam conclusionem.*
6 *Filius contractus, qui videtur induci ex collatione solutionis in alium locum, non debet obumbrare veritati negotij gesti.*
7 *Tradit in confirmationem argumentum de legato speciei in certo loco præstando.*
8 *Refert per prædictas rationes contrariam conclusionem primæ, de qua numero secundo tenuisse Lancelot. Dec. & alios, quos ibi refert.*
9 *Tradit rationem dubitandi ad secundam conclusionem, de qua num. 3.*
10 *Qui promittit aliquo certo loco soluere, tacitè videtur velle, quod in nullo alio conueniatur pro prædicta solutione.*

11 *Docet contrarium illis conclusionibus determinare Iureconsultum in præsenti, & ad rationes dubitandi respondet.*

12 *Respondet ad primam rationem, & ostendit verius, & receptius esse contrarium.*

13 *Respondet ad rationes Lancelot. & Decij, de quibus num. 8.*

14 *In delictis puniendis non consideratur mens partium, sed iuris dispositio.*

15 *In contractibus mens partium principaliter consideratur, quæ collata solutione in alium locũ, videtur fuisse, vt in loco contractus non sortiretur contrahens forum.*

16 *Respondet ad secundam rationem, & ostendit d l.contraxisse, vltra fictionem multum habere veritatis.*

17 *Respondet ad tertiam rationem.*

18 *Actio arbitraria quæ competit, si in alio loco soluatur, habet locum tam in fauorem debitoris, quam creditoris.*

19 *Respondet ad vltimam rationem, & ostendit illud argumentum de solutione legati, multum differre ad nostram conclusionem.*

20 *Refellitur ratio dubitandi circa secundam conclusionem.*

21 *Examinat quæstionem, vtrum qui promisit in certo loco soluere, possit conueniri in quocunque loco reperiatur, habito respectu ad interesse partium.*

22 *Refert iura & Doctores, qui partem affirmatiuam tenent.*

23 *Ostendit verius & receptius esse contrarium.*

24 *Respondet ad rationem dubitandi supra relatam, quam latè ampliat.*

25 *Declarat ad explicationem Imol. l. de qua, num. proximo, addendum esse procedere, quando contrahens conuenitur in loco domicilij.*

26 *Licèt debitor fuerit in mora soluendi in loco conuento, si tamen cogatur in alio loco soluere, non obstante mora habebitur respectus ad interesse.*

27 *Virum in creditore moroso debeat haberi respectus ad eius interesse, si in alio loco debeat fieri solutio, explicat remissiuè.*

28 *Actioni arbitrariæ, in qua venit interesse, tunc locus est, quando exprimitur certus locus, in quo debeat fieri solutio, secus si simpliciter contrahat.*

29 *Quando contrahitur in certo loco, & non exprimitur, quòd in eo fiat solutio, tacitè videtur permissum, vt soluatur in quocunque loco congruo, in quo reperiatur.*

30 *Docet in casu huius text. locum esse arbitrariæ, & contrahentem conueniri posse in domicilio, & in loco originis propriæ, vel paternæ, si ibi reperiatur.*

31 *Incipit tractare de foro domicilij.*

32 *Domicilium est præcipua causa iurisdictionis passiuæ.*

33 *Domicilium est proprius, & naturalis forus.*

34 *Domicilium est fortius & potentius altero cuiuscunque foro.*

35 *Valida est consequentia: Habet quis domicilium in certo loco, ergo ibi forum sortitur.*

36 *In domicilio quilibet conueniri potest pro contractibus alibi gestis.*

37 *In domicilio quis conueniri potest, etiamsi ibi non reperiatur: quamuis contrarium sit in alijs quibuscunque foris.*

38 *In foro domicilij proceditur aduersus absentem ad omnimodam executionem, & condemnationem.*

39 *In alijs foris non dicitur quis simpliciter subditus, sed tantum censetur subditus quoad effectum, vt in illis conueniatur si ibi reperiatur.*

40 *Ratione domicilij quis dicitur simpliciter subditus, & si fiat mentio de subdito simpliciter, intelligitur de subdito*

dito ratione domicilij.

41 *Forus domicilij tanquam fortior, & magis naturalis, præfertur foro originis, & alij cuicunque.*

42 *Habens domicilium in loco ad onera ciuitatis, insolidum tenetur, non sic si tantum habeat bona in eo loco, is enim magis tanquam forensis considerabitur.*

43 *Argumentatur proximam resolutionem ex foro originis, quod fortior videtur.*

44 *Concordiā ad dictas opiniones assignat.*

45 *Ad effectum, vt quis conueniatur, docet, fortiorem esse forum domicilij.*

46 *Vbi fit mentio de domicilio, intelligitur de domicilio habitationis, & non originis quamuis domicilium etiam originis dicatur.*

47 *Si fiat mentio de Florentinis, intelligitur de illis, qui tales sunt ratione habitationis, non verò originis.*

48 *Si fiat mentio de his, qui sunt in diœcesi, intelligitur de his, qui ibi sunt ratione habitationis, & non originis.*

49 *In his, in quibus persona est in consideratione, semper magis inspicitur domicilium respectu incolatus quam ratione originis, nisi subiecta materia aliud suadeat.*

50 *Assignat aliam rationem prærogatiuæ domicilij.*

51 *Refert traditionem Pauli, quòd licèt in contractibus non sit locus remissioni, tamen iudex domicilij potest petere, vt absens ad se remittatur, & eius resolutionis ratio traditur.*

52 *Reprobat dictam Pauli traditionem, & ostendit procedere non posse.*

53 *Respondet ad rationem Pauli prædicta resolutione traditam.*

54 *Respondet ad legem consentaneum, C. quomodo & quando iudex, & ad id text. expendit, & de eius intellectu agit.*

55 *Quando lis non est contestata, non transfertur possessio, nisi per annum.*

56 *Declarat, quia tantum colligendum sit ex dict. l. consentaneum.*

57 *Declarat etiam, quomodo debeat intelligi illud quod tradit Bald. propter nimiam contumaciam rei, etiam in contractibus debitorem capi posse & remitti.*

57 *Debitor etiam nimium contumax pro debito capi non potest, si bona habeat, antequam in bonis fiat executio.*

58 *Colligit, quòd in veris terminis legis consentaneum, cùm agatur de rei vendicatione, nunquam procedetur ad capturam personæ.*

59 *Colligit etiam, quòd licèt vulgò existiment Doctores in dict. l. consentaneum, poni tria remedia diuersa aduersus contumacem, verius est duo tantum proponi.*

60 *Exponit, quomodo legenda sit littera dict. l. consentaneum.*

61 *Pro constanti præsupponit, quo quis possit habere domicilium in duobus diuersis locis.*

62 *Præsupponit etiam, quòd in his terminis illud domicilium, quod est principalius, debet esse in consideratione.*

63 *Quibus præsuppositis excitat quæstionem, si quis habeat domicilium in loco originis, in quo rarò habitet, & habeat domicilium, in quo frequentius habitet, quodnam istorum domiciliorum censeatur principalius.*

64 *Refert Doctores, qui tenent domicilium originis censeri principalius.*

65 *Refert Doctores, qui domicilium, in quo quis frequentius habitat censent principalius, ac ob id præferendum.*

66 *Tradit concordiam ad dictas opiniones.*

67 *Hac casu concurrunt duo vincula, scilicet domicilium, & origo, & ideo veniunt præferenda.*

68 *Tradit elegantem resolutionem in hac materia, quando pater retinuit,*

domicilium in loco originis, & aliud accumulauit, in quo sit natus filius.

69 Refert pro eadem parte elegantem traditionem Panormitani, cap. dilectus num. 6. de rescript.

70 Forus domicilij simplici voluntate mutari potest, & extingui: quilibet enim illud ad libitum mutare potest, quo mutato in loco antiqui domicilij amplius conueniri non potest.

71 Impugnat proximam resolutionem ex l. domicilium, infra ad municipalem.

72 Refert Bart. cõcordiã ad has opiniones.

73 Impugnat dictam concordiam, dum Doctores præsupponunt, quòd sola voluntate domicilium constitui potest, quod verum non est.

74 Prout ad mutationem domicilij factum est necessarium, ita & illud necessarium videtur ad constituendum domicilium.

75 Respondet ad ea, quæ contra Bart. tradita sunt à num. 73.

76 Sola possessio domus, vel sola habitatio arguit, domicilium esse constitutum nec faciat quem subditum censeri.

77 Habenti bona in territorio non possunt imponi onera tanquam subdito, nec is tenetur præstare iuramentum fidelitatis.

78 Qui declarat domum possidere, vel in loco habitare animo constituendi domicilium, illud censebitur constitutum, etiam alibi haberet maiorem partem fortunarum.

79 Declarat, quo casu Bart. dixerit, domicilium constitui sola voluntate, & quomodo id intelligi debeat.

80 Declarat, quid dicendum, quando non constat de prædicti animi declaratione, & tamen quis transtulit familiam in loco habitationis.

81 Declarat item, quomodo reuocatio domicilij probetur.

82 Adducit declarationẽ materiæ elegãter traditã per Aretinũ cõsil. 135. n. 1.

83 Declarat, quod supra dicta procedunt in dubio, secus si quis expresiè declarauerit se velle domicilium transferre in alium locum, etiamsi in prima habitatione reliquerit familiam, & bona.

84 Expressum facit cessare tacitum.

85 Colligit conclusionem contra id, quod verba Doctorum videntur sonare, scilicet sola voluntate mutatum censeri domicilium.

86 Adducit in probationem conclusionis text. l. eius qui §. final. in principio, infra ad municipal. de cuius intellectu latè agit.

87 Declarat quomodo sit explicandus Bart. l. prædia §. 1. in fine inf. de fundo instructo.

88 Notat etiam ex prædicta resolutione explicari Ordin. Portugal. lib. 2. titul. 56. §. 1.

89 Declarat etiã tradita per Marianum cap. final. num. 25. de foro competenti, vbi quærens, quæ sint necessaria ad constituendum domicilium, duas refert opiniones.

90 Refert primam opinionem ex dicto Mariano.

91 Refert secundam opinionem ex eodem.

92 Tradit ex dicto Mariano, quòd ad constituendum domicilium requiratur animus, & factum significatiuum constitutionis domicilij.

93 Reprobat proximam resolutionem, & ostendit, verius esse solum animum constituere domicilium, quod latè probat.

94 Addit quod is animus debet esse fixus, & firmus permanendi in eo loco, nisi causa superueniat de nouo, propter quam animum mutet.

95 Docet, quòd si quis fuerit in loco propter aliquod negotium eo animo, vt eo finito redeat ad antiquum domicilium, non ob id in eo loco censebitur constituisse domicilium.

96 Refert in confirmationem elegantem resolutionem

resolutionem Paul.Castr.cons.395. ad finem lib.2.

97 *Si iudex temporalis sit in loco cum bonis, & familia, non dicitur tamen in eo constituisse domicilium.*

98 *Si Castellanus moratur in castro cum vxore, & familia, etiam vltra decennium, non dicitur in castro constituisse domicilium.*

99 *Quando constat, quem non habere animum perpetuum manendi in loco nullo vnquam tempore videtur in eo constituere domicilium.*

100 *Impugnat dictam resolutionem Alciat. ex Menoch. & iuribus, de quibus ibi.*

101 *Defendit opinionem Alciati, & ad rationes in contrarium adductas respondet.*

102 *Explicat l.ciues, Cod. de incolis, lib. 10. & de eius intellectu agit.*

103 *Tradit intellectum ad l.2. Cod. de incolis lib.10.*

104 *Scholaris qui perseuerauerit in studio vltra tempus consuetum, in dubio præsumitur id fecisse animo constituendi domicilium in loco studij.*

105 *Quando constiterit, scholarem non habuisse animum perpetuò ibi manendi, sed finito studio rediret in patriam, nullo tempore censebitur in loco studij domicilium constituere.*

106 *Reprobat traditionem Parif.consil.12. à num.20.lib.3.*

107 *Refert casum, in quo saluari possit traditio Parisij, & aliorum.*

108 *Inducit ad probationem proxima resolutionis text. in dict.l.2.Cod.de incolis, lib.10.*

109 *Præsumptio insurgens ex habitatione decennali, tanquam fortior, excludit aliam præsumptionem contrariam, quæ colligitur ex qualitate persona.*

110 *Tradit intellectum ad l.2. Codic. vbi Senatores, vel clarissimi.*

111 *Tradit ex Panormitano, quem posse cōueniri in loco assiduæ cōuersationis, etiam pro contractibus alibi gestis.*

112 *Refert contrariam opinionem.*

113 *Sola habitatio in loco non inducit domicilium, neque subiectionem.*

114 *Inducit etiam pro hac opinione §.proinde, supra hac lege.*

115 *Opinionem contrariam n.112. probat, & ad argumenta opinionis, de qua num.111. respondet.*

116 *Respondet ad l.2. C. vbi Senatores, vel clarissimi.*

117 *Agit de vna litera dict.l.ciues.*

118 *Agit de altera litera dict.l.ciues.*

119 *Declarat, quid secundum hanc literam secundam probetur in dict.l.secunda.*

120 *Refert, quid secundùm hāc secundam literā colligat ex hoc text. Marian.*

121 *Docet, quòd ex eo, quòd quis habet maiorem partem bonorum in loco, censetur ibi domicilium constituisse.*

122 *Item declarat quòd hac coniectura non sufficiat, si in alio loco habitet, nisi in loco, vbi maiorē partem bonorum habet, assiduè conuersetur.*

123 *Ex proximis illationibus declarat dict.l.2. quo casu procedit.*

124 *Respondet ad l.2.Cod.vbi de crimine agi oporteat.*

125 *Respondet ad cap.quod clericis, de foro competenti.*

126 *Replicat responsioni, & replicæ satisfacit.*

127 *Ex hac opinione ita defensa tradit verum esse dictum Cyn. l.2. C. vbi Senatores, vel clarissimi.*

128 *Infert etiam ad dictum Bart. in §. proinde in fine, supra hac l. quod verum esse probat.*

129 *Assidua conuersatio excludit ignorantiam forensis, vt non possit excusari à pœnis statutorum.*

130 *Assidua conuersatio illud etiam operabitur, quòd licèt officialis temporalis nō prohibeatur mutuū accipere à non subditis, illud etiā non poterit*

accipere à non subditis, qui ibi diu conuersantur quantumcumque domicilium in prouincia non habeant.

1 EX isto † textu duo notabilia
2 colligenda sunt: Primum † est, quòd si quis contraxit in prouincia, & in alium locum contulit solutionem, pro eo contractu non poterit in prouincia conueniri, sed tantùm in loco, in quem collata est solu-
3 tio. Secunda est, quòd † etsi contulit solutionem in Italiam, poterit nihilominus conueniri in loco proprij domicilij, quod in prouincia habebat. De vtraque conclusione agemus.

4 Et † antequam id aggrediamur, non est omittendum, quòd Curr. Iun. §. *præced. num.* 41. quærit, quæ fuerit ratio dubitandi in hoc textu? Et nihil concludens adducit: sed facilè
5 respondetur, quòd † in prima conclusione ratio dubitandi processit ex eo, quòd si quis contraxit in prouincia, & in alium locum contulit solutionem, poterit nihilominus pro contractu in prouincia conueniri, vt videtur colligi *ex l. vnica cum glos. Cod.*
6 *vbi de possessione agi oporteat*, quia † fictus contractus, qui videtur induci ex collatione solutionis in alium locum, *l. contraxisse infra de actio. & obligat.* non debet obumbrare veritatem negotij gesti, *argum. l. in rebus* 30. *Codic. de iure dotium, & l. filio quem pater infra de liber. & posth.* eo maximè, quia destinatio solutionis, fit in fauorem creditoris: quia eius intererat solutionem recipere in loco expresso. Quod igitur in fauorem inducitur, non debet in odium retorqueri, *l. quod fauore, Codic. de legibus.*

7 Denique † si testator legauit speciem præstandam in certo loco, hæres in eo loco conueniri potest, & præterea in loco, in quo fuerit maior pars hæreditatis *l. quod legatur infra eodem*, quia & ibi videtur quasi contrahere cum legatariis, §. *hæres inst. de obligat. quæ ex quasi contractu.* Ergo idem videbatur dicendum in nostro casu, & quod magis est, per † prædictas ra- 8
tiones contrariam conclusionem primæ conclusioni huius text. constituit, & probauit Lancelot. Dec. hic, cuius rationes ante eum expressit Salycet. *l. vnica num.* 4. *Codic. vbi conueniatur qui certo loco*, quod etiam videtur sensisse glos. *l. eum qui* §. *Iulianus supra, de constit. pecun.*

Quatenus † autem pertinet ad se- 9
cundam conclusionem, ratio dubitandi ex † eo insurgit: qui promittit 10
aliquo certo loco soluere, tacitè videtur velle, quod in nullo alio conueniatur pro prædicta solutione, iuxta regul. *l. cum prætor supra eodem*, & agnoscit Iureconsult. *l.* 1. *infra de eo quod certo loco.* Ergo nec in loco proprij domicilij, pro ea solutione conueniri poterit.

Contrarium † nihilominus deter- 11
minat Iureconsult. *in hoc* §. *vtroque casu*, imo quod, qui contraxit in prouincia, & in alium locum contulit solutionem, ratione contractus non poterit conueniri in prouincia, *vt hic notat glos. Paul. & Iacobin.* & quod nihilominus pro eo poterit conueniri, in loco proprij domicilij, quod habebat in prouincia. Et ad rationes dubitandi † supra relatas facilè re- 12
spondetur: Nam ad primam respondetur verius, & receptius esse, quod ille, qui contrahit in certo loco, & in alium destinauit solutionem, non potest conueniri in loco contractus, sed tantum in loco destinatæ solutionis, vt clarè præsupponit is textus *& l.* 3. *infra de bonis auth. iudic. possid. l. quæro, & ibid. Bart. n.* 2 *infra de solutio.* & probant gl. Paul. & Iacobin. *hic glos.* 1. *l.* 1. *supra de eo qui certo loco, & ibi Iason. n* 4 & latè probauimus §. *proinde supra hac. l.*

Neque

13 Neque † rationes Lanceloti & Decij obstant: nam prima dict. *l. unica cum gloss. Codice ubi de possessione*
14 *agi oporteat*, refellitur ex eo: qui † procedit in delictis, in quibus puniendis non consideratur mens partium, sed iuris dispositio: ac proinde in loco delicti quis punitur, quantumcunq; res cuius respectu & contemplatione commissum est delictum, sit
15 sita in alia prouincia. Nos autem † agimus de contractibus in quibus mens partium principaliter consideratur, quæ collata solutione in alium locum, videtur fuisse, ut in loco contractus non sortiretur contrahens forum, ut est expressum *l. 3. infra de bonis auth. indic. & l. contraxisse, infra de actio & obligat.*

16 Neque etiam obstat † secunda ratio, quia decisio dict. *l. contraxisse*, licèt aliquid fictionis videatur continere, multum tamen veritatis habet, scilicet voluntatem partium volentium, non posse agi de solutione, nisi in loco, in quem fuit destinata solutio, & ideò hæc fictio plurimũ etiam veritatis videtur obtinere, scilicet voluntatem partium tacitè volẽtium, non posse agi de solutione, nisi in loco, in quem fuit destinata solutio, & ideò hæc fictio multam mixturam veritatis habens prævalet, ut aduertit Bald. *l. multum interest num. 12. Codic. si quis alteri*, *Ruinus l. Gallus §. & quid si tantum in additio. num.* 34. Et est vera responsio, quidquid aliter respondeat Salicet. *l. unica num.* 4. *Codic. ubi conueniatur qui certo loco.*

17 Non † obstat tertia ratio, quia non est verum, quod conferre solutionem in certum locum, semper fiat in fauorem creditoris: Nam potest etiam fieri in fauorem debitoris, qui in loco
18 facilius † soluere poterit, & ideò actio arbitraria, quæ competit, si in alio loco soluatur, habet locum tam in fauorem creditoris, quàm debitoris, *l. 2. infra de eo qui certo loco.*

Non † obstat etiam ultima ratio: 19
Nam reiectis responsionibus Curtij Iun. §. *praced. num.* 5 clarè respondetur, quòd quasi cõtractus hæredis adeuntis, principaliter inducitur per legem, quæ ut ultimæ voluntates faciliorem executionem habeant, inducit alternatiuè, ut hæres pro legatis conueniretur, vel in loco, in quo esset maior pars hæreditatis, *l. unica C. ubi fideicommiss. peti debeat l. si fideicommissum in principio infra eodem*, vel in loco declarato per testatorem, tacitè vel expressim. Nos autẽ loquimur, quando partes declarant virtualiter, ut de solutione tantum ageretur in loco, in quem fuit collata solutio, & ita in effectu Salycet. *l. unica num.* 4. *Cod. ubi conueniatur qui certo loco.* Et hæc de ratione dubitandi, & decidendi circa primam conclusionem huius textus.

Ad † rationem autem dubitandi 20
circa secundam conclusionem huius textus respondetur, quòd refellitur ex eo, quia licèt attento rigore, debitor non possit conueniri pro solutione, nisi in loco conuento: tamen quia ex hoc sequebatur inconueniens, quòd creditor non facilè consequi possit debitum: quia debitor siue voluntariè, siue ex necessitate, numquam accederet ad locũ conuentum, inductum fuit, ut alio loco conueniri posset, habito tamen respectu ad interesse partium, quia coacti sunt in alio loco soluere, vel recipere solutionem *l. 1. infra de eo quòd certo loco cap. unico de plus petit. & ibi Panorm. num.* 4.

Controuersum † tamen est, *utrum* 21
qui promisit certo loco soluere, possit conueniri in quocunque loco, quo reperiatur, habito respectu ad predictum interesse? & videbatur dicendum, posse † per ge- 22
neralitatem *l. 1. infr. de eo quòd certo loco, & l. unic.*

& l. vnic. Cod. vbi conueniatur qui certo loco, & l. eum qui infra eod. per quæ iura ita tenet Bart. *in l. num. 2. infra eodem qui certo loco,* cuius opinionem esse magis receptam asserit Curtius Iun. *§. praeced. nu. 5. ad finem Nauar. in manual. cap. 17. num. 42.*

23 Sed longè † verius, & receptius est contrarium, imò qui non possit conueniri, nisi in loco congruo, vt efficaciter probat is textus: sentit enim posse conueniri in loco conuento, vel in loco domicilij, quasi in alio loco tanquam non congruo, non possit conueniri, quod ita per istum textum tenet glo. final. *dict. l. 1. infra de eo qui certo loco,* vbi Iason. *num 7.* resoluit ita esse receptum, & illam defendit, & melius Salycetus *l. vnica num. 2. C. vbi conueniatur qui certo loco*, & hanc esse veriorem & receptiorem opinionem, asserit Panormitan. *cap. 1. num. 5. de plus petit. Imol. cap. P. & G. num. 11. de officio delegati. Marian. cap. dilecti num. 10. de foro competenti.*

24 Iuxta † quæ ad rationem dubitandi supra relatam formaliter respondetur, quòd licèt contrahens in alio loco, nullo alio loco attento rigore conueniri posset, & consequenter neque in loco domicilij: tamen propter euitandum inconueniens, de quo supra, inductum fuit, vt etiam in loco domicilij conueniri posset, & pariter in alio loco congruo, scilicet originis propriæ, vel paternæ dummodo, ad

25 interesse partium † respectus habeatur, vt explicat Imol. *dict. cap. P. & G. num. 11.* cui tamen addédum est illius declarationé procedere, quando contrahens conueniretur in loco domicilij, vt in eo soluat: nam tunc cùm cogatur soluere extra locum conuentum, habebitur respectus ad interesse: sed si conueniatur in loco domicilij, vt contrahens condemnetur ad soluendum in loco conuento, nulla est ratio, ob quam ad interesse debeat fieri condemnatio, vt aduertit Panorm. *cap. vnico num. 4. ad finem de plus petit.* Er ad hunc † modum potest intelligi is textus: nullam enim facit mentionem de interesse rei conuenti in loco domicilij. Et † tenebis mente, quòd licèt 26

debitor fuerit in mora soluendi in loco conuento, si tamen cogatur in alio loco soluere, non obstante mora, habebitur respectus ad eius interesse, *vt tradit Salycet. l. vnica num. 5. Cod vbi conueniatur qui certo loco, Imol. dict. cap. P. & G. num. 13.* Et vtrum † etiam in credi- 27

tore moroso, debeat haberi respectus ad eius interesse, si in alio loco fiat solutio? explicat Bart. *l. 3. §. nunc de officio num. 1. infra de eo qui certo loco, Marian. cap. dilecti num. 13. de foro competenti.*

Neque † est prætermittendú, quòd 28

actioni arbitrariæ, in qua venit interesse, tunc locus est, quando exprimitur certus locus in quo debeat fieri solutio. Nam si quis simpliciter contrahat in certo loco, & cogitur in alio soluere, non est locus arbitrariæ, & consequenter non habebitur ratio interesse. Nam quando † contrahitur in 29

certo loco, & non exprimitur, quòd in eo fiat solutio, tacitè videtur permissum, vt soluat in quocunque loco congruo in quo reperiatur *l. vinum infra si certum petatur.* Cùm igitur videatur soluisse in loco conuento, cessat arbitraria, & sic consideratio interesse, *Bart. l. quòd si Ephesi num. 2. infra de eo qui certo loco, Marian. cap. dilecti num. 7. de foro competenti.*

Ex quibus infertur, quòd cùm in casu huius † text. permissum sit in Ita- 30

lia soluere, si contrahens cogatur in domicilio soluere, locus erit arbitrariæ. Item quòd nõ solùm in domicilio conueniri potest: sed etiam in loco originis propriæ, vel paternæ, si ibi reperiatur, quo casu etiam locus erit arbitrariæ. *gl. final. communiter recepta l. 1.*

infra

31 *infra de eo qui certo loco*, quoniam † autem Iureconsult. *in hoc* §. *tractat. de foro domicilij*, de quo adhuc non egimus, aliqua circa hunc forum perstringemus.

32 Et † in primis est præmittendum, quòd domicilium est præcipua causa iurisdictionis passiuæ, *Bald. in rub. in principio, Cod. si à non competenti iudic.*

33 & est † proprius, & naturalis forus, *Baptist. l.1. num.128. Codic. de Summa Trinitate, & fide, & ante eum Innocent. in dict. cap. final. num.1. de foro competenti, Roger. à Mota* §.1. *n.111. supra hac lege.*

34 Et † est fortior & potentior alterius cuiuscunque foro, *vt post alios tradit Cagnol. l. exigere dotem, num.9. infra eodem, Anthon. de Math. de prorogatione iurisdictio. num.28. vers. qua prorogatio.*

35 adeò † quòd valida sit consequentia: Habet quis domicilium in certo loco, ergo ibi forum sortitur, *vt tradit Salycet. l.2. num.8. Codic. de iurisdictione omnium iudicum*, & ideo in eo quilibet

36 † conueniri potest, etiam pro contractibus alibi gestis, *Panor. cap. fin. n.38. & ibi Marian. num.8. & num.45. Felin.*

37 *num.25. de foro competenti.* Item † & in eo conueniri potest, etiamsi ibi non reperiatur, quamuis contrarium sit in aliis quibuscunque foris, vt colligitur ex generalitate huius text. & sentit §.1. *supra hac l. tradit Paul. Castr. in principio huius l. num.1. & l.2.* §. *legatis num.3. supra eodem, & l.1. num.3. infra de eo, qui certo loco & in l.2. num.4. & 6. Codic. de iurisdictione omnium iudicum, & l. final. num.2. Codic. vbi in rem actio. Panormitan. cap. fin. num.41. & ibi Marian. num.50. de foro competenti, Imol. consilio 35. num.14. Aretin. consilio 135. num.1. & notabilit. Paul. Castrens. consil.413. colum. penultim. post medium lib.2. & Decia. tract. criminal. lib.4. cap.16. num.12.*

Vnde infertur, quòd licèt aduersus absentes ab aliis foris, tantum procedi possit ad primum decretum, in bonis quæ ibi possident §.1. *supra hac l.* Item & ad secundum decretum, & ad diffinitiuam sententiam, in casibus in quibus lite non contestata ad illam procedi potest, quos enumerat glos. 1. *cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata*, tamen in † foro domicilij pro- 38
ceditur aduersus absentem ad omnimodam executionem & condemnationem: & ita declarant supra allegati, quorum omnium ratio est, quia in aliis foris non dicitur quis simpliciter subditus, sed tantum censetur subditus quoad effectum, vt in illis conueniatur, si ibi reperiatur, *Bald. l. fin. num.3. C. si à non compet. iudice*, Sed ratione † domicilij, quis dicitur sim- 39
pliciter, & plenè subditus, & ideo, si fiat mentio de subdito simpliciter, intelligatur de subdito ratione domicilij, qui propriè & plenè dicitur subditus, *glos. Clement.1. verb. subditos de foro competenti, Baptist. l.1. num.128. Codic. de Summa Trinitate Nata. consil.4. num.1. lib.1.* Exornat Felin. *cap. dilectus el 2. num.13. de rescript. Andr. Gail. practicarum obseruat. lib.2. obseruat. 36. num.15. Paris. consil.12. num.14. lib.3. Tiraquel. lib.1. retract.* §.9. *glos.2. num.22. & Syluan. consil.25. num.15.* Et hac † 40
etiam ratione forus domicilij tanquam fortior, & magis naturalis, præfertur foro originis, & alij cuicunque, *vt sentit glos. cap. statutum* §.1. *verb. vnam ad medium, de rescript. in 6. Deci. consil.352. num.2. Roland. de lucro dotis quæst.22. num.16.* Denique ex eadem † ratione habens domicilium in lo- 41
co, tanquam simpliciter, & propriè subditus, tenetur ad onera ciuitatis in solidum: non sic si tantùm habeat bona in eo loco, quia is magis tanquam forensis considerabitur, *vt post Guid. Papæ tradit Roger. à Mota* §.1. *num.11. supra hac l.*

Huic † tamen receptæ resolutioni, 42

nimis videtur obstare, quòd imò forum originis fortiorem esse, ac ob id foro domicilij præferri, probat *l. libertus §. præscript. infra ad municip.* notat glos. *l. ciues Cod. de incolis lib.* 10. & *glos. fin. l. 1. Cod. de municip. & origina-*
43 *rijs, lib.* 10. Sed † pro concordia dicendum est, quòd aut agitur de honoribus decernendis, vel oneribus iniungendis, & præfertur forus originis, quia naturalis est, & mutari non potest, *l. assumptio in principio infra ad municip. l. originem Cod. de municipibus*
44 *& originar. lib.* 10. Sed † quoad omnes alios effectus fortior censetur forus domicilij: vnde quoad effectum, vt quis conueniatur, fortior censetur forus domicilij, quia ratione illius, conueniendus est magis subditus, *Baptist. l. 1 num. 128. Cod. de Summ. Trini-*
45 *tate.* Et hac † etiam ratione, vbi fit mentio domicilij, intelligitur de domicilio habitationis, & non originis, *glos. cap. statutum §. cum vero verb. vnam post medium, de rescriptis in 6. Alexand. consil.* 100. *num.* 8. *& num.* 13. *ad finem lib.* 3. quamuis domicilium etiam originis dicatur, *vt per Gailum practica-*
46 *rum obseruat. lib. 2. cap. 36. num. 2.* Et † pari ratione si fiat mentio de Florentinis, intelligitur de his, qui tales sunt ratione habitationis, non autem ratione originis, *vt post Anton. & Anchar. tradit Dec. cons. 352. num. 2. Roland. de lucro dotis q. 22. à num. 15. Roger. à Mota §. 1. num. 111. ad finem supra hac l. Andr. Gail. in pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 36. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 42. à num. 6.* Simi-
47 liter † si fiat mentio de his, qui sunt in diœcesi, intelligitur de his, qui ibi sunt ratione habitationis, & non ratione originis, *vt tradit Felin. c. fin. n. 23. de foro competenti, Tiraq. lib. 1. retract. §. 9. glos. 2. num. 21.* Quinimo generalius dicit Alex. *cons. 16. n. 3. lib. 1.* quod
48 † in his, in quibus persona est in consideratione, semper magis inspicitur domicilium respectu incolatus, quàm ratione originis, nisi subiecta materia aliud suadeat, quod, & post Bald. tradit Marian. *d. cap. fin. num. 23. de foro compet. Dec. cons. 351. num. 4 Rol. de lucro dotis, q. 22. num. 24.*

Cùm igitur ex prædictis constet, forum domicilij esse fortiorem, saltem quoad effectum conueniendi, meritò quoad hunc effectum ei tribuenda est prærogatiua vltra cæteros foros, *vt diximus.* Potest † etiam assi- 49
gnari alia ratio prędictę prærogatiuæ: nam cùm absens à domicilio, semper in eo relinquat familiam, iuris interpretatione perinde habetur, ac si in eo præsens esset, *glos. 1. §. 1. verb. maneat, infra de liber. agnoscend. & ibi Bart. n. 7. Aret. l. fin. à num. 1. C. de iudic.* & ideo tanquam aduersus præsentem & contumacem, meritò procedi potest, *per modos supra relatos.* Addit Paul. *§. 1. n. 9. supra hac. l.* quod † licèt in contracti- 50
bus non sit locus remissioni *cap. 1. §. contrahentes, de foro competenti in 6.* tamen iudex domicilij potest petere, vt absens ad se remittatur, quod provt inuitus non extrahitur à proprio domicilio, ita etiam non debet ei graue censeri, si remittatur ad proprium domicilium, & quia provt, si re vera esset in proprio domicilio, iudex posset eũ reluctantem capere, & cogere, vt libello contra se dato, respondeat præcisè, & formaliter *l. consentaneum Cod. quomodo, & quando iudex, & tradit idem Paul. l. non quicquid. num. 2. infra eod. & ibi Iacobinus num. 5.* ita etiam si absens sit, potest iudex domicilij petere, vt capiatur, & ad se remittatur.

Sed † non placet hæc Pauli tradi- 51
tio, quia nimis restringit generalitatem *d. §. contrahentes.* Item Doctores communiter non dicunt, aduersus absentem à loco domicilij procedi posse ad capturam personæ, sed potius recurren

currendum esse ad remedia iuris,quæ enumerat Panor. *c.fin.n.*41. *& ibi Ma-*
52 *rian.n.*50.*de foro comp.* Neque † obstat Pauli Castr.ratio,quia falsò in ea præsupponitur, quem cogi posse præcisè respondere libello, etsi non obediat, eius personam capi posse: nam imò aduersus eum tantùm procedi potest ad primum decretum,& ad mulctam pecuniariam, *vt tradit glos.auth. qui semel verb. locum ad medium,C.quomodo & quando iudex, & ibi notat Bart. num.*19. *Panormitan.cap. penult.num.*27.*ad finem de iuramento calumnia, Imol. l. si finita §. plures num.*20. *infra de damno infecto Iason.l.inter stipulantem §.*1.*num.*3.*infra de verb.oblig.Curt. Iun.l. cum quadam n.*16. *supra de iurisdict. omnium iudicum.*
53 Nec † contrarium probat text. *d.l. consentaneum*, quia in primis est aduertendum, textum illum loqui in reo conuento, per rei vendicationem: cùm in fine dicat, propter contumaciam rei transferendam esse possessionem in actorem, sola contumaci reseruata causa proprietatis: item loquitur quando reus se absentat post litem contestatam: quod ex eo constat,quòd text.ille concedit licentiam iudici perueniendi ad sententiam diffinitiuam, quod ei non permittitur, si lis non fuisset contestata:item quia disponit possessionem statim transferri in actorem,quod non esset verum,si
54 lis non fuisset contestata, quia†quando lis non est contestata, non transfertur possessio, nisi post annum, *l. si quis emptionis §. penult.Cod. de perscript.* 30.*annorum*,& ita in terminis Bart.*d.l. consentaneum, num.*5.& Paul. *num.*1. & ita illum textum interpretantur, & esse receptum intellectũ asserit Boer. *ibi num.*1.& Alex.*l.si prius num.*15.*infra de noui oper. nunciat.*
55 Vnde † ex *d. l. consentaneum*, illud tantum colligendum est, quòd si reus cõuentus per rei vendicationem,post litem contestatam se absentat, potest iudex causæ, petere à iudice, in cuius iurisdictione degit contumax,vt eum capiat, & ad se remittat declarando, vt per Cuman. *conf.*157.*à num.*3.

Et † ad hunc modum est intelligendum,quòd ex *d.l.consentaneum* colligit Bald.*ibi num.*8. quòd propter nimiam contumaciam rei etiam in contractibus debitor capi potest & remitti, extollit Roman.*sing.*283.*Perus. cap.*1. *§.contrahentes num.*9. *ad finem de foro competenti in 6. & alij relati per Bernardum Diaz.regul.*642.*in* 10.*limitatio.* Nam hoc necessariò intelligendum, quando hæc nimia contumacia incurritur post litem contestatam, prout Bald. loquitur, & aduertit Boer. *dict.leg. consentaneum num.*21. *Iason.l.*1. *num.* 2. *infra de eo qui certo loco Ripa. cap.*1. *num.*66. *de iudic.* diximus latius §.1.*supra hac lege.* 56

Quinimo † verius videtur, quod etiam in his terminis,debitor nimium contumax, capi non possit:cum regula sit in causa ciuili, quem capi non posse,antequam fiat executio in bonis debitoris, *l.*1.*C. qui bonis cedere possunt, glos. recepta l.*3. *§. tutor.verb. in vinculis infra de suspectis tutoribus Couar. resol. lib.*1.*cap.*1.*num.*2. probat Ord. Portugalliæ *lib.*4.*tit.*52. *in princ. in veteri impressione, & hodie lib.*4.*tit.*76. *noua recopilationis.* Nam si debitor habeat bona, etiam propter nimiam contumaciam rei, eius persona capi non potest, nisi prius fiat executio in bonis, & illa non sufficiant ad solutionem, vt in specie declarat Cuman. *conf.*157. *n.*3. *Rip.l.oblig. generali,n.*25.*supra de pignor.* 57

Vnde † ego colligo, quòd in veris terminis *d.l. consentaneum*, cùm agatur de rei vendicatione, & sic semper adsit res, in qua possit fieri executio, nunquam poterit procedi ad capturam personæ, *vt ibi aduertit Boer.n.*21. 58
Colligo etiam, quòd † licèt vulgo 59

Doctores exiſtiment *in d. l. conſentaneum*, poni tria remedia diuerſa aduerſus contumacem, *vt ibi explicant Boer. num. 18. Michael Vcurrus l. ſi finita §. Iulianus num. 201. infra de damno infecto. Menoch. lib. 1. de arbit. q. 74. nu. 35.* Tamen ex prædictis verius eſt, in eo textu tantùm duo proponi remedia, vt apertè conſtat ex *c. prout, de dolo & contumac.* in quo refertur deciſio *d. l. conſentaneum*, & tantùm duorum remediorum ſit mentio. Vnde verius
60 eſt, quod † dum in littera *d. l. conſentaneum* habetur *(vel ad cogendum eum)* illud *(vel)* ſit expungendum: nam & ratio rectæ conſtructionis id videtur exigere, quaſi textus dicat: quòd vt contumax cogatur venire ad iudicium oportet quòd vel priuetur poſſeſſione, & illa transferatur in actorem, vel perueniatur ad ſententiam diffinitiuam, & ſic *dict. l. conſentaneum* minimè probat, quod ex ea colligunt Doctores ſupra allegati: vnde ceſſat difficultas.

61 Sed † ad complementum materiæ, & illud venit inquirendum. Præſuppoſito, quòd quis poſſit habere domicilium in duobus diuerſis locis *l. aſſumptio. §. 1. verſ. iuris prudentibus, infra ad municip. l. Labeo, & l. eius qui §. Celſus eod. tit. c. 2. de ſepultur. in 6. & proſequiquitur Dec. tract. crim. lib. 4. cap. 16. n. 10. & n. 22. & c. 17. n. 16. & n. 21. & notab. Alciat l. pupillus 239. §. incola n. 3. ff. de*
62 *verbor. ſignif.* Præſuppoſito † etiam, quod hoc caſu illud domicilium, quòd eſt principalius, debet eſſe in conſideratione, & præualere, *arg. l. quæritur, ſupra de ſtatu hominum, Ruin.*
63 *conſ. 58. n. 8. lib. 3.* quæſtionis eſt: ſi † quis habeat domicilium in loco originis, in quo raro habitet, & habeat domicilium in alio loco, in quo frequen-
64 tius habitet, quodnam † iſtorum domiciliorum cenſeatur principalius? & Albe. *l. 1. n. 25. C. de Summa Trinitat. Roman. conſ. 39. in fine* exiſtimant, domicilium originis cenſeri principalius, iuxta regulam *l. libertus §. perſcrip. infra ad municip.* & traditionem gl. final. *l. 1. C. de municip. & origin. lib. 10.*

Contrarium tamen, imò † quod 65
domicilium, in quod quis frequentius habitat, cenſeatur principalius, ac ob id ſit præferendum conſuluit Alexand. *conſ. 100. à num. 8. lib. 3.* & eſſe magis receptum aſſerit Roland. *de lucro dotis q. 22. num. 25.*

Pro † concordia dicendum eſt, 66
quòd ſi quis transtulit domicilium à loco originis, ita vt prædictum domicilium originis, tantùm videatur retinere, quoad honores, iuxta *l. penult. ſupra de Senatoribus*, verior ſit opinio Alex. per eius rationes. Si autem domicilium originis non mutauit, ſed ei aliud cumulauit, *iuxta iura ſupra citata*, verior ſit opinio Alberi. quia hoc † caſu concurrunt duo 67
vincula, ſcilicet domicilium & origo, & ideo veniunt præferenda, *arg. auth. itaque C. commun. de ſucceſſ.* & in ſpecie Oldrad. *conſ. 169. num. 2.* Quamuis igitur in alio domicilio plus habitet, tamen hoc caſu domicilium originis debet cenſeri principalius, per rationem, de qua ſupra, & in ſpecie Alciat. *reſponſ. 55. n. 13. ad finem.* Quare † ſi pa- 68
ter retinuit domicilium in loco originis, & aliud accumulauit, in quo ſit natus filius, qui ibidem etiam conſtituit proprium domicilium, quia tunc etiam in filio concurrit conſideratio duplicis vinculi, ſcilicet propriæ originis, & domicilij, ſi illud etiam concurrat, quod in hoc ſecundo domicilio frequentius habitet, iſtud eſſet præferendum domicilio originis paternæ, *Roger. à Mota §. 1. n. 111. ad finem ſupra hac l.* Qua † etiam 69
ratione Panormit. *c. dilectus el 2. n. 6. de reſcript.* concludit, quòd ſi agatur de re ſita in loco domicilij, minus prin-

cipalis,

cipalis, in ea re attendetur statutum illius domicilij minus principalis propter duplex vinculum concurrens, scilicet domicilij, & rei sitæ: subscribit Dec. *cons.* 284. *num.* 2. quicquid contrarium tenuerint Ruin. *cons.* 58. *n.* 11. *lib.* 3. Alciat. *respons.* 55. *num.* 3. qui tamen videndi sint.

70 Præterea † & illud addendum est, in hac materia, quod licèt is forus domicilij censeatur fortior & potentior, tamen simplici voluntate mutari potest & extingui: quilibet enim potest mutare domicilium ad libitum, quo mutato in loco antiqui domicilij amplius conueniri non potest, *l. cum quadam supra de iurisdictione omnium iudicum l. libertus §. atris infra ad municip. cap. penult. de foro competenti Ord. Portug. lib.* 3. *tit.* 11. *§. si noua recopilationis, tradit Gail. pract. obseruat. l.* 2. *obser.* 36. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 42. *ad finem.*

71 Huic † tamen declarationi videtur obstare *domicilium infra ad municip.* quæ videtur probare sola contestatione siue declaratione voluntatis, domicilium non mutari, sed requiri mutationem re & facto, *notauit glos. l. origine Codic. de mancip. & origina. lib.* 10. *glos. l. de iure verb. ad munera infra ad*
72 *municip. & ibi Bartol. numero* 2. ita †
73 concordat opiniones, quòd aut † domicilium fuit constitutum simplici voluntate, & tunc etiam nuda voluntate mutari potest, *l. nihil tam naturale infra de reg. iur.* aut fuit constitutum per importationem bonorum *iuxta l. ciues Cod. de incolis lib.* 10.
74 *& l.* 2. *C. vbi Senatores vel clarissimi,* & † tunc ad mutationem domicilij, contrario facto opus est: hoc est, vt ex eo loco transferat bona importata in alium locum, quod etiam tradit Bart. *l. assumptio. §. penult. & l. domicilium infra ad municip.* & probat Aret. *cons.* 135. *n.* 1.
75 Cæterùm † circa hanc concordiam aduertendum est, quod Bart. præsupponit sola voluntate domicilium constitui posse, quod & præsupponit Menoch. *lib.* 2. *d. de arbitr. casu* 86. *num.* 13. quod tamen verum non videtur; imo prout ad mutationem domicilij, factum est necessarium, ita etiam & illud videtur necessarium ad constituendum domicilium, quia contrariorum eadem est disciplina: quod tenet glos. *l. ciues verb. larem C. de incol. lib.* 10. *gl. l. non vtique* 4. *infra ad municip. Bart. l. placet eodem titul. Syluan. cons.* 25. *n.* 15. *Dec. tract. crim. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 8. Sed respondendum est Bart. quidem sentire, quòd licèt † sola possessio do- 76
mus, & consequenter neque sola habitatio, arguat domicilium esse constitutum, neque faciat, quem subditum censeri, *l. libertus §. sola infra ad municip. l. cum neque C. de incol. lib.* 10. Et ideo † habenti bona in territorio, non 77
possint imponi onera tanquam subdito, *l. rescript. §. fin. inf. de mun. & honorib. Paul. Castr. cons.* 89. *num.* 2. *lib.* 2. *Roger. à Mota §.* 1. *n.* 111. *supra hac lege,* ac ob id neque is tanquam subditus, teneatur præstare iuramentũ fidelitatis *Aymon. cons.* 201. si tamen † is declarauerit do- 78
mum possidere, vel in loco habitare animo constituendi domicilium, illud censebitur constitutum, etiamsi alibi haberet maiorem partem fortunarum, quod sentit gl. *d. l. ciues verb. larem. verb. lex Cornelia §. si tamen n.* 1. *infra de iniurijs. Panor. cap. final. ad finem. de parroch. & eleganter Ant. de Math. de prorogat. iurisdict. n.* 28. *& Menoch. lib.* 2. *de arbitr. cas.* 86. *n.* 6. *Alciat. l. pupill. tit.* 49. *§. incol. num.* 3. *in fine ff. de verbor. significat.* Hoc † igitur casu dicit Bart. domi- 79
cilium constitui sola voluntate, non quidem sentiens, nullum factum esse necessarium: nam semper illum saltem factum interuenire debet, quod in loco habitet, vel domum cõducat: Cæterùm quia declaratio voluntatis

 est

est præcipua causa ob quam in his terminis domicilium videatur constitutum, ideo dicit Bart. sola voluntate mutari, intellige tu, si in alio loco habitauerit, & eandem declarationem voluntatis fecerit: nam tunc quamuis domicilium retineat in primo loco, tamen propter securam habitationem in alio, cum prædicta declaratione, censebitur domicilium mutatum: vt explicat Maria. *c.fin.n.54. de foro competenti, Menoch.d.lib.2. de arbitr.casu* 86.*à.num.*2. & in his terminis procedet generalitas *l.eius qui* §. *fin.in princ.infra ad municip.* & quod tradit Oldrad. *cons.*169.*n.*2.*ad finem.*

80 Quòd † si non constet de prædicta animi declaratione, & tamen quis transtulit familiam in locum habitationis, & maiorem partem bonorum, præsumitur in eo loco habitationis constituisse domicilium, *l. cives Codic. de incol.lib.*10.*l.*2.*C.vbi Senato.vel clarissimi. Felin. c. dilectus filius el* 2. *num.*12. *vers.secundus casus, de rescript. Ruin.cons.* 61.*numero* 12. *lib.*5. *Tiraq.lib.*1. *retract.*

81 §.36.*gl.*3.*num.*7. & tunc † ad reuocationem domicilij, per contrarium etiam requiritur, quòd bona ex eo loco aufeat, & in alium locum transferat, *vt tenent supra allegati.*

82 Ex † quorum mente collegit Aret. *cons.*153.*num.*1. quòd vt quis hoc casu dicatur mutasse domicilium, non sufficit constare, quòd alio loco conduxit domum, & in ea habitauit, vel etiam quod aliquam partem bonorum transtulit in domum conductam, quia in dubio magis creditur in duobus locis domicilium constituisse, *l.eius qui* §.*Celsus infra ad municip.* nisi in domo conducta maiorem partem bonorum cum familia constituerit, quia tūc præsumetur domicilium mutasse, & transtulisse, *Ruin.cons.*61.*n.* 22.*lib.*5. *Alciat. respons.*719.*n.*3. & est de mente Bart. *l.de iure in princ.infra ad municip.* & facit bene text. *c.postulasti, de foro competenti.* Quæ † vtique procedunt in dubio, nam si quis expressè declarauerit, se velle domicilium transferre in alium locum, censebitur mutatum, etiamsi in prima habitatione reliquerit familiam & bona, 83

quia † expressum facit cessare tacitum, 84
l.cum ex filio §.1. *infra de vulgari*, & in terminis tradit Ant. de Math. *de prorogat.iurisdict.num.*28.

Quinimo † contra id, quod verba 85
Doctorum videntur sonare, constituenda videtur conclusio: sola voluntate mutatum censeri domicilium, vt colligitur ex generalitate *l. cum quadam supra de iurisd.omn. iud.* & † in 86
specie videtur probare text. *l. eius qui* §.*fin.in princ.infr. ad municip.* quia dum probat ad mutationem domicilij facto opus esse, debet intelligi in eo sensu, vt si quis consistens in habitatione antiqua, solo animo velit mutare domicilium id non possit: nisi ab eo loco saltem recedat, vt in simili probatur *l.si quis vi* §. *differentia infra de acqu.possess.* sed si ab eo loco recedat, animo mutandi domicilium, illud censebitur mutatum etiam si adhuc in alio loco domicilium non constituerit *l.eius qui* §.*final.infra ad munic.* & ad hunc † modum est explicandus 87
Bart. *l. prædia* §. 1. *in fine infra de fundo instruct.* dum dicit, quod non creditur is mutasse domicilium, quia priori loco retinet familiam & bona, sed tunc demum, quando transtulit familiam & bona in alium locum: quod etiam sentit Bart. *l. assumptio.*§.*penul. & l. de iure in princ. infra ad municip.* Nam ei addendum est, quod si clarè constiterit de animo mutandi domiciliū, prædicta non sunt necessaria, vt † constat 88
ex supra traditis, quæ notabilia sūt ad explicationē ordinationis Portugalliæ *lib.*2.*tit.*21.§.1.*veteris impressionis, & hodie lib.*2.*tit.*5.§.1.*nouæ recopilationis.*

Item

89 Item † & iuxta prædicta, veniunt explicanda tradita per Marian. *cap.fin. nu.25.de foro competenti*, nam quærens, quæ sint necessaria ad constituendum domicilium? duas refert opiniones.
90 Prima est, quòd † sufficit solus animus ad constituendum domicilium, vt videtur probare *l. nihil & l. eius qui* §. 1. *ad munic. & l.priuil. Cod. de decur. lib.*10.*sent. Domin.cap.pen.nu.*11.*de tempor.ord.lib.6. Panorm. cap.fin. de paroch. Anton.de Math.de prorogat.iurisdict. nu.*
91 28. Refert † præterea Marian.(*vbi supra*) secundam opinionem, quòd vltra animum requiratur etiam factum hoc est, habitatio in eo loco, *l. domicilium infra ad munic.* & hanc secundam opinionem sentit gloss. *l. ciues verb.larem C.de incol.lib.*10. *Bart.l.placet infra ad munic.Syluan.cons.*25. *num.* 15. Ipse autem Marian. *d.cap. num.* 28. &
92 *num.* 54 Resoluit, quòd † requiratur animus,& etiam factũ significatiuum constitutionis domicilij, ita vt quòd quamuis solum factum ex se non inducat domicilij constitutionem,*iuxta l. libertus* §.*sola infra ad munic.*tamẽ per illud,accedẽte animo censebitur constitutum domiciliũ,prout autẽ solum factum non constituit domicilium,vt dictum est, ita etiam & solus animus absq; facto domiciliũ non constituet, *arg.l.licet C.de acq.poss.subscribit Menoch. lib.*2.*de arbit.casu* 86. *num.*2.facit quod Paul.*l.*1.*ad fin.C.vbi de crimine & Salyc. l.*2.*nu.*8.*C.de iurisdict.omnium iudicum.*
93 Sed† ex supra traditis verius resoluendum est, solùm animum constituere domicilium; vt probat *l. non vtique* 4. *infra ad municip.* in quo probatur, filiumfamilias habere domicilium separatum à patre,qui tamẽ isto iure nulla habebat bona, quæ ibi posset constituere *l. placet infra de acquir. hæred.*Ergo solus animus sufficiens ad constituẽdum domicilium, quicquid cauilletur gloss.*d.l. non vtique.* Neque parum facit, quòd licèt quis transferat familiam, & fortunas in aliquem locum, & tamen declaret, non id facere animo constituendi domicilium, non censebitur constitutum domicilium. *Bart.l. lex Cornelia* §. *si tamen, nu.* 3.*infra de iniur.* & agnoscit Marianus *d.cap.fin.num.*25.*de foro competenti.Boer. l. consentaneum, num.*107.*C. quomodo & quando iudex.*Ergo per argumentum à contrariis, quando quis declarauerit se habere animum constituendi domicilium in loco,is solus animus sufficiet ad constituendum domicilium: quam opinionem,& nos tanquam veriorem comprobauimus supra.

Addendo † tamen,quòd is animus 94
constituendi domicilium, debet esse fixus, & firmus permanendi in eo loco, nisi causa superueniat de nouo, propter quam animum mutet, vt colligitur ex *l. ciues,C.de incolis lib.*10. *tradit Bald.cons.*393.*punctus. nu.*2.*lib.*1. *& Salic.l.* 2.*nu.*8. *C.de iurisdictione omnium iudicum*,& est receptissima traditio,*vt asserit Paris.cons.*12.*nu.*17.*lib.*3. *Syluan. cons.* 1.*num.*94.*Alciat.l.pupill.*249.§. *incola à num.*1.*ff. de verb.signif.*

Ex quo infertur,†quòd si quis fuerit 95
in loco propter aliquod negotium, eo animo, vt illo finito redeat ad antiquum domicilium, quòd quantumcunque in loco, in quo negotiatur, habeat familiam, & maiorem partem bonorum,non ob id in eo loco censebitur constituisse domiciliũ, vt resoluit Syluan.*cons.*1.*nu.*95.cui adde Paul. Castr.*cõs.*395.*ad finẽ lib.*2.resoluẽdum, quòd † licèt quis dicatur habere do- 96
miciliũ in loco, in quo habet maiorẽ partem bonorũ *l.ciues C. de incol.lib.*10. Tamen si constet, eũ non habere animũ perpetuò manẽdi in prædicto loco,sed finito negotio redeũdi ad antiquũ domiciliũ,non cẽsetur in loco in quo negotiatur,cõstituisse domiciliũ, *l.nihil infr.ad mun. tradit Roger. à Mota* §.1.

§. 1. *num.* 109. supra hac l. ex hoc infe-
97 rens, quòd si iudex † temporalis sit in loco cum bonis, & familia, tamen non dicetur in eo constituisse domicilium, quia non habet animum ibi perpetuò manendi, sed recedendi finito officio. Et idem tradit Beroius *conf.* 60. *nu.* 27. *lib.* 2. Qua etiam ratione Alciat. *conf.* 55. *nu.* 9. concludit, quòd
98 si † Castellanus moratur in castro cùm vxore, & etiam vltra decennium familia, non dicetur in castro consti-
99 tuisse domicilium, quia † finito officio habet animum recedẽdi, & quando cõstat, quem non habere animum perpetuò manendi in loco, nullo vnquam tempore videtur in eo constituere domicilium, *Bart. l. lex Cornelia, §. si tamen num.* 1. *& ibi Ang. num.* 7. *infra de iniur.* & in notabili casu tradit Beroius *conf.* 60. *à num.* 22. *lib.* 2.

100 Cæterùm † de hac Alciat. opinione dubitat Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cas.* 86. *num.* 18. quia cùm Castellanus in castrum transtulerit bona sua & familiam, debet ibi videri domicilium constituere *l. ciuis Cod. de incol. lib.* 10. & quia cùm in Castro existens vxorem duxerit, maxima est præsumptio quòd ibi domicilium voluerit constituere, *per tradita per eundem Alciat. re-*
101 *sponſ.* 719. *nu.* 5. Quæ † tamen rationes fragiles sunt & parum vrgent, aduersus Alciat. Nam ad primum respondetur procedere, quãdo sumus in dubio. Sed quando constat, quem manere in castro ad tempus ratione officij, ita finito officio iudex debeat recedere nunquam censetur domiciliũ constituere, *per supra tradita*, & sentit Bald. *conf.* 393. *punctus num.* 2. *lib.* 1. *Panorm. cap. fin. ad finem de parroch.* vel saltem non habuisse animum reuocandi antiquum domicilium, in quibus propriè terminis Alciat. loquitur & conferunt tradita per Aretin. *conf.* 135. *num.* 1. & per eundem Alciat. *l. detestatio. §. fin. num.* 1. *infra de verb. significatione, & respons.* 55. *num.* 9.

Ex † quibus infertur explicatio, *ad l. ciues C. de incol. lib.* 10. dum probat, quòd si quis constituit larem, & familiam in certo loco præsumitur ibi constituisse domicilium, & notat Felin. *cap. dilectus el* 2. *num.* 11. *de rescript. Ruin. conf.* 61. *num.* 22. *libr.* 5. *latè Tiraq. lib.* 1. *retract.* §. 36. *gloss.* 3. *num.* 7. & ante omnes Bart. *l. de iure num.* 2. *infra ad municip.* Nam id intelligendum est verum esse, quando sumus in dubio. Cæterùm si cõstet ratione officij temporalis, quem existere in loco cum familia & bonis, non videtur ibi constituere domicilium, deducta coniectura ex qualitate personæ, quod sentit Bald. *conf.* 393. *punctus, num.* 2. *lib.* 1. *Salic. l.* 2. *num.* 8. *C. de iurisd. omnium iudicum*, & iam diximus. 102

Item † ex prædictis infertur intellectus ad *l.* 2. *Cod. de incolis. lib.* 10. vbi scholaris in loco studij non censetur habere domicilium, nisi ibi habitet per decennium; nam tunc præsumetur domicilium ibi voluisse cõstituere, extollit Panorm. *conf.* 69. *num.* 10. *lib.* 2. *Syluan. conf.* 25. *num.* 3. Quòd † tamen ita accipiendum est, vt procedat in dubio, quasi perseuerãdo in studio vltra tempus consuetum, præsumatur id fecisse animo constituendi domicilium in loco studij, *vt explicat Menoch. lib.* 2. *de arbitr. cas.* 86. *num.* 17. *Greg. l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *verb. diez annos.* Nam si constaret, quòd † non haberet animum perpetuò ibi manendi, sed potius quod finito studio rediret in patriam, nullo tempore censebitur in loco studij, velle domicilium constituere, *l. verum, & ibi Bald. C. de incol. lib.* 10. *Bart. l. lex Cornel. §. si tamen nu.* 1. *infra de iniur. & ibi Ang. num.* 7. *Ant. de Butrio in proœmio decretal. nu.* 33. *Marian. c. fin. n.* 25. *ad finem de foro competenti Alex. l. cum filius nu.* 3. *infra si cert. pet. & alij* 103 104 105

alij relati per Menoch.lib. 2. de arbitr.cas. 86.*num.*22. quibus adde Paul. §. 1. *n.* 12. *supra hac lege post Angel.num.* 7. *& ibi Sapia.n.*9.*Rogerius à Mota n.*87.*Bolog.auth.habita n.*188. *C.ne filius pro patre, & eleganter Ant.de Math. de prorogat.iurisd.n.*28.*& Alciat.respons.*55.*n.*9.

106 Ex † quibus dubia redduntur tradita per Parisium *cons.*12. *à n.*20.*lib.*3. quòd si Genuensis causa mercaturæ, transiuit in Hispaniam, & in eam transtulit maiorem partem bonorũ, quòd transacto decennio censebitur ibi domicilium constituisse *per d. l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. quòd & tradit Gozad.*cons.*49.*n.*13.Id enim videtur confundi ex supra traditis. Nam cùm in Hispania resideat ad tempus causa negotiationis, non potest videri, domicilium in ea constituisse, *vt aduertit idem Paris.cons.*34.*n.*22.*lib.*3.*Valasc.*
107 *consult.* 175. *num.* 25. nisi † saluando prædictos dicas, quòd licèt Genuensis à principio in Hispaniam transierit animo morandi in ea ad tempus, tamen propter illam diuturnam moram, postea subsecutam per decennium, censebitur mutasse prius propositum, & velle in Hispania domicilium constituere.

108 Quòd efficaciter † videtur probare text. *d.l.*2. *C. de incolis libr.*10. Nam & ibi scholatis non censetur venisse ad studium animo perpetuò ibi manendi, sed potius ad tempus, donec durauerit tempus studij, *Bologn. d. authen. habita n.* 188. & tamen transacto decennio censetur mutasse voluntatem, & in loco studij domicilium constituere, vt intelligunt Aret. & Felin.*ad medium c.quod clericis de foro competenti*,
109 & † sic præsumptio insurgens ex habitatione decennali, tanquam fortior excludit aliam præsumptionem contrariam, quæ colligitur ex qualitate personæ, *vt aduertit Alciat.respons.*719. *num.*3. Si ergo ex protestatione habitantis per decennium constet de contraria voluntate non habebit locum decisio *d. leg.* 2. *Codic. de incolis libr.* 10.& ita Azeued. *leg.*19. *titul.*3.*libr.*1. *ordinamenti n.*2.vel etiam de hoc constaret per alias fortiores præsumptiones, *Felin.c.dilectus el* 2. *n.*12. *vers.*5. *limita de rescriptis*, de quibus eleganter agit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.*86. *à n.*24.*Ant.de Math.de prorogat. iurisdict. num.*28.

Vltimò † ex supra traditis infertur 110
intellectus *ad l.*2. *C. vbi Senato.vel clarissimi*, qui textus videtur probare, quẽ conueniri posse in loco, in quo assiduè conuersatur, quamuis in eo non habeat domicilium & ibi notat Bart. Fulgos.Salic. & Paul. Castr.idem videtur probare text.*l.*2.*C.vbi de crimine agi oporteat* adiuncta gl.final.& ibi notat Bar. ad idem videtur textus *c.quod clericis ibi (commemorantibus) de foro competenti*, ex quo Panormitan.*ibi n.*5.collegit, quem † posse conueniri in loco 111
assiduæ conuersationis, etiam pro contractibus alibi gestis, quia aliàs assidua conuersatio nihil ferè operaretur *subscribit Felin.c.dilectus el* 2.*n.*12 *de rescript.Curt.Iun.*§.*proinde n* 12.*supra hac l. Auiles de pratoribus c.*2.*verb.tales n.*5. *pag.*181.*Menoch.de arbitr.lib.*2.*casu* 86. *à num* 19. & ita esse receptum asserit Paul. Cast.*l.*1.*ad finem C.vbi de crimine agi oporteat*, exempla proponens, & Pan *c. quod clericis num.*5. *de foro competenti.*

Contrariam † tamen opinionem, 112
imò quem conueniri non posse, in loco assiduæ conuersationis, nisi aliàs in eo domicilium habeat videtur probare text. *leg.* 2. *Codic. de incolis libr.* 10. & quia sola † habitatio in lo- 113
co, non inducit domicilium neque subiectionem *leg. libertus* §. *sed infra ad municip.* Ergo à fortiori, neque prædicta inducet assidua conuersatio in loco: *leg. verum est*, *Codic. de incolis*

 libr.

114 *lib.* 10. Inducitur † etiam pro hac opinione §. *proinde supra hac lege*, vbi mercator, qui assiduè conuersatur in loco, non potest in eo loco conueniri, nisi pro contractibus ibi gestis. Et ita hanc sententiam contrariam tanquam veriorem probat Cyn. *leg.* 2. *C. vbi Senatores, vel clarissimi, Bald. leg.* 1. *numer.* 7. *Cod. vbi de crimine agi oporteat, Perus. cap.* 1. §. *neque etiam post principium, de foro competenti in* 6. *Angel. cons.* 27. *num* 2. *Alexand. cons.* 155. *n.* 3. *lib.* 7. *& notab. cons.* 216. *à num.* 14. *lib.* 6. *Rum. cons.* 61. *num.* 21. *lib.* 5. *Marian. cap. fin. num.* 26. *&* 45. *de foro competenti, Nauar. cap. placuit num.* 90. *& num.* 99. *de pœn. distinct.* 6. Et hanc esse magis communem opinionem asserit Aret. *cap. quod clericis, num.* 4. *de foro competenti, Anton. de Math. de prorogat. iurisdict. num.* 28.

115 Qua † retenta opinione minimè obstabunt, quæ pro contraria opinione adducuntur: nam primo non obstat text. *l.* 2. *Cod. vbi Senat. vel clarissimi,*
116 quia † respondetur, quòd littera illius textus dupliciter habetur. Quidam enim libri habent alternatiuam (*aut vbi maiorem partem bonorum possidet*) (*aut ibi assiduè conuersatur*) quā litteram
117 † tanquam in se veram admittit Bartol. ibi & eam in antiquissimo libro reperiri asserit Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. casu* 86. *num.* 12. *& num.* 19. & secundùm hanc litteram videtur pro-
118 bare opinionem. Sed † omnes alij libri non habent alternatiuam, sed copulatiuam ad hunc modum (*aut vbi maiorem bonorum partem possidet, & assiduè conuersatur*) vt asserit Marian. *c. fin. n.* 26. *de foro competenti, & Alex. cons.* 216.
119 *lib.* 6. *n.* 15. & † secundùm hanc litteram secundam magis communem probat opinionem Cyn. supra relatam, quòd non sufficiat, quem diu conuersari in loco, vt conueniri possit, nisi in eo quoque habeat maiorem partem bonorum. Quin imò † secun- 120
dùm hanc litteram Marian. *c. fin. n.* 26. *post medium, de foro compet.* ex eo textu collegit, quòd vt quis sortiatur forum in loco, non sufficit in eo habere maiorem partem bonorum nisi etiam in eo assiduè conuersetur, sed quia hæc collectio est contra mentem *leg. ciues Cod. de incol. lib.* 10. dicendum est, quòd † ex eo, quòd quis habet maio- 121
rem partem bonorum in loco, censetur ibi domicilium constituisse, *d. leg. ciues Bal. cons.* 393. *punctus n.* 2. *lib.* 1. *Salyc. l.* 2. *n.* 8. *C. de iurisd. omn. iud. Alciat. l. detest.* §. *fin. n.* 1. *infra de verb. sign.* Cæterùm † si in alio loco habitet, nō vide- 122
tur in loco, in quo est maior pars bonorum domicilium constituere, nisi in eo assiduè conuersetur: Nam quando quis in alio loco habitat, & in alio assiduè conuersetur, habens ibi maiorem partem bonorum, vel petendo in eo honores, magis in eo loco censetur habere domicilium, quàm in loco nudæ habitationis, vt probat *l. eius qui* §. 1. *infr. ad munic.* & † iuxta 123
hæc venit explicanda littera *d. l.* 2. *C. vbi Senatores vel clarissimi,* quòd in prouincia Senator conueniri potest in loco, in quo larem constituit, quia tunc constat ibi domicilium habere, vel si de hoc non constet, vbi habet maiorem partem bonorum, & assiduè conuersatur, quia præsumitur tunc domicilium ibi constituisse quantumcunque in alio diuerso loco habeat habitationem, vt colligitur *ex supra traditis.*

Non † obstat secundò *de l.* 2. *C. vbi de crimine agi oporteat.* nam admissa interpretatione gl. final. ibi, quòd quis possit accusari in loco, in quo degit: hoc est assiduè conuersatur, quòd debet suppleri *ex l.* 2. *C. vbi Senatores vel clarissimi,* dummodo in eo loco simul habeat maiorem partem bonorum, neque enim est nouum vnam legem 124

per

per aliam declarari *l. non est nouum supra de legibus.*

125 Non † obstat tertiò de *c. quòd clericis de foro comp.* quia dum præponit commorantes Paris. ibi esse conueniendos, debet intelligi pro contra-
126 ctibus Parisiis gestis. Neque † obstat, quòd secundùm hanc interpretationem assidua conuersatio nihil ferè operaretur: nam respondetur idem operari, quòd *in §. proinde supra hac lege*, operatur, mercatorem habentem pergulam, posse in eo conueniri, pro contractibus ibidem gestis, quasi tūc videatur contractū cùm eo, qui stàtim non sit recessurus: nam hanc eandem præsumptionem inducet assidua conuersatio in loco, & est de mente Paul. *l. 1. ad finem C. vbi de crimine agi oporteat.*

127 Ex † hac opinione ita defensa, infertur verum esse dictum Cyn. *l. 2. C. vbi Senatores vel clarissimi*, quòd si quis diu conuersetur in loco, per spatium decem annorum, poterit ibi conueniri, quia propter tam prolixum tempus creditur ibi domicilium constituisse *l. 2. Cod. de incolis lib. 10. Subscribit Ang. cons. 27. n. 2. & alij supra citati.* Hoc enim dictum satis admitti potest, quia in prædicto casu non conuenitur ratione assiduæ conuersationis, sed potius ratione domicilij præsumpti propter conuersationem decennalem, *d. l. 2. C. de incol. lib. 10.* Ac ita locum habet regula huius §.

128 Similiter † inferri potest verum esse dictum Bart. *§. proinde, in fine, supra hac l.* quòd scholaris pro contractibus alibi gestis, non conuenietur in loco studij, quamuis ibi assiduè conuersetur, nisi per decem annos ibi conuersetur, *d. l. 2. Cod. de incolis lib. 10. subscribit Marian. cap. fin. num. 45. de foro compet. Roger. à Mota §. 1. num. 114. ad finem supra hac leg. Bologn. authent. habita num. 211. C. ne filius pro patre, Alexand. cons. 116. num. 14. lib. 6. & alij relati per Horatium Lucium de priuileg. scholarum priuileg. 9. ad finem, & Rebuf. eodem tract. priuileg. 126.* quicquid contrarium sentiat Fulgos. *l. 1. in fine Cod. vbi de crimine agi oporteat*, & quicquid Paul. Castrens. ibi quoad nostrum propositum, distinguat inter mercatores & scholares.

Vltimò † infertur, quòd licèt sola 129
assidua conuersatio non operetur; quòd quis in eo loco, forum sortiatur, & consequenter, quòd in eo possit conueniri, vt dictum est, operabitur tamen, quòd licèt forensis regulariter non puniatur pœnis statutorum, quia illa creditur ignorasse *leg. final. infra de decret ab ordine faciendis*, tamen si assiduè ibi conuersetur, punietur per statuta, quia creditur illorum habuisse notitiam *Bart. leg. 1. numer. 21. Codic. de Summa Trinitate, & ibi Ias. 2. lectura numer. 67. Alexand. cons. 165. numer. 3. libr. 6. Hyppol. leg. final. numer. 79. supra de iurisdictione omnium iudicum.* Item † operabitur, 130
quòd licèt officialis temporalis non prohibeatur mutuum accipere à non subditis, *glos. final. leg. principalibus, infra si cert. petat.* tamen illud non poterit accipere à non subditis, qui ibi diu conuersantur, quantumcunque in prouincia non habeant domicilium, *leg. quisquis, iuncta glos. Cod. si certum petatur*, quia propter corrumpendas ll. creditur illud mutuum accepisse, *Alexand. l. principalibus numer. 4. vers. 4. limita, & ibi Alciat. num. 2. infra si cert. pet. Auiles de pretoribus, cap. 2. verb. tales pagin. 81.* Et hæc satis in hac materia.

Cæterùm quia materiis in hac lege tractatis germana est, & contigua materia *leg. exigere dotem. 65. infra eod.* illius legis subiiciemus interpretationem, vt sic materia ex omni parte remaneat perfecta & absoluta.

L. Exigere dotem, 65. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Asserit ex Alber. hanc l. vtilem, & pulchram esse.*

2 *Colligit ex ea, quòd licèt quis recipiat dotem in domicilio vxoris, tamen non potest conueniri, nisi in proprio domicilio ipsius mariti.*

3 *Tradit cõcordantẽ l. 24. tit. 11. part. 4.*

4 *Mouet difficultatem contra conclusionem ex eo, quòd in loco contractus quilibet conueniri potest.*

5 *Contractus dotis ex vtraque parte obligatorius, vt scilicet vxor dotem praestet, maritus soluto matrimonio illa vxori restituat.*

6 *Corroborat difficultatem ex reg. l. vinum infra si certum petatur.*

7 *Declarat dictam regulam, vt si contrahens in loco contractus inueniatur, possit cogi ad soluendum.*

8 *Agit de ratione decidendi, & Bartol. rationem assignat, quae communis est.*

9 *Reprobat praedictum intellectum proximè assignatum.*

10 *Tradit ad dictum text. intellectum Ang. ibi n. 1.*

11 *Reprobat praedictum intellectũ, & fundamentis pro eo relatis satisfacit.*

12 *Verum intellectum ad hunc textum assignat.*

13 *Mulier nubendo transit in domicilium mariti, ita vt neque in loco antiqui domicilij, vel originis, possit conueniri, vel ad onera obligari.*

14 *Vbi contrahitur in vno loco, & tacitè, vel expressè confertur solutio in aliũ locum, non potest is conueniri, nisi in loco, in quem fuit collata solutio.*

15 *Ostendit, non esse coniungendam hanc respõsionem cùm Angeli, de qua supra respons. cùm intellectus Angeli, & eius ratio non sit vera, ea autem quae assignatur à n. 12. sit verissima.*

16 *Expendit pro vero intellectu text. in praesenti.*

17 *Declarat, quomodo in isto textu contineatur ius speciale, & partim ius commune siue generale.*

18 *Declarat non procedere, si conuentum esset, vt exactio dotis fieret in loco, in quo instrumentum dotale confectum est.*

19 *Reprobat traditionem Baptistae l. 1. n. 15. & 118. C. de Sũma Trinitate.*

20 *Declarat, in quo specialitas dotis in hoc textu consistat.*

21 *Reprobat Bald. opinionem circa hunc articulum quam tradit in hac lege ad finem.*

22 *Respõdet ad rationes Bal. & sequaciũ.*

23 *Refert considerationem Cagnol. hic n. 23. quam latè expendit.*

24 *Corroborat praedictam considerationem eleganti ratione.*

25 *Refert ex Bart. & aliis, quòd respectu lucri dotis, sẽper debet haberi respectus ad domicilium mariti.*

26 *Impugnat praedictam considerationem, & ostendit, procedere non posse in terminis huius text.*

27 *Respondet ad ea, quae ex Bart. tradita sunt n. 25.*

28 *Assignat cõcordiã ad dictas opiniones.*

29 *Declarat, quomodo sit explicandum, quod tradit Baptist. l. 1. n. 117. C. de Summa Trinitate.*

30 *Si maritus transeat in domicilium vxoris sponte, vtpote, quia elegit degere in patria vxoris, non habebit locum decisio huius text.*

31 *Exemplificat proximam illationem in Lusitana, quae contraxit cum Castellano, & conuentum est, quod eam non transferret in Hispaniam.*

32 *Examinat relata per Cabedum decis. Lusitana 165. à n. 2.*

33 *Declarat, quòd in praedicta decisione agebatur de milite Castellano, qui merebat stipendia in Lusitania.*

34 *Miles*

34 *Miles censetur habere domicilium in loco, in quo stipendia meret, etiamsi ibi non habeat familiam, neque maiorem partem bonorum.*

35 *Ille, qui habet domicilium in aliquo regno, vtitur legibus priuilegiis, & beneficiis concessis subditis illius regni, etiamsi alias forensis sit.*

36 *Habens domicilium in aliquo regno vel ciuitate, dicitur esse subditus illius regni, vel prouinciæ, in qua habet domicilium.*

37 *Tradit in confirmationem tradita per Purpuratum l. 1. num. 142. Cod. de Summ. Trinitate, & Cagnol. hic num. 6.*

38 *Miles non solùm sortitur domicilium in loco, in quo meret, sed etiam censetur ciuis prædicti loci.*

39 *Forensis qui aliqua ratione efficitur ciuis, gaudet omnibus beneficiis & prærogatiuis veris ciuibus concessis.*

40 *Approbat dict. decis. Lusitanam, de qua n. 32. & eam defendit.*

41 *Exterus contrahens matrimonium in Lusitania, efficitur incola, & vicinus illius regni.*

42 *Declarat proximam resolutionẽ, quòd ex solo contractu matrimonij, maritus non consequitur naturalitatem, siue incolatum, & vicinium in regno, nisi vlterius in eo constituat domicilium, & onera subeat.*

43 *Leges Portugalliæ fuerunt conditæ pro vasallis, & subditis, & in eorum fauorem.*

44 *Dictæ leges nil pertinent ad forenses, & non subditos, qui tacitè videntur exclusi à prædictarum legum dispositione.*

45 *Refert notabiliter tradita in hac materia per Parisium cons. 34. statutum à n. 14 lib. 1.*

46 *Forenses, & non subditi, non gaudent beneficio statutorum, conditorum pro subditis, & in eorum fauorem.*

47 *Res per se non considerantur, nec in eis potest formari iurisdictio, sed tantùm attenditur persona, earum dominus.*

48 *Proximè dicta maximè procedunt in statutis concedentibus priuilegium, vel fauorem subditis, nam non extendentur ad forenses, qui non sunt subditi iurisdictioni statuentium.*

49 *Forensis non ligatur prædictis statutis in sui præiudicium, & pariter non debet vti statutis tendentibus in eius fauorem.*

50 *Proponit consequentiam, & benè iudicatum fuisse in decis. Lusitana 165. demonstrat.*

51 *Respondet ad rationes in contrarium adductas, & ad primam, de qua n. 34. tres assignat responsiones.*

52 *Primam responsionem assignat, & de ea latè agit.*

53 *Municeps ille dicitur, qui cùm naturalibus subit onera & munera.*

54 *Concludit cum Bar. quod fauores præstiti per leges originales solùm illos comprehendunt, qui subeunt onera, & munera.*

55 *Habitatio in his terminis illud tantùm operatur, vt possit in eo conueniri tanquam domicilium habens, sed quoad alia tanquam forensis considerabitur.*

56 *Assignat secundam responsionem, & ostendit, quo pacto quis constituere debeat domicilium, vt beneficio statutorum fruatur.*

57 *Probat militem de quo in d. decis. Lusitana, nunquam habuisse animum manendi in domicilio vxoris.*

58 *Quando constat, aliquem non habere animum, perpetuò manendi in loco, nunquam vllo tempore videtur in eo constituisse domicilium.*

59 *Probat etiam responsionem arg. iudicis temporalis.*

60 *Probat itẽ argumento officij secretarij.*

61 *Assignat tertiam responsionem, & ostendit domiciliũ, de quo fit mentiõ in*

in dict. l. municeps §. final. non esse proprium, & verum, sed potius improprium & fictum.

62 *Declarat quid sit proprium & verum domicilium.*

63 *Ostendit in milite deesse omnia illa, quæ necessaria sunt ad constituendum domicilium.*

64 *Quando fit mentio de domicilio, intelligitur de proprio vero, & non de ficto.*

65 *Iura, quæ loquuntur in milite, & dicunt habere domicilium, vbi meret stipendiũ, loquuntur modo extraordinario quòd ad iura loquentia de domicilio ordinario applicari non potest.*

66 *Respondet ad aliam obiectionẽ, de qua n. 38. & ostendit dictam regulam, de qua ibi, restringendam esse ad ea, quæ ciuibus cõpetunt secundùm ius cõmune, vel saltem præter ius cõmune, non autem quoad ea, quæ conceduntur subditis contra ius commune, & sic in priuilegio & iure speciali.*

67 *Adducit pro eadem parte doctrinam Bart. l. si maritus §. legis Iuliæ, n. 1. ff. de adulter.*

68 *Tradit Ord. Portugall. lib. 4. tit. 46. esse contra ius commune & eius dispositionem.*

69 *Impugnat limitationem, de qua n. 30. ex d. Bald. l. cùm quædam post principium, supra de iurisdictione omnium iudicum.*

70 *Assignat resolutionem ad illam contrarietatem ex Dec. in d. l. cùm quadam n. 9.*

71 *Declarat d. Bald. de quo proximè.*

72 *Maritus quoad ius attinet, censetur caput vxoris, atque ita magis videtur, quòd ipse tradat domicilium vxoris, quàm & è contra.*

73 *Reijcit proximam concordiam, & ostendit, esse extra terminos nostræ quæstionis.*

74 *Expendit iterum dictum Baldi, & quid in eo contineatur declarat.*

75 *Resoluit, quòd si maritus ita transires in domiciliũ vxoris, quod nihilominus retineret proprium domicilium, non confusum cùm domicilio vxoris, tunc exactio dotis censebitur collata in principalius domicilium.*

76 *Declarat quid dicendum, quando domicilia per omnia sint æqualia, & ibi exemplificat.*

77 *Resoluit, quòd si dubium occurrat, an maritus habuerit animum transferendi se in domiciliũ vxoris, vel eam transferendi ad suum domicilium, ex postea secutis id declarabitur.*

78 *Tradit rationem, cur, si agatur de petitione dotis promissæ marito & non soluta, debeat eam petere in loco contractus siue promissionis.*

79 *Refert Campesium cõtrariũ tradentẽ.*

80 *Reprobat dictũ Cãpesij, eique respõdet.*

81 *In omnibus respicientibus ipsum contractum matrimonij non autem dotis restitutionem, iuxta regulam attendendus est locus, in quo contractus celebratur.*

82 *Si contractus mutui, vel alius similis casus fuit factus inter coniuges, obseruabitur locus contractus.*

83 *Eam, de dotali contractu quòd coniux sit transitura in domicilium mariti, rationem, in alijs contractibus non militare asserit.*

84 *Probat etiã non procedere, si dos sit restituenda extraneo, quia tempore restitutionis de ea restituenda cauit.*

85 *Item nec patri, si pater restipuletur sibi dotem restitui soluto matrimonio.*

86 *Pariter non procedet in matre dotante filiam, & stipulantem dotem sibi restitui soluto matrimonio.*

88 *Infert annotationem ad tradita per Fulgos. n. 8.*

88 *In contractibus consideratur locus, in quo verba contractus prolata fuerunt, & non locus, in quem fuit collata solutio.*

89 *Tradit*

89 *Tradit speciale esse in dote, vt non inspiciatur locus, in quo celebratus est contractus, sed in quem tacitè vel expressè dotis exactio fuit collata.*

90 *Declarat auctor in quo sensu hanc specialitatem agnoscat.*

91 *Prosequitur declarationem praedictae specialitatis, & elegantem resolutionem assignat.*

92 *Mouet difficultatem contra proximam resolutionem ex eo, quia videtur repugnare communi resolutioni supra relatae.*

93 *Amplectitur pro responsione difficultatis resolutionem, quam in hac materia proponit Soc. cons. 14. n. 5. lib. 4. quam hic exponit.*

94 *Expendit pro hac resolutione l. si fundus, infra de euictionibus.*

95 *Declarat, in quo loco peti possit lucrũ dotis, de quo agit Bart. hic num. 2.*

96 *Ostendit in hoc tex. nihil speciale contineri in dote, quod repugnet regulae. l. si fundus inf. de euict.*

97 *Sed potius casus esse omnino diuersos.*

98 *Ideò si in loco contractus adsit statutum, quod ex pacto nudo detur actio, competit actio attento statuto loci contractus.*

99 *Similiter, cùm gabellae solutio respiciat validitatem contractus, ea soluenda erit in loco contractus.*

100 *Refert, quod qualiter verba contractus accipienda sint, locus contractus inspiciendus sit.*

101 *Et quoad respicientia corroborationem contractus inspiciatur locus ipsius contractus.*

102 *Ideò si statutum loci contractus obliget contrahentes praestare fideiussores, illos contrahentes tenebunt dare inspecto loco contractus.*

103 *Si agatur de respicientibus executionẽ contractus in loco, in quem collata fuit solutio, pariter & quoad eam subijcietur statutis eiusdem loci.*

104 *Contractus, quoad respicientia formam, & solemnitatem instrumenti dotalis, & pariter quoad respicientia substantiam obligationis.*

105 *Ad decisionem textus nostri infert, quòd in contractu dotali inspicietur locus.*

106 *Reddit differentiae inter locum in quem collata fuit executio & locum contractus, rationem.*

107 *Vnde iure retentionis, siue exceptionis non restituet eam partem dotis, quam praedicta statuta ei concedant propter supportata onera matrim.*

109 *Si expressum sit, quòd restitutio fieret secundum statuta domicilij vxoris, non habebunt locum praedicta.*

109 *Refert dictum Bal. l. 1. n. 5. C. ne filius pro patre, de quo dubitandum sensit.*

110 *In iudicijs, & modo procedendi non attenditur locus contractus, sed potius locus iudicij.*

111 *Iudicium & sententia assumunt initium in loco iudicij, ac ideò quoad ea attenditur locus, in quo exercentur.*

112 *In executione facienda obseruatur consuetudo loci, in quo fit.*

113 *Quando agitur de his, quae pertinent ad decisionem causae principalis, non attenditur locus iudicij, sed locus contractus.*

114 *Si statutum loci contractus respicit illius executionem, tunc non attenditur locus contractus, sed locus, in quo petitur executio.*

115 *Refert in hac materia elegans dictum Angel. leg. si fundus num. 2. infra de euict.*

116 *Si feudum concedatur Italo in Germania, debet concessio feudi regulari secundùm consuetudinem Germaniae.*

117 *Quando aliquid praestatur, debet praestari secundùm consuetudinem loci, in quo facienda est executio.*

118 *Testamentum factum Paduae, & insinuatum Perusij, meretur executionem secundùm statuta Perusij.*

119 Decla

119 *Declarat, quomodo procedat dictum Bald. de quo supra n.108.*

120 *Tradit elegantem explicationem ad doctrinam Bart. hic n.1. dum tenet, quòd quando agitur de lucro dotis, debet attendi locus domicilij mariti, & locus contractus: quod dictum communiter recipitur.*

121 *Refert additionem supra dictorum Doctorum, qui addunt, id speciale esse in dote, & quòd in aliis contractibus magis locum habet decis. l. si fundus infra de euict.*

122 *Reprobat proximam additionem Doctorum.*

123 *Refert elegantem resolutionem Bald. in hac materia c.1. §.fin.n.1. ad finem, de inuest. de re alien.*

124 *Tradit valere consequentiam in hac materia: quis sortitur forum in aliquo loco ergo subijcitur statutis eiusdem loci?*

125 *Refert, qui contrarium tenent, imò non valere dictam consequentiam.*

126 *Assignat concordiam ad dictas opiniones, & declarat quo casu vtraque procedat.*

127 *Assignat aliquas ampliationes ad doctrinam Bart. de qua supra ex Doctoribus ibi relatis, & ibi ea assignatur, vt procedat dicta doctrina, etiamsi contractus dotis celebretur in loco, in quo non consistat domicilium mariti, neque vxoris.*

128 *Ampliat secundò principaliter procedere, etiamsi maritus mutauerit prius domicilium, & illud transtulerit in locum, in quo non adsit statutum lucrande dotis.*

129 *Tradit, quòd in hac materia attẽdendũ est domicilium mariti, quòd habebat tempore contractus dotalis, licèt postea domicilium mutauerit.*

130 *Refert Salic. & alios cõtrariũ tenẽtes.*

131 *Assignat cõcordiã ad dictas opiniones.*

132 *Tradit concordare cum proximè concordia l.24. tit.11. part.4.*

133 *Respondet ad rationes Salic. & ibi ad primam respondet.*

134 *Implementum conditionis trahitur retro ad initium obligationis.*

135 *Respondet ad l. si vxor, supra eodem, & ostendit eundem textum duas continere difficultates, & primam hic tradit.*

136 *Proponit secundam difficultatem.*

137 *Tradit responsionem Ang. ad primam difficultatem.*

138 *Reijcit dictam responsionem Ang. & veram assignat.*

139 *Tradit responsionem ad secundam difficultatem, & tradit intellectum Salic. ad illum text.*

140 *Reijcit praedictũ intellectum Salic. & veriorem responsionem assignat.*

141 *Tradit in praesenti q. locum esse arbitrariae & habebitur respectus ad interesse mariti alibi soluentis.*

142 *Declarat, quòd si maritus in loco propriae originis vxorem duxit, & in alio habeat domicilium habitationis: dos subiacebit statutis loci habitationis.*

143 *Quando fit mentio de domicilio, simpliciter intelligitur de domicilio habitationis.*

144 *Refert contrariam opinionem, imò attendendum esse locum originis.*

145 *Tradit concordiã ad dictas opiniones, & quo casu procedant declarat.*

146 *Declarat, quòd si vxor tempore conuentionis ignorabat statutum domicilij mariti, quod ei deferebat certã partem dotis, non habebit hoc casu maritus lucrum dotis in praeiudicium vxoris non consentientis.*

147 *Refert contrariam opinionem, quam vt veriorem sequitur.*

148 *Respondet ad rationes contrariae opinionis, & suam responsionem assignat Autor.*

149 *Id quod inductum est per legem, etiam in ignorãtibus partibus locũ obtinet.*

150 *Declarat casum in quo admitti possit opinio,*

opinio, de qua num.146.

151 *Assignat secundam limitationem ad hunc text. & de ea latè agit.*

152 *Statutum non extendit vires suas ad res sitas extra territorium statuentium.*

153 *Refert Bald. & alios contrariam opinionem contra limitationem tenētes.*

154 *Pro concordia opinionum tradit differentiam, quæ versatur, quando statuta disponunt circa personas, vel circa res.*

155 *Refert, cum subditi semper tales maneant, neque quoad personas subditorum iurisdictionem statuentium circunscribatur territorio, valere statutum circa eos aliquid disponens etiam extra territorium degentes, dum modo de illis expressa fiat mentio.*

156 *Si tantùm de subditis fiat mentio generalis, non videtur intellectum de his, qui extra territorium degunt.*

157 *Statuentes solùm quoad res sitas intra territorium statuere possunt.*

158 *Licèt verba statuti sint generalia, vel vniuersalia, non tamen comprehendunt res sitas extra territorium.*

159 *Licèt statutum expressam faciat mentionem de rebus sitis extra territorium, tamen propter defectum iurisdictionis statuentium, minimè continebuntur sub eo.*

160 *Tradit esse receptum in hac materia, quod si coniuges habeant bona in diuersis regnis, bona sita in vno regno regulabuntur secundùm leges illius regni, & sita in alio regno secundùm illius leges regulabuntur, quasi sint diuersarum personarum.*

161 *Proxima conclusio procedit, siue verba statuti sint concepta in rem, siue in personam.*

162 *Infert explicationem ad decisionem Lusitanam supra relatam, & elegantem rationem assignat.*

163 *Tradit limitationem Bart. ad supra tradita.*

164 *Tradit effectus, qui resultare possent ex limitatione Bart.*

165 *Refert contrariam opinionem, imo si illud statutum sit fauorabile, non comprehendat bona alibi sita extra territorium statuentium.*

166 *Adducit concordiam ad dictas opiniones, & distiguendo procedit, & communiter esse concordiam asserit.*

167 *Refert casum, in quo exemplo tradito à Bartolo de quo num.163. maritus libere possit legare vxori, quicquid velit.*

168 *Declarat, quod pari ratione maritus poterit legare etiam bona existentia intra territorium statuentium.*

169 *Declarat etiam, statuta odiosa non comprehendere bona existentia extra territorium.*

170 *Tradit, quæ dicantur in proposito statuta fauorabilia, vel odiosa remissiuè.*

171 *Limitat vltimam conclusionem, si tantum sponsalia de futuro contracta sint inter illos coniuges.*

172 *Sponsa de futuro ante matrimonium non transit in domicilium mariti.*

173 *Tradit, si interim decedat sponsa, non fore locum lucro dotis delato per statutum.*

174 *Docet si contracta sint sponsalia de præsenti, & tamen sponsa adhuc non sit ducta in domum mariti, nec per eum cognita, tamen censebitur mutasse domicilium.*

175 *Addit, vt locus sit statuto de lucranda dote, non requiri, quod vxor sit traducta in domum viri, sed satis esse, habere maritum potestatem eam traducendi quando velit.*

176 *Ad consequendum prædictum lucrum dotis satis est, quod mulier sit ducta per verba de præsenti, licèt non sit cognita.*

177 *Refert, vbi probitio donandi facta inter coniuges, verificatur in sponsa ducta per verba de præsenti.*

178 *Statutum prohibens maritum legare vxori, verificatur etiam in muliere ducta per verba de præsenti.*

179 *Probat, quod statutum deferens lucrum dotis, tantum locum habet in matrimonio vero, non autem in putatiuo.*

180 *Examinat intellectum, quem gloss. 1. hic assignat ad hunc textum.*

181 *Forum quis non sortitur in loco, in quo contractus redigitur in scriptis, sed tantum in loco, in quo conuentio facta fuit inter partes.*

182 *Proximam resolutionem impugnat eleganti ratione.*

183 *Defendit resolutionem, & ad rationem in contrarium adductam respondet.*

184 *Quando conuentio iubetur scribi, non videtur de nouo celebrari, sed commemoratur quasi iam celebrata, & ad eius faciliorem probationem iubetur scribi.*

185 *Declarat proximam resolutionem, vt tantum procedat quando instrumentum est solius confessionis celebrati iam contractus.*

186 *Si scriptura requiritur pro substantia contractus, partes sortientur forum in loco in quo fit scriptura.*

1 HANC legem vtilem, † pulchram, & contra quam quilibet facilè responderet, asserit Alber. *hic in princ.* Et ex ea colligen-
2 dum est, quòd † licèt quis recipiat dotem in domicilio vxoris, tamen non potest conueniri ad dotis restitutionem, nisi in proprio domicilio ipsius mariti. Concordat *l. 24. tit. 11. part. 4.*
3 Contra quam tamen † conclusionem vrget, quod in loco contractus quilibet conueniri potest, *l. hæres absens 41. supra eod. c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* Ergo maritus debuit conueniri in loco, in quo dotem ab vxore
4 accepit: Est enim † contractus dotis ex vtraque parte † obligatorius, vt scilicet vxor dotem præstet, & maritus soluto matrimonio illam vxori restituat *l. si duo patroni §. Iulian. infra de iureiurando l. vnica §. & vt plenius C. de rei vxoriæ act.* Et augetur difficultas, quia licèt † quando quis simpliciter contrahit, & nihil dixit de solutione facienda, non videatur promittere soluere in loco contractus, sed in loco, in quo fuerit petitum, *l. vinum infra si certum petatur, & ibi notat Alex. n. 7. post Bart. l. quod si Ephesi n. 2. de eo qui certo loco.* Id tamen ita accipiendum est, vt † si nihilominus in loco cõtractus inueniatur, possit cogi ad soluendum: *c. dilecti, de foro competenti*, vel etiam in alio loco idoneo, in quo ex alia causa forum sortiatur *l. 1. cum gloss. fin. infra de eo qui certo loco*, & tamen is textus probat, quod in loco, in quo contractus dotis fuerit celebratus, non possit cogi maritus ad dotis restitutionem, etiamsi in eo loco inueniatur. 5 6 7

Ratio † autem dubitandi in obscuro est, nam Bart. Bald. & Angel. hic dicunt, speciale esse in dote, vt maritus in loco datæ dotis, & sic in loco contractus non possit conueniri ad dotis restitutionem, & ita etiam Barr. *l. 1. num. 17. Cod. de Summa Trinitate, & ibi Ias. 1. lectura num. 24. & 2. lect. n. 60. & Baptist. num. 114.* & hunc esse communem intellectum, asserit Felin. *c. 1. n. 24. de sponsalibus Bald. nouellus de dote 9. part. speciali 18. Soc. cons. 14. n. 5. lib. 4. Cassan. cons. 7. num. 3.* & vti veriorem probat Afflict. *decis. 226. n. 9.* & hunc esse communem omniũ intellectum, multis relatis, resoluit Couar. *de sponsal. 2. p. cap. 7. in princip. num. 6. Matienço l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinamenti gloss. 1. n. 69. & num. 71.* quibus adde Bald. *l. voluntas num. 1. C. de fideicommiss. Rimináld. cons. 30. num. 3. lib. 1. & num. 20. Alciat. respons. 55. à num. 5.* 8

Qui † tamen communis intelle- 9
ctus,

ctus, nullo modo admittēdus est, quia hæc dotis specialitas nulla probabili ratione nititur, cùm ex hoc non melior, sed longè deterior redderetur dotis conditio: quia vxor non posset conuenire maritum in loco cōtractus dotis, quod tamen datis eisdem terminis, aliis omnibus conceditur, & ita aduersus communem intellectum arguit Campes. *de dote 5. part. quæst.* 20. relinquens cogitandum, & hac eadem ratione à prædicto communi intellectu recesserunt Curt. Iun. *hic n.* 3. *Cagnol. num. 2. & 6. Ant. Rub. l. vnum. num. 136. infra si cert. pet. Robert. l. 1. sent. cap. 4. Valasc. consultat. 175. n. 5.*

10 Quamobrem † Angel. *hic num.* 1. alium assignat intellectum, contendens, in hoc textu nullum speciale dotis continere, ideo enim in eo maritus non conuenitur ad dotis restitutionem in loco contractus, quia vxor dando dotem videtur cum marito contrahere tanquam cum aduena, & statim recessuro, & ideo meritò in loco contractus non conuenitur iuxta regulam *l. heres absens §. proinde supra eod.* quem Angeli intellectum probant Paul. *hic num. 1. Iacobin. post princ. Curt. Iun. num. 3. Cagnol. num. 2. Felin. cap. 1. num. 24. de sponsalibus. Dec. cons. 284. n. 8. Ant. Gom. l. Tauri. 50. num. 75. Roland. de lucro dotis quæst. 12. nu. 3.* quibus addendi sunt Cumanus *cons. 110. num. 3. And. Sicul. cons. 4. col. 1. lib. 2. Curt. Iun. cons. 129. num. 5.* & ante omnes fuit intellectus Iacob. de Rauen. quem retulit Albe. *hic num. 3.* & probant alij multi, quos refert & sequitur Valas. *consult. 175. à num. 7.*

11 Sed † & hunc intellectum Ang. improbant Fulg. *hic num.* 3. Constantinus Roger. *de dote §. 20. nu. 6.* Et meritò quia is textus videtur constituere differentiam inter contractum dotis, & alios contractus, vt ex eo colligitur, ibi (*neque enim id genus contractus est*) & tamen iuxta prædictum intellectum, inter contractum dotis, & alios contractus, nulla esset differentia, quia regula *dict. §. proinde*, pariter in omnibus contractibus locum obtinet: Præterea diuinare est, quod si in specie huius text. maritus statim esset recessurus: potuit enim in domicilio vxoris longam moram trahere, quo casu certum est, quod quilibet in loco contractus conueniri potest, vt sentit *d. §. proinde, & cap. quod clericis, de foro competenti,* & ideo reiecto etiam prædicto intellectu, & alio nouo Roberti *lib. 1. senent. cap. 4.*

Verus † intellectus huius textus est, 12
quod mulier nubendo transit in domicilium mariti, ita † vt neque in lo- 13
co antiqui domicilij, vel originis possit conueniri, vel ad onera obligari *l. fin. §. item rescripserunt el 2. infra ad municip. & ibi Bar. num. 4. Bald in rub. col. 1. post principium infra solut. matrimonio & Maria. cap. fin. num. 52. ad finem de foro competenti, Deci. l. cum quædam num. 6. supra de iurisdictione omnium iudicum,* quibus adde Bald. *l. si vxorem, post principium, Cod. de conditio. insertis & l. voluntas num. 7. Cod. de fideicommiss.* declarando vt per Dec. *l. 1. num. 2. Cod. vnde vir & vxor, & consil. 223. num. 4.* Vnde licèt non fuerit expressum, tamen tacitè videtur conuentum, vt in domicilio mariti fieret dotis restitutio, & exactio, ad quod vxor ipsa transibat, & planè certum est, quod † vbi 14
contrahitur in vno loco, & tacitè vel expressim confertur solutio in alium locum, non potest is conueniri in loco contractus, sed in loco, in quem fuit collata solutio *l. 3. infra de bonis auth. iudicis possidendis,* ex ratione legis *contraxisse, infra de act. & obligat.* quem intellectum præsentit glos. 2. *hic in 2. intellectu*, dum dicit, quod ideo restitutio dotis, petenda est in domicilio mariti, quia tacitè in illud

videtur collata,& sic in effectu in domicilio mariti videtur contraxisse algat *d.leg.contraxisse*, quem intellectum probarunt antiqui, quos retulit Alber. *hic num.*3. & eundem eleganter comprobat Fulg. *hic num.*7. & eundem admittunt Paul. *hic num.*1. *Iacobin.post principiū Curt.Iun.n.*3. *Cagnol.n.*2.probat etiam Bald.*c.*1.§.*final.n.*1. *de inuest.de re aliena facta.Cuman.cons.*26.*n.*1.*& cons.*72.*num.*1.*Salic.l.*1.*num.*6.*Cod. de Summa Trinit. & ibi Baptist. nu.*114. *Andr.Sicul.in rub.de consuet.nu.*50. *Crotus l.omnes populi num.*256. *supra de iustitia & iure. Anton. Rube.l. vinum num.*136.*infra si cert.pet.Roland.de lucro dotis q.*12.*num.*4. *&* 6. *& alij relati per Matienço l.*2.*tit.*9.*lib.*5. *ordinam.glos.*1.*n.*68. *adde Dec. cons.*19. *col final. ad medium. Alex.cons.*100.*n.*9.*lib.*3.*& in effectu probat Valasc.consultat.*175.*num.*7.

15 Et † est aduertendum quòd licèt Doctores supra allegati, hanc responsionem coniungant cum responsione Angeli supra reiecta,tamen omnino distinguenda sunt: quia intellectus Angeli, & eius ratio non est ve-
16 ra, *vt supra ostendimus*.Et hæc † secunda verissima est, quam clarè insinuat is textus, dum dicit, ideo inspiciendum esse domicilium mariti ad dotis restitutionem, quia in hoc genere contractus, non oportet spectare locum in quo instrumentum dotis confectum est: sed domicilium mariti, in quod scilicet vxor secundùm naturam matrimonij est transitura, & sic sentit specialitatem dotis in hoc consistere quòd vxor tacitè censeatur conferre dotis exactionem in domicilium mariti, in quod ipsa (*iuxta iuris dispositionem*) erat transitura: & in quo etiam verisimiliter debebat dissolui matrimonium, & consequenter agi de dotis restitutione, *vt hic aduertit Fulg.n.*7.*Cuman.cons.*72.*n.*1.

17 Iuxta † quæ dicendum est, partim in isto textu contineri ius speciale, & partim ius commune siue generale. Speciale quidem: quia propter naturam matrimonij videtur tacitè collata restitutio dotis in domicilium mariti:qua præsumptione præhabita ius generale est quod maritus non conueniatur in loco contractus, sed in loco, in quem videtur collata solutio, *dicta l.contraxisse infra de act.& oblig.* & est de mente Panormitan. *in c.*1. *ad finem,de sponsal.& ibi Felin.num.*24. *Marian.cap. dilecti col. penul.ad finem de foro competenti. Afflict. decis.*226. *à num.*6. *Dec. cons.*284. *num.*8. *Alciat.l.*1.*num.*20.*Cod.de Summa Trinitate, & ibi Baptista num.*114.*Roger.de dote* §.20.*num.*7.*Loriot. tractat. de iure, & eius speciebus, axiomate* 52. *Roland.de lucro dotis, quæst.*12.*num.*6. Quod & sentit Bart. hic, dum dicit, speciale esse in dote, quòd maritus videatur promittere, quòd restituet dotem in proprio domicilio, nam ex hoc sequetur, secundum regulam generalem, non posse conueniri in loco contractus, sed in loco domicilij,in quem tacitè videtur collata dotis restitutio.

Ex † quo intellectu ita explicato, 18
& defenso infertur, quòd si conuentum esset, vt dotis exactio, & restitutio fieret in loco, in quo instrumentum dotale confectum est,non procederet is text.quia expressum facit cessare tacitum, *l. cum ex filio* §.1. *infra de vulgari, & ita Anton. cap.*1. *de sponsalibus,& ibi Felin. num.*30.*Dec. cons.*384. *col.fin.ad medium,& cons.*402. *n.*2. *Curt. Iun.hic.n.*16.*& Cagnol.nu.*22. *Matienço l.*2.*tit.*9.*lib.*5.*ordin.glos.*1. *num.*67. quibus adde Bal.*cons.*31. *statuto. num.*1.*lib.*3. expresè dicentem decisionem huius text. non habere locum, quando alius locus expressus est, in quo fieret dotis restitutio, quod & tenet Albe. 2.*parte statutorum q.*8.*in fine, Campes. de dote* 5.*part.q.*20.*n.*2.*in fine Andr. Sicul. cons.*

conſ.4.col.3.ad medium lib.2. & Crotus l. omnes populi num.261.ſupra de iuſtitia, & iure, & pro illis eſt text.*cap.1.de ſponſalibus, & l.hæres abſens.§.proinde in princip. ſupra eodem.* Vnde meritò Purpurat.*l.1.num.129.Cod.de Summa Trinitate*, reſoluit text. non procedere, ſi dotis reſtitutio promiſſa eſt expreſſim in loco contractus, vel in loco,in quo vxor habet domicilum, quia in claris non eſt locus coniecturis.

19 Cauendum † igitur erit à Baptiſt. *l.1.num.115.& num.118.Cod. de Summa Trinitate*, aſſerente de mente Doctorum communiter eſſe, textum iſtum procedere ſpeciali fauore dotis, ita vt ſemper in loco domicilij mariti agendum ſit de dotis reſtitutione: quantumcumque ſit expreſſum,quod in loco contractus debeat agi de dotis reſtitutione, vel in loco, in quo vxor haberet domicilium. Idem enim confunditur ex ſupra traditis, & ideo Purpuratus *ibi num.* 129. contra Baptiſt.aſſerit, imo hanc ipſius declarationem eſſe contra mentem Doctorum.Nam licèt dicant, textum iſtum procedere ſpeciali fauore dotis, tamen ſpecialitas dotis in hoc conſiſtit:
20 quod † tacitè videatur collata reſtitutio dotis in domiciliũ mariti. Cùm igitur expreſſum faciat ceſſare tacitum, ſi in contractu ſit expreſſum contrarium, ceſſat prædicta præſumptio, & conſequẽter diſpoſitio huius
21 text.Ex†quibus pariter etiam videtur corruere opinio Bald.*hic ad finẽ*,quod ſi maritus dotem promittat reſtituere in loco contractus, vel domicilij, vel vbicunque locorum, adhuc ſtabitur deciſioni huius textus: quia propter prædictam generalitatem, non videtur renunciatum diſpoſitioni huius textus, & conſequenter non videtur renunciare maritus lucro dotis, quod ſecundum ſtatutum proprij domicilij poterat obtinere: *ſubſcribit Baptiſt.dict.l.nu.*115. & defendit Purpurat.*ibid.num.*129.& multis allegatis hanc eſſe communem opinionem aſſerit Rol.*de lucro dotis quæſt.*19.*n.*2.*Cathelian.in memorabilib.verb.ſtatuto præalleg.& Cagnol.hic num.*23.

Cæterùm † aduertendum eſt,quod 22
& id videtur confundi ex ſupra traditis.Cùm enim dotis reſtitutio expreſſim in loco contractus, etiam promiſſa ſit, nulla eſt ratio, ob quam magis debeat attendi domicilium mariti, quàm locus cõtractus expreſſi, *arg.l.Titium & Mauium* §.1. *infra de adminiſtr. tut.* & cùm in hoc caſu propter expreſſum ceſſet ratio huius tex. debet etiam ceſſare eius diſpoſitio, *vt hic aduertit Curt. Iun.n.*17. Neque†vi- 23
detur ſatisfacere conſideratio Ruin. *conſ.*58.*num.*7. *lib.*3. & Cagn. *hic n.*23. quod in prædictis terminis ceſſat quidem ea præſumptio, quod tacitè videtur collata reſtitutio dotis in domicilium mariti, cum pariter fuerit expreſsè facta relatio ad locum contractus, & quod nihilominus lucrum dotis debet deferri marito,ſecundùm ſtatutum proprij domicilij, quia cùm hoc lucrum à principio contractus dotalis videatur delatum, non debet videri illi renunciaſſe: quia verba expreſſa neceſſariò id non important. Pro qua conſideratione † illud etiam 24
videtur facere, quia licèt ceſſet tacita collatio in domicilium mariti, tamen adhuc videtur militare ea ratio quam is textus in fine aſſignat, quod vxor tranſit in domicilium mariti, propter quam ſolam rationem Bart.*hic num.*1. communiter receptus † reſpectu lu- 25
cri dotis concludit, quod reſpectu lucri dotis ſemper debeat haberi reſpectus ad domicilium mariti, *vt aduertit Baptiſt.l.1.num.116.& ibi Purpuratus num.*119. *Cod.de Summa Trinitate Roland.de lucro dotis q.19.n.6.latè Socin. Iun.conſ.14.à num.2.lib.1.*

26 Sed † non placet hæc consideratio, quia Iureconsultus hic in fine tantum expendit; quod tacitè videtur collata dotis exactio in domicilium mariti, *vt supra diximus.* Cùm igitur expressum faciat cessare tacitum, si expressè dictum sit, quod etiam in loco contractus fiet restitutio, cessat prædicta coniectura, & consequenter dispositio huius text. *arg. l. hæres absens §. proinde in princ. supra eod.* Neque est verum quod Bart. *hic num.* 1. con-
27 trarium sentiat. Loquitur † enim iuxta terminos huius text. quando ex eo, quod mulier transit in domicilium mariti, colligitur præsumptio, quod tacitè videatur collata exactio in domicilium mariti. Si igitur de contrario constet, magis sentit locum contractus esse attendendum, & non domicilij ipsius mariti: circa quod videndus est Corneus *cons.* 70. *à n.* 8. *lib.* 2.
28 Poterunt nihilominus † concordari opiniones, quod cum stante prædicta generali promissione, videatur promissum, quod soluet in loco idoneo, in quo fuerit inuentus l. *Titium & Meuium §. 1. infra de administratione tutorum*, attendetur locus, in quo maritus inuenitur, & conuenietur ad dotis restitutionem? & secundùm statuta illius loci, in quem tacitè videtur in his terminis collata exactio dotis considerabitur, vtrum
29 sit locus lucro dotis nec ne. Iuxta † quod est explicandum id quod tradit Baptist. 61. *num.* 117. *Cod. de Summa Trinitate*, quod si maritus alternatiuè promisit dotem restituere, vel in proprio domicilio, vel in loco contractus, adhuc procedet decisio huius text. Ex enim proximè traditis, verius dicendum est, quod in electione vxoris erit, in quo loco agat, *l. 3. infra de eo quod certo loco*, & sic attenditur statutum loci, quem elegit vxor ad repetendam dotem: facit in simili *l. quod si fundus infra de fundo dotali.*

Secundò principaliter ex supra dictis infertur, quòd cùm fundamentum decisionis huius text. in eo consistat, quod ex eo, quòd mulier sit transitura in domicilium mariti, in illud videtur collata dotis exactio, à cessante ratione, si maritus sponte † transiuit 30
in domicilium vxoris, vtpote quia in patria vxoris elegit degere cum familia perpetuò, non habebit locum decisio huius textus: sed potius considerabitur locus domicilij vxoris, in quem voluit maritus transire, & ita Bald. *l. final. n.* 4. *C. si à non compet. iudice, extollit Iacobin. hic n.* 2. *Curt. Iun. num.* 10. *Cagnol. n.* 13. *Clemès sing.* 66. *Iason. l.* 1. *lect. n.* 27. *& 2. lectura num.* 62. *C. de Summa Trinitate Dec. consil.* 284. *numero* 8. *Cassan. consil.* 7. *numero* 6. & asserit receptum Roger. à Mota *l. hæres absens §. 1. num.* 113. *supra eodem, Roland. de lucro dotis quæst.* 16. *num.* 2. *Crotus l. omnes populi nu.* 259. *supra de iustitia & iure Couar. de sponsalibus 2. parte cap.* 7. *in principio num.* 7. *in fine Tiraq. in ll. connub. glos.* 2. *à numero* 45. Vnde † si Castel- 31
lanus contraxit cum Lusitana, & conuentum est, quod eam non transferret in Hispaniam: satis clarè constat, quod maritus perpetuò se transtulit in domicilium vxoris, & consequenter locus erit nostræ illationi, *Valasc. consultat.* 175. *à num.* 25. *qui ibidem n.* 14. fortius addit, quòd si vxor traxit maritum à proprio domicilio in vxoris domicilium, satis etiam verificabitur nostra illatio, ex quibus dubia videtur reddi decisio Lusitana relata per 32
Cabedum *decis.* 165. *à numero* 2. Nam cùm Hispanus contraxisset matrimonium cum Lusitana Vlisiponensi, & cum ea degeret, mortua vxore conclusum fuit, non esse attendenda statuta Lusitaniæ, sed potius statuta regni Castellæ, in quo ipse habebat domicilium, *iuxta supra tradita,*

&

& ferè in terminis obseruat Riminaldus Senior *cons.30.nu.11. & nu.23.lib.1.& Ioannes Bapt.Plotus cons.17.nu.15.*

33 Hæc enim † decisio videtur confundi ex supra traditis, & quia in prædicta decisione agebatur de milite

34 Castellano, qui † merebat stipendia in Lusitania: nam his censetur habere domicilium in loco, in quo stipendia meret, *l. municipes 23.final.ff. ad municipalem*, etiamsi non habeat familiam neque maiorem partem bonorum, *vt ibi per gloss. final. communiter receptam*, & idem probat *l. 2. tit.24. partit.4. notat Paul. Castrens. l. magisteria Codic. de iurisdictione omnium iudicum*, *Cardin. cap. final. colum. 2. post principium, de parrochiis Felin. cap. dilectus c. 2. nu. 2. de rescriptis,& Matienço l. 1. titul.4. lib. 5.ordinam.gloss.5.num.9.* Si ergo habet domicilium in loco, in quo meret stipendia, necessariò consequitur, quòd cum domicilium videatur habere in regno Portugalliæ, vtetur legibus & consuetudinibus prædicti regni:nam

35 † ille, qui habet domicilium in aliquo regno, vtitur priuilegiis, & beneficiis concessis subditis illius regni, etiamsi aliàs forensis sit *l. prouinciales 188. ff. de verborum significatione*, &

36 meritò quia † habens domicilium in aliquo loco, vel ciuitate dicitur esse ciuis, & subditus illius regni, vel prouinciæ, in qua habet domicilium, *gloss. cap. statutum §. cum verò verb. eiusdem de rescriptis in 6. prosequitur Deci. consil.550.à num.7.* Ergo prædictus miles ratione domicilij poterit vti priuilegiis competentibus veris Portugalensibus.

37 Et in nostris terminis est decisio † Purpurati *l. 1. num. 142. Cod. de Summa Trinitate*, & Cagnol. *hic num. 6.* concludentes, quòd vbi maritus transtulit domicilium in locum domicilij vxoris, poterit vti commodis statutorum prædicti loci, neque repelletur ab acquirendo in prædicto territorio, neque ab aliis, quæ per statuta loci prohibita sunt forensibus: Cùm enim ibi domicilium habeat, nō censetur forensis: & in casu omnino simili tradit Goza. *cons.49.nu.13. & nu. 17.in fine.* & Lancelotus Gallia ad statutum Alexandriæ 8. *præfatione nu.48.*

Et † confirmatur, quia miles non 38 solùm sortitur domicilium in loco, in quo meret *vt dictum est*, sed etiam censetur ciuis prædicti loci, *gloss. 2. l.ciues Cod.de incolis lib.10.Bart. l. 1. num. 13. ff. ad municip. Felinus cap. dilectus c. 2. num. 2. de rescriptis*, & forensis, qui † 39 aliqua ratione efficitur ciuis, gaudet omnibus beneficiis & prærogatiuis veris ciuibus concessis, vt probat *dict. l. ciues, Cod. de incolis lib. 10. l.liberos Codic. de collat. l. 1. §. 1. ff. ad municip. ibi (nisi forte priuilegio aliquo)* & tradit Paris *consil. 71.à num.4. lib. 1. Boerius decis.13. num. 21.* & in terminis in milite, vel clerico, habente beneficium, vel prælaturam in loco, quòd quoad omnia censeatur ciuis, concludit Cardin. *cap.fin.antè num.2.de parrochiis.*

Sed † his non obstantibus decisio 40 Lusitana supra relata mihi verior videtur, & in practica seruanda, & pro fundamento præmittendum est, quòd † licèt exterus contrahens matrimo- 41 nium in Lusitana efficiatur incola, & vicinus regni, vt disponit Ordin. *lib. 2. titul. 56. nouæ recopilationis, & leg.2. titul. 24. partit.4.* Id tamen intelligendum est, cum Gregorio Lopez ibidem *verb. porcasamento*, quòd † ex 42 solo contractu matrimonij maritus non consequitur naturalitatem siue incolatum & viciniam in regno, nisi vlterius in eo constituat domicilium, & onera subeat, vt est textus *l.si in patria C.de incol.lib.10.*

Secundò † est præmittēdum, quòd 43 leges Portugalliæ fuerunt conditæ pro *vassallis & subditis*, & in eorum fa-

uorem

uorem, vt constat ex proœmio illarum legum, & in terminis circa leges Hispaniæ aduertit Paris. *cons.* 1 1. *à num.*
44 8. *lib.* 3. Vnde † nihil pertinent ad forenses & non subditos, qui tacitè videntur exclusi à prædictarum legum dispositione, quod quidem tradunt relati per Lancelotum Gallia ad statutum Alexandriæ *præfatio* 8. *à num.*
45 44. Vnde notab. † idem Paris. *consil.* 34. *statutum à num.* 14. *lib.* 3. concludit, quòd si quis non sit originarius regni, neque ibi habeat domicilium, & consequenter sit, & permaneat forensis, non poterit gaudere, neque vti beneficio statutorum regni, asserés, ita esse communiter receptum, & addens, quòd nullo modo possit applicari mẽs statuentium, quòd forenses debeant gaudere beneficio statutorũ, quæ per eos condita fuerunt, in beneficium subditorum, & ita de forensibus minimè cogitarunt: quasi sibi non subditis, & nihil pertinentibus ad ipsos
46 statuentes. Et sic † in hac materia pro regula constituitur, quòd forenses & non subditi non gaudent beneficio statutorum conditorum pro subditis, & in eorum fauorem. Et licèt Thesaurus *decis.* 106. *num.* 5. *& decis.* 123. *num.* 8. *& num.* 11. dicat post multos forenses admitti, saltem ad ea bona, quæ sunt in territorio statuẽtium, & in nostris terminis idẽ resoluat Curtius Iun. *cons.* 5. *num.* 42. *vers. ad septi-*
47 *mum.* Tamen † contrarium est verius ex supradictis, & quia res per se non considerantur, neque in eis potest firmari iurisdictio, sed tantùm attenditur persona earum dominus *l. rescripto* §. *fin. in fine ff. de mun. & honorib.* ex ratione *l. iustissimè infra de adilitio edicto*, & latere resoluit Roland. *cons.* 24. *à nu.* 17. *lib.* 3. *Berosius cons.* 60. *à num.* 18. *lib.* 1. *& Lancelot Gallia ad statutũ Alexandriæ præfat.* 8 *à num.* 36. *& sequenti*, asserens ita esse magis receptum, quam res referens hoc tenentes, circa quòd est vidẽda resolutio Alexand. *cons.* 44. *num.* 12. *lib.* 5. *Alb. tractatu statutorum lib.* 2. *quæst.* 9. *& alij relati per Deciũ conf.* 114. *post principium.* Quòd maximè procedit in statutis cõcedentibus priuilegium, vel fauorem subditis. Nam non extendentur ad forenses, vel ad alios, qui non sunt subiecti iurisdictioni statuentium, vt *post plures tradit Crotus l. omnes populi num.* 244 *ff. de iustitia & iure.* Et meritò, quia † prout 48
forensis non ligatur prædictis statutis in sui præiudicium, ex regula *l. fin. supra de iurisdictione omnium iudicum.* Pariter nec debet vti statutis tendentibus in eius fauorem, *iuxta regulam l. secundùm naturam ff. de regul. iur. & cap. qui sentit, de regul. iur. in* 6. expressè Decius *cons.* 550. *num.* 8. Sed is miles, de quo agitur, neque erat originarius regni, quia erat Castellanus, neque in regno habebat domicilium, *vt statim probabimus in responsione àd rationes in contrarium adductas*: Ergo † is non gau- 49
debit dispositione legis consuetudinariæ, inducentis communionem bonorum inter subditos contrahentes matrimonium simpliciter in Lusitania Ordinatio *lib.* 4. *tit.* 46. *noua recopilationis*, & deducitur ex recepta doctrina Bart. *l.* 1. *num. primo*, 8 *ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his.*

Neque † obstant rationes in con- 50
trarium. Nam ad primam, quòd miles censetur habere domicilium in loco, in quo stipendia meret, tres assignantur responsiones: Prima est, quòd vt forensis † gaudeat statutis regni non 51
sufficit in regno habere domicilium, & habitationem, nisi onera & munera subeat: quæ imponuntur naturalibus regni, nam † cùm municipes di- 52
cantur, qui nobiscum subeunt onera, & munera *l. post principium ff. ad municip.* si aliqui domicilium & † habita- 53
tionem habeãt in loco, & tamen non subeant

ſubeāt onera,quoad fauores præſtitos per leges regni originariis illius loci, non comprehendūtur in prædictis legibus vel ſtatutis,vt elegātibus rationibus probat Bart. *in tractatu repreſaliarum* 5.*q.principali n.*1.*Paul.Caſt.l.omnes populi ad finem ff. de iuſtitia & iure,* quia apertè ſentit,quòd ille,qui habitat in loco,ſi munera non ſubeat,cenſetur forenſis,& ideo ſtatutis,fauorabilibus loci gaudere non poteſt,vt expendit Ruinus *conſ.*100.*n.*7.*lib.*5. re-
55 ſoluens†quòd habitatio in loco in his terminis, illud tantum operabitur,vt poſſit in eo conueniri tanquam domicilium habens, iuxta *l. hæres abſens §. fin. ff. de iudicijs*,ſed quoad alia tanquam forenſis conſiderabitur, quod etiam reſoluit Lancelotus Gallia. *in tractatu ad ſtatutum* 8. *præfatione nu.*50. Sed is miles, de quo agitur in regno, non ſubibat onera,neque iuriſdictioni regni volebat ſubiici, ſed tanquam omnino exemptus à prædicta iuriſdictione agebat: Ergo beneficio ſtatutorum gaudere minimè poteſt, *iuxta ſupra tradita.*
56 Item † ſecundò reſpondetur,quòd vt habens domicilium in loco, gaudeat priuilegiis loci, oportet ita conſtituere domicilium in loco, vt ibi perpetuò maneat, niſi aliqua cauſa de nouo ſuperueniat *l.ciues Cod. de incolis lib.*10. Nam ſi tantum domicilium ad tempus conſtituat, illud domicilium non efficiet, quòd ipſe beneficio ſtatutorum fruatur. Ita in terminis Riminaldus Senior. *conſ.*30. *num.*9.*lib.*1. *& Pariſ. conſil.*34.*num.*22.*lib.*3. *& Salced. in additio. ad practicam criminalem, Bernar. Diaz.cap.*54.*num.*27. *& elegan-*
57 *tius ibidem,num.*35.Sed † is miles nunquam habuit animum perpetuò manendi in domicilio vxoris, ſed ad tempus, niſi per principem in alium locum, vel prouinciam mutaretur. Ergo nunquam videtur habuiſſe domicilium, reſpectu cuius poſſet frui beneficio ſtatutorum regni Portugalliæ, quod ita in terminis conſuluit Alciatus *reſponſ.*55. *n.*9. Quòd ſi Caſtellanus moratur in caſtro cum vxore & familia, etiam vltra decennium, non dicetur in caſtro conſtituiſſe domicilium: quia † finito officio habet 58
animum recedendi, & quando conſtat, quem non habere animum perpetuò manendi in loco, nunquam vllo tempore videtur in eo conſtituiſſe domicilium, *Bart. l. lex Cornelia §. ſi tantum num.*1. *& ibi Angelus num.*7. *ff. de iniurijs, & Menoch. de arbitrar. lib.*2. *caſu* 86. *à num.*7. conſonat reſolutio Rogerij à Mota *l. hæres abſens §.*1.*num.*109. *ſupra eodem*,quòd † ſi iudex tem- 59
poralis ſit in loco cum bonis & familia, tamen non dicetur in eo conſtituiſſe domicilium, quia conſtat non habere animum perpetuò ibi manendi, ſed recedendi finito officio, & diximus *l. hæres abſens §. fin. ſupra eodem.* Vnde conſuluit Beroius *conſ.*60. *à num.*22. *lib.*2. quòd † ſi quis accepit 60
officium ſecretarij alicuius ducis, nunquam cenſetur in eo loco conſtituiſſe domicilium, quia ex natura officij temporalis, conſtat non habuiſſe animum perpetuò ibi manendi,quod etiam in ſimili & valde notabili caſu conſiderat, & tradit Valaſcus *conſultatione* 175. *num.*25.
Tertiò † reſpondetur, quod do- 61
micilium, cuius fit mentio *in d.l. municeps §. final. ad municipalem*, non eſt proprium, & verum domicilium, ſed potius improprium, & fictum,vt colligitur ex verbis illius ibi *(videtur)* & patet ex eo,quòd † vt quis proprium, 62
& verum, dicatur habere domicilium, oportet, quòd quis in loco habitet,& in eo habeat maiorem partem fortunarum,eo propoſito quòd ibi ſit perpetuò,niſi noua cauſa ſuperueniat; vt eſt expreſſum *l. ciues Codic. de incolis*

lib. 10. Felin. cap. dilectus cap. 2. num. 10.
de rescriptis, & in materia tradit Pari-
sius consil. 34. à num. 21. lib. 3. & in ter-
63 minis dict. l. municeps §. fin. in eo † do-
micilio; non habebat miles maiorem
partem bonorum, vt ibi per glossam
final. communiter receptam, neque
etiam animum perpetuò in eo ma-
nendi, sed tantum dum stipendia
meretur, vt colligitur ex mente illius
textus & aduertit Cardinal. cap. fin.
num. 261. ad finem de parochijs, ergo do-
micilium improprium, & fictum vi-
64 detur habere. Porrò † quando fit men-
tio domicilij, intelligitur de proprio
& vero, & non de improprio & fi-
cto, l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. l.
final. Codic. de his qui veniam ætatis im-
petra. notat Parisius consil. 34. num. 13.
lib. 3.
65 Et † confirmatur, quia negari non
potest illud domicilium, saltem extra-
ordinario modo introduci, vnde de
eo non debent intelligi iura de domi-
cilio loquentia, quia intelliguntur de
ordinariis, & non de extraordinariis,
l. Seio §. medico ff. de annuis legatis, & do-
cet glos. penult. Clemen. 2. de offic. ordi-
narij, & ibi Cardinal. n. 13. Imol. n. 10. &
Bonifacius n. 8. & notat Panorm. c. 1. n. 3.
de officio legati, Nauar. cap. cum contingat
6. remedio ad finem de rescript. Ergo ces-
sante vero domicilio & proprio, tan-
quam forensis, non debet gaudere be-
neficiis legum regni.
66 Et † ex his etiam facilè responde-
tur ad illud, quod obiectum est, quòd
prædicti censentur ciues, & conse-
quenter gaudent omnibus beneficiis
statutorum, quæ veris ciuibus com-
petunt, (Cardinal. cap. final. ante nume-
rum. 1. de parroch. quia respondetur, id
esse restringendum ad ea, quæ ciui-
bus competunt, secundùm ius com-
mune, vel saltem præter ius commu-
ne, non autem quod ea, quæ conce-
duntur subditis contra ius commune,
& sic in priuilegium & iure speciali
l. si filius & ibi Cyn. & Angel. C. de bonis
proscriptorum l. cum patronus ff. de leg. 2.
& ita eleganter Ruinus l. Gallus §. si
eius n. 115. ff. de liber. & posthum. ad id
multa † iura inducens, cui adeò Bart. 67
l. si maritus §. legis Iuliæ num. 1 ff. de adul-
terijs, concludentem, quòd si alicui
concedatur, vt sit ciuis alicuius loci,
& in omnibus tractetur, vt verus ci-
uis, intelligitur ea concessio, de his,
quæ iure communi ciuibus compe-
tunt, vel etiam de illis, quæ ciuitas
concordare potuit, non autem de his,
quæ ciuibus competunt, contra ius
commune ex speciali priuilegio Prin-
cipis. Nam hæc non videntur eis con-
cessa inducens text. l. Codicillis §. fin.
ff. de leg. 2. & subscribit Socin. Iunior.
l. 1. num. 30. ff. de leg. 1. Boërius post alios
decisione 260. num. 33. Sed in isto † ca- 68
su id, quod disponit Ordinatio lib. 4.
titul. 46. nouæ recopilationis, quòd inter
coniuges bona efficiantur commu-
nia, est contra ius commune, quod
iubet dotem restitui vxori, & mari-
tum nihil ex ea lucrari, l. 2. in principio
ff. soluto matrimonio l. fin. Cod. soluto ma-
trimonio. Ergo dispositio illa, quæ ad-
uersatur iuri communi, & iure con-
suetudinario introducitur in fauorem
& beneficium subditorum: non de-
bet communicari forensibus, qui ne-
que ratione originis, neque domicilij
veri, & proprij, sunt subditi, neque
vasalli regni.

His ita explicatis ad perfectam ex-
plicationem limitationis supra assi-
gnatæ num. 30. ad decisionem huius
textus aduertendum est: quòd † ad- 69
uersus illam nimis videtur vrgere di-
ctum Baldi l. cum quedam, post princi-
pium, supra de iurisdictione omnium iudi-
cum, quòd licèt maritus transeat in
domicilium vxoris, semper tamen vi-
detur vxor sequi domicilium mariti,
non autem maritus domicilium vxo-
ris,

ris, cuius contrarietatis meminit Baptista *l.1. num.121. ad finem C. de Summa Trinitate*, & super ea reliquit cogitandum.

70 Cæterùm † Decius *dict. l. cum quedam num.9.* hanc contrarietatem dissoluit distinguendo, quòd si maritus transiuit in domicilium vxoris, animo ibi perpetuò manendi, procedit limitatio, quam defendimus. Si autem ad illud transiuit ad tempus: ita vt postea eam transferat in proprium domicilium, procedet opinio Bald. supra relata, & ita etiam Felinus *c.1. num.26. de sponsalibus Cagnol. hic n.13. & dict. l. cum quedam num.4. Catelian. in memorabilibus verb. dos repetitur & Roland. de lucro dotis q.16. num.5. & in fi-*
71 *ne.* Sed † verius est, quod Bald. dict. *l. cum quedam, post princip. supra de iurisdictione omnium iudicum*, tantum dicit, quòd licèt maritus transeat sponte ad
72 domicilium vxoris, tamen † quoad ius attinet, cùm maritus censeatur caput vxoris, *cap. ordo est 33. quæst.5.* magis ipse videtur trahere domicilium vxoris, quam è contra, vt etiam aduertit Purpuratus *l.1. num.139. Cod. de Summa Trinitate*, non tamen negat considerandum esse domicilium mariti, quod in his terminis confunditur cum domicilio vxoris, & sic magis dicetur esse domicilium mariti, quàm vxoris, *vt nos supra probanimus*, & ibi videas.

73 Sed † non placet hæc concordia, quia est extra terminos nostræ quæstionis. Si enim maritus transiuit in domicilium vxoris, eo animo vt ibi perpetuò non maneret, sed ad tempus, non videtur ibi domicilium constituisse *l. ciues Codic. de incolis lib.10.* Sed potius retinere antiquum *Riminald. consil.30. num.9. lib.1.* ac ita in his terminis proculdubio locus erit decisioni huius textus. Dubitatio igitur tantùm potest locum habere, quando maritus ita transiuit in domicilium vxoris, vt perpetuò ibi remaneret. Et in his terminis reperitur contrarietas supra relata.

Circa quam concludendum est, quod † Bald. *dict. l. cum quedam post prin-* 74 *cipium*, tantum dicit, quòd licèt maritus transeat sponte ad domicilium vxoris, tamen quoad ius attinet, cùm maritus censeatur caput vxoris, *cap. ordo est. 33. q.5.* magis ipse videtur ad se trahere domicilium vxoris quam è contra, quod & considerat Purpurat. *l.1. num.139. C. de Summa Trinitate*, non tamen negat, considerandum esse domicilium mariti, quod in his terminis confunditur cum domicilio vxoris, & sic magis videtur esse domicilium mariti, quàm vxoris.

Quare † si maritus ita transiret in 75 domicilium vxoris, quod nihilominus retineret proprium domicilium, non confusum cum domicilio vxoris, iuxta *l. eius qui §. Celsus infra ad municip. & cap.2. de sepult. lib.6. tradit Marian. cap. fin. num.21. de foro compet.* & tunc exactio dotis censebitur collata in principalius domicilium, *argum. l. queritur supra de statu hominum, & l. cum in diuersis infra de religios. & sumptibus funerum, & l. 1. & ibi Bald. supra de officio præfecti Augustalis*, & est de mente Bar. *l. assumptio §. iuris prudentibus infra ad municip. Ruin. consf.58. num.8. lib.3. Cagnol. hic num.19.* quòd † si domicilia 76 per omnia sint æqualia, vt quia sex mensibus in vno moratur, & aliis sex mensibus in alio, tunc videtur attendendum illud domicilium, in quo dissoluitur matrimonium, & incipit fieri locus dotis restitutioni, perinde ac si à principio in illud fuisset collata dotis restitutio, *argum. cap.2. de sepultur. in 6.* ad quem modum sunt explicandi Cuman. *consf.110. num.3. Felin. cap.1. num.28. de sponsal. Curt. Iun. hic num.12.* Addendo † quod si 77

a principio dubium sit, vtrum maritus habuerit animum transferendi se in domicilium vxoris, vel eam trāsferendi ad suum domicilium, ex postea secutis id declarabitur, *argum.l.3. Cod. de natural.liber.& in specie Dec.cons.284. num.8.verb.vel actus Cagnol.hic num.15. & l. cum quadam num.4.supra de iurisdictione omnium iudicum, Alciat.respons. 55.num.2.*

78 Tertiò † principaliter ex supra dictis infertur, quòd si agatur de petitione dotis promissæ marito, & non solutæ, debet eam petere in loco contractus siue promissionis, quia respectu mariti in hoc casu, cessat ratio in hoc text. expressa. Neque enim attenta natura matrimonij ipse debet transire in domicilium vxoris, ac ita videtur obseruanda regula generalis *c.1.§. contrahentes de foro compet. in 6. & ita Albert.hic num.2. Afflict.decis.226. num.70. Aymon.cons.323. numero 3.* & ampliat notab. Nauar. *cons.4.nu.13. de constitut.*

79 Sed † est aduertendum, quòd contrarium tanquam receptum tradit Campes.*de dote 5.p. quæst.20. num.1.in fine,* quia speciale est in dote, vt semper videatur collata dotis exactio in domicilium mariti, sed apertè fallitur, quia ea ratione dotis restitutio
80 † videtur collata in domicilium mariti, quia ex natura matrimonij, vxor illud debet transire. Cùm igitur respectu promissionis factæ marito cesset ea ratio, obseruanda venit in hac
81 causa regula generalis. Vnde † generale est, quo in omnibus respicientibus ipsum contractum matrimonij, non autem dotis restitutionem, iuxta regulam attendendus sit locus in quo contractus celebratur, *vt post Iacob.de Rauen.tradit Albe. hic num.3. Afflict.d. decis.226.num.7. Campes.de dote 5.p. q. 20.num.3. & in notab. casu tradit Socin.*
82 *cons.147.n.5.lib.2.* Quinimo † si ponas contractum mutui, vel alium similem fuisse factum inter coniuges, obseruabitur locus contractus, quia tunc etiam cessat huius textus ratio, *Albert.hic n.3. Bald.in Rub. Cod.de priuileg.dotis n.3.Ias.l.1.in 1.lect.n.28.& 2.lect.num.63. Codic.de Summa Trinitate,* quod clarè sentit is textus, dum restringit se ad naturam contractus dotalis, quasi aliud sit in aliis contractibus celebratis inter coniuges.

Neque dicas, etiam † in aliis contractibus, videri etiam militare rationem, quòd coniux sit transitura in domicilium mariti, quia respondetur, eam tantum euincere id, quod in textu expressum est, quod restitutio dotis tacitè videtur collata in domicilium mariti, quia verisimiliter ibi debet dissolui matrimonium, & consequenter in eo debet agi de restitutione dotis, vt hîc declarat *numero 1.* quæ verisimilitudo cessat in aliis contractibus celebratis inter coniuges, ac proinde in illis non est recedendum à regula generali *l.hæres absens §. 1. supra eodem.* Et pari ratione, si † dos sit restituenda extraneo, quia tempore dationis de ea restituenda sibi cauit, iuxta *l.vnicam §. accedit Cod. de rei vxoriæ actione*, non habebit locum huius textus decis. quia cessat ratio supra assignata, *Bald.in rub.n.3.Cod.de priuileg.dotis Felin.cap.1.num.27.de sponsalib. Crotus l. omnes populi num.260. supra de iustitia, & iure, Boer.cons.50.n.20.*& asserit receptum Roland.*de lucro dotis q. 7.*quicquid leuiret dissentiat Curtius Iun.*hic n.11.& Cagnol.n.17.* Quinimo neque obtinebit locum huius text. decisio, si † pater stipuletur sibi dotem restitui soluto matrimonio, *iuxta l.quoties 30.infra solut. matrim.* & pariter non procedet † in matre dotante filiam, & stipulante dotem sibi restitui soluto matrimonio, *Purpurat.l. 1.num.146. Cod.de Summa Trinitate.* 83 84 85 86

Quartò

87 Quartò † principaliter ex supra traditis infertur annotatio, ad tradita hic per Fulgos. *num.*8. dum tradit, quòd licèt in contractibus considere-
88 tur † locus, in quo verba contractus prolata fuerunt,& non locus,in quem fuit collata solutio *l. si fundus inf. de euict. Bart.l.1.n.16.C.de Summa Trinitate, Panorm.cap.final.num.30.de foro competenti. Cuman.cons.26.n.1.& cons.72.n. 2 Feli.c.1. n.23. de sponsalib. Decius l. si conuenerit n.23. supra de iurisdictione omnium iudicum,Cassan.cons.7. n.2.* Tamen
89 † speciale est in dote quoad illam subiiciendam statutis loci, non consideratur locus,in quo celebratus est contractus, sed locus, in quem dotis exactio tacitè vel expressim fuit collata, vt probat is textus adiuncta doctrina Bart.*hic num.*1. quam etiam dotis specialitatem agnoscit Bart.*l.*1 *n.*17.*Cod. de Summa Trin.& ibi Bapt.nu.*114. *Cuman.* vbi supra & esse receptum per Doctores asserit Marian.*c.dilecti col.penult.ad finem de foro compet. Felin.cap.1. n.24. de sponsal. Rochus c. fin. de consuet. sect.9.alias q.12.n.4.& n.45. Cassan.cons. 7.n.3. Dec.cons.19. col. vlt. ad medium. Matienço l.2.tit.9.lib.5. ordin.gl.1.n.70.*
90 Est † tamen aduertendum, quòd ego hanc specialitatem agnosco in hoc sensu, quòd licèt in contractibus celebratis inter coniuges, non videatur collata solutio in alium locum, nisi exprimatur,ac proinde semper in his contractibus inspiciatur locus ipsius contractus, tamen speciale est, in contractu dotis, vt exactio dotis videatur collata in domicilium mariti propter rationem supra assignatam, quæ stante præsumptione generale est, vt non spectetur locus contractus,sed potius locus, in quem fuit collata solutio *l.3.inf.de bonis auth. iudicis,& l.cōtraxisse inf.de actio.& obligat.*
91 Si igitur prædictis † adiūgas doctrinam Bart. *hic num.*1. quòd contractus dotalis regulatur secundùm statuta domicilij mariti, illud vtique colliges, quòd quando exactio dotis censetur collata in alium locum, quoad subiiciendum contractum statutis loci, non debet attendi locus, in quo verba contractus fuerunt prolata,sed locus, in quem censetur collata solutio, *vt aduertit Roger. de dote §.*20. & pro cōstanti pręsupponit Lariot.*tract. de iure,& eius partib.axiomate* 52.Quod † tamen prima facie apertè videtur 92
repugnare communi traditioni supra relatæ: & quamuis Cagn. *hic n.*7. *&* Andr. Sicul. *in rub. n.*54. *de consuetud.* huic difficultati conetur satisfacere, tamē magis videtur impugnare communem traditionem, quam defendere. Et † ideo pro vera responsione,am- 93
plectenda est resolutio,quam ex mente Doctorum in hac materia proponit Socin. *cons.*14. *nu.*5. *lib.*4. quod in respicientibus formam, vel solemnitatem contractus, item in respicientib.obligatione contrahentium, & illius corroborationem inspiciatur locus, in quo verba contractus fuerunt prolata, etiamsi traditio, vel solutio in alium locum † fuerit collata. Id 94
quod probat *l. si fundus infra de euict.* intelligendo, quando fundus venditus non erat situs in loco, in quo fuit celebrata venditio, quo casu certum est quod solutio,siue traditio,non poterat fieri in loco contractus, sed in loco,in quo fundus erat situs *l.cum res infra de leg.*1. & nihilominus quoad supra relata probat ille text.locū contractus esse inspiciendum, prout intellexit Bart.*l.*1.*num.*16.*Cod.de Summa Trin.Andr. Sicul.in rub. num.*48. *de consuetud. Iacobin.l.non solum nu.*2. *supra de iure dotium,Campes.de dote* 5.*p.q.*20.*n.*1. *Soc.cons.*247.*n.*5.*lib.*2.Cæterùm quoad ea, que respiciunt executionem contractus celebrati, inspiciendus est locus,in quē fuit collata solutio,cum & ipsa

ipsa solutio executionem in se includat, *l. contraxisse, infra de act. & oblig.* Er ita in his terminis procedit is textus.

95 Iuxta † hanc igitur resolutionem, considerandùm est, quòd lucrum dotis, quod ex statuto defertur marito, de quo agit Bart. *hic num.* 1. cùm propriè non respiciat formam, vel solemnitatem contractus, vel etiã obligationem mariti, quia, obligatio mariti consistit in dote restituenda, post solutum matrimonium, magis ergo respicit executionem prædictæ obligationis, vt propter statutum non restituat dotem insolidum, sed partem illius possit retinere, vt in simili notatur *l. maritum infra soluto matrimonio.* Cùm igitur hoc magis videatur respicere executionem obligationis: meritò consideratur locus, in quem videtur collata dotis restitutio, *vt aduertit Panorm. c. 1. num. 11. de sponsalib.* & ibi Felin. *num.* 24. asserit, Doctores communiter idem sentire, & eos probauimus *l. heres absens §. proinde supra eodem*, & in simili obseruat Oldrad. *cons.* 168. *n.* 1. *Alex. cons.* 21. *n.* 3. *lib.* 2.

96 Ex † quibus ita resolutis, manifestè constat, in hoc textu nihil speciale contineri in dote, quod repugnet regulæ *l. si fundus infra de euict.* sed po-
97 tius † casus esse omnino diuersos, nam iuxta regulam *d. l. si fundus*, videbatur dicendum, quòd licèt solutio dotis cẽseatur collata in domicilium mariti, tam nihilominus quoad formam, & solemnitatem contractus, attendetur locus, in quo contractus in veritate celebratus est *l. 2. Cod. quemadmodum test. aperian.* Bart. *l. 1. num.* 14. *C. de Summa Trinitate* Alex. *cons.* 130. *nu.* 15. *lib.* 3. *Ant. Gom. l. Tauri* 3. *nu.* 20. Item & quoad essentiam obligationis, *Socin. cons.* 79. *n.* 17. *lib.* 4. *& cons.* 147. *nu.* 5.
98 Et † ideo si in loco contractus adsit statutum, quod ex pacto nudo detur actio, competet actio attento statuto loci contractus, *vt post alios probat Andr. ab Exea de pact. num* 49. *& ante eum Baptist. l. 1. nu.* 111. *Cod. de Summa Trinitate* Similiter † cùm gabellæ solutio, 99
respiciat validitatem contractus, ea soluenda erit in loco cõtractus, *Bald. l. vnica num.* 3. *C. vbi conueniatur qui certo loco*, & diximus *d. §. proinde similiter:* qualiter † verba contractus accipien- 100
da sint, locus contractus inspiciendus est, cùm hoc etiam pertineat ad efficaciam obligationis, *Bart. l. semper in stipulationibus n.* 2. *infra de reg. iur. Bapt. d. l.* 1. *num.* 112. *C. de Sum. Trin. Soc. cons.* 247. *n.* 5. *lib.* 2. Pariter & quod quoad † 101
respicientia corroborationem contractus inspicitur locus ipsius contractus, vt clarè probat *d. l. si fundus*, &
† ideo si statutum loci contractus, 102
obliget contrahentes præstare fideiussores, illos contrahentes tenebunt dare inspecto loco contractus, *Baptist. d. l. 1. num.* 111. *Cod. de Summa Trinitate.*
Cæterùm † si agatur de respicienti- 103
bus executionem contractus, prout tunc videtur sortiri forum in loco, in quem collata fuit solutio *d. l. contraxisse*, pariter & quoad eam subiicietur statutis eiusdem loci, *Bart. hic num.* 1. *communiter receptus.*

Vnde † inferendo ad decisionem 104
nostri textus dicendum est, quòd in contractu dotali, inspicietur locus contractus quoad respicientia formam, & solemnitatem instrumenti dotalis, & pariter quoad respicientia substantiam obligationis: nam mero iure tenebatur maritus restituere integram dotem quam accepit *l. fin. Cod. solut. matrim.* & tamen virtute statuti proprij domicilij retinebit partem dotis. Nam cùm hoc respiciat executionem obligationis collatæ in domicilium mariti, attendetur locus in quem collata fuit executio, & non locus, & est de mente Panorm. *cap.* 1. *numero* 11. *de sponsalib.* quomodò sunt intelli

intelligendi, & interpretandi Doctores, quos ibi refert Felin. *num.* 24. Et
105 ratio † huius differentiæ est. Nam cùm ex contractu statim oriatur obligatio *l. licèt* §. *ea obligatio supra de procurat.* meritò quoad respicientia ipsam obligationem & illius efficaciam attendetur locus contractus *d. l. si fundus.* Sed quia partes conferendo solutionem in alium locum videntur velle, quòd in pertinentibus ad solutionem, & consequenter ad contractus executionem, attenderetur locus in quem collata fuit solutio, meritò quoad respicientia executionem attendetur locus, in quem collata fuit solutio, & consequenter statuta eiusdem loci. Quare licèt attento loco contractus, maritus sit obligatus insolidum ad dotis restitutionem, tamen conferendo solutionem in alium locum de mente partium esse videtur, vt considerentur statuta illius loci aliquid disponentia circa dotis re-
106 stitutionem. Vnde † iure retentionis, siue exceptionis nō restituet eam partem dotis, quam prædicta statuta ei concedunt propter supportata onera matrimonij, vt colliges ex Ang. *l. si fundus num.* 2. *ad finem inf. a de euict. Panorm. cap.* 1. *num.* 11. *de sponsalib.* Et
107 † ad hunc modum est explicandus Fulg *hic in fine.* Quare si expressum sit, quòd restitutio dotis fieret secundùm statuta domicilij vxoris, non habebunt locum prædicta, quia expressum facit cessare tacitum quod probat *c.* 1. *de sponsalib. tradit Andr. Sicul cons.* 4. *col.* 3. *ad medium lib.* 2. *Crotus l. omnes populi num.* 261 *supr. de Iust. & iure*, ac ita videtur renunciari decisio huius text. iuxta regulam *l. pen. C. de pactis Valasc. consultat.* 175. *num.* 19. Ampliando vt per eundem *ibidem num.* 26.
108 Et † ex his dubium videtur reddi dictum Baldi. *l.* 1. *num.* 5. *Cod. ne filius pro patre,* quòd si in loco, in quo petitur executio instrumēti, statutum dicat, nullam admitti exceptionem, ad retardandam instrumenti executionem, nihilominùs opponi poterit inspecto loco, in quo celebratus fuit contractus, quia quòd opponi nō possit exceptio aduersus instrumentum, pertinet ad efficaciam obligationis, & ideò debet attendi locus celebrati contractus iuxta supr. resoluta, subscribit Bapt. *l.* 1. *num.* 111. *ad finem C. de Summa Trinit. Roch. final. de consuetudine sect.* 9. *nu.* 45. His † enim repugnat, quòd 109
in iudiciis, & modo procedendi in illis, non attenditur locus contractus, sed potius locus iudicij, *l.* 3. §. *fin. supr. de testibus l.* 1. §. *supr. de vsur. Bart. recept. l.* 1. *num.* 15. *C. de Summa Trinitate, Marian. cap. dilecti num.* 47. *de foro compet.* Et
† est ratio, quia cùm iudicium & sen- 110
tentia assumant initium in loco iudicij, meritò quoad illa attēditur locus, in quo illa exercentur, *vt aduertit Cuman. consil.* 141. *num.* 2. Ergo partes debet attendi locus, in quo petitur executio instrumenti, & in specie est decisio eiusdem Bart *consil.* 285. *casus ad finem lib.* 2. quòd in executione facienda obseruatur consuetudo † loci, in 111
quo fit, allegat. *l. missi opinatores C. de execut. tribut. lib.* 10. & tradit idem Bal. *l. vnica in fine C. de confess. subscribit Baptist. d. l.* 1. *num.* 113. *C. de Summa Trinitate, Roch. c. fin. de consuetud. sect.* 9. *num.* 9.

Sed † pro concordia harum opi- 112
nionum resoluendum est, quòd aut statutum loci, in quo petitur executio, respicit vim & efficaciam obligationis, & tunc attenditur statutū loci in quo fuit celebratus contractus *l. si fundus infra de euict.* & ideò pro regula constituitur, quòd si agatur † de his, 113
quæ pertinent ad decisionem causæ principalis, nō attenditur locus iudicij, sed locus contractus, cùm decisio caussæ pendeat ab obligatione & efficacia illius, & ideò meritò attenditur locus

locus contractus,iuxta *supr.tradita*, &
docet Bart.*l.1. nu. 16. & ibi Ias. 1. lect.*
num.22. Cod. de Summa Trinitate Alex.
conf. 37.num.7.lib. 2. Corneus conf. 232.
num.5.lib.4. Socin.cons.79.num.16.lib.4.
114 *Anton. Gom. l. Tauri 3. num. 20.* Sed †
si statutum loci contractus respiciat
illius executionem, tunc non atten-
ditur locus contractus, sed potius lo-
cus, in quo petitur executio. Nam de
mente partium esse videtur, vt quoad
executionem inspiciantur statuta lò-
ci, in quo de ipsa executiòne agitur.
Ang.l. si fundus num. 2. infra de euiction.
115 resoluens,quòd † in executione, quæ
fit ex mero iudicis officio, debet con-
siderari statutum loci, in quo fit exe-
cutio, inferens, quòd si in loco con-
tractus est statutum, quòd non solués
debitum capiatur, & in loco execu-
tionis est statutum contrarium,atten-
detur statutum loci, in quo fit execu-
tio, *subscribit Soares l. post rem iudicatam*
5.quæst.post legem regni num.27.infr.de re
iudicata, quod etiam sentit Bal.*l.vnica*
in fine C. de confess. & latè probat Be-
nedictus de Batzis *tract. de Garentigia*
quæst. 8.consonat traditio Bald.*de pace*
constantiæ ad finem, verb.si qua controuer-
116 *sia in fine*, quòd † si feudum conceda-
tur Italo in Germania, debet conces-
sio feudi regulari secundùm consue-
tudinem Germaniæ, & Greg. *l.24. tit.*
11.partit.4.gloss.1.ad finem,tradit quòd
117 † quãdo aliquid præstatur,debet præ-
stari secundùm consuetudinem loci,
in quo res est tradenda,& consequen-
ter facienda est executio. Consonat
etiam decisio eiusdem Bald. *l. vltim.*
notabili C. quando testamenta aperiantur,
118 quòd † testamentum factum Paduæ
& insinuatum Perusij meretur execu-
tionem secũdùm statuta Perusij, quia
vires assumit immediatè ex insinua-
tione, quæ fit in foro Perusino. Iuxta
119 † quæ dicendum est, quòd stante sta-
tuto, quòd contra instrumẽtum, nul-
la operatur exceptio, non attendetur
locus executionis, sed attendetur lo-
cus contractus, quia hoc pertinet ad
efficaciam obligationis, & cõsequen-
ter ad decisionem causæ.Et ita proce-
dit dictum Bald. *l. 1.num.5. C. ne filius*
pro patre, sed stante statuto, quòd in-
strumentum habeat executionem pa-
ratam, quia hoc magis pertinet ad
executionem faciliorem, non atten-
detur locus contractus,sed potiùs lo-
cus, in quo agitur de executione,iux-
ta supra resoluta, & tradit Bald.*l.vni-*
ca in fine C.de confess.& latè Benedictus
de Barzis *tract.de Garentigia quæst.8.*
Item† ex prædictis infertur elegãs 120
explicatio ad doctrinam Bart.*hic num.*
1. dum tenet, quòd quando agitur de
lucro dotis, debet attẽdi locus domi-
cilij mariti,& non locus, in quo con-
tractus dotis fuit celebratus,& est re-
cepta sententia ex Mariano *cap. dilecti*
col.fin.de foro compet. Alex.cons.100.num.
8.lib. 3. Cagnol. hic num. 4. Catellian. in
memorabilib.verb.dos reperitur. Purpurat.
l.1.nu.118.C.de Summa Trinitate, Curt.
Iun.consil.129.num.5. Deci.cons.19.num.
1. Crotus l. omnes populi num. 256. supr.
de iustitia & iure, Andr. Sicul. consil.4.
col. 1. ad finem lib. 2. Alciat. respons. 55.
num. 13. Soc. Iun.cons.14.num.8.lib.2.Co-
uar.de sponsal.2. parte cap. 7. in principio
num. 7. Tiraq. in ll. connubialib. gloss. 2.
num. 45. Valasc. consultat.175. num.20.
quem vide ibi *num. 26.* addit tamen
Bart.& aliquos ex aliis supra citatis id
speciale esse in dote. In aliis enim
contractibus mágis locum habet de-
cisio *l.si fundus infr. de euiction.*
Sed † ex supra traditis verius resol- 121
uendum est,dictum quidem Bart. ve-
rum esse in se.Nam cùm dotis exactio
tacitè videatur collata in domicilium
mariti, meritò attenditur statutum
domicilij mariti, sed † dum dicunt, 122
aliud obseruari in quibuscunque aliis
contractibus apertè falluntur: quia
imò

imò datis eisdem terminis, decisio huius textus etiam in aliis contractibus obtinebit. Nam prout in hoc text. attenditur domicilium mariti, quia ex natura dotis, eius exactio tacitè videtur collata in domicilium mariti: sic pariter in aliis contractibus, in quibus tacitè vel expressim, in alium locum fuerit collata solutio, attendentur statuta loci, in quem fuit collata
123 solutio, vt supra probauimus. Et † ideo Bald. *cap.* 1. *§. fin. n.* 1. *ad finem de inuest. de re aliena facta*, tradit, quod in respicientibus initiũ contractus & obligationis, attenditur locus contractus, etsi in alium locum videatur collata solutio, *l. si fundus infra de euictio*. In respicientibus autem executionẽ contractus attendetur locus, in quo de executione agendum est. Et satis colligitur ex cõmuni resolutione, quam refert Socin. *consil.* 14. *num. quinto lib.* 4.
124 & nos supra probauimus. Et † aduertes Bart. *hic num.* 1. apertè velle, valere consequentiam in hac materia, *quis sortitur forum in aliquo loco. ergo subijcitur statutis eiusdem loci*, quam consequentiam admittunt etiam Innocent. & Anton. *in Rub. de consuetudine, Alex. consil.* 150. *n.* 13. *lib.* 2. *Deci. cons.* 284. *n.* 9. *Cagnol. hic n.* 4. *& n.* 12. *Riminal. consil.* 50. *n.* 2. *lib.* 1. *Alciatus respons.* 55. *n.* 3.
125 Contrarium † tamen, imò non valere prædictam consequentiam, contendunt Ruyn. *consil.* 58. *n.* 7. *lib.* 3. & Roland. *de lucro dotis quæst.* 15. *à num.* 4. multas assignantes instantias, ita vt Deci. *l. si conuenerit num.* 32 *supra de iurisdictione omnium iudicum*, asseruerit, quòd licèt quis sortiatur forum in loco, in quem fuerit collata solutio, *l. contraxisse infra de actio. & obligat.* tamen non subiicietur statutis eiusdem
126 loci, sed † concordandæ sunt opiniones, vt valida sit prædicta consequentia. *Quis sortitur forum in aliquo loco*, ergo *subijcitur prædicti loci statutis*. Et ideo in respicientibus exactionem, attendatur locus, in quem fuit collata solutio, & eiusdem loci statutis pars subiicietur. *Bart. hic n.* 1. Sed in respicientibus initium cõtractus, vel obligationis, cùm attẽdatur tempus contractus, *l. si fundus inf. de euictio. & sup. diximus* subiicietur statutis eiusdem loci, *vt etiam supra tradidimus*.

Defensa † igitur ita doctrina Bart. 127
eam ampliabis cum Cæsare de Vrsillis *in additionibus ad decis. Afflict. decis.* 226. *num.* 1. & alio modo per Franciscum de Ponte *consil.* 35. *à n.* 3. item ampliabis procedere, etiamsi contractus dotis celebretur in loco, in quo non consistat domicilium mariti, neque vxoris: nam adhuc procedet prædicta conclusio, quia militat ratio, de qua supra, & ita Cag. *hic n.* 30. qui ex hoc reprobat Purpurat. contrarium tenentem *leg.* 1. *num.* 145. *vers.* 2. *declarabis C. de Summa Trinitate*, sed immeritò eum reprehendit, quia imo Purpuratus bene expensus sentit idem, quod expressit Cagnol. *vt aduertit Roland. de lucro dotis quæst.* 23.

Amplia † secundò principaliter 128
procedere, etiamsi maritus mutauerit prius domicilium, & illud transtulerit in locum, in quo non adsit statutum lucrandæ dotis: nam nihilominus iuxta statutum loci, quod vigebat in loco domicilij mariti, dum fuit contractum matrimonium, dotem lucrabitur. Nam cùm attento eo tempore ius lucrandi fuerit quæsitum marito, ex eo quòd postea euenit, ei tolli non debuit *argum. l. vero procuratori, infra de solutionibus & ita Anton. & Panormitan. vterque in fine c.* 1. *de sponsalibus, Marian. cap. dilecti col. final. de foro compet.* & hanc esse receptam opinionem multis relatis asserit Cagnol. *hic num.* 9. *Crotus in l. omnes populi num.* 262. *sup. de iustitia & iure Roland. de lucro dotis quæst.* 21. *n.* 3. *Matienço l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5.

Ordinat.glos.1.num.71.& Riminald.consil.30. num.12. lib.1.

129 Ex† quorum mẽte colligitur, quòd in hac materia attendendum est domicilium mariti, quod habebat tempore contractus dotalis: nam licèt postea illud domicilium mutauerit, ius ei quæsitum ratione primi domicilij, non tollitur, sed illud retinet, *Valasc. consult.at.175.num.13.& subscribit Petr. Gregor.t.1.num.92. ante finem de sponsal. Pallat. repet. rubr §.62.n.31. ante finem.* Contrarium tamen tenet Salycet.*leg. 1. num.6. C. de Summa Trinitate*, quia

130 debet † videri collata solutio in illud domicilium, in quo casus restituendæ dotis verificetur, & idem tenet Deci. *consil.284.col. vlt.vers.7.* vbi ad hoc allegat *l. si vxor, cum ibi notatis per Angelum, & Paulum infr. eod.*

131 Pro† concordia dicẽdum est, quòd si maritus decreuerat vxorem transferre in domicilium proprium, quod ita constituerat, vt in eo perpetuò degeret, *iuxta l. ciues Cod.de incolis, lib.10.* quamuis postea ex aliqua causa de nouo superueniente illud transtulerit, procedet prima opinio: si autem volebat trãsferre vxorem ad domicilium, quod ad tempus constituerat, si illud postea transferat in alium locum, in quo perpetuò sit remansurus, proce-

132 dat opinio Salycet. & ita † opiniones videtur concordare, *l.24. tit.11. partit.4.* quam ita intelligit, & interpretatur Gregor.*ibi in glos.1.col.2.post Soar. titul.delas ganancias num.43.* Pallat. asserens ita sæpius vidisse iudicatum *rep. rub.§.55.nu.12. Couar. de sponsalibus 2. parte c.7. in principio, num.8. Simanc. in cathol. Inst.tit.9.n.155.& post alios Matienço l.2.titul.9.lib.5.ordina.glos.1.n.73.* & nouissimè Ceruantes *l.6. tauri num.* 107. quicquid contradicat Anton. Gom. *l. Tauri 50. num.75. ad finem.*

133 Et † tenendo hanc concordiam ad rationes Salycet. & Decij facilè respondetur. Nam ad primam respondetur, quòd imò debet considerari domicilium, in quod à principio fuit collata dotis exactio, quia maritus in eo proposuerat perpetuò manere, & ideo etsi propter causam de nouo superueniente, propositum mutauerit, ius iam quæsitum tolli non debet, *l. fin.supra de pactis* cum † & implemen- 134
tum conditionis trahi retrò soleat ad initium obligationis *l.1. supr.qui potio. in pigno. habeantur, tradit glos. recepta l. si vxor, supra eodem. & tradit Marian. cap. dilecti num.33. de foro competenti, Magn. hic num.27.*

Non † obstat secundò de *l. si vxor* 135
supra eod. quia aduertendum, textum illum duas habere difficultates. Prima est, quòd maritus legatus, etiam durante legatione conuenitur, pro dotis restitutione, contra regulam *l.2. §. legatis supra eodem.* Secunda † est, 136
quia cogitur Romæ dotem instituere, cùm potius in domicilium mariti videretur restituenda, iuxta istum textum. Cæterùm † primæ difficul- 137
tati respondet Angel. hic *num.2.* quod in specie *dict.l. si vxor*, maritus legatus recepit dotem Romæ, & ideo si etiam Romæ dissoluatur matrimonium, poterit Romæ conueniri non obstante legatione, subscribunt Paul. Castr. & Iacobin. hic vterque *num.2.* & receptum esse intellectum fatetur Felin. *cap. final. in fine de foro compet. & Cagnol.hic num.34.* Sed† non placet, quia 138
apertè diuinat. Et ideo verior responsio est, quòd legatus diuertendo ab vxore, facit nouum actũ in ipsa legatione, & ideo ei non prodest priuilegium, quoad ea quæ durante legatione facta sunt, *l. 2. §. legatis ver. omnes supr.eod.* Quare si non interuenisset factum mariti, vtpote quia morte solueretur matrimonium, non posset maritus legatus Romæ conueniri pro dotis restitutione durante legatione,

quia

quia cessat ratio supra assignata, vt ibi declarant Paul. Castrens. & Iacobin. idque sentit Anton. *cap. 1. ad finem, de sponsalibus*, dum dicit in casu *dict. l. si vxor*, factum mariti post legationem interuenisse, & subscribit Baptista *l. 1. num. 129. ad medium, Codic. de Summa Trinitate, Ruinus consil. 58. num. 13. lib. 3. Roland. de lucro dotis quaest. 21. num. 5. Cagn. hic num.* 28.

139 Ad † secundam autem difficultatem respondent gloss. Angel. & Paul. Castr. *dict. l. si vxor*, speciale esse in dote, vt maritus conueniatur in loco, in quo verificata est conditio restituendi dotem, quamuis in alium locum sit collata solutio, & secundùm hunc intellectum inducitur per Saly-

140 cet. pro sua opinione. Sed † is intellectus admitti non potest, cùm apertè repugnet decisioni huius textus, vt aduertit Marianus *c. dilecti num. 33. de foro competenti. Petrus Gregor. c. 1. n. 92. ante finem de sponsalibus.* Et ideo verior responsio est, quòd cùm propter rationem, de qua supra, priuilegium legationis non possit prodesse marito: poterit vtique Romæ conueniri, non quidem ex ea ratione, quòd Romæ sit purificata conditio, vt aliqui voluerunt, sed quia cessante priuilegio legationis, Romæ potest quis conueniri pro contractibus alibi gestis, tanquam in communi patria: nam quamuis restitutio dotis videatur collata in domicilium mariti, tamen poterit nihilominus conueniri Romæ, vel in alio loco congruo, *l. 1. cum gloss. supra de eo quod certo loco*, & in spe-

141 cie † Cagnol. *num.* 8. quia tamen conuenitur extra locum conuentum, locus erit arbitrariæ actioni, & habebitur respectus ad interesse mariti alibi soluentis *l. 2. supra de eo quod certo loco.* Et ad hunc modum sunt explicandi Doctores, qui dicunt, quòd si maritus alibi conueniatur, semper retinebit lucrum dotis, quod sibi per statutum domicilij mariti fuerat delatum, & quæsitum, *vt tradit Rolandus de lucro dotis quaest. 15. num. 3. & q. 21. à num. 6.*

Amplia † tertiam conclusionem 142 huius textus procedere, si maritus in loco propriæ originis vxorem ducit, & in alio loco habeat domicilium habitationis. Neque enim tunc regulabitur dotis restitutio secundùm statuta loci propriæ originis, in quo fuit contractum matrimonium, sed secundùm statuta domicilij habitationis, vt colligitur ex isto textu, dum dicit, videri collatam exactionem dotis in domicilium mariti. Nam † quan- 143 do in aliqua dispositione fit mentio domicilij simpliciter, intelligitur de domicilio habitationis, non autem de domicilio originis, *gloss. cap. statutum §. cum vero, verb. vnam de rescriptis in 6.* Per quam rationem ita in terminis concludit Alex. *consil. 100. lib. 3. per totum. subscribit Crotus l. omnes populi in fine supr. de iustitia & iure, Ias. l. si arrogator. à n. 48. ff. de adoptio. Deci. consil. 352. num. 2. Ruinus consil. 120. n. 8. lib. 4. Bossius in praxi lesæ Maiestat. num. 96.* & plures quos refert Roland. *de lucro dotis, quaest. 22. num. 25. Petr. Greg. cap. 1. num. 39. de sponsalibus.*

Sed † subsistendum est, quòd contrarium, imò dotis restitutionem esse 144 regulandam secundùm statuta loci originis, in quo contractum fuit matrimonium, consulit Andr. Sicul. *consil. 4. à num. 2. lib. 2.* ea ratione, quia etiam in loco originis dicitur quis habere domicilium, *leg. penultim. supra de Senatoribus*, quod quidem domicilium fortius est, quàm domicilium habitationis *l. libertis §. perscript. inf. ad municip. tradit gloss. fin. l. 1. C. de municipibus & originar. lib. 10.* & ideo illi est præferendum. Quam quæstionem in vtramque partem latè disputat Bapt.

145 *l.1 à n.124. C de Summa Trinitate.* Sed† pro concordia dicendum est, quòd si quis tantùm retineat domicilium originis ad consequendos honores, vt est regulare & ordinarium iuxta *l.penulti. supra de Senatoribus*, vera sit Alexand. opinio, per eius rationes: si autem ponas, quem etiam in loco originis habere domicilium habitationis, & tunc id venit præferendum domicilio habitationis, quod habet etiam in alio loco, quamuis in eo frequentius habiter, & conuersetur, & propter duplex vinculum, quod fortius ligar, *cap. primo de treuga, & pace, & Auth. itaque, Codic. communia de successio. Deci. consil. 284. col. penultim. ad finem* & in specie ita opiniones concordat Alciat. *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 34. ad finem, & respons. 55. n. 13. ad finem.*

146 Prædictam † conclusionem Bart. & nostri textus ita ampliatam limitabis primò non procedere, si vxor tempore conuentionis, ignorabat statutum domicilij mariti, quod ei deferebat certam partem dotis: cùm enim ignorans non videatur consentire *l.si ignorans supr.locati*, non habebit maritus hoc casu lucrum dotis in præiudicium vxoris, non consentientis, *Bald. cap.1 §. final. numero 1. ad finem, de inuest. a re aliena facta, Iason l.1. lect.1. num.28. & 2.lect.num.64. Cod. de Summa Trinitate. Felin. c.1.n.29. de sponsalibus. Decius consil.284.n.8. Cassan.consi.7. n.7. Crotus l.omnes populi n.261. ad finem supr.de iustitia, & iure*, & defendit Gregor. *l.24.tit.11.partit.4.in glos.1.col.2.*

147 Sed † his non obstantibus verius & receptius est contrarium. Debet enim vxori imputari, quæ prius de conditione mariti se non informauit, *l.qui cum alio inf.de regul. iuris*, & quia aliàs decisio huius textus & Bart. decis. multum restringerentur, cùm in dubio ignorantia præsumatur *l.verius infr.de probat.* & ita contrarium tenet Cumanus *consil.72.n.2. Dec.consil.19.n.1. Curtius Iun. hic num.13. Cagnol.n.20.* & secundùm istam opinionem consulit Curt. Iun. *consil.129. num.7. Plotus consil.168.nu.16. diuersorum ad vltimas voluntates & plures alij relati per Rolandum de lucro dotis q.14. n.13. & per Couar.de sponsal.2.parte c.7.in prin. n.8.* & dicit receptum Socin.Iun. *consil.14.n.8.lib.1. Tiraq. in tract.de legib.connubial. glos.2.à num.50.*

Nec obstat ratio † contrariæ opinionis, quia vltra responsiones, quæ ex supradictis colliguntur, ego respondeo, quòd consensus mulieris ad hoc tantùm expenditur, vt videatur contulisse restitutionem dotis in domicilium mariti, cæterùm quoad subiiciendam restitutionem dotis statutis loci, in quem videtur collata solutio, non exigitur voluntas vel consensus vxoris, quia cùm id procedat ex dispositione prædicti statuti, succedit regula, quod † inductum est per legem, etiam ignorantibus partibus locum obtinet *l. cum pater §. surdo infr. de l.2.notab. Pinel.l.1. Cod. de bonis mater.1.parte num.36.* & tantùm † admitti potest, quando exterus habitabat in eo loco, ita vt mulier probabiliter crederet, eum esse ciuem. Nam propter iustam ignorantiam in ea locum non obtinebit decis. huius textus *Hieronym.Gratus consil.113.numero.2. lib.2. & alij, quos refert Matienço l. 2. titul.9. lib.5. ordinam.glos.1. num.86.* & saluari etiam potest, vt per Gregor. *l.24. tit. 11.partit.4.gl.1.col.2.* 148 149 150

151 Secundò † principaliter limita conclusionem huius text. procedere, quando marito dantur in dotem res mobiles, vel pecuniæ, quam maritus secum posset ferre, in proprium domicilium, vel etiã in immobilibus sitis in territorio loci, in quo maritus habet domicilium, nõ autem obtinebit locum in bonis immobilibus,

quæ

quæ vxor habebat extra domicilium mariti, quia ſtatuta domicilij mariti non comprehendunt bona ſita extra territorium ſtatuentium, & conſequenter in illis non verificabitur, lucrum delatum per prædictum ſtatutum. Et ita poſt Baldum limitat And. Sicul. *in rub. n. 51. de conſuetud. Deci. conſil. 284. col. penultim. ad finem.* Ne-
152 que † enim ſtatutum extendit vires ſuas ad res ſitas extra territorium ſtatuentium per regul. *l. final. ff. de iuriſdictione omnium iudicum & l. cum vnus §. penult. ff. de bon. auth. iudicis*, & in terminis id tradit Bald. *cap. 1. num. 2. de iuramento calumniæ* (quicquid ad contrarium illum perperam citet Iaſon *l. 1. in prima lectura num. 29. Cod. de Summa Trinitate*) & latè & eleganter id comprobat Ancharan. *conſil. 163. à num. 2.* & eſſe receptam limitationem aſſerit Cagnol. *hic n. 24. Roland. de lucro dotis quæſt. 20. num. 7. Couar. de ſponſal. 2. parte cap. 7. in principio n. 9. & Matienço plures referens l. 2. titul. 9. lib. 5. ordinam. gloſ. 1. n. 80. Valaſc. conſultatione 182. num. 14.*
153 Non † eſt tamen omittendum, quod hanc receptam limitationem improbat Bald. *conſil. 280. incip. Doctores in fine lib. 3.* imò quod lucrum conſequatur maritus etiam ex bonis, quæ vxor habet, extra territorium domicilij mariti, & magis probat Gregorius *leg. 24. titul. 11. partit. 4. gloſ. 2. colum. 1. Alexand. conſil. 141. num. 17. lib. 7.* & eſſe de mente Doctorum magis communiter aſſerit Baptiſta *l. 1. n. 118. & ibi Purpurat. n. 130. C. de Summa Trinitate.* & propter huius textus generalitatem magis probat Ruinus *conſil. 68. n. 12. lib. 3. & conſil. 163. num. 4. lib. 4.*
154 Cæterùm † pro vera concordia harum opinionum, præmittendum eſt, multum differre hos caſus, quòd ſtatuta diſponant circa perſonas ſubditorum, etiam alibi degentium, vel diſponant principaliter circa res extra territorium eorum exiſtentes. Nam primo caſu, cùm ſubditi ſemper tales maneant, neque quod † perſonas ſub- 155 ditorum iuriſdictio ſtatuentium circumſcribatur territorio, valebit ſtatutum circa eos aliqui diſponens, etiam extra territorium degentes, *argum. l. final. ff. de decretis ab ordine faciend. & l. mercatores & l. non ſolùm C. de commercijs & mercat. l. 2. & ibi Bald. Cod. de eunuch.* dummodo de illis expreſſa fiat mentio. Nam † ſi tantùm de ſubditis 156 fiat mentio generalis, non videtur intellectũ de his, qui extra territorium degunt, *c. 2. §. final. de conſtit. in 6. & tradit Alexãd. conſ. 128 col. 3. verb. 2. reſpondeo poſito lib. 1. Goẓadin. conſil. 49. n. 18.*

In † ſecundo autẽ caſu, cùm quoad 157 res attinet, neceſſariò ius faciat reſtrictionem ad res ſitas intra territorium ſtatuentium *d. leg. final. ſupr. de iuriſdictione omnium iudicum*, quoad res extra territorium ſitas: nihil ſtatuere poſſunt, cùm quoad eas ſtatuentium deficiat iuriſdictio: quam differentiam inter prædictos caſus ex mente aliorum tradit Antonius Nata *conſil. 514. num. 17. lib. 3.*

Et † ex prædicta differentia infer- 158 tur, quòd licèt verba ſtatuti ſint generalia vel vniuerſalia, non tamen comprehendent res ſitas extra territorium, ob rationem, de qua ſupra, & ita Cardin. *conſil. 2. num. 3. Goẓad. conſil. 49. num. 8.* & Andr. Gailus *lib. 2. obſeruat. c. 124. num. 5. & n. 9.* Quinimo † etſi 159 de illis ſtatutum expreſſam faciat mentionem, tamen propter defectum iuriſdictionis ſtatuentium, minimè prędictæ res continebuntur ſub eo, vt eſt de mente ſupra allegatorum, & expreſſit Andr. Gailus *obſeruation. lib. 2. caſu 124. à num. 4.* & ideo † in hac 160 materia, de qua agimus, magis communis reſolutio eſt, quòd ſi coniuges habeant bona in diuerſis regnis, bona ſita in vno regno regulabuntur ſe-

cundùm leges illius regni, & sita in alio regno regulabuntur secundùm illius leges quasi sint diuersarum personarum, vt esse receptum multos referens resoluit Valasc. *consultatione* 182. *num.*14. *Matienço l.*2.*tit.*9. *lib.*5. *ordin. glos.*1. *num.*74. *Lancelotus Gallia in tractatu super statuto Alexandrino præfatio.* 8.*nu.*16.*Tiraq.tract. primogenit.quæst.*46. *num.*2.*& num.fin.* quibus adde Aymon *consil.*30.*à num.*1.*lib.*1.& notabili casu consulit Paris. *consil.*12. *lib.*3. *&* in eodem Goza. *consil.*49. *à num.*7. post longam disputationem ita resoluit Albertus Brun. *tractatu de statutis excludentibus fœminas artic.*8. *à num.*123.

161 *quæst.*25 Et†procedunt hæc, siue verba statuti sint concepta in rem, siue in personam, *vt post alios tradit Octauian.Cacher.consil.*76.*n.*19. & in materia latè consulit Alexand. *consil.*16.*Viso tit.lib.*1.& probāt alij supra allegati.

162 Ex†qua resolutione infertur explicatio ad decisionem Lusitanam 165. *Cabedi supra relatam.* Nam si Castellanus duxit in vxorem Lusitanam, & maritus in Lusitania non habebat domicilium fixum, & perpetuum, leges Lusitaniæ nihil proderunt, *vt supra dictum est.* Cæterùm si domicilium in Lusitania fixum habebat, ei proderunt leges Lusitaniæ à cessante ratione illius decisionis, & tunc domiciliū mariti confundetur cum domicilio vxoris, & sic cessabit huius l. dispositio, *vt supr. tradidimus.* Quòd si vxor Lusitana in Lusitania habeat bona, & etiam in Castella, tunc bona Lusitaniæ regulabuntur secundùm ll.Lusitaniæ, & bona Castellæ secundùm ll.illius regni, iuxta supra resoluta.

163 Et † pro complemento huius articuli annotandum est quod Bartol.*l.*1. *num.*32.*Codic.de Summa Trinitate*, limitat supra tradita, si statutum conceptum sit in personam, & etiam sit fauorabile subditis: tunc enim comprehendet bona sita extra territorium statuentium, & exemplificat Bart. in statuto, quod maritus non possit legare vxori vltra certam quantitatem. Nam cùm hoc statutum sit fauorabile maritis, ne aliàs spolientur ab vxoribus *l.*1 *ff.de donat. inter virum*, comprehendet etiam bona sita extra territorium, allegans subtilem rationem subscribit Iason *ibi* 1.*lect.num.*26. *&* 2.*lect.num.*61.*Purp.n.*130.*notab. Cæsar. Vrsillis in additio. ad Afflict. decis.* 226.*n.*6.& plures alij quos refert Roland.*consil.*80. *num.*5.*lib.*4. *Cephal.consi.* 309.*num.*23.*lib.*3. & defendit Calcan. *consil.*33. *à n.*14. & Lancelot. Galia *in tractatu de consuetud. Alexandria præfatione* 8.*à num.*13. *Anton.Gabriel.lib.*6.*tit. de statutis conclus.*8.*num.*3.Et † effectus 164
erit, quod licèt statutum regulariter etiam conceptum per verba generalia, vel vniuersalia, non comprehendat bona sita extra territorium, nisi hoc clarè sit expressum, *vt supra probauimus*, tamen si sit fauorabile, illa comprehendet, etsi de hoc non sit facta expressa mentio, vt est de mente supra allegatorum. Cæterùm nihil- 165
ominus subsistendum est, quia contrarium, imò, quòd statutum prædictum minimè comprehendat bona alibi sita, etiam in prædictis terminis tenet Angel.Paul.Castr.& Iacobin.*hic in fine,Curt.Iun.num.*21.& consequenter, quod licèt statutum sit fauorabile, tamen non comprehendat bona sita extra territorium, statuentium, resoluit Roland.*consil.*80.*num.*29. *ver: superest.lib.*4. *Iosephus Ludo.decis. Perusina* 76.*num* 9. *Bursatus consil.*189. *à n.* 62.*lib.*2.& hanc opinionem tanquam veriorem, & communem, semper secutum fuisse asserit Socin. Iun. *consil.* 25.*num.*12.*lib.*3.

Sed † concordandæ sunt opinio- 166
nes, quòd si ciuis originarius non mutauis

tauit domicilium, sed tanquam aduena, & exterus disposuit de bonis suis extra territorium statuẽtium existens, nihilominus illius dispositio subiacebit statuto originis; & ideò si in prædicto loco aliquid plus legauit vxori, non valebit legatum; & in his terminis procedet doctrina Bart. magis communiter recepta *dict. lex 1. num. 32.* Si autem mutauit domicilium, & in loco ad quem transiuit, non adest simile statutum, poterit vxori legare, quicquid velit, quia mutato domicilio, non censetur amplius subditus loci, in quo erat prædictum statutum, sed potius subditus loci, ad quem mutauit domicilium; eleganter Nauar. *in consil.4. de constit.* & consequenter, cùm prohibitio eum tãquam non subditum non liget, poterit legare vxori quicquid velit, & ita Salycet. *l.1. num.11. ad finem, C. de Summa Trinitate. Alex. conf.16.num.1.lib.1.& conf. 41. num.7.lib.5.& conf.155.num.4.lib.7. Hyppolit.l.fin.nu.142.sup.de iurisdict.omnium iudicum,* quam resolutionem antè Salycetum assignauit Bald. *l.si arrogator col. pen.supr.de adopt.*& ibi insistit Ias.*à num.42.& conf.80. col.fin. lib.3.* & hanc esse communem concordiam asserit Socin. *conf.288.col. 1.lib.2.Beroius conf.60.num.21. lib.2. Cephal. conf.414. num.50.& num.56.lib.3. Catelian.in memorabilibus verb. statuto ciuitatis regij.*

167 Iuxta † quam resolutionem, cùm prædictum statutũ prohibitoriũ tantùm intelligatur de ciuibus habentibus in eo loco domicilium, & non de originariis tantùm, *Nauar. d.conf.4.de constit. & Andr.Gailus lib.2. practic. obseruat.36.num.7. & diximus l. heres absens §. proinde ad finem supr. eodem* vtique is legare poterit vxori, quicquid velit, *vt aduertit Lancelotus Galia in tractatu de statuto Alex. in præfatione 8.*

168 *num. 19.* Et † pari ratione etiam bona existentia intra territorium statuentium, cùm statutum de originariis non intelligatur de non habentibus domicilium, quicquid Salycetus & alij suprà citati contrarium pro constanti habeant.

Statuta † autem odiosa, certum est 169
non comprehendere bona existentia extra territorium *l. ex ea cum gloss. ff. de postuland. Bart.l.1.num.32. Cod. de Summa Trinitate, Anton. Gabriel.lib.6. communium tit.de statutis conclus. 8.num. 23. Roland.conf.80. num. 23. lib. 4. Aymon. conf.30.* Et † quæ dicantur in proposito 170
statuta fauorabilia vel odiosa explicant eleganter Curt. Iun. *conf.9.per totum, & Lancelot. Galia de statuto Alexand.præfatione 7.à num. 8.*

Vltimò † limita conclusionem hu- 171
ius text.& etiam Bartol.*hic num1.* non procedere, si tantùm sponsalia de futuro contracta sint inter futuros coniuges: nam † cùm sponsa de futuro 172
ante matrimonium non transeat in domicilium mariti, *leg. ea quæ, la 2. infra ad municip.* cessat ratio huius textus & consequenter, si interim decedat sponsa, non erit locus lucro do- 173
tis delato per statutum, *Bald. Authent. omnes peregrin. num. 4. Cod. commun. de successio. Baptist.l.1.num.122. de Summa Trinitate,* & est recepta sententia, vt asserit Rolan.*de lucro dotis q.18.Petrus Gregor.cap.1.num.49.de spõsalibus*, quicquid contrarium sentiat Curtius Iun. *hic num. 6.* cuius argumento optimè respondet Cagnol.*hic num.10.* Si † ve- 174
rò contracta sint sponsalia de præsenti, & tamen sponsa adhuc non sit ducta in domum mariti, nec per eum cognita, tamen censebitur mutasse domicilium, *dict. l. ea quæ & ibi notat gloss. recepta infra ad municip. Ruin. conf. 58. num. 4. lib. 3.* & consequenter locum habebit decisio Bartol. *num. 1.* Vt enim sit locus statuto de lucranda dote, non requiritur, quòd † vxor sit 175
traducta in domum viri, sed satis est habere

habere maritum poteſtatem eam tra-
ducendi,quando velit, *Ruin.dict.conſil.*
58.num.4. lib.3. poſt Bart.l.nihil infra de
de action.rerum amotarum , *Rolandus de*
lucro dotis quaeſt. 16. quicquid inuoluat
176 Cagnol.*hic num.*11.Prout † neque re-
quiritur,quòd per maritum ſit cogni-
ta,nam vt ſit locus prædicto lucro,ſa-
tis eſt , quòd mulier ſit ducta per ver-
ba de præſenti, *l.cùm fuerit infra de con-*
dit.& demonſtr. l.non ſine C. de bonis quæ
liber. & tradit Cagnol. l.cum quadam nu.
3. ſupr.de iuriſdict.omn.iudicum & Greg.
*cap.1.num.95.de ſponſal.*facit benè *l.pe-*
177 *nult.infra de donat.inter virum*,vbi † pro-
hibitio donandi facta inter coniuges,
verificatur in ſponſa ducta per verba
de præſenti , quamuis adhuc non ſit
traducta ad domum viri , neque per
eum cognita , *notat Caſtrenſ. conſ.* 154.
col.fin.lib.1.Pallat.rep.rub.§.55.num.2.
178 Vnde † per illum textum receptum
eſt,quòd ſtatutum prohibēs maritum
legare vxori, verificatur etiam in mu-
liere ducta per verba de præſenti, *Por-*
tius conſ. 21. *num.* 94. *& latè defendit*
Lancelotus Gallia. in tractatu ad conſue-
tudinem Alexandrin. verb.maritus quaeſt.
*1.à num.*20. quicquid cōtrarium con-
ſuluerit Dec. *conſ.*540.*à num.* 3. cuius
opinionem fruſtra conatur defende-
re poſt longam diſputationem Pha-
nuncius *de lucro dotis gloſſ.1. à num.*57.
179 Nec † eſt omittendum , notabile
dictum Bald. *cap.iurauit.de probat.*pro-
batum à Felino *ibi in fine*, & Purpura-
to *l.1. num.*151. *C.de Summ.Trinitate*,
quòd ſtatutum deferēs lucrum dotis,
tantum locum habet in matrimonio
vero, non autem in putatiuo , de quo
videndus eſt Tiraq. *in ll.connubialibus*
*gloſſ.5.nu.*237.*& nu.*264.
180 Vltimò † vt nihil intactum relin-
quatur eſt aduertendum, quòd *gloſſ.*1.
hic ad iſtum textum.eum aſſignat in-
tellectum,quòd in caſu illius maritus
contraxit matrimoniū in proprio do-
micilio,& poſtea confecit inſtrumen-
tum in alio loco , & probat textus
quòd locus contractus attendendus
ſit,& non locus, in quo conficitur in-
ſtrumentum. Qui quidem intellectus
licèt tanquam diuinatiuus reiiciatur
cōmuniter à Doctoribus,tamen eum,
tanquam in ſe verum iubent notari,
quòd † quis non ſortitur forum in lo 181
co cōtractus,redigitur in ſcriptis, ſed
tantum in loco, in quo conuentio fa-
cta fuit inter partes,extollit Angel.*hic*
*num.*2.*Paul Caſtrenſ.num.*3. *Iacobin.nu.*
*4.Curt.Iun.*22.Et quamuis Cagnol *hic*
*nu.*30. dicat, hoc videri indubitatum,
quia propter ſolum factum notarij,
non eſt æquum , quòd partes forum
ſortiantur, quàm cōſiderationem an-
tè eum fecit Bald. *hic prima lectura poſt*
principium , tamen dicendum eſt, imò
dictum hoc † maximè eſſe dubitabile, 182
quia cùm de cōſenſu partium repeta-
tur conuentio in loco, in quo poſteà
fit ſcriptura , dubitari meritò pote-
rat, vtrum propter hanc repetitionem
partes ibi forum ſortientur : quaſi fo-
rus adderetur foro. Et nihilominus
† cum gloſſ. dicendum eſt , non addi 183
nouum forum,quia repetitio conuen-
tionis non fit eo animo, vt de nouo
videatur celebrari,ſed † tantū fit com- 184
memoratio illius,quaſi iam celebrati,
ad cuius faciliorem probationem iu-
betur redigi in ſcriptis *l. contrahatur*
infr. de pignorib. Bald. vniuerſa in fine,C.
de precib.imper.offerend. & eſt de mente
eiuſdē Bald.*hic 2.lect.in fine.* Quinimò
† gloſſ.dictum tantū procedet, quan- 185
do inſtrumentum eſt ſolius confeſſio-
nis , celebrati iam contractus. Nam
ſi in loco,in quo cōficitur inſtrumen-
tum , fit traditio rerum dotalium,
tunc maritus ſaltem ratione receptio-
nis videbitur ibi forum ſortiri , *arg. l.*
contraxiſſe infr. de actio. & obligat. Al-
beric. hic poſt principium.
Item † ſi ſcriptura requireretur pro 186
ſubſtan

substantia contractus, nam tunc partes sortirentur forum in loco, in quo fit scriptura, quia tunc verum est dicere in eo loco contractum esse perfectum, *argumento l. contractus Cod. de fid. instrum. & ibi not. Paul. n. 4. & Ant. de Math. de prorogatione iurisdictionis num. 63.* Et hæc sufficiant ad interpretationem huius legis, quibus explicatis regrediamur ad interpretationem huius tituli secundùm ordinẽ à compilatoribus ff. obseruatum & consequenter regrediamur ad interpretationem *l. si debitori 21. huius tit.*

Ad Legem Si debitori, 21. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Hunc textum pulchrum appellat.*

2 *Refert dictum Ciceronis in oratione pro Quinto Roscio.*

3 *A formula nec iudex poterit recedere, nec partes aliquid mutare, ita vt qui caderet à syllaba, caderet à causa.*

4 *Refert ordinem, quo lis ordinabatur iuxta formulas.*

5 *Quando reus bonam fidem agnoscebat, dicens se paratum soluere, tanquam inconfessum fiebat decretum Pretoris de soluendo.*

6 *Declarat quid agebatur si reus volebat contendere.*

7 *Tradit modos, quibus actor edebat actionem reo.*

8 *Aduertit emendandam esse literam dict. l. 1. supra de edendo, ibi ad alium dicendum est ad album.*

9 *Publicæ actiones in quodam albo proponebantur per pretorem.*

10 *Declarat item, quod dum text. dicit, deducat aduersarium, debet exponi, hoc est, Reum conuentum.*

11 *Explicat text. in l. edita C. de edendo.*

12 *Explicat etiam text. in l. non videtur in iudicem 33. infr. eodem.*

13 *Tradit etiam explicationem ad hunc textum.*

14 *Hodie formulæ actionũ sunt sublatæ.*

15 *Habito respectu ad vsum hodiernum, id quod leges dicunt de editione actionis, exponunt de libelli datione.*

16 *Deducit ex text. notabilẽ conclusionem.*

17 *Refert traditionem gl. qua vult, quòd ex confessione rei inducatur litis contestatio.*

18 *Reprobat dictam gl. traditionem.*

19 *Expendit contra gl. text. in l. rem non nouam, §. patroni C. de iud.*

20 *Tradit cõcordiam ad dictas opiniones.*

21 *Litis contestatio regulariter circa partis consensum non inducitur.*

22 *Si reus dicat se respondere, non tamen animo litem contestandi, non inducitur litis contestatio, sed alio modo procedetur contra Reum, tanquam contra contumacem.*

23 *Si constet de animo litem contestandi, per quæcunque verba reus responderit, inducitur litis contestatio, dummodo libellus sit oblatus.*

24 *Ante libelli oblationem non inducitur litis contestatio.*

25 *Refert, quid dicendum, quando sumus in dubio, & distinguendo procedit.*

26 *Tradit ampliationem ad hũc textum.*

27 *Editio fit ad effectum, vt reus deliberet, vtrum debeat cedere, & non ad effectum litem contestandi.*

28 *Refert dictum Bart. & aliorum, qui tenent, quòd si post datum libellum reus confiteatur in iudicio debitum, in dubio videtur litem contestari.*

29 *Reprobat proximè dictum à Bart. & aliis.*

30 *Ostendit verius videri dictum Imolæ c. vnico, n. 11. de litis contestat.*

31 *Quando confessio habet in se inclusam aliquam contradictionem, vel negationem, tunc inducitur litis contestatio.*

32 *Declarat casum, in quo in dubio lis dicetur contestata.*

33 *Ad euictionem non sufficit agnoscere bonam fidem, sed oportet expectare, quod super causa sententia feratur.*

34 *Declarat vnde dicatur litis cōtestatio.*

35 *Declarat proximè dicta esse vtilissima ad tradita per ord. Portug. lib. 1. tit. 20. §. 3. ad reū excusandū à decima condemnationis, quæ Regi soluitur.*

36 *Confessus debitum ante datū libellum, impropriè dicitur condemnatus.*

37 *Tradit, idem esse recipiendum, etiamsi dato libello reus confessus fuerit debitum.*

38 *Tradit ampliationem ad istum textū, vt procedat, etiam si post datum libellum reus confiteatur debitum.*

39 *Per solutionem debiti iudiciū euitatur.*

40 *Tradit intellectum ad l. si reus paratus 73. supra de procuratoribus.*

41 *Procurator ad litem, non potest recipere solutionem.*

42 *Refert aliam ampliationem ad nostrū textum ex dict. l. si reus paratus.*

43 *Resoluit verius esse, quòd in hoc casu reus offerens pretium, semper purget moram præcedentem, & semper euitet iudicium.*

44 *Declarat, quem effectum operabitur mora rei præsens.*

45 *Si ante moram incursam reus confiteatur debitum non solùm absoluetur à iudicio, sed etiam ei assignabitur terminus ad soluendum.*

46 *Debitor, qui non inuenit creditorem in loco conuento, neque alium, cui pro eo securè soluat, liberatur à mora & vsuris, licèt de impedimento non protestetur.*

47 *Vt debitor liberetur à mora iam incursa, debet protestare de impedimento, & præterea debitum deponere & consignare.*

48 *Tradit, quo modo debeat declarari Bar. d. l. si reus paratus, in fine.*

49 *Si quis vult se præmunire à pœna, ne fortè in illam incidat, non est necessaria protestatio, neque dispositio, dummodo aliàs legitimè constet de impedimento.*

50 *Declarat nostrum textum procedere, etiamsi causa sit famosa: nam qui offert, euitabit iudicium, & consequenter infamiam.*

51 *Impugnat proximam ampliationem ex traditione glos. prima l. ictus fustium supra de his, qui notantur infamia.*

52 *Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Bartolo & aliis.*

53 *Tradit notabilem cautelam ad euitandam cōdemnationem, ex qua timet, & quòd infamiam quis incurrat.*

54 *Declarat, quomodo practicari debet d. cautela.*

55 *Refert ex Baldo, quòd ad euitandum iudicium non sufficit offerre debitū, nisi etiam deponat & consignet.*

56 *Refert qui contrariam opinionē tenēt.*

57 *Refert concordias ad dictas opiniones.*

58 *Incipit agere de secunda parte huius.*

59 *Explicat intellectum ad hunc textum, quem tradit gl. hic verbo præsens.*

60 *Refert differentiam inter iudicem ordinarium, & delegatum, circa accipiendam confessionem rei ante litem contestatam, vel post.*

61 *Reprobat prædictum intellectum.*

62 *Delegatus non efficitur dominus litis, post litem contestatam cùm ab eo, qui eum dedit iudicem, liberè reuocari posse.*

63 *Probat, delegatum post litem contestatam posse decernere præceptum de soluendo.*

64 *Tradit veram explicationem ad nostrum textum.*

65 *Declarat ad quos terminos sit reducendus Bart. d. l. si reus n. 3.*

66 *Explicat tex. in §. fin. Inst. de perpetuis & temporal. act.*

67 *Refert Alciat. l. vltim. C. de eo, quod interest, tenentem, post litem contestatam, reum soluendo non liberari à iudicio.*

68 *Repro*

68 *Reprobat responsionem Alciat. & ostẽdit d. §. final. generaliter procedere.*
69 *Respondet ad primam rationem Alciat. deductam ex l. si insulam 83. infra de verborum obligatione.*
70 *Ostendit dictam responsionem non quadrare leg. si insulam.*
71 *Tradit aliam responsionem ad dictam l. si insulam.*
72 *Quando diuersum à petito soluitur, non inducitur absolutio.*
73 *Tradit ex responsione de qua num. 71. posse concordari d. l. si insulam cùm d. §. final.*
74 *Ostendit per praedictam concordiam non tolli difficultatem supr. motam ex d. l. si reus paratus, in secunda parte, & ad id text. inducit.*
75 *Refert opinionem gl. final. quae contendit, hoc casu debitorem esse absoluendum ab obseruatione iudicij, & multos Doctores, qui glos. opinionem sequuntur.*
76 *Tradit opinionem contrariam, imò debitorem esse absoluendum à re petita, & à lite mota, quam veriorem dicit.*
77 *Respondet ad rationes magis communis opinionis.*
78 *Tradit, quòd in litis contestatione duplex quasi contractus videtur celebratus inter partes, & ibi explicat.*
79 *Ad confirmationem responsionis expendit l. hoc edicto, in principio, infra de Publicanis.*
80 *Vbi reus debitum confessus est, iudex non debet eum condemnare. sed tantùm interponere praeceptum de soluendo, & ibi ratio traditur.*
81 *Tradit ex Bar. quòd hoc praeceptum de soluendo debet appellari quadam executio ficta condemnationis.*
82 *In praecepto de soluendo non requiritur scriptura publica, & solemnis, quae tamen requiritur in sententia.*
83 *Praeceptum de soluendo interpositum, non impedit litis contestationẽ, quam tamen impedit sententia.*
84 *Declarat, in quo tempore facienda sit confessio, vt proximè dicta procedant.*
85 *Sententia, quae profertur ex confessione partis post litem contestatam, est merè diffinitiua.*
86 *Examinat dictã declarationẽ à n. 34.*
87 *Explicat, quomodo intelligi debeat quòd confessio facta post litem contestatam, non impediat causae persecutionem.*
88 *Declarat, quomodo accumulabitur actio deducta ex confessione, & actio deducta ex sententia.*
89 *Tradit, qua ratione praeceptum de soluendo sententia debeat appellari.*
90 *Omnis determinatio iudicis ad causam faciens, sententia appellatur.*
91 *Examinat, quaenam sententia esse censeatur dictum praeceptum de soluendo.*
92 *Refert opinionem gl. §. pen. verb. sentẽtia inst. quib. alienare non licet, quae existimat, esse sentẽtiam merè interlocutoriam, quam communem dicit.*
93 *In confirmatione opinionis gl. adducit optimum argumentum.*
94 *Omnis iussus post sententiam interpositus, & respiciens executionem, censetur sententia merè interlocutoria.*
95 *Refert contrariam opinionem, imò praeceptum de soluendo esse interlocutoriam, habentem vim diffinitiuae.*
96 *Declarat hanc vltimam opinionem veriorem esse & magis receptam.*
97 *Docet, quae dicatur sententia merè interlocutoria.*
98 *Declarat item, quae etiam dicatur alio modo sententia interlocutoria.*
99 *Docet, quae appelletur sententia interlocutoria habens vim diffinitiuae.*
100 *Concludit ex praemissis, praeceptum de soluendo esse interlocutoriam, habentem vim diffinitiuae.*
101 *Sententiam ferri nihil importat, nisi execu*

executioni mandetur.

102 *Respondet fundamentum contrariæ opinionis, de quo n.93.*

103 *Quando incidit quæstio an aliqua sẽtentia sit mandanda executioni, & præhabita causa cognitione pronuncietur, illam esse exequendam, talis sententia merè diffinitiua censetur.*

104 *Omnis illa sententia censetur merè diffinitiua, quæ diffinit articulum, de quo principaliter mota fuerat quæstio.*

105 *Declarat, quomodo procedat id, quod supra dictum est, quòd præceptum de soluendo sit interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.*

106 *Declarat, in quibus terminis dicta sententia sit merè diffinitiua.*

107 *Declarat, quo casu contraria opinio, de qua n.92. admitti possit.*

108 *Tradit etiam, in quibus terminis loquatur & procedat l.à D. Pio §. in venditione, infra de re iudicata.*

109 *Præceptum de soluendo, de quo hic per iudicem reuocari non potest.*

110 *Merè interlocutoria per iudicem ad libitum reuocari potest.*

111 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ per iudicem reuocari non potest.*

112 *Refert contrariam opinionem, imò præceptum de soluendo ad libitum reuocari possit.*

113 *Pronunciatio de exequendo potest iudicem reuocare, cùm implorato officio iudicis nobili expediatur.*

114 *Expenditur pro eadem parte c. fin. de appell. in 6.*

115 *Adducit etiam pro eadem parte resolutionem Dominic. cap. fin. n.18. ad medium, de electione in 6.*

116 *Reijcit hanc contrariam opinionem, de qua n. 112. & ad fundamenta adducta pro ea respondet.*

117 *Respondet ad l. fin. infra à quibus appellari non licet.*

118 *Iure ciuili non permittitur appellari, nisi à diffinitiua.*

119 *Declarat dict. l. fin. dum addit, superiorem posse reuocare sententiam, vt intelligatur, quòd debet superior adiri per querelam.*

120 *Respondet ad secundam rationem.*

121 *Respondet ad id, quòd n.113. de offic. iud. nobili.*

122 *Si iudex ex officio iudicis nobili absoluat vel condemnat, sententiam reuocare non potest.*

123 *Respondet ad c. fin. de appellat. in 6.*

124 *Respondet ad traditionem Domin. de qua n.115.*

125 *Declarat iterum, quæ dicatur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.*

126 *Tradit, quòd ab hoc præcepto de soluendo appellari potest.*

127 *Tradit, quòd facilius iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, quam inducatur, quòd appellatio habeat vim diffinitiuæ.*

128 *Iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, quæ infert præiudicium irreparabile per diffinitiuam.*

129 *Sententia inferẽs grauamẽ per diffinitiuam, mera interlocutoria censetur.*

130 *A sententia de exequendo, regulariter non admittitur appellatio.*

131 *Error post condemnationem allegari non potest.*

132 *Defendit illationem n. 126. quæ verissima est, & respondet ad reg. l. error C. de iur. & fact. ign.*

133 *In gradu appellationis potest doceri de errore confessionis.*

134 *Respõdet secundo ad dict. regul. error.*

135 *In præcepto soluendo tunc admittitur appellatio, quando in ipsa appellatione exprimitur causa erroris, aliàs non admittitur appellatio.*

136 *In conuicto per testes, & confesso non admittitur appellatio, si tamen sola adsit confessio, allegato errore admittitur appellatio.*

137 *In præcepto de soluendo idem obseruabitur regulariter, quòd in mera diffinitiua.*

138 *Tradit,*

138 *Tradit, quòd praeceptum de soluendo debet proferri in scriptis, vt sententia diffinitiua.*

139 *Resoluit, quòd praeceptum de soluendo sufficit verbo proferri, & postea redigi in scriptis, & ibi latè ratio traditur.*

140 *Interlocutoria sufficit verbo proferri, & postea redigi in scriptis.*

141 *Ex diffinitiua, quae praesupponit praeceptum de soluendo, oritur actio iudicati, siue in factum, quae tamen non oritur ex dicto praecepto.*

142 *Refert contrariã opinionem tenentes.*

143 *Adducit cõcordia ad dictas opiniones.*

144 *Tradit, quod quemadmodum à vera diffinitiua appellatur nulla expressa causa grauaminis, idem obseruabitur in d. praecepto de soluendo.*

145 *Refert contrariam opinionem tenentes, quae verior est.*

146 *Adducit pro hac vltima opinione elegans argum.*

147 *Probat praeceptum de soluendo licèt habeat vim diffinitiuae, tamen in aliquibus sequi naturam merè interlocutoriae.*

148 *Tradit secundam conclusionem principalem huius text.*

149 *Quamuis contra confessum in iudicio debeat fieri praeceptum de soluendo, tamen debet ei assignari terminus ad soluendum, qui à iure conceditur verè condemnatis.*

150 *Impugnat proximam conclusionem ex §. sed hodie. Inst. de satisdat.*

151 *Adducit ad dictam difficultatem responsionem Bart.*

152 *Dilatio, quae conceditur condemnatis ad soluendum, conceditur miserationis gratia.*

153 *Quando ex gratia debitori conceditur dilatio ad soluendum, semper is cogitur praestare cautionem de soluendo debitum post dilationem.*

154 *Si dilatio competit ratione conuentionis, vel ex natura contractus, tunc non est praestanda cautio, nisi iuxta distinctionem l. omnibus infra eodẽ.*

155 *Cautio ita demum est praestanda, si actor illam petat.*

156 *Iudex poterit liberare debitorem locupletem à praestanda cautione, quòd solùm obliget bona sua.*

157 *Si condemnatus statim non soluat, vel praestet cautionem, victore petente detrudetur in carcerem.*

158 *Detrusio in carcerem eo casu fit ob non praestitam cautionem, & ideò necessarium est, quòd circa eius praestationem debitor sit in mora constitutus.*

159 *Reprobat proximam traditionem.*

160 *Reprobat dictum Bart. de quo n. 157.*

161 *Nullus debitor detruditur in carcerẽ ante factam executionem bonorum, & nisi constet debitorem non habere bona sufficientia ad soluendum.*

162 *Refert ex Angelo, consuetudine esse receptum, vt condemnatus nullam praestet cautionem.*

163 *Confessis in iure datur eadem dilatio, quam lex tribuit condemnatis per sententiam diffinitiuam.*

164 *Notat hanc conclusionem à l. 12. tabularum profluxisse, quae hos ad praed. effectum aequiparauit.*

165 *Dilatio ad soluendum datur confesso, etiamsi dicat se paratum esse ad soluendum.*

166 *Condemnato propter causam ciuilem, procedentem tamen à crimine competit praedicta dilatio.*

167 *Inquirit quaenam per l. fuerit concessa dilatio condemnatis ad soluendum.*

168 *Iure digestorum concessae fuerunt per l. per duos menses ad soluendum, ex gl. final. hic.*

169 *Iure nouo concessi fuerunt quatuor menses.*

170 *Ostendit non esse tutam hanc glossarum resolutionem, & respondet ad legem debitoribus, infra de re iudicata.*

171 *Tradit ex Alexandro, iure digestorum non*

non fuisse benè clarum, quantum tempus concederetur condemnandis ad soluendum, & verisimile esse fuisse iudici arbitrarium.

172 *Priorē opinionē, de qua n.168. defēdit.*

173 *Refert quid Alex. & sequaces respondeant ad l. fin. §. fin. C. de vsuris.*

174 *L. duodecim tabularum vnus tantùm mensis fuit concessus, postea duo menses.*

175 *Refert ex Alex. non inueniri clarè expressum, quòd iure non condemnatis concedantur quatuor menses.*

176 *Reprobat considerationem Alciati, & ostendit in l. 2. C. de vsuris rei iud. apertè probare, intra illos quatuor menses condemnatum nihil teneri soluere.*

177 *Confirmat d. traditionem iuribus, de quibus ibi.*

178 *Declarat prædictam conclusionem, vt quidem procedat in conuentum per actionem personalem, siue per eam quantitas petatur, siue traditio alicuius speciei.*

179 *Si species petatur per rei vendicationem, tunc victi nō assignantur quatuor menses, sed dilatio ei conceditur iudicis arbitrio, intra quam debeat rem restituere.*

180 *Declarat secundò, vt prædicta dilatio non concedatur condemnatio, si diues sit, ita vt facilè ei solueret condemnationem.*

181 *Refert contrariā opinionem tenentes.*

182 *Refert elegantem traditionem Harmonopuli in promptuario iuris libr. 1. tit. 4. pag. 31.*

183 *Adducit cōcordiam ad has opiniones.*

184 *Legalis dilatio ad soluendum indistinctè cuilibet condemnato competit, nisi iudex ex iusta causa prædictam dilationem coarctet.*

185 *Item nisi condemnatus petat à iudice, sibi dilationem concedi, videtur, non tacitè renunciare dilationi legali, quæ renunciatio valida est.*

186 *Declarat, quomodo in isto casu dilatio remanebit in iudicis arbitrio.*

187 *Dilatio legalis etiam non petenti competit, imò & ignoranti.*

188 *Iudex notoriè diuiti potest concedere dilationem absque eo, quòd præstet competentem rationem.*

189 *Declarat quòd hodie ex consuetudine generali tantùm assignatur confessis in iure dilatio decem dierum.*

190 *Notat, quòd proxima dilatio nō fuit concessa ex dispositione iuris, sed propter consuetudinem generalem, quæ iuri commum derogauit.*

191 *In loco, vbi non fuit dicta consuetudo, adhuc hodie confessis competet integra dilatio legalis.*

192 *Notat, quòd prædicta consuetudo tantùm obseruabitur in sponte confessis, secus in condemnatis etiam hodie.*

193 *Mouet difficultatem contra proximam conclusionem ex eo, quia illa consuetudo videtur irrationabilis.*

194 *Refert prædictam consuetudinem vocasse absurdum Iureconsultum l. seruus, infra quod vi, aut clam.*

195 *Respondet ad dictam difficultatem.*

196 *Reprobat proximam responsionem, & meliorem assignat.*

197 *Tradit, quòd in regno Portugalliæ dantur decē dies ad soluendū sponte confessis, sed condemnatis per actionem personalem nulla datur dilatio, sed cogitur, vel statim soluere, vel dare pignora, quæ statim vēduntur.*

198 *In regno Castellæ conceduntur etiam hoc casu decem dies ad soluendum.*

199 *In regno Portugalliæ si certa species per rei vendicationem petatur, vel etiam per actionem personalem, ad illam tradendam concluduntur.*

HVNC textum † appellant aureum Bald. & Iacobinus hic. 1
Ad declarationem autem litteræ illius præmittendum est illud, quod † dicit Cicero in Orat. pro 2
Quinto

Quinto Roscio, *fraudabat te in societate Roscius, sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit, expressæ enim sunt ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à prætore formulæ, ad quas priuata lis commodatur.* Postquam autem actor eligebat, qua formula actionis vellet agere, committebatur à prætore causa certo iudici, sub quadam verborum
3 formula, à qua neque iudex † posset recedere, neque partes aliquid mutare, vel variare, ita vt qui caderet à syllaba, caderet etiam à causa *l.1.C.de formulis sublatis*, explicat Alciat. *l.pecuniæ verbum 178.§.actionis infra de verb.significatione, & melius libr.4. dispunct.c.vlt.*
4 Item † & secundò præmittendum est, quòd antequam lis contestaretur coram Prætore, ad petitionem rei cõuenti cogebatur actor edere actionem, siue actionis formulam reo vt deliberare posset, *Vtrum vellet cedere, vel contendere*, vt est expressum *leg. prima*
5 *supra de edendo*, & si quidem † reus cedebat, & bonam fidem agnoscebat, dicens se paratum soluere, non condemnabatur, sed tanquã in confessum fiebat decretum Prætoris de soluendo, vt probat is text. *& lex si reus paratus supr. de procuratoribus, & §. final. Institut. de perpetuis & temporal. actionibus.*
6 Si † verò magis volebat contendere, tunc lis contestabatur coram Prætore, & ille causam committebat iudici, sub certa verborum formula, vt dictum est, & explicat Vaconius *declaratio.iuris 87.num.9. & declaratione 88.*
7 *numer.* 10. Modos † autem, quibus actor edebat actionem reo, exprimit *l. 1. in principio supra de edendo*, circa
8 quos est aduertendum, quod † dum inter modos edendi refertur ille, si aduersarium deducat ad alium, & ostendat formulam actionis, qua vti velit, debet littera emendari, & pro verbo (*ad alium*) debet reponi verbum (*ad album.*) In † quodam enim 9
albo proponebantur publicæ actiones per Prætorem *l.si quis id quod.supr. de iurisdictione omnium iudicum*, & post Politianum explicat Budeus *d. leg. 1. supr. de edend. Catelian. in memorabilib. verb. edere, notab. Reuardus in singulari pro tribunali c.4.*

Item † dum dicit (*deducat aduersarium*) debet exponi, hoc est in reum 10
conuentum, vt exponit Duaten. *lib.1. disp. capit. 13. &* Reuardus *vbi supra*, quicquid aliter exponat Alciatus *lib. 2. dispunctio. capit. 29. & libr. 8. parergon. capit. 7.* quem conatur defendere Caldeira *lib.variar.lect.c.7.* & quicquid litteram emendet Cuiat. *lib.8.obseruat.c.15.*

Et † iuxta hæc venit explicandus 11
textus *l.edita Cod.de edendo*, nam loquitur de editione formulæ actionis, quæ fiebat ad requisitionem rei, vt deliberaret, vtrum vellet cedere, vel contendere, & ideò cùm adhuc non esset ventum ad iudicium, neque lis esset contestata, poterat actor mutare propositum, & nouam formam actionis eligere, dummodo illius faceret editionem reo ad prædictum effectũ, vtrum vellet cedere vel contendere?

Item † & iuxta prædicta venit ex- 12
plicandus text. *l. non videtur in iudicem 33. infr. eodem.* Cùm enim editio actionis fieret tantùm quoad effectum, de quo supra, non potest reus videri cõsentire in iudicem, cùm tãtùm petierit sibi edi actionẽ, vt videret vtrum deberet cedere, vel contendere, vt ibi declarat Paul. *n.2.* & est de mente Bar. *l.exceptionem n.7.C.de probat. & l.vbi acceptum n.3.infr.eodem & l.quidam consulebat. n. 10 infra de re iud. & l. si conuenerit n.2.ad medium, supra de iurisdictione omnium iudicum.*

Denique † iuxta prædicta, venit 13
etiam explicandus is text. dum dicit, quòd

quòd actor volebat edere actionem reo, alludit n. ad obseruationem anti-
14 quam supra relatam. Cæterùm † cùm hodie formulæ actionum sint sublatæ *l.1.Cod.de formulis sublatis*, & earum loco successerit libellus, meritò Do-
15 ctorũ habito † respectu ad vsum hodiernum, id quòd leges dicunt de editione actionis, exponunt de libelli datione, *vt tradit Cagnol. l. edita n.19. Cod. de edendo, Gom. in princip. n.26. Inst. de actio.*

16 His † ita præmissis ex isto tex. colligenda est notabilis conclusio, quòd si reus viso libello actoris, agnoscit bonam fidem, & dicat se paratum soluere, tunc non est condemnandus, sed debet fieri præceptum, de soluendo per iudicem assignato termino, intra quem soluat, concordat *l. si reus paratus supra de procurat. & §. fin. d. Instit. de perpetuis & temporalibus actio.*
17 ex quorum † iurium decisione dubia videtur reddi traditio *glos. fin. ad finem l.1. Cod. de litis contest.* dum dicit, quòd si reus confitetur intentionem actoris, per hanc confessionem inducitur litis contestatio, quod & tradit gl. magna ad medium *l. fin §. necessitate C. de bonis quæ liberis, & gl. cap. dudum*
18 *el 2. verb. responsionem, de elect.* Nam † imò ex hoc text. & iurib. similib. videtur inferri, quòd confitendo intentionem actoris, videtur voluisse euitare iudicium, & ideo non condemnatur, imò absoluitur à iudicio, *d. §. fin. Inst. de perpet. & temporal. actio.* & tantùm fit præceptum de soluendo: & in specie contra prædictam gl. videtur text. *leg. rem non nouam §. pa-*
19 *troni C. de iudic.* vbi † ad inducendam litis contestationem, requirit contra-
20 dictionem rei. Pro † concordia tamen videtur dicendum, quòd aut constat de animo rei conuenti, quòd noluit litem contestari, & non inducetur litis contestatio, siue confitea-

tur reus, siue etiam contradicat, quia
† litis contestatio regulariter citra 21
partium consensum non inducitur, *Math. sing. 63.* asserens ita esse receptum, & Socin. *consil.47.n.2.lib.4. Corne. consil.332.à n.7. lib.1.* Adeò † quòd si 22
reus dicat, se respondere, non tamen animo litem contestandi, non inducetur litis contestatio, sed aduersus eum procedetur tanquam contra cõtumacem ad mulctam, vel ad primum & secundum decretum, *gl. Auth. qui semel verb. locum ad medi. C. quomodo, & quando iudex, & ibi Bart. n.19. Bald. leg. vnica num. 6. C. de litis contest. Math. d. sing. 63. in fine,* & per contrarium † si 23
constet de animo litem contestandi, censebitur inducta litis contestatio, per quæcunque verba reus respondeat, dummodo saltem libellus sit oblatus in iudicio, nam antea non inducitur litis contestatio, *Auth. offeratur C. de litis contestat.* Si † autem sumus in dubio, tunc est distinguen- 24
dum: nam si ante datum libellum reus confiteatur † se debere, non videtur 25
habere animum litem contestandi, imò magis animum euitandi iudicium, & in his terminis procedit is text. Nam in eo actor volebat actionem edere reo, & tamen adhuc non ediderat. Quinimò † ampliandum 26
est, istum textum procedere, etsi editio iam facta esset in iudicio, siue datus esset libellus in iudicio. Nam † 27
cùm editio fiat ad eum effectum, vt reus deliberet, vtrum debeat cedere, vel contendere, & non ad effectum litem contestandi: confessio rei non potest inducere litis contestationem, imò magis reus euitat iudicium, & ideò iudex eum non condemnat, sed tantùm facit præceptum de soluendo, *vt dictum est.*

Vnde † etiam ex his dubium vi- 28
detur reddi dictum Bart. *l. seruus paratus num. 1. & ibi Paul. num. 6. supra de procurat.*

procurat. & eiusdem Bart.l.1.num.21.C.
de litis contest. & ibi Bald.n.11.& Paul.
num.10.& eiusdem Bart.l.1.ad finem inf.
de confess. Paul.l.vnica n.10.C.de confess.
Marian.c.vnico num.72.de litis contestat.
dum dicunt, quòd si post datum libellum reus confiteatur in iudicio
debitum, in dubio videtur habere animum litem contestandi.

29 Et † consequenter nihilominus iudex procedet in causa vsque ad diffinitiuam. Horum enim dictum confunditur ex supra dictis, & contrà eos
tenet in specie Greg. *l.7.tit.3.partit.3.*
30 *in glos.2.* Et † verius videtur dictum
Imol.*cap.vnico num.11. de litis contestat.*
quòd per confessionem partis, numquam inducatur litis contestatio, &
consequenter nunquam debeat fieri condemnatio, sed tantùm fieri præ-
31 ceptum de soluendo † iuxta istum textum, nisi prædicta confessio habeat in
se inclusam aliquam contradictio-
32 nem, vel negationem, iuxta † textum
l.si domus 74.§.qui confitetur inf. de leg.
1. vel nisi ex hoc quod credatur habuisse animum euitandi iudicium, &
non contestandi litem, aliquod notabile damnum incurreret, vtpote quia
33 possit agere de euictione: enim licèt †
possit agnoscere bonam fidem, & rem emptam iniustè non defendere *l. &*
qui natura §.cum me absente cum glos.sup.
de negotijs gestis, tamen oportet expectare, quod super causa sententia feratur iuxta notat. *in l.emptorem, in princ.*
infra de actionibus empti.
34 Et † confirmatur, quia ideo appellatur litis contestatio, quia ordinato
iudicio partes dicebant, vt præsentes testes essent ordinati iudicij. *Festus*
Pompeius lib.3. de verborum antiquorum
significatione, quæ testatio nomine erat necessaria, quando pars confitebatur
debitum, & sic nullum debebat ordinari iudicium, vt expendit Tiraquel. *lib.1. retract. §.15. glos.2. num.2.*
quod est vtilissimum ad † interpreta- 35
tionem ordinam. Portugalliæ *lib.1.*
tit.13 §.fin.veteris impressionis, & hodie
lib.1.tit.20. nouæ recopilationis, dum iubet, condemnatum per sententiam
decimam cōdemnationis soluere Regi. Neque enim eam soluet, confessus
debitum ante datum libellum, quia
impropriè † dicitur condemnatus, 36
Bart.l.1.num.1.infra de confess. Felin.in
rub.num.11.de re iudicata, & cap. quærenti n.11.de officio delegati, & c.cum olim
num.5.de testibus. Quinimo † & idem 37
erit recipiendum, si dato iam libello confessus fuerit debitum, vt constat
ex proximè traditis, & de materia prædictæ ordinat. videndus est Octauian. *decisione Pedemont.4.per totam.*

Ex † quibus infertur ampliatio ad 38
istum textum, vt procedat, etiamsi post datum libellum reus confiteatur
debitum, *vt supra diximus*, id quod in terminis textus facilius est recipiendum, quia in eo non solùm fuit confessus reus debitum, sed & addit, se
paratum illud soluere. Nam † ex his 39
verbis apertè cōstat habuisse animum euitandi iudicium, non autem litem
contestandi, cùm per solutionem debiti, iudicium euitetur, *§.fin. Inst. de*
perpetuis & tempor. actio. aduertit Salyc.
l.1.num.7.C.de litis contestat. resoluens, communem resolutionem supra relatam sibi locum vendicare, quando
reus simpliciter confitetur debitum, neque addidit verba prædicta, ex quibus colligitur magis voluisse euitare iudicium.

Infertur † etiam intellectus ad *l. si* 40
reus paratus 37.supr.de procurat. qui tex. duas habet partes principales. In prima probas, quòd si reus dicat se paratum soluere, non cogetur litem contestari, neque iudicium suscipere, sed
magis absoluetur ab instantia iudicij, & sic cōcordat cum isto textus quem
ampliat procedere, etiamsi lis mota

sit per procuratorem actoris absentis.
41 Nam † licèt is procurator non possit recipere solutionem *l. hoc iure infr. de solut.* Tamen si reus est paratus soluere, non cogetur suscipere iudicium, & cùm hoc casu non reperiatur, qui possit recipere solutionem, satis erit debitum deponere, & consignare, vt statim dicemus.
42 Ampliat † etiam *dict. lex si reus paratus* nostrum text. procedere, etiamsi reus offerens ante oblationem fuisset constitutus in mora, vt quia interpellatus extra iudicium noluit soluere, nam nihilominus postea debitum offerendo euitabat iudicium, & quamuis Iureconsl. *dict. l. si reus paratus* videatur id tantùm admittere, quando reus extraiudicialiter conuentus non soluit pecuniam actori interpellanti, quia tunc non habebat pecuniam
43 paratam ad soluendum: tamen † verius est, id indistinctè procedere, vt semper reus offerens purget moram præcedentem, & simul euitet iudicium, *vt ibi tradunt Baldus post princi-*
44 *pium, & Paul. Castrens. num.* 4. Mora † autem rei precedens illud operabitur, quod is reus cogetur statim soluere, nullo dato termino ad soluendum: etsi fortè non adsit, qui possit solutionem recipere, compelletur statim fictè soluere, deponendo & consignando, iuxta *l. obligatione Cod. de solutio.* & clarè probat *dict. l. si reus paratus, notat Bartol. leg. si seruum §. nunc videamus, in fine, infr. de verborum obliga-*
45 *tione*, & tamen † si ante moram incursam confiteretur debitum, non solùm absolueretur à iudicio, sed etiam ei assignaretur terminus ad soluendum, iuxta istum textum.
46 Item † & mora debitoris præcedens, illum operabitur effectum, vt quamuis debitor, qui non inuenit creditorem in loco conuento, neque alium, cui pro eo securè soluat, liberetur à mora & vsuris, licèt de prædicto impedimento non protestetur *leg. cum quidam §. si pupillo, supra de vsuris, Aretin. consil.* 161. *colum.* 2. *ad medium, Gozadin. consil.* 66. *num* 8. Tamen † si 47 vult se liberare à mora iam incursa, vt ab ea liberetur, debet protestari de impedimento, & præterea debitum deponere, & consignare, vt probat *dict. lex. si reus paratus*, notat Bartol. *l. si seruum §. nunc videamus ad finem infra de verborum obligatione, & l. item illa, num.* 10. *infr. de constit. pecun. Alexand. consil.* 92. *lib.* 1. Et † ad hunc modum 48 debet declarari Bart. *dict. l. si reus paratus in fine* dũ ex eo textu colligit, quòd si quis vult euitare pœnam, & non inuenit, cui offerat debitũ, vel soluat, tunc debet offerre in iudicio, & iussu iudicis deponere, subscribit Bald. *ibi col.* 2. *ad medium*: Nam debent intelligi in terminis illius textus, quando quis vult se liberare à pœna mero iure iam incursa: tunc enim necessaria est protestatio, & depositio, *iuxta supra tradita*, & in specie explicat Aretin. *consil.* 161. *colum.* 2. *post principium Alex. consil.* 92. *num.* 10. *lib.* 1. Nam † si quis 49 adhuc in pœnam non inciderit, sed vult se præmunire, ne forsitan in illam incidat, non est necessaria protestatio, neque depositio, dummodo aliàs legitimè constet de impedimento, *vt tradunt sup. allegati*: circa quod videndus est omnino Ripa *tract. de peste titul. de priuileg. iudiciorum causa pestis num.* 26.

Addit † & vlterius *dict. lex si reus* 50 *paratus* aliam ampliationem ad nostrum textum, vt procedat etiamsi causa sit famosa. Nam qui offert, euitabit iudicium, & consequenter euitabit infamiam: ex quo † videtur con- 51 fundi traditio gl. 1. *l. illius furtium, supra de his qui notant. infamia*, dum dicit, quòd ille, qui confitetur crimen redditur infamis. Nam imò videtur, quòd

propter

propter confessioné euitet infamiam *dict.l.si reus paratus*, vbi tamen Bartol.
52 *num.*2. opiniones † concordat, quòd traditio glos. 1. *dict.l. ictus fustium* procedat in eo, qui simpliciter confitetur delictum, secus si non solùm confiteatur delictum, sed etiam offerat satisfactionem damni, nam tunc procedet, id quod insinuat *dict.l. si reus paratus*, quam resolutionem assignat etiam Bart. *leg. infamem, num.*10. *infra de public. iudic.* vbi rationem differentiæ assignat, & Andr. Gail. *practicar. obseruat. lib.*2. *obseru.*103. *num.*3.

53 Et † ex ea Paul. Castr. *dict.l. si reus, num.*10. colligit notabilem cautelam, vt si quis ex condemnatione timeat incurrere infamiam, vel aliá pœnam, offerat satisfactionem damni, in quo possit condemnari, & sic euitabit infamiam, vel pœnam condemnationis, quam timet incurrere, quam cautelam prius assignauit Bart. *in d.l. infamem, num.*11. *& l. iusiurandum, & ad pecunias §. fin. num.*2. *supra de iureiur. Panorm. c. cum te, n.*5. *de re iudicata extollit Mathesilan. sing.*84. *& alij relati per Dec. l. fin. §. fin. num.*6. *infr. si certum petatur, Aules de pratoribus c.*1. *verb. donat. n.*45. *pag.*69. & notat Gail. *practicarum obseruat. lib.*2. *obseruat.*102. *à n.*7. Quod
54 † sanè accipiendum est, iuxta terminos *dict. l. si reus paratus*, vt si non inueniatur, quia accipere possit satisfactionem, tunc non solùm debet offerre quantitatem condemnationis fu-
55 turæ, sed etiam debeat † deponere & consignare, ex quo Bald. *ibi col.*2. *ad medium*, colligit, quòd vt quis euitet iudicium, non sufficit offerre debitum, nisi etiam deponat, & consignet Alexand. *consil.*92. *num.*10. *lib.*1.

56 Contrarium † tamen, imò, quòd vt euitet quis iudicium, sufficiat offerre debitum, videtur probare is textus, & securè tradit Bald. *consil.*25. *n.*7. *lib.*1.
57 Sed † vera concordia est, quòd si reus adhuc non constitutus in mora offerat in iudicio, dicens se paratum soluere euitabit iudicium, & tanquam in iure confessus pro condemnato habebitur *l. vnica C. de confess.* & sic aduersus eum fiet præceptum de soluendo textu, & in his terminis procedit is textus. Si autem iam esset constitutus in mora, & vellet euitare iudicium, & liberare se ab effectibus moræ iam incursæ, tenetur offerre, & deponere *dict. l. si reus paratus*, explicata, *vt supr.* & in simili ita distinguit Bart. *l. item illa n.*10. *inf. de constit. pecun.* & hæc de prima parte *d.l. si reus paratus.*

Succedit † igitur secunda pars prin- 58
cipalis eiusdem l. quam † gl. ibi verb. 59
præses, ita interpretatur, quod † tex- 60
tus faciat differentiam inter iudicem ordinarium, & delegatum, scilicet quod ordinarius etiá ante litem contestatam potest facere in confessum præceptum de soluendo, & iubere pecuniam deponi, quod tamen delegatus facere non potest, nisi confessio facta sit coram eo, post litem contestatam, quia ab eo tempore efficitur iudex, & dominus litis, ac ita debitor offerens pecuniam coram ordinario, quocunque tempore euitabit iudicium, & non cogetur litem contestari, & tamen offerens coram delegato cogetur litem contestari, cùm antea delegatus, in causa nihil iubere possit. *subscribit Bald. ibi col.*2. *post principium, & Fulgos. num.*4. *extollit Roman. singulari* 185. *Alex. hic in additio. ad Bart. Felin. cap. cum te, n.*8. *de re iudicata.*

Sed † hunc intellectum improbant 61
Bartol. Angel. *num.*11. *dict.l. si reus paratus*, & meritò, quia ea lex semper de eodem iudice loquitur, & quia ratio glos. vera non est: quia licèt procurator post litem contestatam efficiatur dominus litis, *l. nulla C. de procurat.* non † sic iudex delegatus efficitur 62
dominus iurisdictionis, post litem

cōtestatam. Nam qui eum dedit iudicem, liberè eius iurisdictionem reuocare potest, *leg. iudicium soluitur, infra eodem.* Quod vtique facere non potuisset, si delegatus per litis contestationem efficeretur dominus iurisdictionis, *argum. l. post litem supra de procuratoribus vbi gloss.* 2. annotauit hanc differentiam inter procuratorem, & iudicem delegatum.

63 Ex † quo consequitur, quòd cùm post litem contestatam delegatus non magis efficiatur dominus iurisdictionis, quàm antea, prout post litem contestatam potest decernere præceptum de soluendo, vt glos. agnoscit, ita etiam poterit & ante litem contestatam. Reiecta igitur prædicta inter-

64 pretatione, vera † explicatio est, quod in prima parte *dict. leg. si reus paratus.* debitor ante litem contestatam confessus est debitum coram iudice, quod sufficit, vt iudex absque alia condemnatione, possit facere præceptum de soluendo: sed si post litem contestatam fiat prædicta confessio, tunc nihilominus iudex debet in causa procedere, & sententiam diffinitiuam ferre, iuxta regulam *l. de qua re infra eodem*, & in his terminis loquitur, & procedit *d. l. si reus in 2. parte*, &

65 ad † hos terminos reducēdi sunt Bart. *ibi n.* 3. & Paul. *ad finem*, & vidēdus est text. *l. hoc edicto* 5. *in pr. infra de publican.*

66 Item † & iuxta hæc venit explicandus text. *§. fina. Inst. de perpetuis & temporalibus actio.* dum probat, quòd etiam post litem contestatam, & postquam fuerit processum in caussa, si debitor ante sentētiā offerat debitum, venit absoluendus, etiamsi aliàs esset condemnandus, & quòd hac ratione omnia iudicia dicuntur absolutoria, quod apertè repugnat *dict. l. si reus paratus in 2. parte explicata, vt supra.*

67 Sed † ad illius text. explicationem aduertendum est, quod Alciat. *l. vnica C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest, capit. 8. à nu. 9.* existimat, post litem contestatam reum soluendo non liberari à iudicio, allegat *l. si insulam* 83. *infra de verborum obligatione, & l. sed etsi alia, infra de constitut. pecunia.* & ad dictum *§ final.* respondet, tunc demum procedere, quando non solùm soluitur principale, sed etiam omne interesse actoris.

Sed † non placet hæc responsio, 68 quia *dict. §. final.* generaliter procedit, siue offeratur id, quod petitur, siue etiam interesse partis, *vt ibi expressit Theophil. & Duaren. l. in actionibus num.* 42. *supra de in litem iurando, addo Paul. l.* 1. *n.* 9. *supra de actio. empt. & Alciat. lib.* 7. *parergon. c.* 12. Neque repugnant iuta allegata per Alciatum. Nam ad † pri- 69 mum de *l. si insulam*, respondet Bart. *ibi num.* 12. quòd post litem contestatam, per solam oblationem non purgatur mora, & in his terminis procedunt iura allegata per Alciatum. Sed si non solùm offerat, sed etiam soluat verè vel fictè, procedit *d. §. final. Instit. de perpetuis & tēporalibus act.* & videtur tex. *l. hoc edicto in princ. infr. de publicanis.*

Quæ † tamen responsio non vide- 70 tur satisfacere, quia *d. l. si insulam*, probat, quòd si post litem contestatam conuentus debitor, opus, quod promiserat, præstet: non per hoc purgatur mora neque † tollit iudicium in- 71 tentatum: nisi dicas *dict. l. si insulam*, ea ratione id probare: quia lis fuit contestata super interesse. Si ergo postea præstetur opus, non est reus absoluendus, quia diuersum à petito soluit, quod † non inducit absolu- 72 tionem à petitis, *Paul. Castrens. consilio* 348. *colum. final. post principium lib.* 1. Sed si illud, quod fuerat petitum, fuerit solutum, procedet *dict. §. fin. Institut. de perpet.* quod colligitur ex eo textu ibi (*satisfactum*) adiuncta *leg.* 1. *supra qui satis dare cogant. & l. si rē §. omnis infrà*

infrà de pignoratitia actio. ampliando vt per Alex. *d.l. quidam æstimauerunt*, *n.*3. *infra si certum petatur.*

73 Est † nihilominus aduertendum, quòd licèt prædicto modo possit concordari *dict.l. si insulam*, cum *dict.§. fin.*

74 tamen † per prædictam concordiam non tollitur difficultas supra mota ex *dict.l. si reus paratus in 2. parte*, dum probat, quòd si post litem contestatum offeratur debitum, iudex nihilominus debet procedere ad condemnationem, sed poterit illi respondere, quod procedit, quando post litem contestatam reus confitetur debitum, *dict.l. si reus paratus in fine*, sed si non confiteatur debitum, sed etiam soluat, tunc sententia absolutoria ferenda est, vt probat *d.§ final.* Et † licèt

75 *gloss final.* ibi dicat, quòd debeat esse sententia absolutoria, ad obseruatione iudicij, non autem diffinitiua, per quam absoluatur à re petita, illa mota ratione, quia cùm obligatio principalis per solutionem sublata sit, *principio Instit. quibus modis tollitur obligatio*, frustra absolueretur reus ab obligatione, quæ iam non erat in rerum natura, & subscribit ibi Othomanus Paul. Castrens. *dict l. si reus paratus in fine.* & asserit receptum Iason. *leg. Iulianus verum debitorem colum.*1. *infra de condict. indebiti*, *& notab. Andr. Gail. practicarum obseruat. lib.*2. *obseruat.*103. *à n.*6. & ampliat Alex. *l. si constante §. fin. num.*4. *infr. solut. matrimon.*

76 Tamen † verior est opinio Fabri *d. §. final. Inst. de perpetuis & temporal. actio. num.*3. quam ibi probat Balduin. & comprobat Fulgos. *l. iusiurandum*, *& ad pecunias §. prætor ait in fine infra de iureiurando*, quòd imò debeat esse sententia diffinitiua, absoluens à re petita, & simul à lite super ea mota: quod noua ratione comprobat Iason *dict.l. Iulianus verum debitorem*, *n.*22. *ad finem*, & satis colligitur ex generalitate *d.§. fi. & l. cum te* 26. *supr. de dolo & l. quod si Ephes. §. fi. infr. de eo quod certo loco.*

Neque † obstat ratio magis communis opinionis, quia vltra responsiones 77 Fulgos. *dict. l. iusiurandum & ad pecunias §. prætor. ait in fine infra de iureiur.* & Ego † respondeo, quòd in litis conte- 78 statione duplex quasi contractus videtur celebrari per partes, scilicet vt in litis processu perseueretur, vsque ad sententiam, *Auth. qui semel Codic. quomodo, & quando iudex.* Item quòd sententiæ latæ per iudicem in ea causa, pareatur, vt docet Bartol. *l.*3. *§. idem scribit num.*6. *infra de peculio.* Ratione igitur istius obligationis resultantis ex prædictis quasi contractibus propriè cadit absolutoria sententia, & quidem diffinitiua. Ad † quod expẽdo 79 *leg. hoc edicto in principio*, *infra de publicanis* dum dicit, quòd si ante iudicium susceptum res restituatur, euanescit iudicium, si autem post susceptũ iudicium res restituatur, venit pars absoluenda, scilicet ab ea obligatione, quæ ex quasi contractibus videbatur resultare. Et hac ratione omnia iudicia dicuntur absolutoria, vt probat *d.§. final.* & explicat Alciat. *lib.*7. *parergon. cap.*12. Cæterùm si id fiat post sententiam condemnatoriam, certum est, non posse ferri sententiam absolutoriam, quia esset contraria primæ sententiæ, vt clarè significat *dict.§. final.* sed tantùm propter absolutionem postea secutam impedietur executio prioris sententiæ condemnatoriæ *l. fideiussor euictionis infra de doli exceptio. notab. Auiles de prætorib. c.*9. *ver. derechos num.*2. *pag.*149.

Vlterius † ex isto textu annotan- 80 dum est, quòd vbi debitor confitetur in iudicio, se debere id, quod ab eo petitur, iudex non debet eũ condemnare, sed tantùm interponere decretum de soluendo intra certum tempus. Et est ratio quia confessus in iure

pro iudicato habetur *l.vnica C. de confess. l. post rem infra de re iudicata.* Qui igitur habetur pro condemnato, iterum condemnari non debet, sed tantùm ea ficta condemnatio debet mandati executioni per præceptum de soluendo, *l. proinde §. final. infra ad l. Aquiliam.* & probat is textus & *l.7. tit. 3. partit. 3. & ibi notat Gregor. in glo. 2. & l. 2. tit. 22. partit. 3.* ibi etiã notat Greg. *in glos. 2. tradit Castrens. l. vbi num. 4. & nu. 10. Cod. de confess. Ant. Missa in tract. obligat. ad formam Cameral. pag. 129. nu. 14.* declarando tamen, vt per Paulum *consil. 87. num. final. lib. 1. & cum Bald. l. fin. §. necessitate num. 11. Codic. de bonis quæ liberis*, quem sequitur Natta *consil. 51. num. 7. lib. 1.* & Ias. *§. curare, in fine, Inst. de actio.*

81 Ex † prædictis autem inferebat Bar. *l. 1. num. 1. l. non fatetur num. 5. infra de confess.* hoc præceptum de soluendo propriè non posse appellari sententiam condemnatoriam, sed potius quandam executionem fictę condemnationis, quæ videtur resultare ex confessione facta in iudicio, quod & sentit glos. *cap. dudum el 2. verb. responsionem, de elect. glos. final. cap. ex parte el 1. de verborum significatione, glos. in Summa 2. q. 1.* & resoluit Perus. *cap. cum cessante num. 10. de appellat. Alexand. consil.*

82 *quinto num. 3. lib. 2.* Et † ideo in eo præcepto non requiritur scriptura publica & solemnis, quæ tamẽ requiritur in sententia condemnatoria, *Bald. l. final. §. necessitate num. 10. Codic.*

83 *de bonis quæ liberis.* Neque † illud interpositum impediet litis contestationem, quam tamen impedit sententia, *c. 1. de litis contestat. in 6. notat. Felin. in rubr. num. 5. de re iudicata.*

84 Hæc † tamen intelligunt Doctores vera esse: quando prædicta confessio facta est ante datum libellum per actorem, nam si post datum libellum, & à fortiori post litem contestatam, fiat prædicta confessio, non interponetur decretum de soluendo, sed procedetur in causa ad sententiam condemnatoriam, *lege Iulianus & l. Stichum inf. de confess.* Quæ † sententia merè diffinitiua censebitur, cùm causam, de qua agitur, determinet, & iudicialiter diffiniat, & ita declarant Angel. & Paul. hic vterque *nu. 6. Iacobus n. 21. & Alex. hic in additio. ad Bar. Paul. Castrens. l. si reus paratus num. 6. supra de procurat. Ang. §. fin. n. 2. Inst. de inutili stipulatio. Alex. l. debitoribus num. 22. infra de re iudicata, & consil. 50. num. 11. lib. 2. notabiliter Iason l. si domus §. in pecunia n. 9 infra de leg. 1. Soares l. post rem 3. notab. n. 2. infra de re iudicata, Iafred. Balb. decis. 72. Marant. in praxi 6. parte prin. iudiciorũ in 3. particul. n. 28. pag. 513. Ripa l. quod iussu, n. 31. infr. de re iudicata.* 85

Sed † circa hanc communem declarationem subsistendum est, quia imprimis non est verum, quòd si post datum libellum actoris, fiat prædicta confessio, quod non interponatur decretum de soluendo: nam verius est interponi posse, *vt supr. probauimus*, & tenet Gregor. *leg. 7. titul. 3. partit. 3. in glos. 2.* Quinimo licèt † confessio facta post litem contestatam, non impediat causæ prosecutionem *leg. si reus paratus in fine sup. de procurat.* Tamen † id intelligendum est in hoc sensu, vt quidem propter confessionem, confitens habeatur pro iudicato, & ex ea ficta condemnatione nascatur statim actio & obligatio, sed si actor velit acquirere nouam actionem ex vera sententia condemnatoria poterit id à iudice obtinere *l. penultim. cum glos. infra de confess.* & tunc actio orta ex vera sententia condemnatoria, non tollet illam, quæ iam orta erat ex confessione facta in iudicio, sed potius illi nouam actionem accumulabit, *argum. leg. fin. §. 1. Cod. de vsuris rei iudicatæ, tradit glos. final. leg. certum. §. fin.*

(Margin numbers in right column: 85 beside "tia merè diffinitiua"; 86 beside "Sed † circa"; 87 beside "in glos. 2. Quinimo"; 88 beside "men † id".)

§. *fin. infra de confess. & ibi Bartol. gloss. magna l. vnica ad medium, Cod. de confess. & ibi not. Paul. Castr. num. 10. ad finem.*

Vlterius est aduertendum, quòd licèt præceptum de soluendo relatum ad causam principalem, non dicatur sententia diffinitiua: quia nihil diffinit: nam confessio facta in iudicio diffinitionem videtur fecisse, & sic magis videatur pertinere ad executionem prædictæ condemnationis, *vt su-*
89 *pra diximus*: tamen† respectu sui consideratum sententia sine dubio appel-
90 lari debet: quia † omnis determinatio iudicis ad causam faciens, sententia appellatur. *gloss. auth. de litigios. §. ad excludendas vers. interlocutionibus, collat. 8. & gloss. 1. cap. ei qui verb. diffinitiua 2. quæstio 6.*

91 Quare † videndum est, quænam sententia esse censeatur. Et quidem constat diffinitiuam non esse, nihil enim diffinit, sed magis videtur pertinere ad executionem fictæ condemnationis, quæ videtur resultare ex confessione facta in iudicio. Tantum
92 igitur dubitatio in eo † cōsistit: *Vtrum censeatur sententia merè interlocutoria, vel interlocutoria habens vim diffinitiuæ.* In quo dubio gloss. §. *penult. verb. sententia, Instit. quibus alienare non licet*, existimat sententiam esse merè interlocutoriam, cui Paul. subscribit *hic nu. 3. & in d. l. si reus paratus num. 6. Ang. cons. 115. colum. 1. ad finem, & plures relati per Felinum in rub. num. 5. de re iudicata, Iafred. Balb. decis. 72.* & hanc esse magis communem opinionem asserit Maranta *in praxi 6. parte principalis in 3. parte num. 28. pag. 513.* & latè defendit Aretin. *l. 5. in princip. colum. 2. ad finem infra de verborum obligat.* & pro
93 † illis vrget, quòd huiusmodi præceptum rendit ad executionem fictæ condemnationis, quæ videtur resultasse ex confessione facta in iudicio, *vt supra diximus.* Porrò pronunciatio, quòd sententia exequenda sit, merè interlocutoria censetur, tendens ad declarandam executionem sententiæ diffinitiuæ iam latæ, *Imol. in l. ab executione colum. 1. infra de appellat. Anchar. consil. 344. Boer. decis. 68 num. 7. decis. Genuæ 164. num. 14.* adde Corneum *consilio 121. ad finem lib. 4.* Vnde † pro 94
regula constituitur, quòd omnis iussus post sententiam interpositus, & respiciens executionem, censetur sententia merè interlocutoria, *leg. à Diuo Pio §. in venditione (ibi interloqui soles) infra de re iudicat. & ibi notauit Ias. num. 5. Octauian. de stylo Curiæ lib. 7. c. 3. num. 11.* ac proinde in omnib. sequitur naturam meræ interlocutoriæ, *Anch. cons. 342. & Rota Genu. 164. num. 12.*

Contrariam † nihilominus opinio- 95
nem, imò quòd præceptum de soluendo, censeatur esse sententia interlocutoria, habens tamen vim diffinitiuæ, tenet Bald. *hic 2. lect. in principio, &* Lācelot. Decius *in principio, Guid. Papæ decis. 12. Angel. §. Curiæ in fine Inst. de actio & plures relati per Felinum cap quærenti num. 9. de officio delegati, & in rub. num. 5. de re iud. Marant. vbi supra Hyppolit. Rimin. cons. 206. num. 22. lib. 2.* ea ratione, quia huiusmodi præceptum est statim exequendum, & in effectu continet sentētiam mereri executionem, ergo debet dici interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ad similitudinem illius debet regulari iuxta traditionem gloss. 1. *l. intra vtile supra de minor.* quam extollit Bald. *num. 14. C. quando prouocare non est necesse.* Et † 96
hanc opinionem ego veriorem, & magis receptam esse existimo, nam vltra supra allegatos eam probat Bald. *l. error num. 10. C. de iuris & facti igno. Ang. in l. 5. in princip. num. 2. & ibi Alexand. nu 4. infr. de verb. obligat. Ang. cons. 115. ad fin. Dec. c. cū cessante nu. 3. de appel. post Perus. ibi n. 10. Marāt. in praxi 3. part. 6. partis principalis, nu. 28. ad fin. pag.*

*pag.*513.& vltra eos tenet Aretin.*conf.* 20.*num.*3.*& Alexand.conf.*50.*num.*11. *lib.*2. addo gloss.final. hoc sentientem *l.qui restituere, supra de rei vend.& ibi not. Ang. num.* 6.& plures relati per Hyppol.Riminald.*conf.*206.*à num.*22 *lib.*2.

97 Et † vrget pro hac sententia, quòd illa appellatur sententia merè interlocutoria, quæ nihil determinat ad causam principalem pertinens, sed præcipit aliquid, quod magis pertinet ad causæ præparationem *l.quòd iussit infra*
98 *de re iud.l.*2.*tit.*22.*partit.*3.Et † pari ratione dicetur merè interlocutoria, si determinet aliquid leue, & quod non sit substantiale causæ, à qua ipsa videtur pendere, vt declarat Alex. *in rub. num.*8.*infr.de re iudicata, Aretin.conf.*20. *num.*2.*& conf.*106. *num.*4. *Felin.in rub. num.*3.*de re iud.Maranta in vltima parte* 6. *partis principalis num.*44.*pag.* 518. *Rip.l.quod iussit num.*27. *in fine, & Zasius num.*28.*infr.de re iudic.Hyppolit.Ri-*
99 *minald.conf.*206.*num.*16. *libr.* 2. Qui † per contrarium dicunt, eam dici sententiam interlocutoriam, habentem vim diffinitiuæ quæ determinat aliquid substantiale, & à quo ferè decisio causæ videatur pendere, dummodò id incidenter fuit ad causam principalem, adhuc non plenè determinatam.

100 Ex † quo inferendo ad nostram dubitationem dicimus, quòd cum præceptum de soluendo, virtualiter contineat sententiã, de qua agitur, esse validam, & mereri executionem, quod est substãtiale ad causam principalem
101 iam decisam, quia † parum importaret sententiam ferri, nisi executioni mandaretur *gloss.in rubr. C.de execut.rei iudicat.* Ergo debet censeri interlocutoria habens vim diffinitiuæ.

102 Nec † obstat fundamentum contrariæ opinionis, quia verius est, sententiam, per quam pronũciatur, aliam sententiam esse exequendam, censeri interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, vt tenet Angel.*in leg. qui restituere, num.*6.*supra de re iudicata, & conf.* 115.*ad finem, Alexand.conf.*50.*num.*11. *libr.*2. Quinimò † si lata sententia in- 103
cidat quæstio, *an illa sit mandanda executioni* & debita causæ cognitione, pronuncietur illam esse exequendam, talis sententia merè diffinitiua censetur, quia † omnis illa sententia cense- 104
tur merè diffinitiua, quæ diffinit articulum, de quo principaliter mota fuerat quæstio, *gloss.fin.l.qui restituere supra de rei vendic. & ibi Bald.*1.*lect. ad finem, & Angel.num.*6.*glos.Clement.vnica verb. diffinitiua de sequest.possessio.& fruct.gloss. cap. ei qui, verb. diffinitiua.* 2. *qu.* 6. & ex mente Bart, id colligit Imol. *l.*1.§.*fin. num.*6. *infr.de Prætor. stipulat. & l. quod iussit num.*4.*infra de re iudicata, Felin. in rub.nume.*15.*de re iudicata.* Ergo & in terminis de quibus supr. sentẽtia merè diffinitiua appellabitur, quòd in terminis post Angelum tradit Alex. *conf.* 50.*num.*11.*lib.*2.

Vnde † & quòd supra resoluimus, 105
præceptum de soluẽdo, censeri interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ intelligendum est, quando super executione nulla mouetur quæstio, quia in iure confessus non reluctatur, & sic tãtum iubetur soluere id, quòd confessus est in iure, se non debere, vt est de mente Rip.*leg.quòd iussit num.* 31.*infr.de re iudicata, & aliorum supra allegatorum.* Nam † si super executio- 106
ne sententiæ principaliter mota sit quæstio, sententia eam determinãs, sine dubio dicetur sententia merè diffinitiua, *iuxta supra tradita Hyppol. tract. bannito.verb.sententia* §.5.*num.*18. Tantùm † igitur contraria opinio, quam impugnamus, admitti potest, quando non tractatur, *vtrum facienda sit executio?* Nam hoc pro constanti habetur, sed tantum tractatum de modò exequendi: nam tunc censebitur merè interlocu

108 terlocutoria,& in his † terminis loquitur, & procedit text. *in l. à Diuo Pio,§. in venditione*, & quod ibi Ias. *n.5. infra de re indicata*, & supra tradidimus.

109 Ex † qua opinione ita defensa infertur huiusmodi præceptum de sol-
110 uendo, per iudicem reuocari † non posse, quia licèt mera interlocutoria possit reuocari per iudicem ad libitum, *leg. quod iussit inf. de re iudicata l.2.*
111 *tit.22. partit.3.* Tamen † interlocutoria habens vim diffinitiuæ, per eum reuocari non potest, *glos. cap. fin. verb. inanes de elect. in 6.* quam extollunt relati per Iason. *dict. l. quod iussit num. decimo & ibi Rip. num.28. Alexand. l. iuste possidet n.13 infr. de acquirend. poss. Dec. c. cum cessante, n.10. de appellat.* & rationem assignat Bald. *l. minoribus num.8. C. de his quibus vt indignis.* Si ergo hoc præceptum de soluendo est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, *vt supra probauimus*, reuocari minimè poterit, quod ita hac ratione post Angelum tenet Felin. *cap. quærenti, num. nono de officio deleg. & in rubr. num.5. de re iudicata Gregor. l.2. tit.22. partit.3. glos. secunda, in fine, Hyppolit. Riminald. consil. 206. num.23. & num.27. lib.2.*

112 Contrariam † tamen opinionem, imò quòd hoc præceptum de soluendo ad libitum reuocari possit, iuxta regulam generalem *dict. l. quod iussit*, pro constanti tenent Angel. *hic num.5. Paul. Castr. num.3. Iacobin. num.22. & Alexand. in additio. ad Bart. Angel. consil.114. num.5.* & ex professo defendit Aretin. *l. in principio col.2. ad finem infra de verborum obligatione, Felin. cap. qualiter n.8. de accusat. Rota Genua 164. num.14.* Pro qua sententia adducitur *lex fin. infra à quibus appellari non licet*,
113 & quia † pronunciatio de exequendo potest per iudicem reuocari, quia implorato iudicis officio nobili expeditur, *vt post Bartol. tradit Rip. dict. l.*
114 *quod iussit num.44.* Denique † adducitur pro hac sententia *c. fin. de appellat. in 6.* dum probat quod sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, reuocatur per iudicem ad quem delata fuit ex causa appellationis: Ergo pari ratione iudex, qui eam tulit, reuocare poterit, quandiu durat eius iurisdictio, *vt aduertit Pan. cap. cum cessante num.10. de appellat.* Et in prædictis terminis, quòd iudex possit reuocare prædictam sententiam tenent Paul. *dict. l. quod iussit in fine, & ibi Alexand. num.27. Angel. consil.114. num.3.*
Et † consonat resolutio Dominic. *cap.* 115
final. num.18. ad medium de elect. in 6. quod ea interlocutoria habens vim diffinitiuæ reuocari non potest, quæ principaliter determinat aliquem articulum substantialem causæ principalis, secus si determinet aliquem articulum particularem incidentem. Nam decisio huius articuli habita relatione ad causam principalem, propriè non potest dici interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ideo iuxta regulam generalem reuocari potest, *subscribit Felinus de cap. qualiter el 1. num.8. ad finem, & Rip. ad l. quod iussit num.28. ad finem.*

His † tamen non obstantibus non 116
est recedendum à prima opinione, magis communiter recepta. Neque enim obstant rationes contrariæ opinionis. Nam ad primam de *l. fin. infra à quibus appellare non licet*, respondetur, quod † in casu ibi proposito, senten- 117
tia arbitrorum est merè diffinitiua, cùm determinauerit articulum principalem ipsis arbitris commissum, *vt sup. diximus.* Et constat ex eo, quòd ab illorum sententia appellatur, vt clarè probat *l. arbitro supr. qui satisdare cogant.* Quod † iure ciuili non permit- 118
teretur, nisi esset sententia diffinitiua *leg. ante sententiam Cod. quorum appellat. non recipiantur.* Meritò igitur prædicti arbitri suam sententiam reuocare non

poterunt iuxta regulam *l. iudex posteaquam infra de re iudicata*, & præsupponit *dict. l. fin.* quæ licèt addat, superiorem posse reuocare prædictam sententiam citra appellationem, tamen
119 debet intelligi, quod † debeat adiri per viam querelæ, vt est expressum *l. si ab arbitro, supra qui satisdare cogan.* Cùm enim articulus commissus arbitris non perimat totam causam, permittitur partibus adire superiorem, per viam querelæ, & obtinere, quod reuocetur sententia, si fuerit inducta, quod tamen minimè permitteretur illi, qui eam tulit, cùm tanquam superior considerari non possit, & sic textus ille nihil facit pro opinione, quam impugnamus, quicquid dicat Angelus *consilio 114. num. 3.* & Aretin. *l. 5. in principio col. 2 ad finem infra de verborum obligatione.*

120 Non † obstat etiam secunda ratio, quia traditio Rip. non videtur vera, quia pronũciatio de exequendo, licèt sententia interlocutoria censeatur, *Bart. l. si cum exceptione §. hac autem actio num. 4. supra quod metus causa*, tamen habet vim diffinitiuæ *Felin. cap. quoad consultationem, num. 13. de re iudicata, Hyppolit. Riminald. consil. 206. num. 23. & num. 27. lib. 2.* Ergo reuocari non poterit, *iuxta supra tradita.*

121 Neque † repugnat, quòd executio sententiæ fit implorato officio iudicis nobili, *Bartol. l. iubere cauere, num. 3. in fine & ibi Iason. num. 12. supra de iurisdictione omnium iudicum*, & illud quod iudex determinat ex officio suo nobili indistinctè reuocari potest, *leg. si opus 16. infr. de noui operis nunc. l. penult. infra de Prætor. stipul. l. quamuis infra de rebus eorum, tradit Bartol. recept. l. quod iussit num. 20. infra de re iudicata.* Nam respondetur, id procedere, quando iudex ex officio suo nobili non condemnat, vel absoluit, sed præcipit aliquid esse faciendum: huiusmodi enim præceptum indistinctè reuocari potest, iuxta regulam *dict. l. quod iussit, & l. dicere §. fin. supra de receptis arbitris.*
Nam † si ex officio suo nobili absoluat vel condemnet, reuocare non poterit, iuxta regulam *l. iudex posteaquam inf. de re iudicata*: planè præceptum de soluendo, licèt non contineat explicatam condemnationem, tamen præsupponit eam factam esse, & virtualiter continet eam condemnationem mereri executionem, & sic effectum habet diffinitiuæ sententiæ, & ideo reuocari non potest. 122

Non † obstat tertiò *d. cap. fin. de appellat. in 6.* quia loquitur in superiore, 123
qui interlocutarias habentes vim diffinitiuæ reuocare potest, si à sententia diffinitiua ad eum fuerit appellatum, nam & de prædictarum sententiarum iustitia cognoscere poterit. Quod igitur superiori permissum est, non debet videri permissum inferiori, qui errorem suum post sententiam reuocare non potest, *dict. leg. index postea quam infra de re iudicata*, & aduertit Deci. *dict. cap. cum cessante, n. 11.* & in specie colligitur *ex l. fin. infr. à quibus appellare non licet, explicata vt supra.*

Denique † neque obstat traditio 124
Dominici *supra relata*, quia respondetur eam esse falsam: nam verius est, iudicem omnem interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, reuocare non posse, *vt supra probatum est.* Item æquiuocat Dominic. in hac sua traditione nam appellat sententiam interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, quę determinat certum articulum, de quo principaliter mota erat controuersia, cùm tamen certum sit, hanc merè diffinitiuam censeri, *vt supra probauimus.*
Nã † ea tantùm appellatur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quæ determinat certum articulum incidenter venientem ad causam principalem, à quo tamen multum dependeat 125
vera

vera decisio causæ principalis, *vt supra declarauimus*, & hæc declaratio amplius reuocari non potest, præceptum igitur de soluendo, quamuis nihil de nouo determinet, quia iam illud erat determinatum, tamen quia virtualiter continet sententiam condemnatoriam esse mandandam executioni, dicetur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ideo reuocari non potest, *vt dictum est.*

126 Secundò † principaliter ex prædicta resolutione infertur, quòd licèt iure ciuili, à iure interlocutoria appellari non possit *l. ante sententiam Cod. quorum appellat. non recipiantur*, tamen ab hoc præcepto de soluendo appellari potest; nam cùm habeat vim diffinitiuæ succedit traditio glos. *in fine l. intra vtile, supra de minoribus* quod ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ appellari potest: quam exornat Felinus *in Rub. nu. 6. de re iudicata, Rip. dict. l. quod iussit num. 28.* quod ita per hanc rationem in terminis tradit Alexand. *l. 5. in princip. num. 4. infr. de verborum obligat.*

127 Circa † quam tamen illationem in primis est aduertendum, quòd facilius iure ciuili, admittitur appellatio ab interlocutoria, quàm quòd inducatur, quòd interlocutoria habeat vim

128 diffinitiuæ. Quod † patet ex eo, quòd iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, quæ infert præiudicium irreparabile per diffinitiuam *leg. si quis prouocatione Cod. de appellat. l. eius qui, & ibi Bartol. infra de appellat. reci-*

129 *piend.* Et † tamen sententia inferens grauamen irreparabile per diffinitiuam, mera interlocutoria censetur, non habens vim diffinitiuæ, cùm nihil determinet substantiale pertinens ad decisionem causæ principalis, *Angel. consil. 114. num. 3. Aretin. consil. 20. num. 3. & consil. 106. à num. 2.*

Præterea est aduertendum, quòd prædicta illatio prima facie non est vera, quia † à sententia de exequendo, 130 regulariter non admittitur appellatio, *Decius cap. nouit num. 4. de appellat.* Maximè quando præceptum de soluendo fit contra confessum debitum in iudicio, neque enim contra propriam confessionem audietur appellans, nisi dicat prædictam confessionem per errorem fuisse factam, qui tamen error † post condemnationem 131 allegari non potest, *l. error Cod. de iuris & facti ignorantia*, vbi Bald. *num. 10.* ita expresse tenet & Ang. *§. curare in fine inst. de actionibus.*

Sed † defendendo nostram illationem, quæ verissima est, prædictæ difficultati respondetur, quod regul. *dict. l. error.* procedit, quando à condemnatione non fuerit appellatum: nam si appellaretur † in gradu appellationis 133 potest doceri de errore confessionis, *glos. fin. verb. appellari infra de appellat. notat Bald. hic prima lectura ad finem Paul. Castrens. num. 4. Iacob. n. 23.* Vnde meritò præsupponitur in illatione, à præcepto de soluendo appellari posse: nam in instantia appellationis, poterit docere de errore confessionis, & consequenter præceptum de soluendo esse iniustum. Præterea † reg. *dict. l.* 134 *error*, procedit, quando error allegatur post latam sententiam condemnatoriam: & aliud est, si post confessionem fiat præceptum de soluendo, quod propriè non dicitur sententia condemnatoria, sed magis pertinet ad executionem ipsius confessionis iudicialis, *Bart. l. 1. num. 1. infra de confess.* ac proinde post præceptum de soluendo, quod fictam includit condemnationem, potest confitens docere de errore confessionis, quantumcunque ab ipsa ficta condemnatione non fuerit appellatum, *l. pen. infra de confess. cap. fin. de confess. tradit Bart. optimè declarans leg. non fatetur num. 5.*

infra de confess. Angel. Aret. §. fin. n. 2. inst. de inutil. stipulat. & §. si minus n. 15. inst. de actio. Ias. l. error n. 3. Cod. de iuris & facti ignorantia. Felin. in rub. num. 5. de re iudicata.

135 Illud † tamen verum est, quòd tunc demum admittitur appellatio à præcepto de soluendo, quando in ipsa appellatione exprimitur causa erroris: nam aliàs non admitteretur appellatio illius, qui vult venire contra propriam confessionem *leg. generaliter Cod. de non numer. pecun.* Vnde neque à præcepto de illa exequẽda appellari poterit, *capit. nouit de appellat. notat Angel. hic. num. 7. Paul. num. quarto.* ad-
136 dentes, quòd licèt † conuictus per testes, & præterea confessus, non admittatur ad appellandum, *leg. Codic. quorum appellat. non recipiantur* tamen si sola adsit confessio, admittetur appellatio, allegato errore confessionis, vt constat ex supra traditis: circa quod tamen est videndus Ang. Aret. *l. eius qui num. decimo infra de appellat. recipiend. Greg. leg. 2. titulo 22. partit. 3. in gloss. 1.*

137 Tertiò † principaliter ex supra resolutis infertur, quòd cùm huiusmodi præceptum de soluendo, dicatur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, idem in ea regulariter obseruabitur, quòd in mera diffinitiua: iuxta traditionem Bald. *leg. minoribus num. 8. Cod. de his quibus vt indig.* & in specie tradit Panormitan. *cap. peruenit el 2. num. 8. de appellat. Felin. in rub. num. 6. de re iudicat. Greg. l. 2. tit. 22. partit. 3. verb. de*
138 *ortas.* Vnde consequitur, quòd † prout sententia diffinitiua debet proferri in scriptis, *capit. si. de re iudicata in 6.* idem seruandum est in præcepto de soluendo, quòd habet vim diffinitiuæ, *& ita Paul. Castr. l. final. §. necessitate, num. 9. Cod. de bonis quæ liberis.*

Sed subsistendum est: quia licèt verum sit, interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, debere ferri in scriptis ad similitudinem meræ diffinitiuæ, *vt per Alexandrum l. iuste possidet num. 12. infra de acquirend. possess.* Tamen hoc non † requiritur in præce- 139
pto de soluendo. Nam quantumcunque videatur habere vim diffinitiuæ. tamen sufficit verbo proferri, & postea redigi in scriptis, vt expresse tradit Panormitan. *capit. peruenit el 2. in fine de appellat. Rota decis. 5. de re iudicata in antiquioribus, Felin. in rub. num. 5. de re iudicata.* Et est ratio, quia præceptum de soluendo venit ad executionem condemnationis, quæ videtur facta in reum propter confessionem iudicialem: & sic præsupponit, sententiam esse solemniter latam, & ideo non est necessum, quòd & ipsum præceptum solemniter fiat ad modum sententiæ diffinitiuæ. Sed in hoc videtur magis sequi naturam merè interlocutoriæ, quam sufficit verbo proferri, & postea redigi in scriptis, 140
glos. prima capit. final. de re iudicata in sexto, adiuncta gl. capit. quoniam contra verb. interlocutiones, de probat. leg. secunda, titul. 22. partit. 3. Et † eadem ratio- 141
ne, cum ex diffinitiua, quam præsupponit præceptum de soluendo, oriatur actio iudicati siue in factum *leg. actori Codic. de rebus credi. & iureiurando* actio non orietur ex præcepto de soluendo, quod tantùm venit ad executionem prædictæ actionis, *Bartol. l. non fatetur n. 5. infr. de confess. faciunt quæ Ias. §. curare, in fine, inst. de actio.*

Contrariam † tamen opinionem, 142
quòd imò ex præcepto de soluendo oriatur actio iudicati, siue in factum, sentit gloss. *l. final. §. necessitate Cod. de bonis quæ liber.* quam notat Corne. *ibi n. 6.* & probant Angel. *hic n. 5.* & Paul. Castr. *n. 5. & n. 14. Rota decis. 1. de re iudicata, in antiquioribus.*

Pro † concordia dicendum est, quod 143
si ante litem contestatam facta sit confessio,

confessio, & præceptum de soluendo, procedet prima opinio: sed si post litem contestatam id fiat, quia tunc nihilominus procedendum est ad sententiam diffinitiuam, *vt supra diximus*, si iudex tunc iubeat solui id, quod continetur in condemnatione, non dicetur tunc præceptum de soluendo, de quo is textus agit; sed potius præceptum, vt actio in factum orta ex vera condemnatione innitatur executioni cum effectu, & ita hoc casu procedetur modis præscriptis *l. qui restituere, supra de rei vendicat.* & est de mente Paul. Castrens. *l. fin. §. necessitate n. 9. C. de bonis quæ liber.* quem etiam vide *l. vnica n. 10. ad finem C. de confessis.*

144 Quartò † & vltimò ex supra traditis infertur, quòd cùm præceptum de soluendo censeatur habere vim sententiæ diffinitiuæ, quemadmodũ à vera diffinitiua appellatur, nulla expressa caussa grauaminis, ac ob id appellans non teneatur causam appellationis verificare *l. scio §. fin. infra de appellat.* idem etiam obseruabitur in appellatione, quæ interponitur à prædicto præcepto, & ita Romanus *leg. quinta. in principio num. duodecimotertio infra de verborum obligatione.*

145 Contrarium † tamen, imò quòd in appellatione, quæ interponitur à prædicto præcepto de soluendo debeat obseruari forma perscripta, quæ est in appellatione à sententia merè interlocutoria, scilicet quod appelletur in scriptis: item quod exprimatur certa causa grauaminis *cap. 1. de appellat. in 6.* Præterea quod ex causa expressa iustificetur appellatio *Clem. appellanti, de appellat.* Pro constanti tenet Paul. Castrens. *l. fin. §. necessitate num. 9. Codic. de bon. quæ liber.* & asserit receptum Aret. *l. 5. in principio colum. 3. ad medium infra de verb. oblig.* *Octau.*

146 *de stylo Curiæ lib. 7. cap. 3. num. 11.* Pro † quibus vrgenter facit, quod à præcepto de soluendo interposito aduersus confessum in iure, non potest appellari; nisi expressa causa, quod confessio fuerit erronea, *vt supra diximus.* Ergo ratione expressionis causæ, recedit à natura appellationis interpositæ à mera interlocutoria, vnde quoad alia concernentia prædictam appellationem obseruanda videtur forma *capit. 1. de appellat. num. 6.*

Ex † quibus colliges, quòd licet 147 præceptum de soluendo habeat vim diffinitiuæ, ac ideo in omnibus ferè sequatur diffinitiuæ naturam, tamen in quibusdam sequitur naturam merè interlocutoriæ, quia cùm veniat ad executionem fictæ condemnationis, quam lex inducit propter confessionem factam in iudicio, præceptum de soluendo non inducet nouam condemnationem, ac ob id quoad pertinentia ad condemnationem nihil inducet. Vnde videtur quoad illa obtinere naturam merè interlocutoriæ, vt constat ex supra traditis. Et hæc de prima conclusione huius textus.

Succedit † igitur secunda illius 148 principalis conclusio, quòd confessus in iudicio debitum, non est cogendus statim soluere, sed debet ei assignari terminus ad soluendum, cum competenti cautela, hoc est, datis pignoribus vel fideiussoribus de soluendo, transacto termino assignato, vt hic exponit glos. *verb. competenti,* ac ita colligitur, quod † quamuis contra confes- 149 sum in iudicio debeat fieri præceptum de soluendo, tamen debet ei assignari terminus ad soluendum, qui à iure conceditur verè condemnatis: *tradit Anton. Nata consil. 591. n. 17. lib. 3.* & tamen is non poterit vti prædicta dilatione, nisi præstet cautionem de soluendo debito; transacta dilatione assignata ad soluendum.

Sed † huic conclusioni videtur ob- 150 stare,

ſtare, §. *ſed hodie Inſtit. de ſatiſd.* vbi qui
ſe defendit ſuo nomine, non tenetur
præſtare cautionem de iudicato ſol-
uendo, nec de iudicio ſiſti. Ergo malè
151 † is textus contrarium præſupponit.
Huic tamen difficultati reſpondet
Bartol. *hic num.* 2. quod contrarium
procedit, dum pendet lis indeciſa, ſed
lata ſententia expirat cautio de iudi-
cio ſiſti *l. grace §. ſi poſt litem infra de fi-
deiuſſ.* & ex eo tempore tenetur con-
demnatus præſtare cautionem de iu-
dicato ſoluendo, vt victor ſit tutus de
152 debito. Reſpondet † etiam, quòd di-
latio, quæ conceditur condemnatis
ad ſoluendum, conceditur eis miſera-
tionis gratia *l. ſi cum militi §. final. infra*
153 *de compẽſatio.* & quando † ex gratia de-
bitori conceditur dilatio ad ſoluen-
dùm, ſemper is cogitur præſtare cau-
tionem de ſoluendo debitum poſt di-
lationem *l. vniuerſa Cod. de precibus Im-
perato. offerend. & Bart. ſubſcribunt Paul.
Caſtrenſ. hic num. 9. Iacobin. num. 8. Pa-
nor. cap. quoad conſultationem num. 22. de
re iudicata, Soares titulo delos emplazamientos. §. 3. num. 12. Rip. l. ita ſtipulatus,*
154 *num. 8. infra de verbor. obliga.* Quare † ſi
dilatio competeret ratione conuen-
tionis, vel natura contractus, tunc
non eſſet præſtanda cautio, niſi iuxta
diſtinctionem *l. in omnibus infra eodem,
& poſt alios tradit Feln. dict. cap. quoad
conſultationem numero 9.* quibus adden-
155 dum eſt, ita demum † hanc cautionem
eſſe præſtandam, ſi actor illam petat
*dict. l. vniuerſa cum glo. fin. Cod. de preci-
bus Imper. offerendis. leg. peto §. fratre cum*
156 *gloſ. infra de leg. 2.* Quinimo † ſi iudex
ſciat, debitorem eſſe locupletem, po-
terit eum liberare ab onere præſtan-
di cautionem, iubendo quod tan-
tum obliget bona ſua *arg. l. filio infr.
vt legat. ſeu fideicommiſſ. nomine tradit
Bald. l. fin. num. 1. ad finem Cod. de execut.
rei iudicat. Soares tit. de los emplazamientos §. final. num. 14.*

Et † ex his infert Bartol. *hic in fine,* 157
quod ſi condemnatus ſtatim non ſol-
uat, vel non præſtet cautionem victo-
re petente, detrudetur in carcerem,
niſi bonis cedat, *l. 1. Cod. qui bonis ce-
dere poſſunt, ſequuntur Angel. Paul. &
Iacob. hic num. 9. Lancelotus Decius co-
lum. 1. ad medium, Angel. §. fin. n. 2. Inſt.
de inutilib. ſtipul. Iaſ. l. debitoribus nu. 14.
infr. de re iudic.* Addit Bald. *hic 1. lect.*
quòd in prædicto caſu non † detrude- 158
tur in carcerem ratione debiti ſed ra-
tione cautionis non præſtitæ, & ideo
eſt neceſſarium quod circa præſta-
tionem cautionis, ſit in mora conſti-
tutus: ſubſcribit Felin. *cap. quoad con-
ſultationem numero 9. de re iudicata.* Quę
† tamen declaratio non videtur tu- 159
ta, quia etſi non præſtet cautionem
tamen ſupereſt debitum, ratione cu-
ius poterit detrudi in carcerem, vt
aduertit Soares *tit de los emplazamien-
tos §. 3. num. 13.* Quinimo neque † di- 160
ctum Bartol. ſupra relatum videtur
tutum, & reprobatur per Panormi-
tan. *dict. cap. quoad conſultationem n. 23.*
quia † in cauſa ciuili nullus detrudi- 161
tur in carcerem ante factam execu-
tionem bonorum, & conſtet debito-
rem non habere bona ſufficientia ad
exoluendum debitum, *gl. recepta l. 3. §.
tutores infra de ſuſpectis tutoribus* niſi di-
cas id non negare Bartol. ſed id tan-
tùm velle: quod ſi debitor non offerat
cautionẽ, & præterea conſtet non ha-
bere bona ſufficiẽtia ad exoluendum
debitum, debet detrudi in carcerẽ, niſi
bonis cedat. *d. l. 1. C. qui bon cedere poſſũt.*
Neque † eſt omittendum, quod An- 162
gel. *hic num.* 5. aſſerit, conſuetudine
eſſe receptum, vt condemnatus nul-
lam præſtet cautionem, quod ea ra-
tione videtur inductum, quia, con-
ſuetudo reſtrinxit dilationem ſol-
uendi in confeſſis, ad decem dies, *gloſſ.
fin. hic. & ſtatim dicemus.* Et ideo in alio
releuauit cõdemnatum, vt cogeretur
cautionem

cautionem præstare de soluendo, iuxta reg. *leg. cum qui in principio infra de iur.* Et hoc de 2. conclusione principali huius textus.

163 Succedit † igitur tertia & vltima conclusio, quæ desumitur ex hoc text. quòd confessis in iure datur eadem dilatio, quam lex tribuit condemnatis per sententiam diffinitiuam, concordat *lex certum is. fin. infra de confes-*

164 *sis.* quòd † ex l. 12. tabular. videtur profluxisse, quæ hos ad prædictum effectum æquiparauit, vt refert Aulus Gellius *libr. 20. noctium Atticar. cap. 1.* & meminit Alciat. *lib. 1. parergon. cap. 32.* & Cuiat. *libr. 3. obserua. cap. 39.* quòd

165 † is textus ampliat procedere, etiamsi confessus dicat se paratum esse soluere debitum, not. Bald. *hic in 1. lect.* & extollit Roman. *singul. 459. in fine Aretin. l. diuortio. §. interdum colum. penultim. post principium infra de soluto matrimonio.*

166 Nam & quamuis condemnatus † propter causam ciuilem, procedentem tamen à crimine iubeatur statim soluere, nihilominùs ei competit prædicta dilatio, vt probat *lex si cum exceptione §. quatenus ver. quòd si homo suprà, quod metus causa,* adiuncta *leg. vnica. Cod. de super ex actor. lib. 10. & ibi notat Bartol. num. 1. tradit Aret. l. ita stipulatus col. ad medium infra de verb. oblig. Anton. Rub. l. non solùm §. morte num. 534. ad finem infra de noui oper. nunc.*

167 Sed † restat inquirendum, quænam per legem fuerit concessa dilatio con-

168 demnatis ad soluendum. Et † gloss. final. hic resoluit, iure digestorum concessos fuisse per legem duos menses ad soluendum, allegat *l. debitori-*

169 *bus infra de re indicata.* Iure † autem nouo concessos fuisse quatuor menses *l. 2. Cod. de vsur. rei iud.* quam resolutionem probauit etiam *gloss. 2. l. 2. infra de re iudic gloss. fin. l. 1. infra indicatum solui gl. l. si cum in exceptione §. in hac verb. datū ad medium, supra quòd metus causa.*

Sed † non est tuta hæc glossarum 170 resolutio. Nam in primis *d. l. debitoribus infra de re iudicat.* loquitur de tempore, quod datur condemnatis, sed tantùm probat, quòd transacto illo tempore, pignora possunt capi, & intra duos menses distrahi, vt ibi explicat Bartol. Paul. Alexand. & Iason Iacobin. *hic num. 18. & Duaren.* & clarè probat. *l. 1. titul. 9. lib. 11. Cod. Theodosiani,* & tradit etiam Vincentius *l. à Diuo Pio §. in venditione, num. 16. infra de re iud. Boer. decis. 45. num. 1. & Cuiat. lib. 3. obseruat. cap. 39.* Quare † Alexand. *dict.* 171 *l. 2. num. 4. infra de re indicat.* asserit, iure digestorum non fuisse bene clarum, quantum tempus concederetur condemnatis ad soluendum, & ideò est verisimile fuisse tempus iudici arbitrarium, quod & tradit Alex. *dict. l. debitoribus, num. 5. subscribit Ant. Rub. d. §. morte, num. 534. in fine* Boer. *decis. 45. num. 2. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 27. num. 4.*

Sed † quicquid hi existiment, ve- 172 rior est opinio supra relata per textum expressum *leg. fin. § fin. C. de vsur. rei iudicat.* vbi expressè dicitur, iure antiquo cōdemnatis concedi duos menses ad soluendum. Et † quamuis Ale- 173 xand. & sequaces respondeant, textum illum esse referendum ad quandam mediam iuris prudentiam ante iura digestorum, tamen apertè diuinat hæc responsio, vt aduertit Rip. *l. 2. num. 10. ad finem infra de re indicata,* & prædictorum duorum mensium meminit *l. 1. titul. 18. lib. 4. Codic. Theodosiani.* Et planè resoluendum est † le- 174 ge duodecim tabularum, vnum tantum mensem fuisse concessum condemnatis, *vt asserit Aulus Gellius libr. 20. noctium Atticarum cap. 1. columna penultima. Alciat. lib. 1. parergon. cap. 32.* & deinde duos menses illis fuisse concessos, vt colligitur ex dicta *l. fin. § fin. C. de vsuris rei indicata.*

Præterea

175 Præterea † est aduertendum, quòd Alciat. *lib. 1. parergon. cap. 32.* contendit, neque clarè inueniri expressum, quòd iure nouo condemnatis concedantur quatuor menses ad soluẽdum, quia *leg. 2. C. de vsuris rei iudicat.* tãtum probat, quòd si creditor velit recipere centesimam vsuram, debet expectare debitorem per quatuor mẽses: non tamen negat, quòd creditor possit cogere debitorem soluere, intra prædi-
176 ctos quatuor menses. Sed † inutilis est hæc Alciat. consideratio, cùm text. *dict. l. 2.* apertè probet, intra illos quatuor menses, condemnatum nihil teneri soluere, sed tantùm transactis illis quatuor mensibus, tenebitur ad centesimam vsuram. Quod necessariò dicendum est ex eo procedere, quòd quatuor illi menses sunt, dilatio concessa per legem condemnatis, ac ob id condemnatum intra illos nihil teneri soluere, *l. si longius C. de vsur. rei iud.* & clarè tradit Harmenop. *in promptuario iuris lib. 1. c. 4. pag. 31. ad finem*, & obseruant Duar. hic & Cuiac. *lib. 3. obseruat. cap. 39.*

177 Denique † quòd hodie condemnatis concedantur quatuor menses ad soluendum clarè probat *l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. c. quærenti, de offic. delegati, c. quoad consultationem, de re iudicata*, & est receptissimum vt asserit Boerius *decis. 45. num. 1.*

178 Hæc † tamen tertia conclusio deducta ex isto textu tres recipit declarationes. Prima est, vt quidem procedat, in conuento per actionem personalem, siue per eam quantitas petatur, siue traditio alicuius speciei, *Bart. l. si cum exceptione § quatenus num. 5. & ibi Aretin. col. 4. infra de verbor. obl.*

179 Nam † si species petatur per rei vendicationem, tunc victo non assignantur quatuor menses ad rem restituendam vero domino, sed dilatio ei conceditur iudicis arbitrio, intra quam debet rem restituere, §. *etsi rem Inst. de offic. iud. & ibi notauit gloss. fin. & gloss. hic verb. dandam, Iacobin. nu. 19. gloss. 1. in fin. l. infr. de vsur. gloss. cap. quærenti, verb. quadrimestre, de officio delegati*, & esse receptam sententiam asserit Ias. *l. debitoribus nu. 13. infr. de re iud. Boer. decis. 45. nu. 3. & nu. 9. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu* 48. & probat. *l. 5. tit. 27. partit. 3.*

Secunda † declaratio sit, vt prædi- 180
cta dilatio non concedatur condemnato, si diues sit, ita vt facile ei sit soluere cõdemnationem. Nam tunc nulla ei dilatio dabitur, sed cogetur statim soluere, & ita gloss. hic verbo *dandam & gloss. l. debitoribus infra de re iud.* subscribit Bald. *hic nu. 1. lect. Aret. l. ita stipulatus colum. 25. ad finem, & ibi Rip. num. 81. infra de verbor. obligat. Felin. cap. quoad consultationem num. 9. ad finem de re iudicata*, & adhibito quodam temperamento admittit Alexand. *d. l. debitoribus, num. 21. ad finem.*

Cæterùm † contrariam opinionem, 181
imò quòd dilatio competat condemnato diuiti, & cui facilè sit statim soluere condemnationem, tenet Roman. *singular.* 459. & per generalitatem huius textus probat & defendit Aretin. *l. diuortio §. interdum col. pen. post medium infra solut. matr.* & pro constanti præsupponit Bald. *l. fin. num. 1. ad finem C.*
de vsur. rei iudic. Quinimò † Harmeno- 182
pol. *in promptuario iuris lib. 1. tit. 4. pag. 31. in scholio* tradit; quòd Patricius dicebat, tunc debitori ad soluendum dandum esse quadrimestre, cùm diues sit, prædiisque abundat, & aliis rebus permultis affluens, vt hæc liberè, & per otium non autem importunitate creditorum oppressus, interea vendere possit, vel etiam pignori opponere, ac ita pecuniam conflare, & conficere. Cùm autem inops sit, ac tenuis debitor, nihil est necesse concedi quadrimestre: id enim neque debitori neque creditori vtile fuerit:

fuerit : imò fortè damnosum quippe cùm possit interim, qui nunc conuenitur omnia quæ habet, absumere, quod repetit *lib.3.tit.5.pag.*141. & sic Hermenopo. facit distinctionem omnino contrariam communi traditioni supra relatæ.

183 Sed † pro concordia dicendum est, quòd legalis dilatio ad soluendum,
184 indistinctè cuilibet † condemnato competit, nisi iudex ex iusta causa existimet, prædictam dilationem coarctandam esse *leg. 2. inf. de re iud.* vel
185 etiam nisi cōdemnatus † petat à iudice sibi dilationem concedi, quia tunc tacitè videtur renunciare dilationi legali, *arg.l.fin. C.de pact.conuentis,* quæ renuntiatio valida est *leg. intra dies 7. infra de re iudic.* & sic in isto casu re-
186 manebit in iudicis arbitrio, quam † cōcedat dilationem: qui poterit confirmare suum arbitrium iuxta remedium perscriptum *leg. debitoribus infra de re indicata,* quæ in his terminis lo-
187 quitur, vt colligitur ex † ea ibi *(petentibus)* nam dilatio legalis etiam non petenti competit *l.qua sub conditione §.fin. infra de cond.inst.* imò & ignoranti *leg.*
188 *cùm patet.§. surdo, infr. de leg.2.* Qui † quidem iudex notoriè diuiti potest concedere dilationem absq; eo, quòd præstet competentem cautelam *l.quicunque C.de omni agro deserto lib.*11. & in hoc sensu poterit admitti opinio Hermenopoli supra relata.

Tertia declaratio sit, quòd licèt iure communi condemnatis & iure confessis pariter competat dilatio legalis ad soluendum debitum vt di-
189 ctum est. Tamen † hodie ex consuetudine generali confessis in iure tantùm datur dilatio decem dierum *glos.*
190 *fin. hic* non † quidem ex dispositione iuris, vt malè præsupponit Pan. *c.querenti n.5.de offic.deleg.* Sed propter consuetudinē generalem, quæ iuri communi derogauit, *Bartol.hic numer.1.& Paul. Castr. in fine Iacob. num.21. probat l.7.tit.3. partit.3.* quibus adde Bartol. *l. ita stipulatus numer.35. infra de verb. oblig. Iason §. in bona fidei num.73. ante finem, Inst. de actio. Soar. à pace in praxi pag.160.num.117.* Adeò quòd † in lo- 191
cis, in quibus non probetur, talem esse consuetudinem, adhuc hodie confessis competet integra dilatio legalis, iuxta nostrum text. Pan. *c.quoad consultationē n.21.de re iud.* Item † præ- 192
dicta consuetudo obseruabitur, in sponte confessis : nam condemnatis etiam hodie competet integra dilatio legalis, *Paul.hic n.6.Iacob.num.21.* circa quod videndus est Greg. *l.7.titul.3. partit.3 gl.2.ad finem.*

Iuxta † quæ videtur insurgere ardua difficultas, nam prorsus irrationabilis videtur talis consuetudo, quæ facit melioris conditionis eum, qui bonam fidem non agnouit & expectauit se condemnari, quàm illum, qui confitendo agnouit bonam fidem, quod † absurdum reputat Iurecon- 194
sult. *l.Seruius infr. quòd vi aut clam. Circa* solutionem laborant Lancelotus Deci. *hic col.2.* Portius §. *omnis num.6.* & ibi Ias. *in additio. ad eum* & Bello. *n.6.Inst.de verbor. oblig. Ias.l.si domus §. in pecunia n.4.infra de leg.1.* Sed † vera 195
responsio est, consuetudinem esse accipiendam, quando parua quantitas debetur attenta qualitate personæ condemnati, *vt post Ant.declarat. Alex. d.l.debitoribus n.21.& Ias.d.l.si domus §. in pecunia n.5.* Sed † non placet cùm 196
prædicta consuetudo indistinctè admittatur, *vt tenent supra allegati,* & ideò melius respondetur, quòd consuetudo concedit illos decem dies liberos ab onere cauendi, *Ang. hic n.5.* & tamen onus cauendi incumbit illi, cui conceditur dilatio legalis integra, vt probat is tex. & ad hunc modum potest iustificari prædicta consuetudo.

Vltimò † addendum est, quòd in 197

regno Portugalliæ prædicta omnia magnam receperunt mutationem:nã ſponte confeſſis dati ſunt decem dies ad ſoluendum, *Ordin.lib.3.tit.36.§.fin. veteris impreſſionis & hodie lib. 3.tit.25. §.pen. nouæ recopilat.* Sed condemnato per actionem perſonalem nulla omnino datur dilatio,ſed cogitur ſtatim ſoluere vel dare pignora, quæ ſtatim vendantur,*ord.lib.3. tit. 71. veteris impreſſionis,& hodie lib.3. tit.86. in princip.*
198 *nouæ recopil.* Quamuis † in regno Caſtellæ cõcedantur etiam hoc caſu 10. dies ad ſoluendũ,*l.5.tit.27.partit.3. &*
199 *ibi notat Greg. in gl. 1.* Quòd † ſi certa ſpecies per rei vendicationem petatur, in regno Portugalliæ, vel etiam per actionem perſonalem ad illam tradendam, conceduntur victo decem dies ad eã tradendam ſiue reſtituendã,*ord.Portugall.lib.3.tit.71.§.30. veteris impreſſ.& hod.lib.3.tit.86.§.15.*Et hæc ſatis in materia huius textus.

Ad Legem Non poteſt videri, 23. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Tradit regulam huius tex. duob. modis accipi poſſe, quos ibi recenſet.*
2. *Refert primum modum.*
3 *Declarat,quòd ſi tex.hoc modo intelligatur,eius regula de plano procedit.*
4 *Tradit eadem ratione procedere regulam l.vt fundus C. communi diuid.*
5 *Declarat, quomodo hic text.poſſit intelligi ſecundùm ius hodiernum,quo formulæ ſunt ſublatæ.*
6 *Explicat, quid ſecundùm ius hodiernum in hoc text. probetur, & concluſionem proponit.*
7 *Tradit rationem concluſionis.*
8 *Sine litis conteſtatione iudicium ſubſiſtere non poteſt.*
9 *Reprobat opinionem illorum, qui tenent, quòd ſi ius ſuperuenit poſt datum libellum, & tamen poſt litem conteſtatam locum habebit regula huius text.*
10 *Quilibet emendare poteſt libellum ante litem conteſtatam, & ſuper eo emendato lis conteſtabitur.*
11 *Ante litem conteſtatam non dicitur acceptum iudicium.*
12 *Agit de illa controuerſia à Doctoribus tradita, in quo differat regula huius text. à regula poſita in l. non quemadmodum, infra eodem.*
13 *Refert reſolutionem dictæ controuerſiæ, & de ea latè agit.*
14 *In terminis huius text. ſi ius de nouo ſuperueniat, ex cauſa tamen antiqua, & quæ præceſſit litis conteſtationem confirmatur iudicium, & in eo ferenda eſt ſententia.*
15 *In ſpecie d.l.nõ quẽadmodũ,infra eodẽ, cum libellus ineptè ſit conceptus,niſi de nouo concipiatur, non poteſt ſuper eo validè formari iudicium.*
16 *Declarat, quòd ex proxima ratione poteſt admitti opinio,quam aduerſus Soarez allegat, & defendit Gregor. l.1.tit.2.partit.3.gl.fin.*
17 *Filius non poteſt petere ſe declarari ſucceſſorem maioratus poſt mortem patris.*
18 *Quando dubium eſt,vtrum alicui competat actio de præſenti, tunc is poteſt petere, vt declaretur per officium iudicis, quòd ius ſibi de præſenti competat.*
19 *Refert non eſſe tutam gl.opinionem hic ad medium,dum tenet regulam huius text.non procedere, ſi intentata ſit rei vendicatio, vel actio perſonalis in rem ſcriptam.*
20 *Reprobat d.gl.opinionem & ad eadem iura per gl.allegata reſpondet.*
21 *Si pendẽte iudicio conuẽtus,vel de nouo rem incipiat poſſidere, vel etiam augeatur peculium, confirmabitur iudicium. & ſententia ferri poteſt.*
22 *Tradit rationem differentiæ remiſſiuè.*

23 *Refert*

23 *Refert gl.hic tenere regulã huius text. non procedere in actione vniuersali, vel generali, & recenset multos Doctores, qui eam sequuntur.*

24 *Cõtrariũ tamẽ verius esse determinat.*

25 *Tradit, quòd in terminis l. 4. sup. de pet. hered. etsi in libello certa res hereditaria sit specificata, sit conuentus pendente lite alias incepit possidere, ad omnium restitutionem condemnabitur.*

26 *Tradit intellectum ad §. si minus. Institut. de actionibus.*

27 *Refert responsionẽ gl. ibi verb. in eodẽ.*

28 *Reijcit dictam responsionem, & ad eius rationem respondet.*

29 *Pro vera resolutione articuli tres casus distinguit.*

30 *Quando quis vult emendare libellum, addẽdo, vel detrahendo, & id potest facere retenta eadem actione, & substantia causæ, dummodo id fiat ante litem contestatam, vel post incontinenti, & de iudicis licentia.*

31 *Declarat, quomodo procedat l. edita, C. de edendo, in libello dato.*

32 *Dato libello tenetur Actor lite mota perseuerare.*

33 *Refert secundum casum, quando ex actis publicis cõstat, reũ plus debere quàm id quod in libello continetur.*

34 *Iudex potest supplere id, quòd sibi est notorium ex actis publicis.*

35 *Adducit contra proximam considerationem traditionem gloss. leg. qui repudiantis, supr. de inofficioso testamento.*

36 *Respondet ad dictam glos.*

37 *Refert tertium casum, quando scilicet aliud est dictatũ & aliud scriptum.*

38 *Limitat 1. reg. huius textus tantùm procedere in actore non autem in Reo, cui proderit exceptio ex noua causa, etiam post litem contestatam originem habente.*

39 *Limitat 2. in accessoriis. In his enim etiam accidentibus post litem contestatam potest iudex ex officio facere condemnationem, etiamsi de illis nulla facta sit petitio.*

40 *Declarat proximã limitationẽ, vt intelligatur de illis accessoriis, quæ veniunt ex natura actionis, & superueniunt post litem contestatam.*

41 *Limita tertiò, si in libello causa generaliter sit expressa, nã tũc ex iure superueniente ex noua causa, potest sententia ferri in eodem iudicio.*

42 *Caput Abbate sanè §. fin. de re iudicata, procedit, non solùm ex æquitate Canonica, sed etiam ex eo, quòd verba generalia ex suo significatu comprehendunt ius de futuro de nouo superueniens.*

43 *Adducit dictum Angel. & aliorum, qui existimant decisionem dict. cap. Abbate sanè §. fin. obseruandã esse in foro Ecclesiastico, non verò in terris subiectis imperio.*

44 *Reprobat dictam traditionem Angel. & ad eius rationes respondet.*

45 *Quando duæ adducuntur rationes, sufficit vnam militare.*

46 *Tradit ex multis Doctor. non esse recedendum in vtroque foro à decis. d. c. Abbat. sanè §. fin.*

47 *Quando decisio fundatur in æquitate Canonica, & contrarium non inuenitur expressum in iure ciuili, ea æquitas etiam in iure ciuili obseruanda est.*

48 *Respondet ad reg. huius text. ex qua decis. d. c. Abbate sanè §. final. impugnatur.*

49 *Respondet ad regulam l. non quemadmodum infra eod.*

50 *Exponit, quòd in terminis, de quibus hic reus conuentus debuit petere vt actor declaret simul libellum incertum, & generalem, qua declaratione facta cessat dispositio d. c. Abbate sanè §. final.*

51 *Resoluit regulã huius textus non pugnare cũ reg. d. c. Abbate sanè §. fin.*

ſed tantùm eam limitare modo, de quo ibi.

52 *Adducit traditionem Paul. Caſtrenſ. l. quemadmodum numer. 4. infr. eodem.*

53 *Reprobat dictam traditionem & conſiderationem Paul. & eius fundamento reſpondet.*

54 *Reſpondet ad d. l. ſi mater §. eadem infr. de excep. rei iud.*

55 *Agenti ex diuerſa cauſa non obſtat exceptio rei iudicatæ.*

56 *Tradit quomodo debeant declarari l. penultim. infra de re iudicata, & l. bouem ſi ſub conditione ſupra de ædilitio edict.*

57 *Explicat regulam l. non quemadmodum, infr. eodem.*

58 *Parte tacente multa admittuntur, quæ ea opponente non admitterentur.*

59 *Tradit explicationem ad tradita per Bart. & l. eadem §. actiones n. 19. infr. de excep. rei iud.*

60 *Reſpondet ad difficultatem, quæ reſultat ex traditione Bart. vbi proximè, vbi diſtinguendo procedit.*

61 *Concomitantia temporis, & loci, rei vendicationem ad cauſam ſpecialem reducit.*

62 *Mentio generalis cauſæ remotæ ſemper ad cauſam ſpecialem videtur reſtringi.*

63 *Declarat, quid fieri debeat, vt cauſa proxima actionis generaliter videatur concepta.*

64 *Limitat quarto regulam huius text. ſi ius ſuperuenerit ex cauſa de præterito, & quæ præceſſit tempus litis conteſtatæ.*

65 *Declarat dictam limitationem ex Angelo hic quando ſuperuenitus cauſa antiqua facit retrotrahi diſpoſitionem, nam cùm tunc finis trahatur ad principium, attenditur principium.*

66 *Refert Doctores, qui hanc Angeli declarationem impugnant.*

67 *Expendit pro hac parte l. ſi rem §. fin. infra de pignoratione.*

68 *Contractus pignoris cenſetur perfectus, re interueniente hoc eſt, traditione pignoris.*

69 *Declarat à quo tempore oriatur obligatio ex hoc contractu pignoris.*

70 *Inducitur etiam pro eadem opinione l. litis conteſtatæ 39. in princ. adiuncta gl. ſupr. de neg. geſtis.*

71 *Reſoluit, quòd non obſtantibus ſupra dictis inductionibus, declaratio Angeli tanquam verior amplectenda eſt.*

72 *Reſpondet ad dictam legem ſi rem §. fin. infra de pignoratione.*

73 *In contractu pignoris licèt actio non competat, niſi poſtquam debitum fuerit ſolutum, iuris fictio ab initio contractus cenſetur orta.*

74 *Declarat, qua ratione procedat l. ſi mandauero tibi 17. infra mandati.*

75 *Declarat etiam, in quo ſenſu ſit accipiendum id, quod dicunt Sal. & Fulgoſ. d. l. ſi mandauero tibi.*

76 *Exactio debiti habet ſe ad mandatum per modum implementi, & ideò trahitur ad ſuum initium.*

77 *Si ius, quod prouenit etiam ex cauſa de præterito, non veniret per modum implementi ad contractum principalem, ſed eſſet diuerſum ab eo, locus eſſet regula huius text.*

78 *Reſpondet ad d. l. litis, de qua n. 7.*

79 *Reſpondet ad l. quòd ſi in diem 18. in principio, infr. de petitione hæreditatis de qua n. 70.*

80 *In contractibus, vel quaſi implementum conditionis trahitur retro.*

81 *Examinat illam quæſtionem, quam mouet gloſ. hic ſi creditor, cui debeatur ſub conditione, petit debitum tanquam purum, pendente lite extitit conditio, vtrum confirmetur iudicium.*

82 *Adducit pro ſolutione quæſtionis opinionem Angel. hic ad finem, qui diſtinguit*

distinguit contractus ab vltimis voluntatibus, & in vtroque diuersum ius constituit.

83 *In legatis conditio retro non trahitur.*

84 *Refert contrariam opinionem tenentes, sed opinionem Angel. amplectitur.*

85 *Tradit annotationem ad dictum Baldi l. hæres quandoque, in fine, de acquirenda hæred.*

86 *Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis defuncti.*

87 *Declarat etiam qua ratione procedat l. Iulianus supra qui satisdare cogantur.*

88 *Declarat prædicta esse intelligenda, quando ius quod retrotrahitur, superuenit pendente lite, si verò superuenit, postquam iam erat conclusum in causa, non confirmabitur iudicium.*

89 *Refert contrariam opinionem, & illius auctores.*

90 *Inducitur pro hac parte text. l. quòd si in diem 18. in principio, infra de petitione hæred.*

91 *Primam opinionem, de qua n. 88. amplectitur, & pro ea optimum fundamentum adducit.*

92 *Respondet ad dictam l. quòd si in diem de cuius intellectu latè agit.*

93 *Declarat, quando debitor hæreditarius potest petitione hæreditatis conueniri.*

94 *Declarat, qua ratione in d. l. quòd si in diem, attendatur tempus sententiæ.*

95 *Tradit, quid extra terminos, de quibus hic dicendum sit, si debitor iniustè fuit conuentus, ante aduentum diei vel conditionis.*

96 *Aduertit, quòd etiam hoc casu ius disponit, prædictum non solùm debere audiri, sed duplicandas esse inducias Reo conuento,*

97 *Respondet ad difficultatem.*

98 *Adducit dictum Fulgosij dict. leg. quòd si in diem, ex quo ipse inferebat, non esse veram opinionem Bart. l. eum qui ita §. qui ita, n. 5. infra de verborum obligatione.*

99 *Defendit opinionem Bartol. & ad ea, quæ in contrarium adducta sunt, respondet.*

100 *Adducit rationem, quare in dict. l. quòd si in diẽ, victus iubetur cauere de debito soluendo, postquam venerit dies, vel extiterit conditio.*

101 *Declarat ex Baldo illud quod dicitur, quòd ius superueniens confirmat iudicium.*

102 *Reprobat traditionem Baldi proximè relatam.*

103 *Respondet ad rationes Baldi & ad primam hic.*

104 *Quando in rescripto fit mentio de debito, quòd non debetur de præsenti, sed tantùm in spe probabili, subreptio delegationem non vitiat, cùm non sit omnino falsum, quòd à principio spe probabili debetur.*

105 *Respondet ad secundam rationem de c. fin. de rescript.*

106 *Tradit concordiam ad has opiniones ex Claudio loco ibi relato.*

107 *Tradit l. non quemadmodum, multa itra concordantia habere, de quibus ibi remissiuè.*

108 *Item, quòd ex eo text. notabilem reg. colligit Bald. Auth. qui rem C. de Sacrosanct. Eccles. & alios Doctores quos ibi recenset.*

109 *Tradit etiam d. l. non quemadmodum, ampliari procedere in arbitris.*

110 *Enumerat etiam multas ampliationes & limitationes ad dictam l. per Doctores traditas.*

111 *Quando quis habet actionem de præsenti ad aliquid petendum, tunc potest petere, & obtinere, vt declaretur in futurum, illud sibi deberi, ne aliàs sæpius cogatur protestari de iure suo.*

112 *Notat, quòd si pensiones debeantur annuatim,*

annuatim, potest quis petere, quòd declaretur in futurum, eas sibi deberè solui.

113 *Addit, quòd si pendente lite adueniat dies pensionis soluendæ, poterit in eo fieri condemnatio de præsenti.*

114 *Explicat text. l. in l. Aquilia se delectum 41. infra de lege Aquilia.*

115 *Tradit replicationem Pinel. ad dictam l. in l. Aquilia, cui tamen respondet.*

116 *Quando nulla actio de præsenti competit, habet locum l. grege §. si sub conditione, infra de pig. & alia iura, de quibus ibi.*

1 REGVLA huius † text. duobus modis accipi potest, vel secundùm antiquorum con-
2 suetudinem, quæ † iubebat causam proponi coram Prætore, qui ea audita actori formulam actionis, causæ conuenientem, concedebat, quam determinandam iudici Pedaneo committebat, sub quadam verborum formula, *vt tradit Theophil. in princ. Inst. de interdict.* à qua iudex nullo modo poterat recedere, *Seneca libr. 3. de benefic. c. 7. & notab. Couar. c. possess. 2. par. §. 6. n. 4.*
3 *de reg. iur. in 6.* Et † intelligendo hoc modo, regula huius tex. de plano procedit: Nam cùm iudex datus, non possit recedere à formula, sub qua causa ei fuit commissa, clarum est, coram eo tractari non posse, quod postea accidit, & sibi nullo modo fuerat com-
4 missum, & hac etiam † ratione procedit reg. *l. vt fundus 19. infr. communia diuidund. & l. de his rebus 55. supra de recept. arbit.* & quæ tradit Rom. *conf. 108. num. 1.*

5 Poterit † & secundò is text. intelligi, secundùm ius hodiernum, à quo formulæ fuerunt sublatæ *l. 1. C. de for-*
6 *mulis sublatis*, & † tantũ fit petitio per libellum, & tũc probabit is text. quòd si quis petat in libello aliquid tanquã ad se pertinẽs, vel sibi debitum, quòd tamen tempore formati libelli, & litis contestatæ, neque ad actorem pertinebat, nec erat illi debitum, quamuis ex noua causa pendente lite incipiat ad actorem pertinere, vel illi deberi, tamen quoad illud ius de nouo superueniens, non subsistit iudicium, sed nouo libello & nouo processu vtendum est, & ita intellexit Bart. *hic n. 1. Ang. Paul. Castr. & Iacobin. Salyc. l. 1. §. 1. n. 4. infra de vsur. Soci. reg. 216. Ant. Gab. lib. 2. communium tit. de iudiciis conclus. 3. n. 1. Ant. Gom. 2. tom. c. 11. num. 25. Beroi qu. familiar. 102. à n. 3.* quibus adde Rom. *conf. 294. ante finem, Rip. c. cùm Ecclesia n. 112. de causa possess. Octauian. decis. Pedemont. 74. n. 20. Vacon. in declarat. iuris, declarat. 89. n. 4. Rota decis. 47. n. 17. in 2. parte nouissimarum, Cephalus conf. 112. à n. 7. lib. 1.* Ex † quorum men- 7
te ratio istius conclusionis est, quòd cũ in libello certa causa, ex qua quid petatur, vel debeatur, fuerit expressa, & super ea lis fuerit cõtestata, & prædicta causa tempore libelli, & litis contestatæ non subsistebat super causa de nouo superueniente, non poterit lis videri contestata, & sine † litis 8
cõtestatione iudicium subsistere non potest, *c. 1. vt lite non contestata, auth. de exhibend. reis §. si verò collat. 7.* & ita expressè Purpuratus *l. edita n. 66. Cod. de edend. Octauian. decis. Pedemont. 74. n. 20.* Et ideò meritò Bart. *l. matrem. n. 7. Cod. de probat.* tradit, quod aduocati debent maximè aduertere, quomodo forment libellum.

Ex quibus † infertur, non esse ve- 9
ram opinionem Iacob. de Rauennis, quem retulerunt Alber. *in fine*, & Iacobin. *n. 10.* quod si istud ius de nouo superuenit actori post datum libellũ, & tamen ante litem contestatam, adhuc locum habebit regula huius text. quia adhuc adest temeritas petẽtis id, quod sibi non debebatur, *l. eum qui temere, in principio infra eod.* Nam † con- 10
trarium

trarium colligitur ex supra traditis. Nam quilibet emendare potest libellum ante litem contestatam, *l. edita C. de edendo*, & super eo emendato lis contestabitur. Atque ita cessat ratio huius text. supra assignata, quod clarè significat is textus ibi (*post acceptum*
11 *iudicium.*) Neque † enim dicitur acceptum iudicium ante litem contestatam *auth. de litigios. §. omnem, vers. si verò apud iudicem, & ibi gl. verb. initium collat. 8. l. cùm fundus, in principio infra si certum petatur*, & sic sentit, quòd si ante litem contestatam ius superueniat, non procedet regul. huius text. quod in specie probant Lancelot. Dec. *hic col. 2.* Anton. Gabriel. *libr. 20. communium tit. de iudic. conclus. 3. n. 2.*
12 Secundò † principaliter ex supra traditis infertur explicatio ad eam cõtrouersiam Doctorum, in quo differat regul. huius text. à regula posita,
13 *l. non quemadmodum infra eodem.* Nam † Alber. Paul. & alij hîc existimant in eo differre, quod in terminis huius texr. illud, quod re vera debebatur sub cõditione, petebatur tanquam purè debitum, & attenta forma libelli nulla erat ineptitudo petitionis, vt in casu *l. non quemadmodum, infr. eod.* petebatur in libello id, quod actor fatebatur sibi deberi sub conditione, qui libellus tanquam notoriam ineptitudinem continẽs, reiiciendus est per iudicem propter rationem in eo textu expressam, *& l. 1. §. 1. infra de vsuris.* vbi Salycet. *n. 4.* addit, quod cùm ex forma libelli constet actorẽ sine actione agere, meritò repellitur à limine iudicij, *l. si pupilli § fin. supra de negot. gest.* quod etiam aduertit Paul. Castr. *hic in fine*,
14 & † Claud. *l. si Titius col. pen. post mediũ infra de verbor. obligationib.* Et hinc est, quòd in terminis huius text. si ius de nouo superueniat ex causa tamen antiqua, & quæ præcessit litis contestationem, confirmatur iudicium, & in eo ferenda est sententia *leg. si rem §. final. de pignorat. action. & infra latius dicemus, à numer. 64.* Et † tamen in 15
specie *leg. non quemadmodum, infra eodem*, contrarium est dicendum. Nam cùm libellus attenta forma ineptè sit conceptus, nisi de nouo concipiatur, non potest super eo validè formari iudicium, nec sententia valida ferri, *glos. in princip. verbor. secundùm, Institut. de obligat.* & ita Paul. *leg. non quemadmodum num. 3. infra eodem, Alexand. hic in addition. ad Bartol.* Et † hac ratione po 16
test admitti opinio, quam aduersus Soarem *allegat. 4.* defendit Gregorius *leg. 1. titul. 2. part. 3. gloss. final. & Anton. Gom. leg. Tauri 40. numer. 79. Pinel. leg. 1. Codic. de bonis mater. 3. parte numer. 78. Mencha. de successor. creat. §. 6. n. 46. Ant. Gam. decis. 102. n. 3. & fin.* secundùm quam opinionem fuisse iudicatum, asserit Padil. *l. 1. n. 31. Cod. de fideicommiss.* & vide de materia Soares de Pace *in praxi. 3. tom. cap. 9. §. 3. à n. 2* & Valasc. *consult.* 184. & latè Molin. *lib. 3. de primog. c. 14.* concludentes, quod † filius non potest petere se 17
declarari successorem maioratus post mortem patris. Nam cùm istud ius sit omnino cõditionale & incertũ, iuxta rationem *l. 1. §. si impuberi infra de collat. bonorum*, prædicta petitio tanquam inepta reiicienda est à iudicio, neque poterit ex post facto confirmari, *iuxta supra tradita.* Nam † tantùm quis ad 18
mittitur, quando dubium est, vtrum sibi competat actio de præsenti? nam tunc demum potest petere, quod declaretur per officiũ iudicis, quod ius sibi de præsenti competat; *Bartol. leg. si finita §. eleganter numer. 6. infra de damn. infect. Alexand. conf. 95. n. 3. vers. praterea, lib. 1.*
Infertur tertiò † ex supra dictis, nõ 19
esse tutam opinionem glos. hic ante medium, dum tenet regulam huius text.

text. non procedere, si intentata sit rei vendicatio, vel actio personalis in rem scripta, allegat *l. sin autem §. 1. in fine supra de rei vendicat. l. quaesitum 31. infra de peculio* subscribit Odofred. *hic*

20 *Beroi. q. familiar.* 102. *n.* 2. Nam † ratio, de qua supra, euincit, hanc regulam etiam in praedictis casibus locum obtinere: quod agnoscunt Alberic. Paul. Castrens. & Iacobin. *hic in principio.* Neque obstant iura per glossam adducta, quia est aduertendum, regulam huius textus procedere, quando defectus prouenit ex parte actoris, quo casu haec regula generaliter procedit, Iura autem per glos. adducta loquuntur, quando actor mero iure habebat actionem intentatam, & tamen eam cum effectu non poterat exercere aduersus conuentum, vel quia ille rem petitam non possidebat, vel quia nihil erat in peculio. Et in his terminis verum est non procedere hanc regu-

21 lam. Nam † si pendente iudicio conuentus, vel de nouo rem incipiat possidere, vel etiam augeatur peculium, confirmabitur iudicium, & sententia ferri potest, *vt hic explicat Paul. Castr. n.* 8. *& prius* Bald. *l. per diuersas, n.* 17. *C. mandati, Soc. l. si à te* §. 1. *n.* 6. *ad medium, infra de except. rei iudic. Rip. l.* 1. *num.* 10. *infra quorum bonorum, Claud. leg. si Titius col. penultim. ad finem infra de verborum obligat. Ias. in princ. num.* 108. *Inst. de act. Beroius quaest. familiar.* 102. *num.* 6. *Rota decis.* 47. *num.* 19. *in* 2. *parte nouissimarum, Anton. Gabr. lib.* 2. *communium, tit.*

22 *de iud. conclus.* 3. *num.* 11. Ratio † huius differentiae colligitur ex reg. *leg.* 1. §. 1. *supra si pars hereditatis pet. not. Bald. leg. cogi ad finem, Codic. de pet. hered.* & hac etiam ratione procedit *l. si mandauero tibi vt à Titi.* 17. *infra mandati.* quicquid aliter interpretetur glos. *hic ad finem.*

23 Quinimò † licèt glos. hîc dicat regulam huius text. non procedere in actione vniuersali, vel generali allegando *l.* 4. *supra de petit. hered & l. quaesitum* 31. *infra de peculio.* & subscribant Odofred. Bald. & Iacobin. *hic num.* 5. *Angel. in princ. num.* 9. *Instit. de act. Peralta l.* 3. §. *final. num.* 11. *ad finem infra de hered. instit. Rip. c. cùm Ecclesia num.* 112. *vers.* 3. *fallit de causa possess. Beroius q. famil.* 102. *n.* 8. *Octauiano decis. Ped.* 74. *n.* 20. & alij relati per Ant. Gabriel. *vbi supra num.* 4. & rationem reddit Bart. *l. edita col.* 2. *Cod. de edendo:* tamen verius † est, regulam huius tex. etiam 24 in praedictis actionibus locum obtinere, si defectus sit ex parte actoris, in quibus terminis loquitur haec regula, & aduertunt Alber. & Angel. hic *vterque n.* 2. Et iura adducta in contrarium procedunt, quando defectus procedit ex parte conuenti, quo casu etiam in actione singulari non habet locum regula huius text. *vt supra diximus.* Quare † in terminis *l.* 4. *supra de* 25 *pet. hered.* quamuis in libello certa res haereditaria sit specificata, si conuentus pendente lite alias incepit possidere, ad omnium restitutionem condemnabitur, vt colligitur ex generalitate *d. l.* 4. & ex supra traditis, quod ita esse magis receptum resoluit Anton. Gom. *l. Tauri.* 45. *num.* 166. & Couar. *pract. qu. c.* 12. *n.* 6. Quicquid contrarium teneat Iacobin. *hic n.* 5. & Panor. *cap.* 2. *n.* 25. & ibi Marian. *n.* 139. *de libelli oblat.* & Andr. Sic. *ibid. n. penult.* & Felin. *n.* 11.

Infertur † quartò ex supra traditis 26 intellectus *ad* §. *si minus, Instit. de action.* quo probatur, quòd si petij in libello minus, quàm mihi debebatur, potest iudex comperta veritate, reum condemnare in eo iudicio, in omni eo, quòd re vera debebat, quod apertè videtur repugnare regulae huius text. Sed † respondet glos. ibi verb. *in eo-* 27 *dem,* tex. illum ita esse intelligendum, vt id, quod deest ad integrum debitum,

tum,

tum, possit peti coram eodem iudice, existentibus eodem actore, & reo, non tamen in eadem instantia, sed in diuersa, probat Bart. *l. edita col.2. ad medium, C. de edendo,* & alij transeunt:

28 Sed † hæc responsio apertè violat litteram *dict.§.si minus,* quæ apertè probat in eodem iudicio posse fieri condemnationẽ de toto debito, *vt ibi expressit Theophil.* Quare Iason. *ibi n.23.* post Fabrum & Fulgos. contendit, textum illum esse intelligendum, vt littera illius sonat, inde colligens non videri veram traditionem, *glos.l.edita, verb. emendari, Cod. de edendo.* quam ibi probat Bart. *col.2. post principium.* & alij communiter, quod libellus non potest emendari, nisi vsque ad litem contestatam: nam imo ex supradictis videtur, quod vsque ad sententiam emendari potest, vt videtur probare textus *dict. § si minus.* quod & tradit *Vacon. declarat.89. num.4.*

29 Sed † pro vera resolutione dicendum est, in hoc articulo tres casus esse

30 distinguendos. Primus † est, quando quis vult emendare libellum, addendo vel detrahendo, & id potest facere retenta eadem actione, & substantia causæ *l.edita.C. de edendo.* ord Portug. *lib.3.tit.5. §.6. veteris impressionis & hodie lib.3. tit. 20. §.7. noua recopilationis.* Dummodo id fiat ante litem contestatam, vel etiam post incontinenti. Iason. *d. l. edita, num.13.* & de iudicis licentia ord. Portug. *lib.1. tit.38.§.36. veteris impressionis, & hodie lib.1. tit.48. §.14. noua recopilationis.* Quinimo id,

31 † quod sensit *d.l.edita,* hodie non pro-

32 cedet: nam dato libello tenetur † actor in lite mota perseuerare, *auth. qui semel, C. quomodo & quando iudex,* & sic dato libello non poterit hodie illũ emendare, neque desistendo ab illo, alium formare, vt aduertit Bart. *d. l. edita, n.11. receptus.* vt ibi asserit Curt. Iun. *num.143.* Afflict. *decis.173. num.5.* Sed longè verius est *dict.l. edita,* etiam hodie procedere, quia *d. auth. qui semel,* tantum probat, quòd actor, qui differt agere, cogendus est in lite persistere; sed non prohibet actorem libellum emendare, vel etiam desistendo ab illo, alium nouum formare, vt post Angel. tradit Paul. Castr. *l. destitisse, num.3. infra eodem,* & probat ord. Portug. *lib.3. tit.15. §.6. veteris impressionis,* & hodie *lib.3. tit.20. §.7. noua recopilationis.*

Secundus † casus est, quando actor 33 non emendat libellum, sed ex actis publicis constat, reum plus debere, quàm per quem actorem fuerit petitum, & tunc iudex, id quod sibi constat ex actis publicis deberi potest, ex officio supplere, & reum condemnare in omni eo, quod ex actis constat eum debere. Nam iudex ex officio potest supplere id, † quod sibi est notorium 34 ex actis publicis, *glos. fin. cap. euidentia, de accusat.* tradit Alex. *l.4. §. hoc autem iudicium, num.16. infr. de damno infecto, & l. vnic. num.6. C. vt quæ desunt aduocat.* & in his terminis accipiendum est id, quod significat *§. si minus, Inst. de act.* vt eleganter aduertit Purpur. *l. edita, num.68. C. de edendo.*

Sed † aduersus hanc consideratio- 35 nem vrgere videtur traditio glos. *l. qui repudiantis, supra de inoffi. test.* quòd si pars partem in libello petiuit, & postea accrescat alia pars, etiam ex causa de præterito, non potest iudex ferre sententiam super parte in libello non petita, *extollit Angel. ibi Aretin. l. si Titius col.2. ad finem, & ibi Iason. num.4. infra de verborum obligat.* Sed respondendum † est, glos. *d. l. qui repudiantis,* 36 non loqui, quando alia pars accreuit ex causa de præterito, sed potius quando ex causa de nouo, *vt ibi aduertit Paul. num.3.* & ideo includitur sub regula huius textus. Item limitanda, quando ex actis publicis constat, plus

deberi, quàm per actorem petitum ſit: nam tunc iudex ſupplendo ex officio, poterit in eo pluri condemnare, quantumcunque non fuerit petitum, vt clarè ſignificat *d. §. ſi minus, inſt. de act. vt dictum eſt.*

37 Tertius † caſus principalis eſt, quando actor vult emendare libellum eo prætextu, quòd per errorem aliud fuit ſcriptum, quàm actor dictauerit, & tunc probato prædicto errore erit licitum emendationem facere vſque ad ſententiam §. *ſi quis aliud, Inſtit. de act. l. error, C. de iuris & facti ignorantia, cap. fin. de confeſſ.* circa quod videndus eſt Vaconius *in declarat. iuris declaratione 89. num. 6.*

38 Concluſionem † huius text. ita explicatam, quatuor limitabis modis. Et prima limitatio eſt, eam tantùm procedere in actore, non autem in reo: nam ei proderit exceptio ex noua cauſa, etiam poſt litem conteſtatam originem habente: Neque enim regula huius text. in actore loquente, pariter locum habebit in reo, quia militat diuerſa ratio, vt colligitur ex *l. 1. §. 1. inf. ſi pars hæred. petat.* & ita Bart. *l. 1. n. 9. infra de excep.* communiter receptus, *vt aſſerit Lancelot. Dec. hic col. 2. poſt princ. Ang. Aret. in rub. num. 36. Inſt. de excep.* Iaſ. *in principio num. 112. Inſtit. de action. Socin. regul 216. Pariſ. conſil. 82. num. 51. lib. 3.* & plures quos refert Ant. Gabriel. *lib. 2. communium titul. de iudiciis, concluſ. 3. n. 6.* quicquid contrarium reſoluat Alber. *hic n. 3. Iacob. n. 9.*

39 Limita † ſecundam regulam huius textus non procedere in acceſſoriis: nam in his accidentibus etiam poſt litem conteſtatam, iudex ex officio poterit facere condemnationem, etiamſi de illis nulla facta ſit petitio, *l. ædiles etiam. §. ſciendum ſupr. de ædili edicto.*

40 Quod ſanè † eſt intelligendum de illis acceſſoriis, quæ veniunt ex natura actionis, & ſuperueniunt poſt litem conteſtatam: nam in his iudex ex officio poteſt facere condemnationem: nam ſi acceſſoria debeantur iure actionis, in his etiam procedet regula huius text. *vt hic eleganter explicat Paul. Caſt. num. 7. Iaſ. l. 1. num. 13. C. de iud.* & de hac materia videndus eſt Boer. *deciſ. 18.*

Limita † tertiam hanc regulam non procedere, ſi in libello cauſa ſit generaliter expreſſa: nam tunc ſuper iure proueniente ex noua cauſa, poteſt ferri ſententia in eodem iudicio, *cap. Abbat. ſanè §. fin. de re iud. in 6.* & quamuis Petrus & Cyn. *l. vnica, num. 9. Cod. de alienat. iudicij cauſa*, dicant, prædictam iuris Canonici deciſionem non eſſe veram, & eſſe contra regulam huius textus & eius rationem, vt etiam refert Paul. Caſtrenſ. *l. ſi rem. §. fin. n. 13. infra de pignorat. action. & hic n. 9.* 41

Communis † tamen reſolutio eſt, textum illum procedere, non ſolùm ex æquitate Canonica, ſed etiam ex eo, quòd verba generalia ex ſuo ſignificatu, etiam videntur comprehendere ius futurum de nouo ſuperueniens, *vt hic tradit Bar. ad finem Ang. col. 2. idem Ang. l. ſin autem §. 1. in fine ſupra de rei vendicat. notabil. Aret. l. ſi Titius col. 2. ad medium, infra de verb. oblig.* 42

Ex † quibus colligitur, non eſſe tutum dictum Ang. *l. item videndum §. 1. col. 1. ſupra de pet. hæred.* deciſionem *d. c. Abbate §. fin.* tantùm obſeruandum eſſe, inter Eccleſiaſticos, & in terris ſubiectis Eccleſiæ temporali, & quod in terris Imperio ſubiectis, obſeruetur generalis regula huius textus, ſubſcribit Iacobin. *hic num. 5. in fine Ancharan. d. cap. Abbate ſanè notabil. 19. Zanetinus in differentiis iuris ciuilis, & Canonici differentia 50. Marian. cap. 2. num. 59. in fine de libelli oblatio. Baptiſt. Ferret. conſ. 57. num. 4. lib. 1. Rota deciſ. 47. num. 18. in 2. parte nouiſſimarum Ant. Gabr. lib. 2. communium tit. de iud. concluſ. 3.* 43

44 clus. 3. num. 21. Hoc † enim dictum ve-
rum non est, quia vt ex prædictis con-
stat decisio *d. c. Abbate sanè* §. *fin.* fun-
datur non solùm in æquitate, sed in
proprio significatu verborum genera-
lium in libello expressorum, vt proxi-
45 mè diximus, & quando † duæ sunt ra-
tiones, sufficit alteram militare, §. *affi-
nitatis Inst. de nupt. l. liberorum* 11. §. 1.
supr. de his qui not. infamia, Bar. *l.* 1. *n.* 28.
infra sol. matrim. Item etiamsi conside-
retur sola æquitas Canonica, tamen
cùm contrarium non inueniatur ex-
pressum in iure ciuili, & hæc æquitas
pertineat ad lites abbreuiandas, quod
vtique vtrumque ius prætendit etiam
in terris Imperij, prædicta æquitas
obseruanda est, *vt hic sentit Bart. in fine
Fulgos. num.* 11. *Soc. reg.* 216. *num.* 4. *Rip.
c. cum Ecclesia num.* 111. *in fine de causa*
46 *possess.* Atque † ob id in vtroque foro
non esse recedendum à decisione *d. c.
Abbate sanè* §. *fin.* admonet Ias. §. *om-
nium num.* 66. *Inst. de act.* & asserit re-
ceptum Paris. *cons.* 125. *n.* 13. *lib.* 1. Pro
47 † qua sententia etiam vrgenter facit,
quia quãdo decisio fundatur in æqui-
tate Canonica, & contrarium non in-
uenitur expressum in iure ciuili, ea
æquitas etiam in foro ciuili obseruan-
da est, *Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum verbo edictum, num.* 2. planè in iure
ciuili nihil inuenitur expressum, quod
repugnet decisioni *dict. cap. Abbate sa-
nè* §. *fin.* Nam tantùm in contrarium
adducitur regula huius textus & re-
gula *l. non quemadmodum, infra eodem,*
quibus tamen facilè responderi po-
48 test. Nam † ad primum de regula hu-
ius text. respondetur, non procede-
re, quando causa in libello fuit ex-
pressa per verba generalia, quæ ex
proprietate non cõprehendunt etiam
ius superueniens ex noua causa, *arg.
l. qui iure militari, infra de militari test.*
tunc enim litis contestatio, etiam su-
per prædicto iure videtur facta, &
sic cessat ratio huius textus: Si autem
causa certa & specialis fuit in libello
expressa, in his terminis locum obti-
net regula generalis huius l. & tradit
Iacobus Puteus *decis.* 510. *in* 2. *par.* Mi-
nus † obstat regula *l. non quemadmo-* 49
dum infra eodem, quia procedit, quan-
do ius de futuro specialiter & expres-
sim in libello deduceretur: nam tunc
libellus tanquam ineptus admitten-
dus non est, & latè declarat Ang. Are-
tin. §. *præiudiciales, num.* 11. *Institut. de
actio. Nicellus in concordantiis glossarum
concordia* 95. Sed quando specialiter
non deducitur, sed sub generalitate
verborum comprehenditur, si pars
nihil opponat admittitur libellus *l. fi-
nal. Codic. de annali except.* ac proinde si
tunc pendente lite, ius de futuro sub
generalitate verborum comprehen-
sum verificetur, poterit iudex etiam
in eo condemnare propter ratio-
nem, de qua supra: Debuit † igitur 50
reus conuentus petere, vt actor de-
claret suum libellum incertum, &
generalem, qua facta declaratione
cessaret dispositio, *dict. cap. Abbate
sanè* §. *final.* aliàs sibi imputet reus,
qui prædictam declarationem non
petiit.

Et † ex his colligitur regulam *d. c.* 51
Abbate sanè §. *fin.* non pugnare cum
regula huius text. sed tantùm eam li-
mitare, quando causa in libello gene-
raliter fuit expressa: nam tunc propter
generalitatem verborum, etiam ius
pendens à futuro videtur in libello
inclusum, & sic sententia semper vi-
detur fieri super eo, quod fuit peti-
tum, & super quo lis fuit contestata,
& sic in his terminis cessat huius tex.
ratio, vt aduertit Innoc. *d. cap. Abbate
sanè n.* 2. & agnoscit Paul. Cast. *hic ad
finem in nouis prælectionibus*, in quibus
in hoc casu, non solùm videri dedu-
ctum ius præsens & competens tem-
pore litis contestatæ, sed etiam omne

illud ius, quod ad actorem quocunque modo, & quocunque tempore pertinere posset, & ideo meritò etiam super eo potest ferri sententia.

52 Et † ex his cauendum est à traditis per Paulum Castrens. *l. non quemadmodum, n. 4. infra eodem, in nouis praelectionib.* quod *d.c. Abbate sanè §. final.* disponit, quòd de aequitate Canonica possit ferri sententia, etiam super eo, quod non fuit deductum, neque petitum in libello, neque in iudicio. Mouetur, quia si ius futurum videretur deductum in libello generali, sequeretur, quòd si reus simpliciter absolueretur, & actor vellet agere propter ius, quod de nouo superuenit, ei obstaret exceptio rei iudicatae, quia iterum peteret, quod in primo iudicio deduxerat, & super quo videretur etiam lata sententia absolutoria, quod tamen ipse putat absurdum, & contra text. *l. si mater §. eadem. infra de except. rei iudic.*

53 Sed non † placet haec consideratio ex supra traditis, & absurdum à Paulo obiectum, facilè ex eo refellitur: quia imò verum est, in praedictis terminis actori iterum agenti propter ius superueniens obstare exceptionem rei iudicatae, *vt sentit Innoc. dict. cap. Abbate sanè num. 2. Bart. l. & an eadem §. actiones num. 18. in fine infra de ex-*
54 *cept. rei iudicat.* Neque † obstat *dict. l. si mater. §. eadem* per Paul. allegata, quia loquitur, quando actum erat ex certa causa & speciali, nam tunc non pro-
55 cedet *d.c. Abbate sanè §. fin.* & † consequenter agenti ex diuersa causa, non obstat exceptio rei iudicatae, *Iacob. Puteus decis. 510. in 2. part.* Nos autem agimus, quando causa fuit generaliter expressa: nam cùm etiam ius superueniens videatur deductum, merito volenti postea agere, obstabit exceptio rei iudicatae, si iterum illud petat:
56 & † hoc etiam modo venit explicanda *l. penult. in fine, infra de re iudicata, & l. bouē §. si sub conditione. supr. de adil. edict.*

Praeterea † & ex praedictis venit ex- 57
plicanda regul. *l. non quemadmodum infra eodem*, dum probat, ius de futuro non posse deduci in iudicio: nam procedit, quando libellus expressim fundatur in iure de futuro, nam tūc quasi ineptus non erit admittendus, *l. bouem §. si sub conditione supra de adili. edict. l. 1. §. infra de vsuris, & supra diximus*, vel etiam quando ad petitionem rei, libellus actoris generalis, & incertus declaratur, *iuxta l. final. Cod. de annali except.* Neque enim admitteretur declaratio, per quam ius de futuro videatur deduci, sed pars taceat, & libellus actoris generaliter sit conceptus, tunc super iure de futuro potest ferri sententia, quia † implicitè 58
sub generalitate verborum videtur comprehensum, neque nouum est, multa admitti parte tacente, quae ea opponente non admitterentur, *l. cum putarem infra famil. hercisc. l. 1. §. biduum. infra quando appellandum sit.*

Vlterius † & ex praedictis infertur 59
explicatio ad tradita per Bartolum *l. & an eadem §. actiones, num. 19. infra de except. rei iudicat.* dum in hoc articulo distinguendum existimat, quod si causa proxima actionis, generalitas sit expressa, vt quia in rei vendicatione generaliter fit mentio dominij, & in actione personali, generaliter fit mentio obligationis, locum habebit decis. *d.c. Abbate sanè §. fin.* Si autem causa remota actionis generaliter sit expressa, indistinctè procedet regula huius text. & communiter probant Doctores *vt resoluit Ant. Gabr. lib. 2. communium tit. de iudicijs concl. 3. num. 20.* Nam est aduertendum, quòd haec distinctio videtur repugnare menti *d. c. Abbate sanè §. final.* quae tantum distinguit, vtrum causa actionis sit generaliter expressa vel specialiter, *vt*

aduertit

aduertit Parif.conf.125.num.12.lib.1.

60 Sed † non recedendo à magis cõmuni resolutione huic difficultati responderi potest, quòd si causa proxima actionis generaliter sit expressa, vtique procedet decisio *d.c. Abbate sanè §.fin.& ibi Ioan. Andr. col.2. & Anchar.18.notab.* rationem illius assignat. Sed si causa remota actionis, etiam generaliter exprimatur, semper iuris interpretatione videtur agi ex causa
61 certa & speciali, quia † concomitantia temporis & loci rei vendicationem ad causam specialem reducit: & ob
62 id † mentio generalis causæ remotæ, semper ad causam specialem videtur restringi *arg.l. si de certa Cod.de transa-*
63 *ctionibus*. Quinimo † vt causa proxima actionis generaliter videatur concepta, oportet dominium generaliter exprimi, nulla expressa causa, ob quã fuerit acquisita: nam si ea allegaretur, tunc generalis mentio dominij ad eam causam restringeretur, & sic non haberet locum decisio *dict. c. Abbate sanè, §.final. vt ibi tradit Innocen. n.2. ad fin.* & ad hunc modum sunt explicanda ea, quæ in proposito considerat Marianus *c.2.n.60. de libelli oblatione.* & Iacobus Puteus *decis.510.in 2.part.*
64 Quartò † & vltimò limita conclusionem huius text. locum non habere, si ius superuenerit ex causa de præterito, & quæ præcessit tempus litis contestatæ: nam super hoc iure ex prædicta causa superueniente, potest ferri sententia *l. si rem §.final. & ibi Bart.& alij infra de pignoratitia actione. l. si mandauero tibi vt à Titio 17. infra mandati.* Et hanc limitationem probant omnes hic *Iason §. si minus num.23. ad finem Instit.de actio & l.pecuniam num.9. infra si certum petatur, Angel. Aret. in princ. num.9. Instit. de actionibus Alexand. conf.78. in fine lib.1.* & alij quos refert Anton. Gabriel. *lib.2. communium tit.de iudicijs conclus.2.n.1. Cephalus consil.112.à n.17.& à num.29. lib.1. Portius Imolens. conf.171. num.29. Baptist. Ferretus conf.57. num.3. lib.1. Rota decis.47.à n.13. in 2.parte nouissimarum,* & in notabili casu tradit Guido Papæ *decis.422.num.10. Ant.Gom.2. tom. cap.11.n.25. in princip.* & ex hac limitatione multa inferunt Bellon. *conf. 25.à n.4. Ex ea de pact.à num.437.*

Est † tamen aduertendum, quòd 65
Angelus hîc *ad finem* intellexit, hanc limitationem procedere, quando superuentus causæ antiquæ, facit retrotrahi dispositionem: nam cùm tunc finis trahatur ad principium, attenditur principium *l.3.§.scio supra de minoribus*, aliàs indistinctè procedet regula huius textus: subscribit Iacobin. *hic num.6.* quam declarationem posuit etiam Angel. *l. item videndum §.1. num.1.infra de pet. hared.* & ante eum illam posuerunt, & probauerunt Doctores antiqui, quos refert Albe. *in l.si rem §.final. post princip. infra de pignoratitia actione, Bald.l.non quemadmodum.col.2.ad medium infra eodem,* & securè Anchar.*d.c. Abbate sanè notab.19. & Salycet.l.1.§.1. num.4. infra de vsur. Aret.l. rei iudicata ad finem princip. infra soluto matrimonio,* quibus adde glos.*leg. qui repudiantis in princip. & ibi Angel. infra de inoffic.testam.*

Quam † tamen declarationem non 66
admittunt Paul.Castrens. *hic ad finem,* & Lancelotus Decius *in fine* contendentes regulam huius text. indistinctè non procedere, si ius superuenit ex causa de præterito, quamuis retrò non trahatur: Et pro † hac opinione 67
expendunt *d. l. si rem §. final. infra de pign.act.* considerando, quòd licèt † 68
contractus pignoris censeatur perfectus re interueniente, hoc est, traditione pignoris *§.final. Instit. quibus modis re contrahit.obli.& ibi notant Faber.& Angel. glos.l.si rem §. omnis & ibi Bart. n.2. infra de action.* Tamen † ex hoc 69
contractu

contractu neque oritur obligatio reſpectũ creditoris, neque pignoratitia actio competit debitori, niſi ab eo tempore, quo debitor debitum exoluit, pro quo datũ fuerat pignus, *gl. d. §. final. Inſtit. quibus modis re contrahi obligat. & Rip. in rub. num. 11. ad finem infra de pignorib.* Cùm igitur *d. l. ſi rem §. final.* probet valere iudicium intentatum ſuper pignoratitia actione, ſi pendente lite exoluatur debitum, clarè probat confirmari iudicium propter ius ſuperueniens ex cauſa antiqua, quantumcunque retrò nõ trahatur. Quam inductionem facit etiam Marian. *cap. 2. num. 60. verſ. ſed Ioannes, de libelli oblatione*, quam ſententiam probat etiam Aret. *l. ſi Titius col. 2. ad medium*, & ibi Claudius *col. penult. verſ. 3. limitant, in-*
70 *fra de verborum obligat.* qui † pro hac eadem opinione inducunt *l. litis conteſtatæ 39. in principio* adiuncta gloſ. *ſupra de negot. geſtis.* Item & *l. quod in diem 18. in princip. infra de petitio. hæred.* & addo quod hanc eandẽ opinionem pro conſtanti præſupponit Bart. *l. ſi rem §. final. num. 1. & ibi Bald. & Fulgoſ. infra de pigno. actio. Bald. l. ſi mater §. eadem in fine infra de except. rei iudicat. Marian. cap. 2. numero 60. verſ. ſed Ioannes, de libelli oblatione Anton. Gom. 2. tom. cap. 11. num. 25. Beroius quæſt. famil. 102 num. 4.*

71 Sed † his non obſtantibus declaratio Angeli tanquam verior amplectenda eſt, ne aliàs nimis reſtringatur generalis regula huius text. Neque obſtant rationes adductæ pro contra-
72 ria opinione: nam † ad primam de lege *ſi item §. fin. infra de pign. act.* reſpondetur, quòd licèt pignoratitia actio non incipiat competere debitori, ni-
73 ſi † poſtquam fuerit ſolutum debitum, pro quo datum eſt pignus, tamen vbi incipit competere, retrotrahitur ad initium contractus, ita vt iuris fictione, ab initio contractus cenſeatur orta iuxta regulam *l. infra qui potiores in pignoribus & tradit notab. Bald. l. 1. n. 5. Cod. de execut. rei iudicat. Lancel. Dec. l. non quemadmodum poſt principium, infra eodem Alexãd. conſ. 150. n. 25. lib. 5.* ac ita cùm retrotrahatur ad initium contractus, cadit ſub declaratione Angel. ſupra relata. Et † hac etiam ratio- 74
ne procedit *l. ſi mandauero tibi 17. infra mandati:* Nam exactio, quam fecit procurator pendente lite, habet ſe ad mandatum procuratoris per viam executionis, ſiue acceſſorij: vnde ſemper trahitur ad ſuum principale, *Bal. l. 1. numero 6. Codic. de executione rei iudicatæ*, & ideo confirmatur iudicium antea intentatum per dominum ſuper actione mandati, iuxta prædictam Ang. declarationem. Et in hoc ſenſu accipiendum eſt, quòd † 75
dicunt Salyc. & Fulg. *d. l. ſi mandauero tibi:* quod quando actum eſt ex vnica cauſa; & ius ſuperuenit ex eadem cauſa, quamuis diuerſo modo, quam quo actum eſt, ſubſiſtit iudicium, quod & tradit Albe. *d. l. ſi rem §. final. numero 9. infra de pignor. actio. Socin. reg. 216. num. 3. Ripa. cap. cum Eccleſia, num. 112. verſ. 4. fallit de cauſa poſſeſſ.* quibus adde Paul. Caſtrenſ. *l. nõ quemadmodum num. 3. infra eod.* Nam † ea 76
ratione prædictorum dictum recipi poteſt, quòd exactio debiti habet ſe ad mandatum per modum implementi, & ideo trahitur ad ſuum initium *l. potior eſt, infra qui potior. in pigno. habeantur.* & aduertit Iaſon *l. ſi Titius num. 4. infra de verborum obligatione.* Quare ſi ius, quod † prouenit etiam 77
ex cauſa de præterito, non veniret per modum implementi, ſiue executionis, ad contractum principalem: ſed eſſet diuerſum ab eo, & ſic ad illum non traheretur retrò, locus eſſet regulæ huius textus, quod tenent plures relati per Anton. Gabr. *lib. 2. communium, tit. de iud. concl. 2. num. 15.*

Non

78 Non † obstat secundò *d.l.litis contestatæ.in princ.cum gloss.supra de negot. gestis.* quia in primis traditio gloss. ibi potest cōtrouerti ex traditis per Imol. & Aretinum *post principium l. rei iudicatæ in principio, infra soluto matrimonio.* Item & admissa gloss. opinione respondetur, quòd defectus ibi non procedebat ex parte actoris, qui de præsenti habebat actionem negotiorum gestorum contra minorem, & defectus tantùm procedebat ex persona minoris conuenti, qui ex negotio non fuerat effectus locupletior: vt ius requirit *l. si pupilli, in princ. supra de neg. gest.* Vnde in his terminis meritò cessat regula huius text. *vt supra diximus.*

79 Minus † obstat *l. quòd si in diem, in princip. de petit. hæred.* Nam dum loquitur in creditore diei, sub quo non comprehenditur, qui egit ante conditionis aduentum: intelligendum est ea ratione procedere, quia in contra-
80 ctibus, vel † quasi implementum conditionis trahitur retrò *l. potior est, infra qui potio in pign. habeantur,* & sic locum habet declaratio Angel. supra relata, quam defendimus.

81 Et ex † his infertur vera resolutio ad quæstionem, quam mouet gloss. hic si creditor, cui debebatur sub conditione, petiit debitum tanquam purum, & pendente lite extitit conditio, vtrum confirmetur iudicium? In qua quæstione gloss. hic varias infert opiniones, quas explicat Iacobin. *hic*
82 *num. 2. ad finem* Angel. autem † hîc ad finem distinguit contractus ab vltimis voluntatibus: nam in contractibus cum conditio retrotrahatur, semper confirmabitur iudicium, neque obtinebit regula huius text. & videbitur expressum *l. quòd si in diem in principio infra de petit. hæreditatis,* & ita debet declarari *l. bouem §. si sub con-*
83 *ditione, infra de ædilit. edicto.* In legatis † autem, cum conditio retrò non trahatur *l. 1. §. serui infra ad Silanian.* non confirmabitur iudicium, sed obtinebit regula huius text. quam resolutionem probat Aretin. *l. rei iudicatæ, ad finem principij. infr. soluto matrimonio,* & satis concordat cum alia opinione eiusdem Angeli supra relata, quam supra defendimus.

Contrarium † tamen, imò quod 84
etiam in legatis, si conditio existat pendente lite, confirmetur iudicium, tenet Bart. *l. si mater §. eandem, in fine, infra de except. rei iud. & l. si rem §. fin. & ibi Bald. & Fulgos. infra de pignorat. act.* Sed non est recedendum à resolutione Angeli *supra* relata, quæ apertè comprobatur ex his quæ supra tradidimus.

Infertur etiam † ex prædictis an- 85
notatio, ad dictum Bald. *l. hæres quandoque in fine de acquirenda hæreditate,* dum per viam regulæ tradit, quòd vbi superuenit ius, quod trahitur retro, vel etiam declaratio, quæ à principio videtur inesse *l. hæredes palam §. 1. infra de testam.* indistinctè cōfirmabitur iudicium, ex hoc inferens, quòd si quis habens mandatum generale, & conueniat debitorem hæreditarium nomine hæredis instituti, & debitor opponat non esse audiendum, quia hæres institutus adhuc non audiuerat hæreditatem: hærede postea † adeun- 86
te confirmabitur iudicium quia retrotrahitur ad tempus mortis defuncti, *dict. l. hæres quandoque, & ibi subscribit Imol. Angel. Aretin. §. actionum columna penultima. vers. quæro egi, Instit. de actio. Alexandr. consil.* 114. *num. 5. lib. 6.* & ex eadem ratione similem quæstionem determinat Imol. *l. si filius qui patri, num. 4. infra de vulgari,* & subscribit Dec. *l. omnia ferre in fin. infra de regulis iuris.* Et hac † etiam ratione 87
procedet. *l. Iulianus supra qui satisdare cogantur,* dum probat, quòd si quis non habens mandatum, agitabat litem nomine

nomine abſentis, & pendente lite ſuperuenit mandatum, confirmatur iudicium, quia illud mandatum inducit ratihabitionem antea geſtorum, *vt ibi notant Doctores,& Alex. conſ.112. ad fin. lib 5. Parıſ.conſ.143. nu.32. lib.4. Curt. Iun.conſ.64.num.6* & natura ratihabitionis eſt,retrotrahi *l.ſi.C.ad Maced.*ac ob id ea interueniẽte omnia antea geſta confirmantur, *Bal. hic ad fin.*

88 Aduerte † tamen prædicta omnia eſſe intelligenda,quando ius,quod retrotrahitur, ſuperuenit pendente lite. Nam ſi ſuperuenit,poſtquam iam erat concluſum in cauſa,non confirmabitur iudicium. Nam cùm in hoc caſu iudicium non dicatur pendere, fruſtra de eius cõfirmatione agitur. *l. penult. infra rem ratam haberi & ita Bart. l.ſi mater §.eandem in fine,infra de except. rei iudic.Iaſ.in princ.nu. 118. in fine Inſt. de actio.Ex ea de pactis num.440.*& aſſerit receptum Claudius *l.ſi Titius nu.8. infra de verb. oblig.* & plures citati per Ant.Gabr.*l.2.communium,tit.de iudiciis, concluſ.2. num.9.*

89 Cæterùm †contrariam opinionem probat Aretin. *d.l.ſi Titius colum.2.ante*

90 *finem*, inducens textum † legis, *quòd ſi in diem 18. in princ. infra de petit. hæred.* vbi ſi quis debitorem hæreditarium conueniat, antequam veniat dies vel impleatur cõditio, ſub qua debeatur, poſtea aduenıẽte die vel impleta conditione,cõfirmabitur iudicium,ſi hoc ius ſuperueniat,antequam cauſa iudicetur. Ergo etiam poſt concluſum in cauſa, antequam lata ſit ſententia.

91 Non eſt†tamen recedendum à magis recepta ſententia: Pro qua facit quòd licèt ſuperueniente mandato, omnia antea geſta per procuratorem nomine mãdantis,cenſeãtur ratificata *l. Iulianus ſupra qui ſatiſd. cog. & ſupra diximus*,id tamen non procedit,quando mandatum ſuperuenit iudicio iam perfecto, vtpote quod erat in cauſa concluſum, *Angel.d.l.Iulianus Alexãd. conſ.146.nu.14.lib.5.* Neq; † repugnat 92 *d.l.quod ſi in diem.* Nam ad illius veram explicationem aduertẽdum eſt, quòd † debitor hæreditarius, tunc demum 93 conueniri poteſt petitione hæreditatis, ſi ſimul dicat ſe eſſe verum hæredem,nam aliàs ex eo tantum, quòd ſit debitor hæreditarius, nõ poterit conueniri per petitionem hæreditatis, *l. ſi debitor inf.de petit.hæreditatis,tradit gl.1. communiter recepta l. ſed vtrum in principio eod. tit.* Quare dum *dict. l. quòd ſi in diem , in principio*, præſupponit, hæreditarium debitorem fuiſſe cõuentum per petitionem hæreditatis, intelligendum eſt,quòd ille ſimul allegabit, ſe eſſe verum hæredem, & ideò non teneri ad debiti ſolutionem:quo † ſic 94 præſuppoſito dicẽdum eſt,ideò *in dict. l. quòd ſi in diem*, attendi tempus ſententiæ,quia is debitor in diem,vel ſub conditione in prædictis terminis iuſtè fuit cõuentus per petitionem hæreditatis, quia ſimul allegabat ſe eſſe verum hæredem, & hoc prætextu defendebat ſe à debiti ſolutione. Si igitur poſtea iudicatur, debitorem conuentum non eſſe verum hæredem, & tempore latæ ſententiæ iam extiterat conditio,meritò condemnatur. Nam ſi adhuc eo tempore non extitit conditio, tenetur nihilominus debitor cauere de ſoluendo, poſtquam extiterit conditio. Sed extra hos terminos, ſi debitor iniuſtè†fuit conuentus an- 95 te aduentum diei,vel conditionis, ius ſuperueniẽs actori ita demum ei proderit, ſi ſuperueniat ante concluſum in cauſa:*Bart. dict. l. ſi mater §. eandem in fine,infra de except. rei iudicata*, & ita explicando facilè euitatur difficultas, quam mouet gloſſ. *d. l. quòd ſi in diem*, qua de cauſa fuerit auditus, petens debitum hæreditarium pendente die vel conditione, contra regulam *legis bonum §. ſi ſub conditione, infra de ædilit. edicto.*

96 *edicto.* Et † quia in eo casu ius dispo-nit, prædictum non solùm debere au-diri, sed duplicandas esse inducias reo conuento §. *hodie, Instit. de excep. cap.*
97 *vnico, in fine, de plus petit.* Nam † facilè respondetur, difficultatem procedere, si reus conueniretur per actionem particularem, sed quando conuenitur actione vniuersali petitionis hæreditatis, quia debitor allegabat etiam se esse hæredem, si eo prætextu non vult soluere, sub vniuersitate illa hæreditatis etiam debitum in diem vel conditionale videtur comprehensum, *argum. l. quadam infra, de acquir. rer. domin.* & fiat condemnatio modo ibi expresso.

98 Denique † iuxta prædicta tollitur etiam difficultas quam excitat Fulgos. *dict. l. quod si in diem.* Expendit enim, quod in eo textu debitor in diem, non condemnatur, sed tantùm iubetur cauere de soluẽdo, postquam aduenerit dies vel extiterit conditio. Ex quo infert non videri veram opinionem Bart. *l. eum qui ita §. qui ita num. 5. infra de verborum obligat.* tradentis, quod si quis debeat in diem, & ante diem conueniatur, & ipse nihil opponat, debet condemnari, vt soluat adueniente die. Sed quia opinio Bart. est communiter recepta, *vt asserit Anton. Gom. 2. tom. cap. 11. num. 25.* & pro
99 † ea text. *l. in lege Aquilia si deletum 41. infra ad l. Aquil.* defendendo Bart. Respondendum est, quod in dict. *leg. quod si in diem*, debitor conuentus petitione hæreditatis, non eo prætextu tantum, quod esset debitor hæreditarius, sed quia simul dicebat, se esse verum hæredem, *vt supra diximus.* Cui petitioni nihil poterat obiicere, & hac de causa non condemnatur tanquam debitor hæreditarius, sed iubetur cauere de soluendo: sed quando debitor fuit conuentus actione particulari, & cùm posset excipere de pendentia diei, nihil obiecit, locum habebit prædicta Bart. traditio communiter recepta. Quinimo & in terminis *d. l. quod si in diem*, ideo † vi- 100
ctus iubetur cauere de debito soluendo, postquam aduenerit dies, vel extiterit conditio, quia in actione vniuersali iustè fuerat condemnatus: aliàs enim debitor in diem, vel sub conditione simpliciter absoluitur, & creditori tantum permittitur de nouo agere, postquam aduenerit dies vel conditio extiterit *l. grege §. si sub conditione infra de pign. l. bouem §. si sub conditione infra de adil. edicto*, tradit Bart. *l. pecuniam num. 3. infra si certum petatur Bart. consil. 50. Secundus, num. 1. lib. 1.*

Neque † in hac materia omitten- 101
dum est dictum Bald. *l. præscriptione num. 40. Cod. si contra ius.* quod id, quod dicitur, quod ius superueniens confirmat iudicium, intelligendum est, quando ea lis agitatur coram iudice ordinario. Nam si agitetur coram iudice delegato, ius superueniens non confirmat iudicium, quia delegatio propter falsitatem à principio expressam, fuit nulla, & sic ex post facto confirmari non potest, *cap. auditis de electione*, quod dicit esse expressum *cap. fin. de rescript.* & subscribit Paul. Cast. *l. si rem §. final. num. 2. infra de pign. actio.* Quod † tamen di- 102
ctum Baldi tanquam in se falsum reiiciunt Romanus & Aretin. *colum. 1. ad finem d. l. si Titius infra de verborum obligatione*, & Aret. *l. hæres quandoque colum. 2. vers. tertiam limitationem, infra de acquirenda hæredit.* propter textum expressum *cap. Abbate sanè §. cæterum, de re iudicata in 6.* & tanquam receptum probat Anania *consil. 19. num. 16.* Nec † obstant rationes Baldi, quia ad 103
primam respondetur, quod cùm illud debitum, de quo facta fuit mentio in rescripto, esset † debitum in spe probabili,

104 babili, ſubreptio † delegationem non vitiat, cùm non ſit omnino falſum, quod à principio ſpe probabili debetur, *argum. l. cum filius* §. *hæres infra de leg.* 2. & clarè probat *dict. cap. Abbate*
105 *ſanè* §. *cæterum*. Ad ſecundam † de *cap. fin. de reſcript.* reſpondetur procedere, quando quis impetrat reſcriptum contra futurum debitorem, hæc enim impetratio non valebit, quia eam improbat textus ille. Cæterùm ſi quis impetret reſcriptum delegatorium contra iam debitorem, ſaltem ſpe probabili valebit impetratio, & conſequenter iudicium confirmabitur, ſi ex cauſa de præterito ius ſuperueniat, vt dictum eſt, & in ſpecie tradit Anania *dict. conſil.* 19. *ad finem num.* 16. Vnde meritò
106 † Claud. *l. ſi Titius col. pen. poſt medium, infra de verborum obligatione* concordat opiniones, quod ſi ex forma reſcripti conſtiterit, illud fuiſſe impetratum contra futurum prorſus debitorem, non valebit impetratio, & in his terminis procedit prædictum Bald. dictum: aliàs valebit impetratio, & iudicium propter ius ſuperueniens confirmabitur *per ſupra tradita*.

Vltimò pro complemento iſtius materiæ cùm illa conſonat cum materia *l. non quemadmodum, infra eodem,* ad illius text. explicationem vltra ſupra dicta *in principio*, addendum eſt,
107 quod *d. l. non quemadmodum*, multa † iura concordantia habet, quæ enumerat And. Gailus *practicar. obſeruat. lib.* 2.
108 *obſeruat.* 74. *in principio*. Item quòd † ex eo textu notabilem regulam collegit Bald. *authen. qui rem. num.* 6. *Codic. de Sacroſanctis Eccleſijs*, & aliam Anchar. *conſil.* 383. *primo num.* 2. & aliam etiam Roman. *conſil.* 294. *ad finem*, & multa tradit Angelus Aretin. in illius
109 † text. materia §. *præiudiciales, num.* 11. *inſtit. de action.* & ampliatur procedere etiam in arbitris, *l. de rebus*, *ſupra de recept. arbit. notab.* Roman. *conſil.* 118. *num.* 1. & *conſil.* 88. *ad finem*. Præterea † addendum eſt, quòd ratio prædictæ regulæ *dict. leg. non quemadmodum*, vltra Doctores colligi poteſt ex *l. litigatores*, §. *final. ſupra de recept. arbitr.* & eam notab. ampliat Iaſon. *l. final. num.* 7. *verſ. breuiter. Cod. de edict. Diui Adriani*, limitat autem Ant. Gam. *deciſ.* 144. *num.* 4. 110

Et † aliam limitationem magis generalē aſſignauit Romanus *conſil.* 136. *ad finem*, quando quis habet actionem de præſenti ad aliquid petendum: nam tunc poteſt petere & obtinere, vt declaretur in futurum, illud ſibi deberi, ne aliàs ſæpius cogatur proteſtari de iure ſuo contra regul. *l.* 2 *in fine. Cod. de præſcript.* 30. *annorum*, cuius rei exemplum habes *l.* 1. *Cod. de fideicommiſſ.* & *l.* 1. *Codic. de ſent ent. quæ ſine certa quantitate*. Quam concluſionem probat etiam Anton. Gom. *l. Tauri.* 40. *num.* 78. *verſ.* 3. & 2. *tom. cap.* 11. *num.* 47. & probat *l.* 1. *tit.* 2. *partit.* 3. *ibi notat. Gregor. in gloſ. fin.* 111

Et † hinc eſt, quòd ſi penſiones debeantur annuatim, poteſt quis petere, quòd declaretur in futurum illas ſibi deberi ſolui, *vt tradit gloſ.* 2. *l. non quemadmodum infra eodem, Capella Tholoſana quæſt.* 30. & eleganter comprobat Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 74. *à num.* 2. quibus adde gloſ. *cap.* 2. *verb. prouideri, de homicid. in* 6. Quam tamen concluſionem notabiliter declarat Guid. Papa *conſil.* 90. *n.* 1. 112
Cui † adde, quòd ſi pendente lite 113 adueniat dies penſionis ſoluendæ, poterit in ea fieri condemnatio de præſenti, quia cauſam habet de præterito, propter actionem de præſenti, vt dictum eſt, & ita Capici. *deciſ.* 16. *num.* 6. Denique † iuxta prædicta venit 114 explicandus textus *l. in lege Aquilia ſi deletum*, 41. *infra ad legem Aquil.* vbi pro

pro debito conditionali fit condemnatio, quamuis differatur executio in tempus aduenientis conditionis:nam glos. final. ibi quam probat Bart. & Florian. *num*.4. respondent ea ratione admitti, quia propter damnum datum, competit actori actio legis Aquiliæ de præsenti, propter quam fieri potest condemnatio respectu iuris futuri, *vt dictum est*. Nec obstat
115 † replicatio Pinell. *l.* 1. *Codic. de bonis matern.* 3. *parte*, *num*.78. *vers. neque obstat*, quod in *dict. l. in l. Aquilia*, si deletum debitum, propter quod agebatur, erat conditionale, & non competebat de præsenti: quia respondetur, quòd licèt debitum esset conditionale, tamen culpa delentis illud chirographum fecit, vt statim competeret actori actio legis Aquiliæ, propter damnum, quod in futurum poterat inferri creditori, & sic propter actionem de præsenti fit condemnatio respectu iuris de futuro, ab actione tamen de præsenti dependentis, & tamen differtur executio in tempus aduenientis conditionis: prout generaliter fieri posset, *tradit Gama decis.*244. *num*.4. Cæterùm si nulla actio de præsenti competeret, haberet locum regula *l. grege*, §. *si sub conditione*, *infra de pignor.* & *l. bouem*, §. *si sub conditione*, *supra de ædil. edict.* & hæc satis in materia huius l. & ll. sequentes pro maiori parte explicatæ fuerunt *l.* 2. §. *legatis*, *supra eodem*. & ideo peculiaris earum prætermittitur interpretatio, & fit transitus ad interpretationem *l. qui prior*, 29. *supra eodem*.

L. Qui prior, 29. ff. de Iudic.

SVMMARIA.

1 *Refert glos. hic tres ad vnum text. assignari interpretationes, & duas primas improbari à Bart.*

2 *Declarat tertiam communiter approbari, iuxta quam text. probat, quod qui prior appellat, hoc est, prouocat ad iudicium, prius agat (hoc est) partes actoris sustineat.*

3 *Exemplificat proximam conclusionem, & quomodo procedat, declarat.*

4 *Tradit hanc interpretationem expressè approbasse cap.* 2. *de ord. cog.*

5 *Declarat, quomodo iuxta hanc interpretationem littera huius textus explicari debeat, & exemplum proponit.*

6 *Causæ actionis, & reconuentionis pari passu ambulant, & eadem sententia debent terminari.*

7 *Tradit, reconuentioni in iure duo inueniri præstita priuilegia, primum est traditum num. proximo.*

8 *Si iudex prædicto modo in reconuentione non procedat, iustè ab eo ad superiorem appellatur.*

9 *Licèt prius de veritate vnius causæ constet, quàm de alia, tamen differenda est sententia, donec vtraque causa vna sententia terminari possit.*

10 *Refert secundum priuilegium reconuentionis, vt possit fieri coram iudice conuentionis, etiamsi aliàs sit incompetens.*

11 *Cuius iudicis actor obseruat iudicium, eum contra se recipere non dedignetur.*

12 *Declarat prædictam explicationem approbasse in Portugallia ord. lib.* 3. *titul.* 33. §. 2.

13 *Impugnat communem explicationem, & insistit, quod non conueniat litteræ, nec sit in se vera.*

14 *Verbum obseruat, significat eam reuerentiam, quæ solet magistratibus præstari per subditos.*

15 *Actor in hoc casu non elegit iudicem sponte, imò verò ex necessitate.*

16 *Declarat, quo casu prædicta ratio poterit admitti.*

17 *Saluat communẽ opinionem, nõ obstan-*

tibus dictis difficultatibus, quibus respondet.

18 *Reus potest reconuenire actorem coram proprio iudice ipsius rei, etiamsi is iudex, habito respectu ad actorem incompetens videatur ad cognoscendum de causa, super qua conuenitur.*

19 *Reus tenetur necessario reconuenire actorem, coram suo iudice, cũ coram alio diuerso reconuenire non possit.*

20 *Tradit notabilem differentiam inter duo priuilegia reconuentionis.*

21 *Primum priuilegium tantum locum habet, quando reconuentio fit ante litem contestatam, & ibi ratio traditur.*

22 *Ea quæ in continenti fiunt, videntur inesse, ac ideo si incontinenti fiat reconuentio, post litem contestatam locus erit prædicto priuilegio.*

23 *Declarat, quod dicetur, reconuentionem fieri incontinenti post litem contestatam, quando facta est ante præstitum iuramentum de calumnia per Actorem.*

24 *Iuramentum de calumnia præstandum est post litem contestatam.*

25 *Item dicetur, reconuentionem incontinenti fieri, quando reconuentio facta est ante dilationem assignatam partibus ad probandum.*

26 *Secundum priuilegiũ locũ habet, dum durat primum iudiciũ, & sic in quacunq; parte litis reus eo vti poterit.*

27 *Refert contrariam opinionem, & Doctores, qui eam sequuntur.*

28 *Communem opinionem amplectitur, & defendit.*

29 *Quoad effectum reconuentionis ius prorogat iurisdictionem delegati.*

30 *Respondet ad dict. authe. & consequenter in fine, & de eius intellectu latè agit.*

31 *Declarat quid in secunda parte probet d. auth. & consequenter.*

32 *Respondet ad Clement. sæpe. §. verum, de verb. sign.*

33 *Tradit aliam differentiam inter prædicta priuilegia.*

34 *Primum priuilegium non habet locum, si conuentio sit ordinaria, & reconuentio ex sua natura sit summaria.*

35 *Declarat, quod dictum secundum priuilegium locum habebit, quando locum habet ratio expressa in d.l. cum Papinian. explicata vt supra.*

36 *Addit, quod si vtraque causa sit summaria, nihil impediat, primum priuilegium etiam locum obtinere.*

37 *Declarat, quod etiam dicto priuilegio locus erit, si reconueniens renunciet priuilegio causæ, & velit, quod etiam in ea ordinariè procedatur.*

38 *Declarat item quod d. reconuentio recipi non potest, nisi prius reus faciat prædictam renunciationem.*

39 *Explicat traditionem Baldi in rubrica num. 16 supra de offic. eius.*

40 *Quando imploratur officium iudicis, locus est reconuentioni.*

41 *Docet, quod, vt habeat locum illud priuilegium reconuentionis, quo coram eodem iudice fieri debeat, duo copulatiuè requiruntur: primum, quod solus actor elegerit indices, secundum quod sponte, & non ex necessitate illum elegerit.*

42 *Si solus actor non elegerit iudicem, sed de consensu vtriusque partis eligatur, non habebit locum priuilegium.*

43 *Tradit, idem esse recipiendum in arbitro electo ex necessitate statuti.*

44 *Refert contrariam opinionem, & eam tenentes.*

45 *Arbitri ex necessitate statuti æquiparantur iudicibus delegatis.*

46 *Coram delegato ex consensu partium, non potest fieri reconuentio.*

47 *Pari ratione coram iudice, cuius fuit prorogata iurisdictio de consensu partium, non potest fieri reconuentio.*

48 *Tradit concordiam ad dictas opiniones.*

49 *Si actor non eligat sponte iudicem, sed necessitate coactus, non poterit reconueniri coram eodem iudice, & ibi exemplum proponit.*

50 *Si princeps proprio motu & non ad requisitionem partis iudicem dedit, non poterit coram eo fieri recõuentio.*

51 *Tradit secundum exemplum, in quo non habet locum reconuentio.*

52 *Explicat gloss. his, dum dicit, in causa criminali locum habere reconuentionem, si reconuentio fiat de pari crimine.*

53 *Si lesus accuset delinquentem coram suo iudice, non poterit delinquens eum reaccusare coram eodem iudice, etiam pro pari crimine.*

54 *Tradit, quod cum hoc casu debeant fieri accusationes coram diuersis iudicibus, necessariò cessabit primum priuilegium.*

55 *Declarat id procedere, etiamsi de crimine ciuiliter agatur.*

56 *Idem erit, si quis accusat alium de publico crimine, & ibi ratio traditur.*

57 *Declarat, quid dicendum, quando accusator, & accusatus subsunt iurisdictioni eiusdem iudicis.*

58 *In criminalibus causis ad instar ciuilium procedendum est, & ibi ponit exemplum.*

59 *Tradit, quod si me accuses de iniuria coram communi iudice, coram eodem potero te reaccusare de alia iniuria, per te mihi facta.*

60 *Datis paribus terminis idem admittetur, in quibuscunque alijs delictis.*

61 *Declarat casum, in quo poterit admitti reconuentio, etiam cum secundo pruilegio conuentioni concesso.*

62 *Agit de eo articulo, quando accusatus criminaliter possit reaccusare suum accusatorem, ad cuius resolutionem duos usus distinguit.*

63 *Primus est, vtrum possit eum reaccusare coram eodem iudice? & respondetur regulariter id non posse, nisi ille iudex sit vtriusque competens.*

64 *Secundus est, vtrum durante accusatione possit reus reaccusare accusatorem coram diuerso iudice, qui sit competens iudex accusantis.*

65 *Ad huius quaestionis resolutionem primam proponit conclusionem.*

66 *Declarat clauem huius materiae esse legem neganda Cod. qui acccusare non possunt.*

67 *Tradit, quid hoc casu obseruetur in regno Neapolitano remissiuè.*

68 *Tradit rationem distinctionis, de qua num. 65.*

69 *Maius trahit ad se minus.*

70 *Interest reipub. maius delictum citius puniri.*

71 *Vtrum alia diuersa persona possit accusare iam accusatum de alio crimine diuerso, remissiuè.*

72 *Post nomen receptum inter reos, non potest reus reaccusare, etiam de maiori crimine.*

73 *Litis contestatio, facta in minori crimine, impediet, quod in eo non supersedeatur propter maius crimen.*

74 *Limitatur conclusio, de qua num. 72. vt non procedat, si reaccusans prosequatur suam, vel suorum iniuriam. Is enim casus semper videtur exceptus à generali prohibitione de non accusando.*

75 *Colligit ex supra dictis decis. dict. l. neganda, generaliter procedere, siue nomen sit receptum inter Reos, siue adhuc non: omnes enim eius conclusiones in vtroq; casu sũt admittẽdae.*

76 *Declarat conclusionem, quae ex dict. l. colligitur, à contrario sensu quae à propria regula excipitur.*

77 *Tradit dictam conclusionem posse admitti, etiam post nomen receptum inter reos, si ea intelligatur modo hîc declarato.*

78 *Ad probationem resolutioni proponit similem.*

79 *Si reconuentio fiat de causa, de qua iudex*

iudex conuentionis cognoscere non potest, etiam de consensu partium non est admittenda reconuentio, & ibi ratio traditur.

80 *Tradit exemplum ad probationem resolutionis.*

81 *Declarat fuisse traditam conclusionem de quâ num.9. Nam si propter priuilegium personæ cognoscere non possit iudex conuentionis, eo casu erit iudex reconuentionis, etiam si tale sit priuilegium, cui partes renunciare non possunt.*

82 *Si clericus conueniat laïcum coram iudice seculari, poterit coram eodem iudice reconueniri per laïcum.*

83 *Declarat proximam cõclusionem probari in regno Cast.per l.57. titul.6. partit.1.*

84 *Et in regno Portug.ord.lib.2.tit.1.§.1.*

85 *Respondet ad reg.cap. si diligenti, de foro comp.*

86 *Tradit dict.Ord.lib.2. titul.1. §.1. in fine, admittere recõuentionẽ, etiamsi fiat de crimine ciuiliter intentato.*

87 *Ostendit magis communem Canonistarum opinionẽ tenere contrarium.*

88 *Declarat opinionem, quam secuta est Ord.Portug.videri veriorem.*

89 *Respõdet ad c.vnicũ,de clericis coniug.*

90 *Si quacunque de causa executio sit facienda in persona clerici, non admittitur reconuentio, quia persona clerici censetur res spiritualis.*

91 *De causa spirituali non potest fieri reconuentio coram seculari.*

92 *Clericus potest reconueniri coram seculari in causa ciuili, etiamsi renunciet liti conuentionis prius intentatæ coram seculari, quia inuito conuento liti renunciari non potest in eius præiudicium.*

93 *Agit de intellectu Ord. Portug. lib.2. titul.7.*

94 *Tradit dictã Ordinationẽ cõtinere difficultatẽ in decisione, & de ea agit.*

95 *Licèt secularis cognoscat de causa aduersus clericum, tamen executio in bonis debet fieri per iudicem Ecclesiasticum.*

96 *Refert etiam, quod similiter ratio tradita ad Ord. videtur dubia, & de ea agit.*

97 *Aduersus clericos proceditur in executione per censuras, & si nolint parere, debet contra eos implorari auxilium brachij secularis.*

98 *Defendit præd.Ordin. Portug. & respondendo ad primam difficultatem, ostendit verius esse, secularem, in quibus casibus sententiam valdè tulit aduersus clericum, potuisse executionem fieri iubere in eius bonis temporalibus.*

99 *Respondet ad secundam difficultatem, & tradit differentiam inter iudices seculares, & Ecclesiasticos circa executionem suarum sententiarum.*

100 *Tradit rationem differentiæ.*

101 *Ecclesiasticus vltra ambitum Ecclesiæ, & pertinentia ad spiritualia, nullum censetur habere territorium.*

102 *Iudex Ecclesiasticus proprio iussu, & auctoritate, non potest iubere capi laïcum tanquam existentem in alieno territorio, nec in eius bonis.*

103 *Vt Ecclesiasticus possit facere executionem in bonis laïcorum, debet obseruare formam præscriptam in c.1. §.contrahentes, de foro competenti.*

CLos.hîc † tres ad istum text. 1 assignat interpretationes, sed duas primas improbat Bart. & Angel. *in princip.* tertiam autem communiter † sequuntur Doctores, 2 quòd textus probet, quòd, qui prior appellat hoc est *(prouocat ad iudicium)* prius agat, hoc est, partes actoris sustineat, in hoc scilicet sensu, vt si lis moueatur inter † duos per viam 3 actionis & reconuentionis, qui prius venit ad iudicium, debeat prius agere, ita vt prius eius libellus debeat recipi,

recipi, & deinde libellus reconuenientis,& prius etiam cum primo debeat lis conteſtari,deinde cum reconueniente, & ſic de ſingulis actis proceſſus, vt in ſingulis debeat præcedere ille, qui prius prouocauit ad iudicium,*vt hic explicant gloſ.Bald.& Paul. in princip. Bart.auth. & conſequenter nu. 4.Codic.de ſent.& interlocut. & notab. idem Bart. tractat.de iudiciis,col.fin. Panorm.cap.1.num.7.de mutuis petitio. Corneus conſ.220.colum.2.ante medium lib.4. Marant.in praxi 4.parte 6.diſtinct. iudicio num.* 8. Et probat ordinatio Portugal.*lib.3.tit. 24. in principio, veteris impreſſionis,& hodie lib.3. tit.33. nouæ recopilationis, & l.4. tit. 10. partit. 3. & ibi Greg.in gloſſ. 1. & idem Greg.l.13.tit. 1.*

4 *partit.7.in gloſſ.fin.* Et † hanc interpretationem expreſsè probauit Summus Pontifex *cap. 2. de ord. cognit.* & iuxta

5 hanc interpretationem litteræ † huius text. ita explicari debet, vt ſi duo ſint contendentes, & vnus prior appellat, ſcilicet ad iudicem, ſiue prior iudicem adiit,*l.1.iuncta gloſ.verb.appellatus, ſupra quibus ex cauſis maior. Lancelot. Dec.* his is etiam prior agat, hoc eſt in quolibet actu proceſſus ſemper in vno actu præcedat: *ſubſcribit Anton. Natta conſil.* 230.*num.* 11. *lib.*2. Neque enim debet exponi *(prior agat)* hoc eſt,

6 litem peragat,quia cauſa actionis † & reconuentionis pari paſſu ambulant, & eadem ſententia debent terminari, *vt poſt gloſſ.hic ad medium admonet Paul. Caſtr.poſt princ.* & in ſimili probat. *l.8. tit. 4. partit.3.* & ibi notat Gregor. *in gloſſ.final.*& circa materiam huius textus videndus eſt Decian. *tractatu criminali.lib.3.cap.24.*

7 Ad huius autem † regulæ explicationem,pręmittendum eſt,reconuentioni in iure duo inueniri præſtita priuilegia. Primum eſt quòd conuentio, & reconuentio pari paſſu ambulent, & eadem ſententia terminentur.*l. neque Codic. de compenſationib. l.1. Codic.de actio. rerum amotarum, auth. & conſequenter, Cod. de ſententiis cap. 2. de ord. cognit. cap.1. de mutuis petit.* & ſi iudex † prædicto modo non procedat, 8

iuſtè ab eo appellatur ad ſuperiorem, *l.1.§.fin. infr.quæ ſententiæ ſine appell.reſcindantur,*notat gloſſ.1.*c.1.de mutuis petit.& ibi Panor.nu.*11. *Felin.num.*1.*in fin.gloſſ.c.2.verb.eadem de ordine cognitio. Notab.Andr.Sicul.conſ.3.col.pen. lib.4.*& probat ord. Portugal.*lib.3. titul. 24. in principio veteris impreſſionis, & lib.3. tit. 33.nouæ recopilationis.* Vnde † licèt prius 9

conſtet de veritate vnius cauſæ,quàm de alia, tamen differenda eſt ſententia, donec vtraque cauſa vna ſententia terminari poſſit, vt colligitur ex mente prædictorum iurium,& contra Anton. reſoluit Panorm. *cap.2. nu.*14. *de ordine cognit.* & clarè colligitur ex mente *l. 1. §. fin. infra quæ ſententiæ ſine appel.reſcindantur.* quicquid in contrarium reſoluat Panorm.ibi contrarius, *cap.1.num.9. de mutuis petit.* & cum ſequatur Maranta *in praxi 4. parte 6. diſtinctione iudiciorum.num.9.*

Secundum autem † priuilegiũ reconuentionis eſt,vt poſſit fieri coram iudice conuentionis: etiamſi aliàs ſit incompetẽs, ad cognoſcendũ de cauſa reconuentionis:textus eſt *l.cum Papinianus Cod.de ſententiis,* in qua † ea aſſignatur ratio: quòd cuius iudicis actor obſeruat iudicium, eum contra ſe recipere iudicem non dedignetur: concordat cap.*accuſatores §.cuius 3. qu. 8.* quæ ratio ita vulgò explicatur, vt cùm actor elegerit iudicem rei, coram quo illum conueniat, eundem debet agnoſcere iudicem contra ſe, ſi coram eodem reconueniatur: & ita exponit Bart.*dict. auth. & conſequenter, num. 3. & num. 5. Panormit.cap.1.num. 25. de mutuis petit. & cap. cum dilectus num.7. de arbitris, Anton. de Math. de prorogatione iuriſdictionis, numero 59.* quam 10 11

12 quam † explicationem approbauit lex Portugalliæ *lib.3.tit.24.§.3. veteris impressionis,& lib.3.titul.33.§.2. noua recopilationis.*

13 Sed vtique † hæc communis explicatio, neque litteræ conuenit, neq; videtur in se vera, quia secundùm illam, verbum illud (*obseruat*) debet ex-
14 poni hoc est (*eligit*) cùm tamen illud † verbum secundùm proprietatē significet, eam reuerentiam, quæ solet magistratibus præstari per subditos: vt ex Cicerone tradit Iason *l.quidam cum filium num.2. infra de verbor.oblig.* Item
15 † quia præsupponit, actorem sponte eligere iudicem rei, cùm tamen potius ex necessitate id fecerit, *l.2.Cod.de iurisdictione omnium iudicum, cap. cùm sit generale, de foro competenti*, & in specie post Ancharanum aduertit Dec. *in c. at si clerici, in principio col.10. de iud. & prius Paul. Castrens.l.2.§.sed agant, ad finem, infr.eod.* Et sic prędicta ratio explicata vt supra minimè verificatur, &
16 tantum posset † admitti, quando actor corā duobus iudicibus diuersis reum conuenire posset, & coram vno ex illis eligit reum conuenire, prout poterit iuxta regul. *l.3.in princ.infr. de eo. quòd certo loco* tunc enim verificabitur verbum (*eligere*) vt aduertit Anthonius de Math. *de prorogatione iurisdictionis nu.*
17 *6.vers.sed maximum.* Sed † nihilominus saluando communem expositionem, considerandum est, quòd ideo actor dicitur eligere iudicem rei, quia tempore contractus potuit facere, quòd reus renunciaret proprio foro, iuxta traditionem *gloss. 2. l. 1. supra si quis in ius vocatus non ierit*, quòd cùm fecerit, videtur voluisse, id quòd ius in eo casu disponit, iuxta regulam *l.si duo infra de acquirenda hæreditate*, & sic in hoc sensu dicetur elegisse iudicem rei, coram quo eum conueniat, *vt latius tradidimus l.1.§.legatis supra eodem.*

18 Ex quibus † in nostro proposito constituenda est notabilis conclusio, quòd reus potest conuenire actorem, corā proprio iudice ipsius rei, etiamsi is iudex habito respectu ad actorem incompetens videatur ad cognoscendum de causa, super qua reconuenitur, quia lex hoc casu prorogat illius iudicis iurisdictionem, & illum reddit competentem ad cognoscendum de causa reconuentionis, *gloss. final. in princip.cap.fin.de mutuis petition. Anania cons.93.num.5.* & in notab. casu tradit Afflict.*decis.27.* Quinimò † non solùm 19
reus potest cōuenire actorem coram suo iudice: imò ad hoc necessariò tenetur, neq; enim actorē potest reconuenire coram alio diuerso iudice, *c.dispendia §. reus quoque de rescriptis in 6. tradit Bart. dict. auth.& consequenter nu. 3.ord. Portugallia lib.3.tit.24.§.2. veteris impressionis, & hodie lib.3.titul. 33.§. 2. noua recopilationis.*

Inter † prædicta autem priuilegia 20
ea est notab. differētia: quòd primum priuilegiū tantum locū habet: quando reconuentio fit (*mox*) hoc est † an- 21
te litem contestatā, super prima actione, *auth.de executor.§. sancimus col.7. & ibi glos.verb.mox Bart.auth.& consequenter num.12. Panorm.cap.1.nu.13.de mutuis petitio.& ibi Felin.nu 2.* Si enim reconuentio fiat post litem cōtestatam in prima actione, non potest locum habere prædictum primum priuilegium: quia si illud locum haberet, fieret præiudiciū & dilatio primæ causæ, super qua lis fuerat contestata, *Dec. cons.200.col.2.post princip.* Cùm † autem 22
ea quæ incontinenti fiunt, videantur inesse *l.lectura. vers.dicebam, infr. si cert. petatur*, si post litem contestatam incontinenti fiat recōuentio, locus erit prædicto priuilegio. *gloss.d.§. sancimus. verb.mox. Bald. d. auth. & consequenter, num.8. Iason l. edita, num.15. C. de edendo, & l. non solum, §.morte, num.13. infra de noui oper.nunciat. & alij relati per Tiraquell.*

raquell. libr. 2. retract. §.1.gloss.5. n.11.
23 Dicetur autem, † reconuentionem fieri incõtinenti post litem contestatam, quando facta est ante præstitum iuramentum de calumnia per actorem, quod præstandum esse, post li-
24 tem † contestatam probat *l.fin.in principio, Cod.de iureiuran.propter calumniam*
25 *dando*, & ita † Bald. & alij supra citati, supra glos.final.*ad finem in dict.auth. & consequenter*, existimat, continenti dici fieri, quando reconuentio facta est ante dilationem assignatam partibus ad probandum, quam opinionem probat Ord. Portugalliæ *libr.3.tit.24. §.2.& hodie libr.2.tit.33. §.1. noua reco-*
26 *pilationis*. Cæterùm † priuilegium secundum locum habet, dum durat primum iudicium, & sic in quacunque parte litis reus eo vti poterit, vt videtur probare text. *cap. dispendia*, §. *reus quoque, de rescriptis in 6.* & colligitur ex generalitate *dict.l.cùm Papinianus*, quæ in his terminis non inuenitur correcta, neque limitata, *Bartol. dict.authen. & consequenter, numer.12. & ibi Bald. numer. 8. Anchar. d.capit. dispendia*, §. *reus quoque num. 4. ad finem, & ibi Perusin.n 5.Guid.Papæ consil.141.* & probat *57.tit.6.partit.1.*
27 Contrariam † tamen opinionem, imò neque hoc secundum priuilegium locum habere, si reus eo velit vti, post litem contestatam in prima actione tenet Hostiens. *c.1. de mutuis petit.* quem sequitur Domin. *d. §. reus quoque, n.7.& 8.Panorm.cap.1.num.13. post medium, de mutuis petit.* quod & probat Fulgos. *d.auth. & consequenter, num.9.post medium*, & pro ea sententia videtur vrgere textus *dict. authent. & consequenter in fine, item Clem. sæpè, §.verum, de verborum significat.* quæ in exordio litis debere fieri reconuentionem constituit.
28 Sed † de his non obstãtibus non est recedendum à magis communi sententia, quæ clarè probatur *d.§.reus quoque*, si consideres textum disponere, quòd si reus conuentus velit recõuenire actorem corã eodem iudice delegato, poterit id facere, quia † quoad 29
hunc effectum ius prorogat iurisdictionem iudicis delegati, vt est expressum *cap.1.de mutuis petit.* Quòd si nolit prædicto priuilegio vti, sed velit actorem coram alio iudice reconuenire, non poterit litteras delegatorias impetrare, nisi ad eundem iudicem delegatum: Ergo textus ille clarè probat, quòd dum durat primum iudicium, potest reus conuentus vti prædicto secundo priuilegio reconuentionis, vt quocunque tempore possit eum reconuenire coram eodem iudice.

Neque † obstant adducta in con- 30
trarium, quia ad primum de dict. authentic. *& consequenter, in fine*, respondetur, duas habere partes, in prima probat, reconuentionem esse statim faciendam coram eodem iudice: intellige tu, vt habeat vtrumque priuilegium reconuentionis supra relatum, vt ibi in specie declarat Bartol. *num.12.* Non tamen negat, quòd si id non faciat, non possit vti saltem secundo priuilegio concesso reconuentioni, quod possit actorem reconuenire coram eodem iudice propter prorogationem iurisdictionis: quam hoc casu lex videtur inducere. In † se- 31
cunda autem parte probat, quòd si reus habeat suspectum iudicem, coram quo conuenitur, & propterea coram eo non vult reconuentionem facere, oportet quòd intra viginti dies iudicem recuset, & alium impetret non suspectũ, qui possit de causa conuentionis & reconuentionis cognoscere: si autem id non faciat, pendente quidem conuentione, non poterit actorem conuenire coram alio iudice, quia id ius non patitur, & ideò

tunc debet expectare, quòd prima conuentio finiatur, & deinde actorem conuenire coram suo iudice competenti. Item probat, quòd si conuentus nolit confidere de iudice conuentionis, quia habet eum suspectum, poterit quidem coram illo actorem non reconuenire, & sic expectare finem litis illius. Vnde clarè sentit, quòd si velit renunciare suspicioni iudicis, indistinctè lite pendéte, poterit actorem reconuenire coram eodem iudi-
32 ce, vt & nos defendimus. Non † obstat secundò de Clemen. *sæpè*, §. *verum, de verborum significatione*, quia debet intelligi, in exordio litis faciendam esse reconuentionem, vt vtrumque priuilegium locum obtineat: aliàs saltem competet illud: vt in quacunque parte litis, possit actorem reconuenire coram eodem iudice, *vt dictum est.*

33 Adde † & aliam differentiam in-
34 ter † prædicta priuilegia. Primum priuilegium non habet locum, si conuentio sit ordinaria, & reconuentio ex sua natura sit summaria, quia cùm propter diuersam naturam non possint pari passu ambulare, necessariò cessat prædictum primum priuilegium, *Innoc. & Hostiens. c. 1. de mutuis*
35 *petitio.* Et † tamen locum habebit prædictum secundum priuilegium, cùm adhuc locum habeat ratio expressa, *in dict. l. cùm Papinianus, explicata vt supra*, & ita Bart. *dict. auth. & consequenter, n. 13. Anchar. d. cap. dispendia, §. reus quoque num. 4. ad finem, Maranta in pra-*
36 *xi 4. parte 6. dist. iud. n. 29.* Addendo † tamé, quòd si vtraque causa sit summaria, nihil impedit primũ priuilegium etiam locum obtinere, *leg. sed & hæ, § non solùm, & ibi Bald. supra de procur.*
37 cui † etiam locus erit, si reconueniens renunciet priuilegio causæ, & velit, quod etiam in ea ordinariè procedatur.
38 tur. Quinimò † neque prius recipietur prædicta reconuentio, nisi prius faciat prædictam renunciationem, ne alias impediatur conuentio actoris prius facta, *Bald. leg. sed & hæ, §. non solùm, colum. 2. supra de procur.* & † iux- 39
ta hæc venit etiam explicãdum, quod tradit idem Bald. *in rubr. num. 16. supra, de officio eius*, dum dicit, quod etiã quando imploratur officium iudicis, locum habet reconuentio, † nisi im- 40
ploretur super causa, quæ requirat celeritatem: tunc enim non admittetur reconuentio de causa, in qua ordinariè procedendum sit, subscribit Socin. *reg. 332. num. 11. Menoch. libr. 1. de arbitr. q. 44. in fine.* Nam dum dicit, quòd etiam quando imploratur officium iudicis, est locus reconuentioni, verum est in se, vt probat *l. 1. §. fin. infra de variis & extraordinariis cognitionibus*, & tradit Bartol. *d. auth. & consequenter num. 14.* & asserit receptum Iason *l. 1. num. 8. circa finem, supra de iurisdictione omnium iudicum*, quicquid contrarium teneat gloss. *leg. sed etsi restituatur, verbo adierit, infra eod.* quam ibi notat Angel. & Iason. *leg. ne quicquam, §. vbi decretum, n. 76. supra, de officio proconsul.* dum autem addit, quòd vbi imploratur, super causa requirente celeritatem, non habet locum reconuentio, debet intelligi, quod non habeat locum illud priuilegium reconuentionis, vt vtraque causa pari passu ambulet: habebit tamen locum priuilegium illud reconuentionis, vt coram eodem iudice tractari debeat, iuxta supra tradita, & in specie ita declarat Maranta *in praxi 4. parte 6. distinct. iudiciorum, n. 27.*

Vlterius † & pro complemento 41
materiæ aduertendum est, quod vt habeat locum illud priuilegium reconuentionis, quod coram eodem iudice fieri debeat, quo copulatiuè requiruntur: Primum, quòd † solus 42
actor elegerit iudicem. Secundum, quòd

quòd sponte, & non ex necessitate illum elegerit, *d. l. cùm Papinianus, explicata vt supra.* Altero autem ex prædictis deficiente non habebit locum prædictum priuilegium, quod probat *cap. cùm dilectus, de arbitris,* vbi coram arbitro non admittitur reconuentio, quia eligitur de consensu vtriusque partis, vt probat Ordin. Portugalliæ, *lib.3.titul.33.§.final. noua recopilationis,* & sic cessat primum requisitum, de quo sup. quicquid controuertat Anton. de Math. *de prorogatione iurisdi-*
43 *ctionis num.60.* Quæ † ratio euincit id procedere, etiam in arbitro electo, ex necessitate statuti, cùm nihilominus eligatur de consensu vtriusque partis, cessat reconuentio, & ita post Speculat. Roman. *consil.776.Iason.l.est receptum, num. 13. supr. de iurisdictione omnium iudicum.*

44 Sed † nihilominus contrariū consuluit Andreas Siculus *consil.3.num.6.*
45 *libr.* 4. quia hi arbitri † electi ex necessitate statuti, æquiparantur iudicibus delegatis, *capit. de arbitris, de officio delegati in 8. Bartol. l. final. Codic. de iudic. Anton. Blan. de compromiss. qu. 6.numer.*4 & certum est, coram delegatis posse fieri reconuentionem, *c.1. de mutuis petition.* qua ratione vtitur etiam Socin. *reg. 332. numer.*10. Quæ
46 † tamen ratio parum vrget, quia & coram delegato dato de consensu partium non potest fieri reconuentio propter rationem supra assignatam, *Bartol. d. authent. & consequenter, in fine, Socin. Iun. consil. 66. numer. 5. libr. 1. Ias.leg. est receptum, numer. 12. in fine, sup. de iurisdictione omnium iudicum, Gom. d. capit. dispendia, §. reus quoque, numer. 35. in 8. limitat. probat Ordin. libr.3.titul.24. §.final. & libr. 3. tit.33. §.final. noua recopilationis.* Quicquid post Antonium contradicat Marian. *cap.1.numer.22.ad finem, de mutuis petition. & Zazi. libr. 2. singul. responsor. cap. 37. & Menoch. libr. 1. de arbitris, quæst.48.n.6.*

Et pari † ratione coram iudice, cuius fuit prorogata iurisdictio de consensu partium, non potest fieri reconuentio, *Marant. in praxi 4.parte 6. distinctione iudiciorum num.* 14. Contrarium nihilominus pro constanti tenent gloss. & Doctores *in d.l. est receptum, Roman. singul.* 149. Sed † pro concordia dicēdum est, quòd si vtraque pars non erat subdita iudici, cuius prorogata fuit iurisdictio, & sic in prorogatione necessariò interuenit consensus vtriusque partis, proceder opinio Marantæ; si autem vnus ex illis erat subditus ordinariæ iurisdictioni iudicis, alter autem minimè, si non subditus prorogauit iurisdictionem illius iudicis: tunc is, qui sponte elegit iudicem, poterit reconueniri coram eodem iudice, quia cessat ratio, de qua supra. Exemplum erit in terminis *d.l.est receptum,* quia in illis militat ratio *d. l. cùm Papinian.* explicata vt supra. 47 48

Ex † secundo autē requisito principali supra relato infertur, quòd si actor non eligat sponte iudicem, sed aliqua necessitate coactus, non poterit reconueniri coram eodem iudice, quia cessat secundum requisitum supra relatum: Exemplum erit in eo, qui appellat à sententia. Nam cùm is ex necessitate saltem causatiua, appellet, propter iniustitiam, quam sibi inuito existimat factam fuisse per iudicem, non poterit in instantia appellationis reconueniri, *Bart. d. auth. & consequenter, numer. 15. Iason.leg. ita demum, num.6.Cod. de procurat. Afflict. decis.155. n.4.* Probat Ord. Portugalliæ *lib.3.tit.24.§.pen.& lib.3.tit.33.§.7. noua recopilationis,* & defendit Maranta *in prax.4.part.6.distinct.iudiciorum n.15.* quicquid conuertat Ant. de Math. *de prorogat. iurisdictionis n.60.* 49

50 Quinimò † si Princeps proprio motu, & non ad requisitionem partis, dederit iudicem delegatum non poterit coram eo fieri reconuentio, quia cessat tam primum quàm secundum requisitum, *Ias. l.3. in princ.n.*14. *supra quod quisque iuris*, quod est notabile ad limitationē *c.1.de mutuis petit.*

51 Secundum † exemplum est, quando quis mihi fecit iniuriam, vel damnum dedit. Nam cùm his casibus nullus præcesserat actus voluntarius partis læsæ, quæ tantùm passiuè in illis se habuit, quia tunc magis ex necessitate, quàm ex voluntate, videtur pars læsa iudicem delinquentis adire, & coram eo illum accusare, coram eodē non debet admitti reconuentio *l.2.§. sed si agant supra eodem Bart.dict. Auth. & consequenter n.7.notab.Greg.l.*57.*tit.6.*
52 *part.1.verb.alli deue*, iuxta † quæ venit explicanda gl. hic, dum dicit, in causa criminali locum habere reconuentionem, si reconuentio fiat de pari crimine, quam gloss. explicant Angel.*hic col.2.*& Paul.Castrens.*num.3*. Nam ex prædictis concludendum est, quòd cùm damnum vel iniuriam passus ex necessitate iudicem rei adierit, *leg. in criminali Cod. de iurisdictione omnium iudicum*, cessat secundum requisitum, & consequenter non potest habere locum secundum priuilegium reconuentioni concessum: & ita *Bart. dict. auth.& consequenter, num.7.Alexand.ad Bart. l. si is qui Reus sub littera* (e) *infra de publicis iudiciis, Maranta in praxi* 4.
53 *part.6.distinct.iudic. num.*51. Vnde † si læsus accuset delinquentem coram suo iudice, non poterit delinquens eū accusare coram eodem iudice, etiam pro pari crimine, sed debet eum reaccusare coram iudice competenti
54 prædicti accusatoris. Vnde † cùm accusationes hoc casu debeant fieri coram diuersis iudicibus, necessariò etiā cessat primum priuilegium, quod vtraque accusatio pari passu debeat ambulare, & eadem sententia terminari.

Quæ † amplianda sunt procedere, 55
etiamsi de crimine ciuiliter agatur, quia semper militat ratio supra assignata, & ita Maranta *distinctione 6. iudiciorum in fine*, quicquid glos. hic & Angel.*col.2.*contrariū sentiant. Quinimò † & idem erit, si quis accuset 56
alium de publico crimine, quia licet is sponte videatur accusare, tamen cùm nullo actu voluntario suo præcedente, sed ex sola legis permissione ad accusationē prosilierit, adhuc videtur militare ratio supra assignata, quod sentit Barr. *dict.authent.& consequenter, num.7.* quicquid contrarium sentiant Anton.& Panormitan. *n.22. Marian.num.84.cap.1.de mutuis petitio. & Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis num.60*. Si sanè † accusator 57
& accusatus, subsint iurisdictioni eiusdem iudicis, accusatus de crimine, poterit reaccusare accusatorem de pari crimine coram eodem iudice in eo sensu, vt vtraque accusatio pari passu ambulet, & eadem † sententia 58
terminetur: cùm in criminalibus ad instar ciuilium procedendum sit *l.absentem infra de pœnis*. Quare † si me ac- 59
cuses de iniuria coram communi iudice, coram eodem potero te reaccusare de alia iniuria per te mihi factā, *Panormitan. cap.1. num.22. ad finem,& ibi Marian.num.84. ad finem de mutuis petitio. l.4. tit.10. part.3*. Quòd datis † 60
paribus terminis pariter admittetur in quibuscunque aliis delictis, *Angel. hic col.2.ad medium Maranta dict.6. distinctione iudiciorum num.47. eleganter Imola leg. is qui reus num.6. infra de pub. iud*. Quinimò † & in causa criminali 61
poterit admitti reconuentio, etiam cum secundo priuilegio conuentioni concesso, si ponas accusatorem impetrasse iudicem delegatum, qui de sua

accusa

accusatione cognosceret, non poterit reus reaccusare de pari crimine corã eodem iudice delegato, iuxta regulam *cap. 1. de mutuis petitio.* Quia in his terminis incipit militare ratio expressa *in d. l. cùm Papinian. Codic. de sententiis, explicata*, vt supra, & ita in specie Bart. *d. auth. & consequenter num. 7.* & alia de hac materia tractauimus *l. 2. §. legatis, supra eodem.*

62 Sed † vt materia perfectè intelligatur, latiùs nobis agendum est de eo articulo, quando accusatus criminaliter, possit reaccusare suum accusatorem, & reiectis distinctionibus gloss. hic & Angel. *col. 2. Paul. num. 3. & Andr. Sicul. consil. 43. à numer. 44. lib. 1.* qui inuolutè loquuntur, distinguendi sunt in proposito duo casus.

63 Primus † est, vtrum possit eum reaccusare coram eodem iudice? Et respondetur regulariter id non posse: nisi ille iudex sit vtriusque compe-
64 tens, *vt supra dictum est.* Secundus † est, *vtrum durante accusatione possit reus reaccusare accusatorem coram diuerso iudice? Et qui sit competens iudex accusantis?* Et in hoc sequenda est resolutio Bart. *l. is qui reus num. 1. infra de pub. iud.* ex
65 quo † prima sit conclusio, si adhuc nomen accusati non erat receptum inter reos, & accusatus velit reaccusare suum accusatorem, locum habet decisió *l. neganda Cod. qui accusare non possunt*, vt si suam vel suorum prosequatur iniuriam, indistinctè possit reaccusare; si verò velit reaccusare de publico crimine: tunc de pari vel minori reaccusare non poterit, sen-
66 tiens quòd † de maiori crimine reaccusare poterit, quam legem clauem materiæ appellant Cynus *l. 1. num. 10.* & ibi Bald. *numer. 19. Codic. qui accusare non possunt*, & cum ea concordat *leg. 4. titul. 1. partit. 7. & ibi latè Gregor. verb. accusar. & leg. 4. tit. 10. partit. 3.*
67 *& ibi Gregor. in gloss. 2. & 3.* Et quid † in hoc obseruetur in regno Neapolitano? explicant Grammaticus ad constitutiones regni *lib. 2. pagin. 65.* Carauita ritu magnæ Curiæ 193. & multa alia de hac materia tradit Andreas Gailus *tractatu de pace publi. libr. 1. capit. 12. numer. 1. &* Cumia in ritibus regni Siciliæ *capit. 55. à numer. 6.* Ratio † autem prædictæ distinctionis est, quia volenti accusare de pari 68 vel minori crimine, obstat ratio expressa, *leg. is, qui reus, infra de publicis iudiciis, & leg. si vxor, §. si iudex, infra de adulter.* & clarè significat *dict. leg. neganda, & ibi notat Salycetus, numer. 1.* De maiori † autem crimine poterit 69 accusare: quia maius trahit ad se minus, *leg. per minorem, infra eodem leg. fin. Codic. de ordine iudiciorum, Angel. consil. 39. numer. 3.* & sic propter maius crimen supersedetur in accusatione minoris termini, quia † in- 70 terest Reipublicæ maius delictum citius puniri, *Salycet. dict. leg. neganda, num. 3.* Et † vtrum alia diuersa per- 71 sona possit accusare iam accusatum de alio crimine diuerso: videnda est *l. 13. tit. 1. partit. 7.* & ibi explicat Gregor. *in gloss. fin.*

Secunda † principalis conclusio 72 ex doctrina Bartoli supra relata ea sit, quod post nomẽ receptum inter reos non potest reus reaccusare, etiam de maiori crimine, vt colligitur ex generalitate *dict. leg. is, qui reus, infr. de publicis iudiciis*, & hodie Cumia in ritib. regni Siciliæ *cap. 55. num. 7.* Nam † tunc litis contestatio facta in minori impediet, quòd in eo non su- 73 persedeatur propter maius crimen *l. si maritus, §. perscriptiones, infra de adulter. facit leg. si cui, §. final. infra. de accusat.* resoluit Imola *dict. leg. is, qui reus, numer. 8.* Quicquid contrarium resoluit Maranta *in dicta 6. distinctione iudiciorum, numer. 48.* Limitetur tamen † hæc secunda conclusio, vt non 74

procedat, si reaccusans prosequatur suam vel suorum iniuriam: nam etiam post nomen receptum inter reos, poterit prædicto crimine suum accusatorem reaccusare, quia is casus semper videtur exceptus à generali prohibitione de non accusando, *leg. qui iudicio, & l. hi autem omnes, infra de accusat.* & in specie colligitur ex generaliate *dict. l. neganda,* & tradit Imol. *d. l. is, qui reus, n.* 4. Cumia in ritibus regni Siciliæ, *cap.* 55. *n.* 9.

75 Ex † quibus colligendum est, decisionem *d. l. neganda* generaliter procedere, siue nomen sit receptum inter reos, siue adhuc non. Omnes enim eius conclusiones in vtroque casu sunt admittendæ, vt constat *ex supra traditis, notat Gregor. leg.* 4. *tit.* 1. *partit.* 7. *verb. accusat,* Cumia in ritibus regni Siciliæ, *cap.* 55. *numer.* 8. *ad finem.* Præ-

76 terquã † illa conclusio, quæ ex ea colligitur à contrario sensu, quod de maiori crimine poterit reaccusare. Nam hæc conclusio tantùm procedet, antequam nomen sit receptum inter reos, & non post illud receptum, vt cõstat *ex supra traditis.* Quin-

77 imò † & hæc postrema conclusio poterit admitti, etiam post nomen receptum inter reos, si eam intelligas in eo sensu, vt in his terminis, non possit accusator reaccusare suum accusatorem, etiam de grauiori crimine. Cæterùm alium quemcunque delinquentem poterit accusare coram iudice competenti, quamuis qui nũc accusat, sit iam accusatus pro alio crimine, & eius nomen sit receptum inter reos. Nam in his terminis id non inuenitur prohibitum, vt admonet Imol. *dict. leg. is, qui reus, numer.* 5. qui *num.* 17. asserit receptum.

78 Nam in simili † videmus, quòd ante nomen receptum inter reos, quis potest reaccusare suum accusatorem de maiori crimine, & supersedetur in minori, *vt dictum est,* & tamen si is accuset alium diuersum, non ob id supersedetur in minori, iuxta titulum Codic. *res inter alios,* & tradit Imol. *d. leg. is qui reus, numer.* 16. & alia de hac materia vide per Panormitan. *capit.* 1. *numer.* 22. *de mutuis petition. & Duenhas regul.* 29.

Vltimò † addendum est, in hac 79 materia, quòd si reconuentio fiat de causa, de qua iudex conuentionis cognoscere non possit etiam de consensu partium, non est admittenda prædicta reconuentio: nam priuilegium illud reconuentionis, quòd iudex conuentionis, sit etiam iudex reconuentionis, ea ratione inductum est: quia quem actor elegit iudicem in conuentione, non debet dedignari coram eodem reconueniri *d. leg. cùm Papinianus,* quæ ratio apertè cessat, quando etiamsi partes vellent, iudex conuentionis non potest cognoscere de causa reconuentionis, propter priuilegium rei, vel causæ. Exemplum † habes *leg. non distinguemus, §. de liberali, supra de receptis arbitris, tradit Bartol. d. authent. & consequenter numer.* 6. *& ibi Paul. numer.* 2. *Ancharan. capit. dispendia, §. reus quoque, numer.* 6. *de rescription. in* 6. probat. Ordin. Portugall. *libr.* 3. *titul.* 24. §. 4. *& hodie libr.* 3. *titul.* 33. §. 5. *noua recopilationis.* Aliud etiam exemplum inuenies apud Gom. *d. cap. dispendia, num.* 35. *vers. tertia, de rescript. in* 6. 80

Et † est aduertendum, cautè fuisse dictum, conclusionem non procedere, quando propter priuilegium causæ, vel rei, iudex conuentionis non potest cognoscere de causa reconuentionis: etiam de consensu partium. Nam propter priuilegium personæ, cognoscere non possit, aliud erit, Iudex enim conuentionis eo casu erit iudex reconuentionis, etiamsi tale 81

tale

tale sit priuilegium, cui partes renunciare non possint, *leg. 2. §. sed si agant supra, eodem*, & ita declarat Bartol. *dict. auth. & consequenter, num. 19. Ordinatio Portugalliæ libr. 3. titul. 24. §. 4. & hodie libr. 3. titul. 33. §. 5. nouæ recopi-*
82 *lationis.* Ex † quo infert Bartol. *vbi supra*, quòd si clericus conueniat laïcum coram iudice seculari, potest coram eodem iudice reconueniri per laïcum, quantumcunque clericus ratione personæ sit exemptus à iurisdictione seculari, per priuilegium, cui ipse renunciare non potest, *capit. si diligenti, de foro competenti*, & in specie videtur text. auth. *de sanctissimis Episcop. §. reuerendissimi, collat. 9.* & esse receptam conclusionem asserit Angel. Aretin. §. *idem iuris, numer. 43. Institut. de except. Felin. capit. at si clerici in principio, numer. 10. de iudiciis. Guilhelm. capit. Raynutius, verb. & vxorem, decis. 2. numer. 124. de testament. Maranta in praxi 4. parte 6. distinctione iudiciorum, numer. 44. pag. 159.* Tripliciter limitans, *& Duenh. regul. 102. Anton. de Math. de prorogatione iu-*
83 *risdictionis, numer. 60.* Et hanc † opinionem in regno Castellæ probat *leg. 57. titul. 6. partit. 1.* & ibi Gregor. *verb. alli deue*, resoluit, hanc esse magis communem opinionem, & in regno
84 Portugalliæ eam probat Ordin. † *libr. 2. titul. 1. §. 1. nouæ recopilationis.* Neque
85 repugnat † reg. *dict. capit. si diligenti, de foro competenti*, quia loquitur in renunciatione facta per hominem, nos autem loquimur de renunciatione principaliter inducta per legem, quo casu valida debet censeri renunciatio, vt in simili probatur *cap. dilecti, de foro competenti.*
86 Et † est expendendum, quod Ordinatio Portugalliæ *libr. 2. titul. 1. §. 1. in fine*, admittit hanc reconuentionem, etiamsi fiat de crimine ciuiliter intentato, quæ fuit opinio glos. *capit. multa, verb. seculari, 1. quæstion. 7. & gloss. 2. capit. at si clerici, in princip. de iudic.* & ibi defendit Decius *numer.*
25. Quamuis † magis communis 87
Canonistarum opinio teneat contrarium, per *capit. vnic. de cleric. coniugatis in 6.* vt resoluit Panormit. *cap. at si clerici, in principio numer. 20. & ibi Felin. numer. 8. Aufrer. de potestate secular. super clericos, regul. 2. fallentia tertia. Palatius repetit. cap. per vestras 2. notabil. §. 1. num. 29. fol. 185. Gregor. l. 59. titul. 6. partit. 1. (alli deue) post medium.* † Sed 88
opinio quam probat Ordinatio Portugalliæ, videtur verior per authent. *vt clerici, apud proprios Episcopos, §. si verò, de crimine, collat. 6.* & quia adhuc videtur militare ratio Bart. sup. assignata.

Neque † obstat *dict. cap. vnicum de* 89
clericis coniugatis in 6. quia debet limitari non procedere in causa reconuentionis: poterit enim clericus coniugatus reconueniri de crimine ciuiliter, cùm executio tunc tantùm in bonis fieri debeat, & sic militat eadem ratio, quæ in causa ciuili.
Nam † si quacunque de causa, execu- 90
tio sit facienda in persona clerici, non admittetur reconuentio, quia persona clerici censetur res spiritualis, *cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis in 6.* Decius *consil. 241. numer. 2.* Cùm igitur hoc casu iudex secularis ratione rei spiritualis, non possit cognoscere de causa reconuentionis: meritò in prædictis terminis illi non erit locus, *iuxta supra tradita*, & in specie aduertit Felin. *cap. at si clerici, in principio, num. 10. vers. fallit. 3. & vers. fallit. 4. de iudiciis*, & in simili hos casus distinguit Federic. *consil. 93. n. 5.*
Quod † & generale est, vt de causa 91
spirituali non possit fieri recõuentio, coram seculari, cùm tunc ratione causæ iudex secularis sit incompetẽs, *cap. tuam, de ordin. cognitio. tradit Felinus dict.*

dict.cap. at si clerici, in principio, num. 10. *vers.* 2. *fallit. Maranta d.* 6. *distinctione iudiciorum, num.* 44. *Gregor.l.* 57. *titul.* 6.
92 *partit.* 1. *verb. (alli deue.)* Quibus † addendum est, clericum posse reconueniri coram seculari, etiamsi renunciet liti conuentionis prius intentatæ, coram seculari, quia inuito conuento liti renunciare non potuit in eius præiudicium, *auth. qui semel, Cod. quomodo & quando iudex, tradit Afflict. decis.* 173. *n.* 4. *Maran.d.* 6. *distinct.iudiciorum*, *n.* 46. *& alij relati per Menoch. lib.* 1. *de arbitr. quæst.* 44. *n.* 4.

93 Pro coronide † autem huius materiæ agendum est, de intellectu Ordin. Portugalliæ, *lib.* 2. *titul.* 6. *& hodie lib.* 2. *tit.* 7. *noua recopilationis.* Quæ disponit, quòd in quibus causis secularis potest cognoscere de causa ciuili, mota aduersus clericum, potest etiam iubere fieri executionem in bonis ipsius clerici: & addit rationem, quia prout cognitio causæ pertinuit ad secularem, ita etiam executio debuit ad eundem pertinere. Quæ tamen ordinatio, tam in decisione, quàm in ratione videtur difficultatem habere: In † decisione quidem:
94
quia licèt secularis cognoscat de causa † aduersus clericum, tamen exe-
95
cutio in eius bonis debet fieri per iudicem Ecclesiasticum, vt significat *cap. vnicum, de cleric. coniug. in* 6. *& ibi notat Anchar.* 4. *notab.* ad idem allegans *capit. final. de except. in* 6. & subscribit Pallat. *recept. capit. per vestras,* 2. *notab.* §. 1. *numer.* 4. *pagin.* 181. Si-
96 militer etiam † & ratio assignata per prædictam ordinationem dubia redditur ex eo, quia ea admissa sequeretur, quòd etiam in casibus, in quibus Ecclesiasticus cognoscit aduersus laïcos, posset etiam iubere executionem fieri in eorum bonis, & tamen contrarium est verius & rece-
97 ptius. Nam imò † aduersus eos debet procedere per censuras Ecclesiasticas, & si nolit parere, debet contra eum implorare auxilium brachij secularis, *capit.* 1. *de offic. Ordinament.* resoluit Pallat. *dict. capit. per vestras,* 2. *notab.* §. 1. *numer.* 5. & Couarruuias *practicar. quæstionum capit.* 10. *numer.* 2. *vers.* 3. probat *leg.* 4. *titul.* 1. *libr.* 4. *ordinamenti.*

Sed † defendendo prædictam ordinationem Portugalliæ, ad primam 98
difficultatem respondetur, verius esse secularem, in quibus casibus sententiam validè tulit aduersus clericum, potuisse iubere executionem fieri in eius bonis temporalibus, *leg. ad dictos cum glos. Codic. de Episcop. audien. l.* 2. *Cod. vt nemo priuatus, resoluit. Guilh.c. Raynutius, verb. & vxorem, decis.* 2. *n.* 147.

Ad † secundam autem difficultatem respondetur, in hac materia 99
constituendam esse differentiam inter iudices Ecclesiasticos & seculares: nam seculares possunt exequi suas sententias, in bonis temporalibus clericorum, & tamen Ecclesiastici non possunt exequi suas sententias in bonis temporalibus seculariũ.
Ratio † differentiæ est, quia licèt 100
personæ clericorum sint exemptæ à iurisdictione secularium, bona tamen temporalia ipsorum, cùm sint in territorio regis secularis, illi subijciuntur, *Felin. capit. Ecclesia, num.* 8. *de constitut.* & ideò secularis tanquam in bonis sitis in suo territorio poterit facere executionẽ *l. qui restituere, supr. de rei vendic.* Ecclesiasticus autem vltra † ambitum Ecclesiæ, & pertinen- 101
tia ad spiritualia, nullum censetur habere territorium, *capit. licèt ex suscepto, de foro competenti, capit. causam el* 2. *& ibi Panormit. num.* 3. *qui filij sint legitimi, notab. Bellug. in specul. Principum, rub.* 14. §. *nunc videamus, num.* 37. *pag.* 87. Vnde † & iudex Ecclesiasticus 102
proprio

proprio iussu & authoritate, non potest iubere capi laïcum tanquam existentem in alieno territorio, iuxta regulam *cap. dilecta, de verbor. sign. & l. si quis fugitiuus*, §. *celsus. & ibi glos. verb. abduce, infra de adil. edicto*, & pariter neque in eius bonis tanquam existentibus in alieno territorio, *cap. postulasti, in fine, de foro compet. l. cum vnus*, §. *pe-*
103 *nult. infra de bonis auth. iudic.* Vt † ergo Ecclesiasticus in illis possit facere executionem, debet obseruare formam præscriptam, *cap. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* & sic cessant prædictæ difficultates. Leges, quæ sequuntur, interpretatæ fuerunt *l. si quis postea, quam & l. hæres absens in princip. sup. eod.* & ideo peculiaris earum omittitur interpretatio.

L. Si de vi, 37. ff. de Iudic.

SVMMARIA.

1 *Legem hanc famosam appellat.*
2 *In omni re datur dominiũ & possessio.*
3 *Pro dominio & possessione diuersa remedia sunt prodita in iure: & Remedia prodita ad dominium petendum dicuntur petitoria.*
4 *Remedia, quæ pertinent ad possessionem, dicuntur possessoria.*
5 *Promittit pro nunc solum agere de remedijs possessorijs, quia pertinent ad materiam huius text.*
6 *Remedia possessoria appellantur interdicta, ita vt vbicunque inueniatur facta mentio interdicti, intelligẽdum est tractari de remedio possessorio.*
7 *Declarat, qua ratione interdicta vocentur.*
8 *Formulæ, quibus olim interdicta concedebantur remissiuè.*
9 *Interdicta in tres diuiduntur species principales.*
10 *Quædam dicuntur adipiscendæ possessionis, quædam retinendæ, quædam restituendæ.*
11 *Interdictum adipiscendæ specialiori vocabulo nuncupatur, quorum bonorum, & quorum legatorum.*
12 *Interdictum retinendæ specialiori vocabulo nuncupatur Vti possidetis.*
13 *Interdictũ restituendæ dicitur Vnde vi.*
14 *Hæc interdicta sumpserunt appellationem à primis verbis, quibus fuerunt concepta post prætorem.*
15 *Colligit ex text. quod si de vi, & proprietate agatur, prius de vi cognoscendum, & pronunciandum est, quàm de proprietate cognoscatur.*
16 *Colligit etiam, quod neque eodem tempore, nec in eodem libello simul agi possit de possessione & proprietate.*
17 *Mouet difficultatem contra proximè dicta ex l. cum fundum §. fin. supra de vi, & vi armat. & c. pastoralis, de causa possess. & proprietat.*
18 *Circa intellectum huius text. refert traditionem, glos. hic referens opinionem Ioan. & Azon.*
19 *Intellectus Ioan. & Azon. tanquam in se falsus reijcitur.*
20 *Refert intellectum Martini, quem glos. hîc approbat, & communiter recipitur.*
21 *Qui agit petitorio, dicit rem non possidere, sed aduersarium.*
22 *Intentans interdictum vti possidetis, asserit se esse possessorem, & in possessione turbari.*
23 *De possessoris prius agitur, vt sciatur, quis debeat sustinere partes actoris.*
24 *Reprobat prædictum intellectum, de quo, num. 2. cum littera non conueniat, vt ibi ostendit.*
25 *Interdictum restituendæ admittit cumulationem cum petitorio.*
26 *Ad verum intellectum huius text. duos casus distingui.*
27 *Primus, quando vnus, & idem proponit petitorium, & possessorium simul in eodem libello.*
28 *Secundus, quando vnus proponit pos-*

 sessorium,

sessorium, & aduersarius proponit petitorium.

29 *Tradit, quod in primo casu est vera traditio glos. hic.*

30 *In secundo procedit is tex. & prius audietur ille, qui agit de vi, & aduersarius eius proponēs petitorium, non audietur, nisi postquam finitum fuerit iudicium possessorium de vi.*

31 *Tradit, idem dicendum esse in interdicto retinendæ possessionis.*

32 *Aduertit autor, expositionem, quam Doctores ibi assignant ad verbum de possessione, de quo in text. id est, de proprietate, restringere verbi generalitatem & proprietatem.*

33 *Declarat text. intelligendum esse, prout littera sonat, ac ita probat, quòd si quis agat de vi, & aduersarius aduersus eum opponat aliud remedium possessorium, prius de vi, quam de altero remedio possessorio agendum est.*

34 *Tradit expositionē Cuiac. ad hūc textū.*

35 *Reprobat dictam expositionem Cuiac. & ad eius fundamentum respondet.*

36 *Quæ sit differentia, quando de spolio agitur ciuiliter, vel criminaliter remissiuè.*

37 *Aduertit, quod ideo Iurisconsultus distinxit interdictum vnde vi, ab alijs possessorijs, quia si aduersarius ageret, etiam de vi in alia re commissa, in vtraque causa ex vi reconuentionis simul tractandum esse.*

38 *Si quis tanquam spoliatus agat interdicto vnde vi, & reus opponat de dominio, non est admittenda hæc obiectio, sed primū de vi agendum est.*

39 *Si conuentus interdicto vnde vi, opponat de alio possessorio, nihilominus prius de vi agendum est.*

40 *Tradit rationem harum conclusionum ex Panor. in cap. 1. de restit. spol.*

41 *Spoliatus nullo modo tenetur respondere ad obiectionem dominij, & ibi ratio traditur.*

42 *Reprobat rationē proximè assignatam.*

43 *Veriorem rationem assignat.*

44 *Non est admittenda allegatio, quæ probata non releuaret.*

45 *Etiamsi clarè constet, opponentem de dominio esse verum dominum illius rei, adhuc non audiretur, nisi prius spoliato restituto.*

46 *Expendit pro hac conclusione text. l. sequitur, §. si tu vi, in fine infra de vsucap.*

47 *Tradit responsionem Menoch. ad hunc textum. quam tamen reprobat.*

48 *Res furtiuæ, vel per vim possessa, non sunt vsucapibiles.*

49 *Si res furtiua, vel per vim possessa, redeunt ad potestatem veri domini, tollitur prædictum vitium, & efficiuntur vsucapibiles.*

50 *Refert contrarium determinare tex. in dict. §. si tu vi, & tradit rationem, in qua fundatur.*

51 *Quando dominus conuentus per interdictum vnde vi cogi potest ad possessionem restituendam, non videtur res in eius potestatem redijsse.*

52 *Inducit etiam pro prædicta illatione l. cum fundum, versic. quæsitum, infr. de vi, & vi armata.*

53 *Item inducit pro eadem illatione text. in cap. 2. de ordin. cognit.*

54 *Refert contrariam opinionem, & eam tenentes.*

55 *Inducitur pro hac opinione text. in c. cum dilectus, de causa possessionis.*

56 *Priorem opinionem, de qua num. 45. amplectitur vt veriorem, & magis ex mente iuris, & ad adducta in contrarium respondet.*

57 *Respondet ad l. bona fides, versic. incurrit, infra depositi.*

58 *Respondet ad cap. cum dilectus, de causa possessionis.*

59 *Etiamsi ex actis publicis constet spoliatorem esse dominum rei, adhuc cogetur spoliato restituere possessionem.*

60 *Expendit pro hac illatione text. in c. 2. de ord. cogn.*

61 *Refert*

61 *Refert cōtrariā opin.& illius authores.*

62 *Reprobat hanc secundam opinionem, & primam, de qua num. 59. amplectitur vt veriorem.*

63 *Respondet ad cap. primum, de restitut. spoliat. de cuius intellectu agit.*

64 *Reprobat intellectum modo assignatum ad dictum cap. primum.*

65 *Declarat, in quo sensu saluari possit proximus intellectus, assignatus ad dict. cap.*

66 *Spoliatus tacendo in iudicio videtur tacitè consentire, quod de dominio spoliatoris cognoscatur.*

67 *Assignat ad difficultatem d. cap. 1. veriorem resolutionem.*

68 *Quando spoliatus petit, se ante omnia restitui, & spoliator opponit de proprio dominio, si spoliatus tacet, non erit ante omnia restituendus.*

69 *Tradit, non esse necessarium, quòd spoliatus expressè consentiat, quòd de dominio spoliatoris agatur, & satis est tacere.*

70 *Declarat, quid dicendum, si spoliatus non tacet, imo protestetur, quod non admittatur allegatio spoliatoris de proprio dominio, & nihilominus iudex admisit prædictā allegationem.*

71 *Tradit rationem proximæ resolutionis.*

72 *Protestatio à principio facta, vt de dominio spoliatoris non cognoscatur, sufficit ad excludendum consensum spoliati, etiamsi postea taceat: magis enim censetur persistere in protestatione, quàm consentire.*

73 *Opponit contra dictam resolutionem ex reg. quod in dubio nemo videtur renunciare iuri proprio.*

74 *Renunciatio proprij iuris, nec ex aliquo facto, vel non facto inducenda est, quando alia potest sumi probabilis coniectura & interpretatio.*

75 *Ostendit, in hoc casu diuersam interpretationem à renunciatione proprij iuris sumi posse.*

76 *Tradit veriorem rationem ad d. c. 1. de restit. spol.*

77 *Dominium tāquam dignius absorbet, & ad se trahit causam possessorij.*

78 *Declarat, quod si in terminis dict. c. 1. prius constitit de possessorio, tamen non debet iudex ex officio, vel ad requisitionē partis spoliatū restituere.*

79 *Item neque exequi debet sentētiā latam super possessorio, sed necessario expectari debet, quod fiat probatio super dominio, & super eo feratur sententia, quæ debet absorbere possessorium.*

80 *Iudex non potest interuertere iuris ordinem.*

81 *Spoliatus potest suspendere petitorium à se intentatum cum possessorio, & efficere, quod suspendatur petitorium, & de solo possessorio agatur.*

82 *Idem potest facere de petitorio à spoliatore intentato.*

83 *Declarat proximè dicta intelligenda esse, quando ille, qui postea spoliauit, prius proposuit petitorium, quam reum spoliaret, & ibi ratio traditur.*

84 *Quando reus non potest prohibere, ne actor vtatur petitorio, non videtur in eo aliquo modo consentire.*

85 *Declarat, quid dicēdum, si prius agens petitorio spoliauit reum, & postea consentit spoliatus, quod ageretur de petitorio.*

86 *In iudicio non potest quis recedere ab eo, quod semel voluit.*

87 *Declarat d. c. cum dilectus, non procedere, si spoliatus consentiret, quod ageretur de proprietate spoliatoris, & tamen dominium, & possessorium non terminaretur vna sententia, sed diuersis.*

88 *Si prius cōstaret de possessorio, spoliatus restituēdus esset, etsi postea constaret de petitorio, sententia super eum lata absorberet sententiam latam super possessorio, etiam iam executam.*

89 *Consensus & tacita renunciatio partis debet intelligi secundū intentionē renūciātis, & nō potest vltra extendi.*

90 *Decisio d.c.1. de restit. spol. locum non habet, si constet de contraria voluntate spoliati, vt quia protestetur.*

91 *Tradit ex Alexandro, quod non sufficiat hoc casu simplex oppositio, cuius tamen dictum reprobat.*

92 *Consentire, vt de dominio agatur, pendet à voluntate spoliati, & sic sufficiet per quæcunq; verba cõtradicere.*

93 *Respondet ad authoritatem Alex. sup. relatam.*

94 *Declarat, in hoc casu magis probandam esse traditionem Bald. l. ordinarij. num. 14. vers. ego credo, Codic. de rei vendicatione.*

95 *Qui petit restitutionem possessionis virtualiter, protestatur, quod non audiatur spoliator de proprio dominio.*

96 *Respondet cum Bald. ad d. cap. 1. de restit. spol.*

97 *Vt non procedat d. cap. 1. sufficit vnica protestatio, quod non consentit agi de proprietate spoliatoris.*

98 *Mutatio voluntatis non præsumitur, & semper videtur durare, quamuis in actis postea factis transeat, & expressè non contradicat.*

99 *Tradit receptum esse, quod in protestatione facta circa dependentiã à mera volũtate, per actus contrarios, non videtur ab ea recessum, imò videatur repetita actibus, etiam contrarijs, postea subsecutis.*

100 *Tradit etiam, quod si tacitè vel expressim in aliquibus actibus contrarijs consentiat, in alijs diuersis minimè sibi praiudicabit, & in actibus posteà secutis in iudicio contradicere poterit.*

101 *Examinat, si iudex non stante contradictione spoliati, vlterius procedat, & admittat probationes super dominio spoliatoris, vtrum valeat ea admonitio, ita vt oporteat ab eo appellare.*

102 *Declarat, magis communem opinionem existimare, necessariam esse appellationem.*

103 *Iudex procedendo ad vlteriora videtur reijcere protestationem spoliati.*

104 *Refert contrariũ verius esse, imò quòd sententia sit in his terminis nulla, & consequenter non oporteat ab ea appellare.*

105 *Admissio dominij facta à iudice in actione spolij, est facta contra iuris prohibitionem, & ideo nullo modo valere potest.*

106 *Testibus receptis contra iuris prohibitionem nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute talium prohibitionum, est ipso iure nulla.*

107 *Respondet ad rationes communis opinionis contraria.*

108 *Quando processus est nullus, tunc per processũ ad vlteriora, nõ videtur iudex tacitè pronũciare super opposito.*

109 *Reijcit concordiam, quam inter has opiniones assignat Ruinus.*

110 *Explicat id, quod tradit Valasc. consul. 119. à num. 13.*

111 *Agit de vera explicatione text. in cap. 2. de ord. cog.*

112 *Tradit difficultatem contra dictam explicationem, cui duobus modis respondet, & de primo hic.*

113 *Assignat secundam responsionem ad d. difficultatem.*

114 *Agit de opinione Bart. l. naturaliter, §. nil commune, num. 3. infra de acquirend. possess. & recenset Doctores, qui eam sequuntur.*

115 *Tradit contra hanc Bart. opinionem tenere communiter Doctores.*

116 *Tradit rationem magis communis opinionis.*

117 *Ostendit opinionem Bart. videri probabiliorem, & eam secuta est Ord. Portug. lib. 4. tit. 58. §. 1. ad finem.*

118 *Respondet ad rationes magis communis opinionis, & hic ad primam.*

119 *Sententia lata super rei vendicatione, est solùm declaratoria antiqui dominij, & nullum ius vel dominiũ de nouo*

nouo transfert, cũ de hoc actũ nõ sit.

120 *Respondet ad c. 1. de restit. spol. & ad cap. cum dilectus, de causa possess.*

121 *Respondet ad l. si quis destinauit, infra de rei vend.*

122 *Refert Panormit. tenentẽ, quòd si spoliatus in iudicio confiteatur, spoliatorem esse dominum rei, à qua fuerat spoliatus, impedietur restitutio.*

123 *Reprobat dictam traditionem Panormit. & eius fundamento respondet.*

124 *Confirmat opinionem contra Panormitanum, & ostendit, quòd etiamsi notoriè constet, non solùm spoliatorem esse dominum rei, sed etiam spoliatum fuisse iniustum possessorem, nihilominus esset restituendus.*

125 *Refert contrariam opinionem, imò si constet, vel notorium sit, spoliatum fuisse iniustum possessorem, non sit restituendus.*

126 *Refert iura, quæ pro hac sententia adducuntur.*

127 *Approbat nihilominus ampliationem num. 124. & respondet ad ea, quæ in contrarium adducta sunt.*

128 *Respondet ad cap. ad decimas, de restit. spol. in 6. ex Afflict. lib. 1. const. rub. 24. num. 10.*

129 *Reijcit responsionem Afflict. & illius fundamento satisfacit.*

130 *Tradit secundam responsionem ad d. c. ad decimas.*

131 *Quando concurrunt illa duo, quod ius commune resistat spoliato, & faueat spoliatori, impeditur restitutio.*

132 *Aduertit, proximam responsionem non tollere difficultatem.*

133 *Tradit veriorem responsionem.*

134 *Assignat differẽtiã inter restitutionem spiritualium, vel quasi, & inter restitutionẽ in bonis profanis, & quid in vtrisque dicendum sit, declarat.*

135 *In restitutione spiritualium, vel quasi locũ habebit decisio d. c. ad decimas.*

136 *In bonis merè profanis, etiam in prædicto casu facienda erit restitutio.*

137 *Tradit rationem differentiæ & etiam latè explicat.*

138 *Respondet ad c. quia clerici, de iure patronatus.*

139 *Si constet, quem iniustè possidere, poterit iudex ex officio eum spoliare.*

140 *Iudex partem inauditam regulariter non debet spoliare.*

141 *Iudex in notorijs poterit partem inauditam spoliare.*

142 *Priuato non licet, etiam in notorijs, ius sibi dicere propria authoritate.*

143 *In notorijs potest iudex ius sibi dicere etiam in propria causa, quod priuatus facere non potest.*

144 *Si pendente appellatione aliquid innouetur per partẽ, tanquã attentatũ reuocatur, quantumcunq́ notorium sit, friuolè & iniustè appellasse.*

145 *Iudex, à quo friuolè appellatum sit, non tenetur deferre friuolæ appellationi, & ea non obstante poterit exequi sententiam suam, nec ea executio tanquam attentatum reuocabitur.*

146 *Si iudex, à quo friuolè appellatum sit, detulerit appellationi, videtur à se abdicasse iurisdictionem, & quasi facta à priuato, omnia innouata, interim per eum reuocabuntur.*

147 *In hac materia nulla est facienda differentia inter ius ciuile & Canonicum, sed tantum inter spiritualia & temporalia.*

148 *Iure Canonico in temporalibus spoliatus restituitur ante omnia, etiamsi iniustus videatur possessor.*

149 *Opponit, quod iniustus possessor, percipiendo fructus, peccat, & ideo ad euitandum peccatum non est restituendus, militat enim eadem ratio, quæ in spiritualibus.*

150 *Respondet ad difficultatem ex Antonio de Math. loco, de quo ibi.*

151 *Tradit Author suam responsionem ad dict. difficultatem.*

152 *Reprobat opinionẽ illorum, qui tenent, quod*

quod in profanis notorius defectus proprietatis impedit restitutionem possessionis, quâ quis fuit spoliatus.

153 *Declarat, quod hac magis communis opinio, de qua numero proximo, tantum admitti potest in spiritualibus, vel quasi.*

154 *Tradit d.cap.ad decimas, intellectum, vt supra, non habere locum in merè profanis.*

155 *Declarat, spoliatorem non esse audiendum, etiam si offerat, se in continenti velle probare dominium illius rei esse suum.*

156 *Probat conclusionem ex text.in l. si quis emptionis, §. sed hac super illis, Cod.de praescript.triginta annorum, quem ad id latè expendit.*

157 *Refert dicta resolutioni apertè contradicere legem, is, qui destinauit, supra de rei vendicatione, quam ad id inducit.*

158 *Proponit etiam pro eadem parte cap. cum Ecclesia, de causa possessionis, quod ad id expendit.*

159 *Si spoliatus agat rei vendicatione aduersus spoliatorem, potest spoliator ei opponere de proprio dominio, vel etiam de defectu dominij vendicantis, & super vtraque exceptione audiendus est.*

160 *Respondet ad text.d l.si quis emptionis, §. sed hac super illis, de quo num.156.*

161 *Quando l. alicui concedit rei vendicationem, omnes defectus, de quibus in d § sed hac.videtur suppleuisse.*

162 *Declarat, quod extra terminos speciales dict. §. sed hac super illis, si spoliatus agat rei vendicatione, locum habebunt tradita, num 159.*

163 *Si hares spoliati agat rei vendicatione, extra terminos dict. §. sed hac, poterit Reus excipere de proprio dominio.*

164 *Reprobat traditionem Bart. l. penult. n.4. infra de conditionibus, Instit.*

165 *Ostendit d.§. sed hac super illis, non loqui in terminis, de quibus per Bart. vbi proximè.*

166 *Tradit, praedicta limitanda esse, nisi Princeps iubeat simul tractari de possessione, & proprietate.*

167 *Princeps licitè potest iubere, vt simul tractetur de possessione & proprietate, quia videtur agi de paruo praeiudicio.*

168 *Resoluit cum Thesauro decis.15. n.4. quod licèt Princeps de potestate ordinaria possit iubere, vt simul tractetur de possessione, & proprietate, admonet tamen, quod semper Principi consulatur, vt ab huiusmodi concedendis rescriptis abstineat.*

169 *Omnis inferior à Principe, qui recognoscit superiorem, huiusmodi rescripta concedere non potest.*

170 *Item nec vice Rex ea concedere potest.*

171 *Item nec Rex consideratus tanquam administrator magistratuum militarium.*

172 *Tradit secundam conclusionem principalem, quod si de vi & possessione agatur, prius debet cognosci de vi.*

173 *Tradit intellectũ ad c.fi.de ord.cognit.*

174 *Oppugnat decis. dict. cap. fin. ex l.si quis ad se fundum, Codic.ad legem Iuliam de vi publica, quam ad id inducit.*

175 *Respondet ad supra adductam difficultatem, distinguendo duos casus.*

176 *Si reconuentio fit de spolio, in alia re diuersa commisso, procedit dict.cap. fin.de ord.cognit.*

177 *Si vero reconuentio fit de spolio, in eadem re commisso, procedit d.l.si quis ad se fundum.*

178 *Tradit rationem differentiae, quae inter hos duos casus versatur.*

179 *Spoliator potest reconuenire spoliatum de alio spolio, in re diuersa commisso, contra ipsum spoliatorem.*

180 *De spolio eiusdem rei antea commisso, eum reconuenire non potest.*

181 *Adducit*

181 *Adducit probationem primæ conclusionis, de qua num. 179.*

182 *Multum interest aliud spolium proponi per viam actionis, vel per viam exceptionis.*

183 *Declarat, quæ considerare debet opponens de spolio commisso per spoliatum in alia re.*

184 *Exceptio habet vim repellendi, non autem acquirendi rei restitutionem.*

185 *Si spolium ex vtraque parte commissum sit super eadem re, non admittetur reconuentio de alio spolio in eadem re commisso, sed vltimo loco detectus est ante omnia restituendus.*

186 *Declarat modò, de quo in proxima conclusione, esse declarandam, & limitandam generalitatem d. cap. fin. de ord. cognit.*

187 *Spoliatus est restituendus ad possessionem iniustam, & per vim per eum occupatam, quantumcunque de eo cōstet.*

188 *Pro regula constituitur, quòd etiam prædo ante omnia est restituendus.*

189 *A possessione sua etiam iniusta, nemo expelli potest priuata authoritate, sed debet super hoc iudicialiter audiri.*

190 *Reprobat Gratũ consf. 24. nu. 13. lib. 1.*

191 *Reprobat Aymonem locis ibi relatis.*

192 *Explicat §. recuperandæ, in fine, inst. de interdict.*

193 *Quando quis fuit deiectus cum armis, in eo interdicto solùm non opponitur ea exceptio, si non vi, vel clam, vel precario.*

194 *Reiicit prædictam declarationem, & ostendit verius esse d. §. recuperandæ, in fine, generaliter procedere, quacumque vi quis sit deiectus.*

195 *Si quis aliquem spoliauit sua possessione, etsi per vim possessionem obtinuit, & spoliatus ex interuallo ab eadem possessione eum deiecit, erit nihilominus restituendus ante omnia, quamuis constet iniustè, & violenter possedisse.*

196 *Tradit idem dicēdum, si quis qui nunc spoliat, clam possidebat respectu spoliantis.*

197 *Quoad defectum restituendi ante omnia à pari habetur spoliatum vi possidere, vel clam.*

198 *Proponit exemplum huius vltimæ resolutionis in clam possidente.*

199 *Refert Paul. Castr. consil. 399. num. 4. lib. 1. contrariam opinionem tenentem, & illius fundamenta adducit.*

200 *Id quod est maius præponderat, & absorbet id, quòd est minus.*

201 *Aduersus agentem remedio attentatorum, non potest excipi de alio spolio, & pariter de alio spolio non admittitur reconuentio.*

202 *Remedium attentatorum est fortius, & fauorabilius, quàm interdictum vnde vi.*

203 *Tradit, quòd non obstantibus supra dictis, prima opinio longè verior est, de qua num. 197.*

204 *Respondet ad rationem Castr. & primò ad reg. l. si quis ad se fundum.*

205 *Prout vltima mora nocet, ita & vltimum delictum debet nocere.*

206 *Respondet ad id, quod obiicitur de remedio attentatorum.*

207 *Attentatum reuocatur per solum iudicis officium, neque dato libello, nec lite contestata, & ideò non admittitur reconuentio per interdictum vnde vi, in quo ordinariè proceditur respectu attentati.*

208 *Si reconuentio fieret de alio attentato commisso in diuersa re, admitteretur reconuentio.*

209 *Examinat, an dari possit spolium clandestinum, quin circa eum concurrat priuatio violenter facta.*

210 *Respondet ad replicationem, quæ contra proximam resolutionem fieri poterat.*

211 *Docet, quòd respectu naturalis possessionis non est necessarium, recurrere ad interdictum restitutorium, &*

ibi

ibi elegans ratio trahitur.

212 *Licitum est domino ad defensionem suæ ciuilis possessionis, possidentem naturaliter propria authoritate expellere.*

213 *Refert multos Doctores, tenentes, quòd ciuiliter possidens non possit propria authoritate expellere possidētem naturaliter, imò si eum expellat, cogetur naturalem possessionē restituere.*

214 *Reprobat proximam opinionem, & priorem num. 212. amplectitur, & ad arg. contraria respondet.*

215 *Respondet ad l. si alius, §. bellissimè, infra quòd vi aut clam.*

216 *Refert differentiam inter interdictum quod vi, aut clam, & interdictum vnde vi.*

217 *Reprobat prædictam differentiam.*

218 *Expendit text. in dict. l. alius, §. bellissimè & ostendit, quòd regulariter non potest quis destruere, quod clam ædificatum est in suo solo, si id ex interuallo fiat, secus si in continenti.*

219 *Tradit concordiam ad dictas opiniones, & casus distinguit, optimam resolutionem assignans.*

220 *Si quis occupauerit possessionem vacantem, non dicitur vim committere, appellari tamen potest clandestinus possessor, si metu, ne ab alio prohiberetur, clam ingressus est.*

221 *Tradit non esse verum, quòd pro constanti præsupponit Aretin. d. §. qui ad nundinas, num. 12.*

222 *Declarat, quòd licèt concordia supra relata sit in se vera, & communiter recepta, est tamen diuinatoria quoad terminos d. §. bellissimè.*

223 *Assignat veriorem interpretationem ad dictum §. bellissimè.*

224 *Docet, quòd prout possessio ciuilis videtur amissa per inundationem fluminis, ita etiam videtur perdita per ædificationem in ea, scilicet parte fundi, quam ædificium occupat.*

225 *Proxima æquiparatio procedit, siue ædificatum sit domino sciente, siue ignorante.*

226 *Notat hic esse casum, in quo datur clandestina possessio absque concursu violentiæ, & tamen regulatur ad instar violentiæ.*

227 *Respondet ad l. fin. §. si ad ianuam, infra quòd vi aut clam, & de eius intellectu agit.*

228 *Per fictionem tabularum in foribus domus, non admittitur ciuilis possessio.*

229 *Declarat, qua ratione procedat lex quemadmodum, infra ad legem Aquiliam.*

230 *Respondet ad §. recuperandæ, inst. de interdictis, & de eius intellectu agit, & ostendit repugnantiam, quæ in eo textu versatur.*

231 *Tradit responsionem ad dictum §. recuperandæ, vt repugnantia vitetur.*

232 *Reiicit proximam responsionem.*

233 *Alio modo respondet ad dictum §. recuperandæ.*

234 *Si absens, sciens esse occupatam possessionem naturalem, non fuit ausus reuertere, & illam recuperare, amittit ciuilem, quo casu possessio dicetur clandestina, & non violenta.*

235 *Tradit auctor, proximam resolutionem esse contra mentem Doctorum, qui sentiunt, hoc casu violentam esse possessionem.*

236 *Assignat auctor suam responsionem, ad dictum §. recuperandæ.*

237 *Nemo potest sibi causam possessionis mutare.*

238 *Qui ingressus est fundum clam, & vacantem possessionem naturalē occupauit, & postea per vim acquisiuit ciuilem, naturalem videtur clam possidere, ciuilem autem violenter.*

239 *Hæc naturalis clandestina possessio, ciuilem postea vacantem, ad se trahit, ita vt possidenti naturaliter, etiam ignoranti, acquiratur, & cum ea inueniatur.*

240 *De*

240 *Declarat, hoc casu agi de rest. naturalis possessionis, & etiam ciuilis.*
241 *Si clam possidens deijcitur à naturali, restituetur ad clandestinam possessionem, habito respectu ad naturalem, & dicetur etiam restitui ad violentam possessionē respectu ciuilis.*
242 *Hoc casu, cùm naturalis possessio, tanquam dignior, traxit ad se ciuilem, postea vacantem, nomen à digniori imponendum est.*
243 *Colligit ex dict. §. recuperandæ, ibi precario, quòd precario possidens, si deijciatur, est ante omnia restituendus.*
244 *Refert opinionem Rotæ decis. 1. de restit. spol. per quam proxima conclusio impugnatur, vbi etiam tradit multos Doctores, qui eam opinionem sequuntur, & communem dicunt.*
245 *Impugnat dictam communem resolutionem.*
246 *Cōcordiā ad dictas opiniones assignat.*
247 *Deiectio præsupponit repugnantiam ex parte deiecti.*
248 *Si precario possidens reluctauerit, & noluerit de possessione precario recedere, videtur interuertere domini possessionem, & poterit dominus eum incontinenti deijcere, non autem ex interuallo.*
249 *Declarat, quod in terminis, de quibus num. proximo, procedit dict. §. recuperandæ, in fine, & alij Doctores, quos ibi annumerat.*
250 *Si quis malo animo deijciatur ab officio, vel beneficio manuali, à suo superiore, si præsumatur, quòd animo se vendicandi subditum priuauit, venit restituendus.*
251 *Tradit intellectum ad l. vis eius, 15. Cod. de probationibus.*
252 *Tradit ex Baldo, quòd possessio damnata per ius, nihil prodest successori.*
253 *Declarat & aduertit aduersus dec. d. l. vis eius, duas vrgere difficultates.*
254 *Refert primam difficultatem, & ostendit, quando vnus probandi libertatem competat seruo fugitiuo.*
255 *Refert secundam difficultatem, & declarat, vltimum delictum debere considerari.*
256 *Defendit d. l. eius, vis & respondet ad primam difficultatem.*
257 *Licèt regulariter illi incumbat onus probandi libertatem, qui ex quasi possessione seruitutis proclamat ad libertatem, tamen id non procedet, quando constat, seruum ante bonam fidem fuisse constitutum in quasi possessione libertatis, & per vim postea reductum ad quasi possessionem seruitutis.*
258 *Declarat ex dict. l. vis eius, tantùm colligi, posse, scilicet iniustam possessionē domini, nihil eum iuuare quoad eum effectum, ne censeatur actor.*
259 *Respondet ad secundam difficultatem ex Paul. d. l. vis eius, num. 3.*
260 *Reijcit Pauli responsionem.*
261 *Refert aliam responsionem.*
262 *Iniustè detrusus in carcerem, quocunque tempore fugit licitè à carcere.*
263 *Reijcit etiam dictam responsionem.*
264 *Assignat veriorem responsionem, & ostendit, quòd si homo liber in vinculis ponitur, tanquam seruus, nulla acquiritur possessio illi, qui hanc vim commisit.*
265 *Homo liber per alium possideri non potest, & idem erit, quando quis in bona fide constitutus in quasi possessione libertatis, per vim abducitur in seruitutem.*
266 *Assignat veram interpretationem ad d. l. vis eius.*
267 *Si re vera seruus, vel existens in quasi possessione seruitutis, aufugeret à domino, nō procedet d. l. vis eius, sed inducetur reg. d. l. si quis ad se fundū,*
268 *Quando exceptio iniustæ possessionis concludit, iniusto possessori nullam omnino fuisse quæsitam possessionem, tunc restitutio impedietur, quæ non*

non conceditur, nisi illis, qui eam possiderent ab ea fuerunt deiecti.

269 Aduersus spoliatum generale est, quod admittatur exceptio, quae concludat, eum non possedisse, vel possidere non potuisse.

270 Si exceptio tantum concludat, possessionem fuisse iniustam, quamuis tunc concludat, eam possessionem, quoad effectus iuris, non esse in consideratione, non tamen ex eo deducitur, spoliatum non esse ante omnia restituendum.

271 Explicat text. in cap. ad decimas, de rest. spol. in 6.

272 Possessio per ius damnata nihil iuuat possessorem.

273 Quando quis possidet, repugnante iure communi, talis possessio non releuat primum possessorem, neque aliquam praesumptionem pro eo inducit, etsi longo tempore possideat.

274 Reprobat hanc communem resolutionem, & ostendit rationem, in qua se fundat d. cap. ad decimas.

275 Secundum iuris principia, licet constet, spoliatum iniustè possedisse, ei tamen debet restitui possessio.

276 Licet constet, spoliatum esse dominum rei, & possessorem iniustè possedisse, etiam in his terminis spoliato conceditur restitutio.

277 Declarat d. cap. ad decimas tantum saluari posse in decimis, quae sunt annexae spiritualibus, & sequuntur eorum naturam.

278 In spiritualibus vel quasi, non conceditur restitutio, nisi deiectus vltra possessionem probet titulum saltem coloratum.

279 In spiritualibus tum demum denegatur restitutio, quando quis possedit decimas in parrochia aliena aliquo tempore, sed si eas possedit longo tempore, & sic per decem annos, tunc spoliatus restituetur etiam in spiritualibus.

280 Dicta numero proximè debent intelligi, quando ille, qui possidet dictas decimas, est persona Ecclesiastica, capax decimarum: nam si laïcus illas possideat, qui illarum est incapax, spoliatus illis indistinctè non restituitur.

281 Proximè dicta procedunt, etiamsi incapax decimarum longissimo tempore eas possideat.

282 Refert contrariam opinionem, imo laïcum possidentem decimas, & illis spoliatum, esse restituendum.

283 Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Couarru. ibi relato, vt scilicet si laïcus expellatur à iure decimandi ab eo, cui ius commune non fauet, sit restituendus, & ibi exemplificat.

284 Reijcit dictam concordiam.

285 Tradit aliam veriorem concordiam.

286 Concludit, quod vt laïcus spoliatus ad ius decimarum restituatur, oportet, probare titulum saltem coloratum, per quem redditus fuerit capax praedicti iuris.

287 Examinat illam quaestionem, si emphyteusis sit concessa ad certas vitas, & illae sint finitae, vel incidit in commissum, quia non soluit debitã pensionem per triennium, vel alienauit emphyteusim sine licentia domini directi, vtrum dominus directus emphyteutam, persistentem in emphyteusis possessione possit licitè expellere propria authoritate.

288 Refert opinionem glos. in hac quaestione l. 2. verbo expellere, Cod. de iure emphyteutico, quae affirmatiuam partem sequutur, & ibi prope infinitos Doctores refert, qui glos. opinionem sequuntur, quam ipse defendit à num. 313.

289 Refert ex Emanuele Rodriguez in quaestione, de regularibus, prima parte, quaestione 38. art. 2. per Pium Quintum fuisse concessum fratribus sanctae Trinitatis, in Regno Portugalliae,

gallie, vt propria authoritate possint expellere emphyteutas, non soluentes debitas pensiones debito tempore.

290 Euictus propter propriam culpam, etsi iustè spoliatus, non obtinet iuris amissi restitutionem.

291 Adducit pro eadem parte l.2.Cod. de iure emphyteutico, quam ad id expendit.

292 Euictus ex permissione l. & sic iustè, & licitè, non est audiendus, si eo casu restitutionem petat.

293 Quando possessio rei licitè & iustè peruenit ad dominum sine vitio, licitè dominus eam retinere poterit, & cessat restitutio.

294 Refert cõtrariam opinionem, imò quod in prædictis casibus emphyteuta expulsus propria authoritate domini directi, sit ante omnia restituendus, & multos Dd. hanc opinionem tenentes allegat.

295 Quando pœna incurritur ipso iure, antequam fiat executio, oportet præcedere sententiam declaratoriam pœnæ incursæ.

296 Refert, ad hunc articulum varias concordias assignari, ipse autem solum de notabilioribus agere promittit.

297 Refert concordiam assignatam à Bar. l.2. num.13. C. de iure emphyteut.

298 Declarat, quando huic communi concordiæ locus esse possit.

299 Si dominus directus propria authoritate ingrediatur per vim, emphyteuta expulsus restituetur, & dominus directus amittet ius suum.

300 Notat, quod emphyteutam resistentem cum armis, possit dominus directus expellere.

301 Cum l.in prædictis casibus permittat, dominum emphyteutam expellere, & sic tanquam executor l. id faciat, expulso deneganda est restitutio.

302 Emphyteuta resistens vult priuare dominum sua ciuili possessione, vel saltem in ea illum turbari: ergo dominus in defensionem suæ ciuilis licitè potuit emphyteutam resistentem expellere.

303 Reiecta prima concordia tradit secundam, quæ fuit Speculatoris titul. de emphyteusi, §. nunc alia, num.62. ad finem.

304 Refert pro eadem concordia dictum Peregrin. de fideicommiss. art.1.nu. 38. quod aut est notorium, extinctum esse ius emphyt. & poterit dominus eum expellere propria authoritate aut est dubium, & tunc licitè non expellet.

305 Reijcit dictam concordiam.

306 Assignat tertiam concordiam ex Bal. cap. quæ in Ecclesiarum, num.31. de constit.

307 Refert elegantem traditionem Afflicti pro hac concordia Bald. decis. 97. num.3.

308 Refert etiam pro eadem parte resolutionem Caroli Molinei in consuetudinibus Paris.§.30. num.173.

309 Ostendit, hanc concordiam non discrepare à concordia Speculatoris supra relatam, & Baldi, sed tantum videtur eas exemplificare.

310 Ostendit etiam vtramque concordiam non videri veram.

311 Quartam concordiam assignat ex relatis per Caualcanum decis.80. alias decis.36. num.359. in 3. parte.

312 Reprobat hanc concordiam.

313 Resoluit, quod omnibus pensatis prima opinio, de qua num.288. verior & receptior est, & indistinctè approbanda.

314 Refert ex Rebuff. hanc opinionem iure communi obseruandum esse, licèt consuetudine contraria in Francia obseruetur.

315 Emphyteuta fructuarius, & similes dicuntur rem naturaliter possidere, nomine quidem suo.

316 Dominus directus dicitur eandem rem possidere ciuiliter.

317 *Declarat proximè tradita intelligēda esse habito respectu principaliter ad ipsam rem, in qua fructuarius habet ius vtendi, & fruendi, emphyteuta autem habet vtile dominium.*

318 *Quando agitur de iure illo, quod prædicti possident, dicentur quidem illud naturaliter, & ciuiliter possidere.*

319 *Declarat quod hac ratione prædictis deiectis vel turbatis in eo iure, per interdicta possessoria, succurritur, siue turbentur à tertijs, siue ab ipso proprietario.*

320 *Aduertie, quod illud ius vtile, quod prædicti videntur possidere naturaliter, & ciuiliter, videtur suspendi sub tacita conditione, si modo illi impleant ex parte sua id, ad quod tenentur ex natura contractus, aliàs resoluitur concessio, & ius ratione illius acquisitum.*

321 *Infert ex dicta resolutione, quòd si emphyteuta incidat in commissum, quasi adueniēnte, & impleta tacita illa conditione resolutiua, concessio ipsa resoluitur, & vtile dominium consolidatur cum proprietate.*

322 *Declarat etiam, quod ipsa ciuilis possessio, quam prædicti videbantur habere respectu vtilis dominij iam resoluti, etiam videbitur extincta.*

323 *Extincto vsufructu, quem pater habebat in bonis aduentitijs filij, possessio, quam pater habebat, filio etiam ignoranter acquiritur, & in eius persona consolidatur.*

324 *Possessio ciuilis in his terminis trahit ad se possessionem naturalem vasalli, vel emphyteutæ.*

325 *Proximè dicta intelligenda sunt de ciuili possessione, quam emphyteuta, & similes videntur habere ratione sui iuris.*

326 *Refert multos Doctores tenuisse, prædictos solam naturalem possessionem habere, & in quo sensu ij accipiendi sunt, declarat.*

327 *Refert ex Baldo, quod licèt propter censum non solutum dominium vtile consolidetur cum directo, tamen censuarius non amittit suam possessionem, antequam ab illa sit deiectus, & idem in emphyteuta obseruabitur.*

328 *Respondet ad traditionem Baldi proximè relatam.*

329 *Possessio naturalis propter nullitatem tituli minimè impeditur.*

330 *Format elegans argumentum, quo concludit, quod ciuiliter possidens potest naturaliter tantum possidentem propria authoritate expellere, vt suam ciuilem possessionem defendat, & in ea non turbetur per possidentem naturaliter.*

331 *Ostendit, dictam naturalem possessionem, licèt à principio fuerit iusta, iam modo reddi iniustam.*

332 *Confirmat resoluta ex traditis per Bart. l. 2. n. 4. C. de iure emphyt. cuius traditionem hic proponit.*

333 *Præcaria possessio dicitur iusta, donec durat concedentis voluntas, ea autem cessante dicitur iniusta.*

334 *Tradit, quod emphyteuta, qui extincta emphyteusi, permanet in sua naturali possessione, iniustè videtur possidere.*

335 *Hoc casu cogetur emphyteuta per interdictum vti possidetis, desistere ab ea molestia, & possessionem domini liberè dimittere.*

336 *Refert etiā pro eadem parte eleganter tradita per Cuman. consl. 173. ad fin.*

337 *Tradit, quod licèt iniustus possessor non debeat expelli à sua possessione, & expulsus restituitur, hoc tamen locum non habet, quando per dominum ciuiliter possidentem expellitur, & ibi rationem assignat.*

338 *Possidens naturaliter iniustè, & nolens eam admittere, domino directo, id petente, vim ipso domino videtur inferre, & licitum est domino*

mino vim vi repellere.

339 *Tradit etiam, quòd si ipse emphyteuta domino veniēte noluerit admittere, & sic eum priuauit sua ciuili, poterit eum incontinenti eijcere, non autem ex interuallo.*

340 *Retinet primam opinionem tanquam veriorem, & magis receptam, & ad argumenta contraria respondet.*

341 *Respondet ad primam rationem, de qua num.295.*

342 *Quando dominus directus spoliat tanquam minister & executor legis, non est necessaria sententia, nec citatio partis.*

343 *In hoc casu quoad prædictum effectum, cùm non sit necessarium ministerium iudicis, id obtinebit, etiamsi non præcesserit sententia declaratoria.*

344 *Refert optimam replicationem contra proximè resoluta.*

345 *Respondet ad dictam replicationem, & tradit, quod in pœnis ipso iure incursis, licèt fiat executio, non procedente sententia declaratoria, nec discussis excusationibus, tamen opposita exceptione interim sustinebitur executio, donec constet re vera incurrisse expulsam pœnā ipso iure.*

346 *Respondet ad cap. licèt Episcopus, de præb. in 6.*

347 *Reijcit prædictam responsionem, & illius fundamentum diluit.*

348 *Respondet ad cap. quoniam, & cap. constitutus. de filijs presbyt.*

349 *Respondet ad cap. ad decimas, de rest. spol. in 6.*

350 *Tradit casum, in quo opinio Gom. de qua n.346. in fine, admitti possit.*

351 *Quando constaret, spoliatum retinuisse duo beneficia incompatibilia vltra tempus statutum, petenti restitutionem obstabit exceptio reseruationis Papalis.*

352 *Reijcit responsionem Gom. & suam assignat Autor.*

353 *Episcopus in beneficijs conferendis nullam habet possessionem ciuilem, sed tantum ius illa conferendi.*

354 *Stante pacto, quod dominus potest expellere emphyteutam in casibus supra relatis, vt pactum aliquid operetur, poterit dominus propria authoritate licitè expellere.*

355 *Item si fuerit simplex colonus, à fortiori poterit eum dominus expellere propria authoritate, cùm dominus rem ciuiliter possideat, & colonus tantum detineat.*

356 *Infert etiam ad locationem domus, vel quando conductor non soluit pēsionem, poterit tunc à domino propria authoritate expelli.*

357 *Explicat, quomodo debet intelligi illud, quod detentor expulsus à detentione, potest implorare officium iudicis, vt in sua detentione reponatur.*

358 *Quid iuris sit, tradit, si dominus noluit vti prædicta potestate per ius concessa, sed magis voluit habere recursum à iudice remissiuè.*

359 *Reprobat Bart. l.2. num.3. C. de iure emphyteu. dum putat, quod emphyteutam resistentem non poterit dominus directus expellere propria authoritate.*

360 *Declarat pari ratione, dominum directum posse petere, vt ea possessio, quam licitè propria authoritate accepit per iudicem, confirmetur.*

361 *Item potest petere à iudice, vt eum conseruet in iure expellendi propria authoritate iniustum possessorem.*

362 *Ostendit nihil facere pro opinione Bartol. reg. l. non est singulis, de reg. iuris.*

363 *Reprobat etiam traditionem gloss. c. licèt Episcopus, de præb. in 6. verb. te non vocato.*

364 *Reprobat etiam distinctionem, quam ad saluandam dictam gl. tradit Tiraq. loco, de quo ibi.*

365 *Per mortem fructuarij extinguitur*

possessit naturalis, quam fructuarius viuus habebat nec transit ad eius haredes.

366 *Refert dictum Fulgos. consil.2. num. 4 quod si emphyteuta alienauit ius suum in tertium, non requisita Ecclesia, non poterit ille tertius expelli propria authoritate domini.*

367 *Ostendit contrarium esse verius.*

368 *Tradit remissiuè, vnde colligi possit vera resolutio huius articuli.*

369 *Incipit agere de articulo, quem glos. hic tetigit, vtrum petitorium & possessorium possint cumulari in eodem libello.*

370 *Refert, in hoc articulo duas fuisse opiniones principales glossatorum antiquorum omnino contrarias.*

371 *Refert opinionem Ioannis, & Asonis, qui existimabant, cumulari non posse, & aduertit multa iura, ex quibus suam opinionem probabat.*

372 *Refert opinionem Martini glossatoris antiqui, qui existimabat, petitorium & possessorium regulariter cumulari posse in eodem libello, & adducit pro hac opinione multa iura, & multas authoritates.*

373 *Ad resolutionem art. duos casus distinguit.*

374 *Refert primum casum, quando scilicet ab vno, & eodem proponuntur simul petitorium, & possessorium, in eodem libello.*

375 *Refert secundum casum, quando à diuersis proponuntur, ita vt ab vno proponatur petitorium, & ab alio possessorium.*

376 *Declarat, quòd in primo casu probanda est opinio Martini, vt regulariter licita sit hac accumulatio, praterquam in interdicto vti possidetis, & rei vendicatione.*

377 *Qui vendicat rem, dicit se eam non possidere, sed aduersarium.*

378 *Qui agit interdicto vti possidetis, necessariò dicit se possidere.*

379 *Impugnat proximam resolutionem ex text. in leg. naturaliter, §. nihil commune, infra de acquirend. possess. quem ad id latè expendit, & de eius intellectu agit.*

380 *Refert expositionem gl. ad dictam difficultatem.*

381 *Rẽ vendicãs ratione sua ciuilis possessionis, potest nihilominus vti interdicto vti possidetis in casu, de quo hic.*

382 *Reprobat hunc communem intellectum ad dict. §. nihil commune.*

383 *Tradit alium intellectum Berengarij ad dictum §. nil commune, & aliorum Doctorum, quos ibi recenset.*

384 *Approbat author intellectum, & resolutionem Cuma. §. nil commune, nu. 16. quam hîc refert.*

385 *Ostendit, proxima resolutioni bene adaptari rationem expressam in d. §. nil commune.*

386 *Cumulatio rei vendicationis & interdicti vti possidetis, tunc demum non admittitur, quando clarè constat, quod quis rem vendicat, quasi nullo modo possideat.*

387 *Declarat, in quibus terminis accipi debeat cap. pastoralis, ad medium, de causa possess.*

388 *Si sumus in dubio, & vendicans, qui egit rei vendicatione, cumulat interdictum vti possidetis, debet admitti cumulatio, & à fortiori, quando à principio vtrumque remedium cumulauit.*

389 *Docet, quòd vbi cumulatur possessoriũ. & petitorium, potest quis vincere in petitorio, & in possessorio succumbere, & ibi ratio traditur.*

390 *Si reus assumpsit in se onus probandi, & quia probauit dominium, declaratus fuit dominus rei, inutilem reddit sententiam, quam alter obtinuit in possessorio.*

391 *Ad resolutionem secundi casus tres in materia constituit conclusiones.*

392 *Si quilibet ex parte sua proponit petitorium,*

torium, & possessorium non admittetur huiusmodi cumulatio, sed potius ad ordinandum iudicium prius agetur de possessorio, vt sciatur quis in eo debeat subire vices actoris vel rei.

393 *Enumerat iura, quæ in his terminis procedere possunt.*

394 *Tradit ampliationem ad dictam conclusionem ex Bart. communiter recepto. dict. §. nil commune, num. 19.*

395 *Ignorans non videtur renunciare possessionem sibi competentem.*

396 *Refert Doctores, qui illam Bartol. limitationem impugnant, & fundamenta, quibus mouentur.*

397 *Bartol. opinionem approbat, & ad rationes contrarias respondet, & hic ad primam.*

398 *Respondet secundo modo ad dictam rationem.*

399 *Ignorantia est iusta causa petendi restitutionem.*

400 *Restitutio in integrum nunquam videtur exclusa.*

401 *Quando vnus proponit petitorium, & aduersarius possessorium recuperandæ; supersedendum est in quæstione domini, siue prædict. possessorium proponatur per viam exceptionis, siue per viam actionis.*

402 *Si quis proponit possessorium retinendæ, hoc est, interdictum vti possidetis, non potest cognosci de dominio actoris, etiam incontinenti probando, quoad effectum, vt in dicto possessorio supersedeatur.*

403 *Licèt turbans reum in sua possessione dominus sit ipsius proprietatis, non tamen ei licet turbare possessorem in sua possessione.*

404 *Assignat elegantem declarationem ad proximè tradita, vt scilicet intelligatur, quando agẽs possessorio retinẽda, & est iustus possessor, nam si sit iniustus per dominum, ciuiliter possidentem, turbari potest quocunque tẽpore.*

405 *Licèt agens interdicto recuperandæ non possit ex interuallo spoliatorem deiicere, tamen dominus iniustum possessorem quocunque tempore turbare potest.*

406 *In interdicto vti possidetis, etiam notorius defectus proprietatis non efficiet, vt dominus iustum possessorem turbare possit.*

407 *In interdicto vti possidetis, etiamsi spoliato patiente constet de dominio turbantis, tamen non licebit domino non turbare iustum possessorem.*

408 *In interdicto adipiscendæ aliud obseruabitur: nam in eo admittetur exceptio dominij incontinẽti probandi, & interim impedietur missio in possessionem.*

409 *Si in interdicto vti possidetis exceptio dominij non opponitur, ad effectum, excludendi actorem, sed potius ad ad effectum, vt magis qualificetur opponentis titulus, & possessio, tunc prædicta exceptio admittetur.*

410 *Declarat, quòd probata dicta exceptione duos notabiles effectus operabitur.*

411 *Primum, quòd si pares fuerint probationes illius, qui dominium probauit, quasi ob hoc eius possessio magis iustificata, & qualificata esse censeatur, referetur.*

412 *Addit huic effectui notabilem declarationem ex Antonio Nata, & Mascardo locis ibi relatis.*

413 *Secundus effectus est, quòd qui probat de antiquiori possessione, debet vincere quantumcunque aduersarius proberex parte sua titulum, & possessionem.*

414 *Iunior possessio etiam cum titulo præsumitur clandestina.*

415 *Declarat dicta num. 413. tunc procedere, quando ille, qui probauit antiquiorem possessionem, allegauerit eam possessionem, quam habet aduersarius, esse clandestinam respectu*

suæ opinionis, alias obtinebit ille, qui probat titulum, & iuniorem possessionem.

416 Explicat, qua ratione dominus respectu dominij non possit videri clam possidere.

417 Explicat etiam quomodo dominus respectu antiquioris possessionis dicatur clam possidere.

418 Tradit admonitionem Bartol: circa aduocatos de modo articulandi in hac materia.

419 Resoluit, quod in his terminis licèt occupans possessionem probet se dominum, tamen succumbit in interdicto, cùm eius possessio sit clandestina respectu antiquioris possessionis, ac ideò locum habebit regul.l.1.§.final. vti possidetis.

420 Examinat vtrum prout petenti restitutionem ex cap.violentiæ, non obstat exceptio dominij spoliatoris, ita etiam non debeat obstare petenti restitutionem ex cap. Clandestinitatis.

421 Refert Doctores, qui in hac quæstione partem affirmatiuam sequuntur.

422 Refert etiam doctores, qui partem negatiuã huius quæstionis sequuntur.

423 Amplectitur auctor hanc vltimam opinionem, & eam optimo argumento confirmat.

424 Respondet ad l. si de eo, §.fin.infra de acquirenda possessione.

425 Quemadmodum in re propria non cadit pignus, vel alia obligatio, ita etiam in re propria non cadit vitium Clandestinitatis.

426 Exemplificat proximam rationem.

427 Declarat, quomodo debeat intelligi distinct. illa, quam Doctores tradunt, quando ingrediens timet, sibi fieri controuersiam ratione dominij vel possessionis.

428 Declarat dict.l.si de eo, §.final. tantum habere locum in possessore bonæ fidei.

429 Respectu possessionis in re propria cadit in vero domino vitium Clandestinitatis.

430 Declarat, quando admittetur exceptio dominij occupantis, si allegetur occupantem clam possidere.

431 Docet, ad quem modum sit explicandus Bart.d.l.si de eo, §.fin.ad finem.

432 Declarat idem esse admittendum, quando quis allegaret, se priuatum esse sua possessione clam, non enim admittetur exceptio proprij dominij, & ad restitutionem compellitur.

433 Declarat, in hac materia non esse admittendam concordiam Bellameræ decis.36.

434 Assignat veram concordiam.

435 Refert tertiam conclusionem in hac materia.

436 Tradit, quòd si duo agant de spolio, & alter proponat spolium per viam actionis alter verò excipiat de alio spolio contra se commisso, vtique in primo spolio per viam actionis proposito supersedendum est.

437 Quando tam primum spolium, quam secundũ proponitur per viam actionis, in nullo supersedetur, sed de vtroque pariter cognoscendum est, tanquam in causa conuentionis & reconuentionis.

438 Expendit pro hac vltima resolutione cap.2.de ord.cognit.

439 Refert duas difficultates contra conclusionem deductam ex dict. cap.2. de ordin.cognit.

440 Prima difficultas deducitur ex cap.final.de ord. cognit. quòd ad id expendit.

441 Secunda difficultas insurgit ex decis.cap.ex conquæstione de restitut. spoliat.

442 Approbat conclusionem deductam ex d.c.2.de ordin.cognit.& ad difficultates proximè motas respondet.

443 Respondet ad cap fin.de ord.cognit.& constituit in eo artic.duos casus.

444 Refert primũ casũ & eius resolutionẽ.

445 Re

445 *Refert item secundum casum, quando quis prius proposuit petitorium, & Reus proponit spolium per viam actionis, & procedit cap. 2. de ord. cog. inductum, vt supr.*

446 *In hac materia multū interest, vtrum prius propositum sit possessorium, & postea sequatur petitorium, & ibi ratio differentiæ traditur.*

447 *Respondet ad cap. ex conquæstione, de restit. spoliat. & pro resolutione duos casus distinguit.*

448 *Refert primum casum, & declarat, in eo locum habere reg. cap. 2. de ord. cogn.*

449 *Refert secundum casum, & tradit in eo locum habere dict. cap. ex conquæstione de rest. spoliat.*

450 *Tradit rationem huius differentiæ circa dictos duos casus.*

451 *Secundum iuris regulas quilibet puniri debet in eo, in quo deliquit.*

452 *Contumax tantum punitur in ea causa, in qua fuit contumax.*

453 *Explicat text. in Clemen. vnica, de causa possess.*

454 *Iudex appellationis non potest cognoscere nisi de ea causa, quæ per appellationem ad eum fuerit deuoluta.*

455 *Respondet ad difficultatem, & ostendit, quæ de appellatione dicta sunt, limitari in causa beneficiali, in qua duo specialia per ius Canonicum sunt introducta.*

456 *Refert primum speciale, & eius resolutionem.*

457 *Refert secundum speciale, vt iudex appellationis non tantùm cognoscat de artic. à quo appellatum est, sed etiam de eo articulo, de quo non fuit cognitum in primo iudicio, nec de eo appellatum.*

458 *Tradit rationem huius specialitatis.*

459 *Prout coram iudice à quo appellatum est, post intentatum petitorium, potuit in quacunque parte litis cumulari possessorium, idem etiam licebit facere coram iudice appellationis.*

460 *Declarat, quod in alijs causis solùm cognoscet index de art. à quo appellatum est.*

461 *Si tota causa sit deuoluta ad iudicem appellationis, tunc in quacunque causa admittetur decisio dict. cap. Clem. vnica in principio.*

462 *Exemplificat dictam resolutionem, vt ostendat, quomodo dici possit, totam causam esse deuolutam.*

463 *Declarat dictam Clementinam vnicam tantùm procedere in causa beneficiali.*

464 *Declarat item, quòd neque in causa beneficiali hæc specialitas simpliciter admittetur, sed duo copulatiuè requiruntur.*

465 *Declarat, quòd requiritur, quòd causa sit beneficialis, ita quòd de ea cognoscatur in curia Romana: nam si in partibus de ea cognoscatur coram delegato, idem obseruabitur in causa beneficiali, quod in alijs causis.*

466 *Agit de secunda parte d. Clem. & declarat, quid in ea prohibetur.*

467 *Tradit ex Rota hanc secundam partem tantùm procedere specialiter in causa beneficiali, cùm in alijs causis licitum sit parti suspendere petitorium à se intentatum, & obtinere, quod de solo petitorio agatur.*

468 *Reijcit dictam opinionem, & ostendit dictam Clementinam in secunda parte generaliter loqui in quacunque causa.*

469 *Ex suppositis colligit ex dict. Clement. in secunda parte notabilem conclusionem, quam ibi proponit.*

470 *Addit d. conclusioni, quòd imò probet dict. Clem. vnica, licitum esse illam suspensionem facere, vsque ad conclusionem in causa.*

471 *Refert contrariam opinionem, imò quòd hæc suspensio tantùm fieri possit vsque ad litem contestatam, & postea non.*

472 Adducit fundamentum, quo mouentur contrariæ opinionis authores.
473 Tradit primam concordiam ad dictas opiniones.
474 Reijcit dictam concordiam.
475 Refert Doctores, qui tenent decisionem dict. Clem. vnica, etiam in foro ciuili esse admittendam.
476 Tradit secundam limitationem.
477 Reijcit dictam concordiam.
478 Aliqua aduertit Auctor notatu digna ad veram concordiam harum opinionum necessaria.
479 Aduertit secundo, in quo casu ratio legistarum non concludat.
480 Declarat, quòd in his terminis non poterit spoliatus suspendere petitorium aduersarij, nec in prima instantia nec in causa appellationis.
481 Quæ in prima instantia fuerunt proponenda ante litem contestatam, si in eo non fuerũt proposita, nõ possunt proponi in instantia appellationis.
482 Si aduersarius proposuit petitorium, super quod tantùm lis fuit contestata, & postea spoliatus proponit possessorium, poterit petitorium aduersarij suspendere.
483 Tradit rationem proximæ conclusionis.
484 Tradit, quod huiusmodi exceptio, quasi ortum habens post litem contestatam, super prædicto petitorio, poterit proponi post litem contestatam, super nudo petitorio aduersarij.
485 Declarat, quod in his terminis etiam iure ciuili procedat decisio dictæ Clem. vnicæ in 2. part.
486 Ostendit in dicta Clementina apertè probari facultatem suspendi petitorium aduersarij, non sequi naturam exceptionum dilatoriarum.
487 Proponit aliam rationem in confirmationem proximæ resolutionis.
488 Declarat, quod explicando hoc modo dictam Clement. apertè cesset præcipua ratio legistarum.
489 Examinat, vtrum in remedio attentatorum debeat ea exceptio opponi antequam lis contestetur coram superiore, qui debet cognoscere de causa appellationis.
490 Refert magis communem in hac quæstione tenere, proponi debere ante præd. litis contestationem.
491 Resoluit contrarium verius esse.
492 Vtrum si concurrant interdictum vnde vi, & remedium attentorum, debeat supersederi in interdicto vnde vi causæ principalis, debeat super vtroque remedio procedi remissiuè.
493 Proponit difficultatem & argumentatur contra decisionem d. Clement. vnica.
494 Respondet ad difficultatem, & ostendit in illo textu agi de interdicto vnde vi, in quo spoliatus fatetur, se non possidere, quia possessione fuit deiectus & sic nulla est contrietas, si cum petitorio cumuletur, & ibi exemplificat.
495 Vtrum in terminis dictæ Clementinæ vnicæ per contrarium suspenso possessorio possit tractari de solo petitorio remissiuè.
496 Vtrum sæpius possit suspendi petitorium ratione possessorij remissiuè.
497 Vtrum decisio d. Clem. vnicæ loquens in interdicto vnde vi, pariter datis paribus terminis procedat in alijs remedijs possessorijs remissiuè.

HANC legem†famosam appellat Iacobin. *hic in princ.* & pro eius declaratione præmittendum est, quod†in omni reddatur dominium, & possessio, quæ nihil commune inter se habere dicit Iureconsf. *l. naturaliter §. nihil commune, infra de acquir. poss.* & ideo†pro illis etiam diuersa remedia sunt prodita in iure: nã remedia prodita ad dominiũ petendũ dicuntur petitoria *l. qui petitorio sup. de rei vend.* Quæ†verò pertinent ad possessioné dicũtur remedia possessoria, *glos.*

Margin numbers: 1 2 3 4

glos. §. summa verb. possessore Inst. de in-
terdict. Omissa autem pro nunc mate-
5 ria † petitorij, de solis remediis pos-
sessoriis nobis agendum est: quia de
illis principaliter tractat is text. Item
6 † est præmittendum, remedia posses-
soria appellari interdicta: ita vt vbi-
cunque inueniatur facta mentio in-
terdicti, intelligendum sit tractari de
remedio possessorio, *in princ. Instit. de*
interdict. bonus text. *l. is qui destinauit,*
infra de rei vendicat. tradit Duaren. lib. 1.
7 *disput. cap. 19.* Appellantur † autem
interdicta non ea ratione, quod om-
nia remedia possessoria sunt prohibi-
toria, sed potius, quia ad duos refe-
runtur, qui super possessione litigant
(*interim*) hoc est, donec super proprie-
tate pronuncietur, §. *summa in fine In-*
stit. de interdict. & ibi Theophil. quicquid
reiecta etymologia Iustinian. aliam
assignet Alciat. *lib. 3. parergon. cap. 15.*
l. pecunia verbum 168. §. actio num. 9. in-
fra de verb. signific. Corras. l. penult. n. 2.
8 *infra de seruitut.* Formulæ † autem, qui-
bus olim interdicta concedebantur,
proponuntur à Theophil. *in princ. In-*
stit. de interdict.

9 Quæ † quidem interdicta, in tres
diuiduntur species principales: Quæ-
dam enim dicuntur adipiscendæ pos-
10 sessionis, Quædam † autem retinen-
dæ, & Quædam restituendæ §. *sequens*
cum sequent. Instit. de interdict. l. 2. infra
11 *de interdict.* & specialiori † vocabulo
interdictum adipiscendæ nuncupatur
12 Quorum † bonorum & Quorum le-
gatorum Interdictum autem retinen-
13 dæ, specialiori † vocabulo appellatur
Vti possidetis, & Restituendæ dici-
tur Vnde vi, sumpta appellatione à
14 primis verbis, quibus prædicta † in-
terdicta fuerunt concepta per præ-
torem, *glos. §. recuperandæ, verb. vnde*
vi Instit. de interdict. Alciat lib. 2. parer-
gon. cap. vlt.

15 His † ita præmissis ex isto text. col-
ligendum est, quod si de vi & proprie-
tate agatur, prius de vi cognoscen-
dum est, & pronunciandum, quàm de
proprietate cognoscatur, ac † ita vi- 16
detur significare, neque eodem tem-
pore neque in eodem libello simul agi
posse de possessione & proprietate:
Sed † vrget in contrarium *l. cum fun-* 17
dum §. fin. infra de vi & vi armata, &
cap. pastoralis, de causa possess. & proprie-
tat. Quare circa † intellectum huius 18
textus variat glos. hic. Et primo refert
opinionem Ioannis & Azonis, qui
tenebant, petitorium & possessorium
indistinctè non posse cumulari in eo-
dem libello: sed quod semper prius
sit agendum & pronunciandum, de
possessorio, & eo finito iudicio, tunc
agetur de proprietate in nouo iudi-
cio, vt ex isto textu colligitur *& l. in-*
certi C. de interdict. l. ordinarij C. de rei
vend. & l. 1. C. de appell. Sed † non re- 19
spondent ad iura quæ supra adduxi-
mus in contrarium: & † ideo is intel- 20
lectus tãquam in se falsus communi-
ter reiicitur. Quare glos. refert & pro-
bat intellectum Martini, quod aut
agimus de interdicto retinendæ, &
hoc interdictum verum est, non posse
cumulari in eodem libello cum pro-
prietate, propter contrarietatem, &
repugnantiam, quæ ex dictis reme-
diis videtur resultare. Nam † qui agit 21
petitorio, dicit rem non possidere,
sed aduersarium, §. *omnium Instit. de*
actio. l. vnica Codic. de alien. iudicij mu-
tandi causa, & † intentando interdi- 22
ctum vti possidetis asserit se esse pos-
sessorem, & in possessione turbari *l. 1.*
§. huius infra vti possidetis. Et ideo pro-
pter eam repugnantiam, non admit-
titur cumulatio prædictorum reme-
diorum in eodem libello, iuxta re-
gulam *l. 1. Codic. de furt.* Sed prius † 23
agendum est de possessorio, vt sciatur,
quis debeat sustinere partes actoris,
& rei in causa proprietatis *l. ordinarij*

Cod. de rei vendicatione. Cæterùm omnia alia remedia possessoria possunt cumulari in eodem libello cum proprietate, cùm in illis cesset repugnantia, de qua supra, quam resolutionem in hac materia expressè probauit Summus Pontifex *cap. pastoralis de causa possessionis*, & hunc esse communem huius textus intellectum asserit Paul. Castrens. *hic 1. lect. col. 2. post medium & Iacobin. num. 2.*

24 Sed † vtique is communis intellectus, minimè litteræ conuenit: quæ apertè loquitur, quando agitur de vi, & sic de interdicto restituendæ pos-
25 sessionis, quòd † admittere cumulationem cum petitorio, probat *l. cum fundum §. final. infra de vi, & vi armata.*
26 Ad † verum igitur huius text. intellectum; duo casus distinguendi sunt.
27 Primus † est, quando vnus & idem proponit petitorium & possessorium
28 simul in eodem libello. Secundus † est, quando vnus proponit possessorium, & aduersarius proponit petito-
29 rium: In † primo casu vera est traditio gl. *hic per iura supra allegata.*
30 In † secundo autem casu procedit is textus vt prius audiatur ille, qui agit de vi, & aduersarius eius proponens petitorium, non audiatur, nisi postquam finitum fuerit iudicium
31 possessorium de vi, quod † etiam in his terminis locum habebit in interdicto retinendæ possessionis: nam si quis agat de interdicto vti possideris, & aduersarius proponat petitorium, prius possessione agendum est. Cessat enim in his terminis repugnantia, de qua supra. Cui tantùm est locus, quando vnus & idem simul proponit, interdictum vti possidetis, & petitorium: nam si vnus proponat interdictum vti possidetis, & aduersarius proponat petitorium, nulla datur repugnantia, & sic locum habebit regula generalis huius text. vt aduertit Paulus *prima lectura num. 2. & Iacobin. num. 3.*

Præterea † & vltra alios aduerten- 32
dum est, quod is text. apertè loquitur de vi & possessione. Et licèt Doctores communiter exponant *(de possessione)* hoc est de proprietate, iuxta *l. interdum infra de verbor. signif.* & videtur colligi ex rescripto Imperatoris hîc relato, tamen ea expositio restringit verbi generalitatem, & proprietatem, & ideo tutius est, text. intelligere, vt litera sonat. Atque † ita probat, 33
quod si quis agat de vi, & aduersarius aduersus eum opponat aliud remedium possessorium, prius de vi, quàm altero remedio possessorio agendum est, vt est expressum *l. qui catu §. 1. infra ad l. Iuliam de vi publica*, quæ concordat cum isto text. vt agnoscit *glos. hic* & sic per illum is text. venit omnino explicãdus quicquid † Cuiat. 34
lib. 5. obseruat. cap. 15. contendat text. istum ita esse exponendum, vt si de vi criminaliter agatur, hæc cognitio debeat præcedere aliud quodcunque possessorium ciuiliter motum *arg. l. fin. Cod. de ord. cog.* Nam iste intellectus, & litteram impropriat, & præsupponit, quod si ciuiliter agatur de vi, & alter proponat aliud possessorium, non debeat præcedere cognitio de vi, & tamen apertè contrarium probat *d. l. qui catu §. 1. infra ad l. Iuliam, de vi publica*, & text. *cap. fin. de ord. cog.* Quæ † autem sit differentia, 35
quando de spolio agitur ciuiliter, vel criminaliter, explicat Panormitan. *cap. 2. n. 17. de ordine cognitionum.* Et † 36
aduerte, quòd ideo Iureconsult. distinxit interdictum vnde † vi, ab aliis 37
possessoriis, quia si aduersarius etiam ageret de vi in alia re commissa, in vtraque causa ex vi reconuentionis simul tractandum esset, vt est expressum *c. final. de ordine cognitionum.*

Iuxta igitur hunc intellectum ex isto

isto text. duæ colligendæ sunt notabi-
38 les conclusiones. Prima † est, quòd si quis tanquam spoliatus agat interdicto vnde vi, & reus opponat de dominio, non est admittenda hæc obiectio, sed primum de vi agendum
39 est. Secunda † est quòd si conuentus per interdictum vnde vi, opponat de alio possessorio nihilominus de vi prius agendum est. De vtraque autem conclusione sigillatim agemus. Et prima quidem conclusio concordantem habet *leg. 1. in princip. iuncta glos. verb. ad restituendum. infra de vi & vi armata, l. ad medium iuncta gl. verb. restituam C. si per vim, vel alio modo l. maritus la primera C. de donat. inter virum & uxor. l. si quis à se C. ad l. Iuliā de vi publ.* & latè agit Mascard. *de prob. 3. part. cōcl. 1329. à n. 1. Greg. l. fi. tit. 10. part. 7. in gl. 2.*

Adde text. *c. 1. de restit. spol.* vbi Pan. *num. 5.* eam existimat esse huius con-
40 clusionis rationem, quia † aut aduersarius proponit suum dominium per viam actionis, & certum est, illum non esse audiendum, quia in odium spoliatoris induxit ius, vt spoliatus pro nulla re teneatur respondere, an-
41 tequam † planè esset restitutus, *c. fi. de ordine cognitionū. c. frequens de restitutione spoliatorum in 6.* Si verò dominiū proponat per viam exceptionis, ad repellendum actorem ab eo iudicio adhuc non erit audiendus, quia cùm contra iuris prohibitionem ius sibi dixerit propria authoritate *l. si quis tantam C. vnde vi c. eum qui de prebendis in 6. c. placuit 16. q. 1.* & in pœnam huius delicti ius disponit, eum nō esse audiendum, antequam spoliatus sit restitutus, ne aliàs aperiatur via delictis, & malitiis, *l. non est singulis, infra de reg. iur.* Sed non
42 placet hæc ratio, quia † nullibi in iure probatur, quod in pœnam spoliationis factæ non audiatur excipiens de proprio dominio ad excludendum spoliatum ab eo iudicio.

Et † ideo verior ratio est, quod 43
etiam si quis sit verus dominus rei, non tamē potuit propria authoritate, spoliare possessorem, *l. 1. §. & parui, & ibi Bart. post princ. infra quod vi aut clam.* Frustra igitur admitteretur exceptio, quæ probata non concluderet, spoliatum non esse ante omnia restituendum, neque spoliatorem in ea possessione esse tuendum, quam contra iuris prohibitionem obtinuit. Succedit igitur regula *l. ad probationem dominij Cod. de probat. l. 1. supra de inoffic. testam. c. per tuas ad finem, de Simonia cap. cum contingat, de offic. delegat.* quod non
† est admittenda allegatio, quæ pro- 44
bata non releuaret, & est de mente Panorm. *c. 2. n. 23. de ordine cognitionum, & Mascard. de probat. 3. parte concl. 1329. n. 3.* & apud nos probat Ordin. *lib. 4. tit. 58. in principio noua recopilationis.*

Ex † qua ratione ita confirmata 45
primò infertur, quòd etsi clarè constaret, opponentem de dominio esse verum dominum illius rei, adhuc non audiretur, nisi prius spoliato restituto, quia adhuc militat ratio de qua supra.

Et † pro hac illatione videtur tex- 46
tus expressus *l. sequitur §. si tu vi in fine, infra de vsu cap.* qui clarè probat, quòd si verus dominus rei expulit possessorem propria authoritate, nihilominus per interdictum vnde vi, cogetur ante omnia possessionem restituere.
Neque huic † inductioni satisfacit 47
responsio Menochij *de recuperanda possessione primo remedio numero 127.* quod quamuis in casu illius text. constaret, verum dominum expulisse possessorem, non tamen constabat, expulsum esse iniustum possessorem, & hac ratione ante omnia iubetur restitui. Nam replicabitur glos. ibi intellexisse illum textum, etiam quando expulsus erat iniustus possessor: & clarè deducitur ex mente illius tex-

tus, quia præsupponit expulsum esse violentum & iniustum possessorem, cùm dubitet, si dominus expellendo possessorem, & sic possessionem recuperauit, *vtrum res illa efficiatur vsu-*
48 *capibilis?* Et † videbatur dicendum reddi, nam licèt res furtiuæ, vel per vim possessæ non sint vsucapibiles,
49 §.*furtiuæ Institut.de vsucap.* Tamen † si postea redeunt ad potestatem veri domini, tollitur prędictum vitium, & efficiuntur vsucapibiles §. *aliquan-*
50 *do Inst. de vsuc.* Contrarium † tamen determinat Iurecōsultus *d.§.si tu vi in fine* ea ratione, quia licèt ad potestatē domini redierit, tamen cum effectu
51 non videtur rediisse. Nam † cùm ipse dominus conuentus per interdictum vnde vi cogi possit ad possessionem restituendam, non videtur in eius rediisse potestatem *l.si quis in principio & l. non videtur infra de acquiren.possess.* Ergo *d.§.si tu vi in fine*, clarè probat, quod etsi constet, spoliatorem esse verum dominum rei, & simul constet, spoliatum fuisse violentum, & iniustum possessorem, tamen spoliator cogitur ante omnia restituere possessionem spoliato, propter rationem, de qua supra.

52 Item † & pro prædicta illatione vrget *l.cum fundum vers. quæsitum, infra, de vi & vi armata*, in quo colonus noluit recipere emptorem fundi, & sic vim commisit interuertendo domini possessionem, & postea emptor de mandato venditoris, colonum expulit à fundo, probat ille textus, teneri interdicto vnde vi, quia iniustum mandatum executus est: neque enim diceretur iniustum mandatum executum fuisse, si dominus posset colonum, qui eius possessionē interuerterat expellere propria authoritate: nam tunc licitè etiam per alium posset eum expellere, vt ibi tradit gl. *verb. postea communiter recepta.*

Videtur † etiam text.*c.2.de ord.cog.* 53 in quo nobiles conquerebantur, se fuisse spoliatos per monasteriū quodam castro, quod monasterium allegabat esse suum, neque nobiles id negabant, imo tacentes in iudicio videbantur illud tacitè confiteri, *l.1. & ibi Bart.n.5.C.de relatio.* Et nihilominus monasterium cogitur ad restitutionem prædicti castri, quod iniusto modo possessionem castri obtinuit, sibi ius propria authoritate, & ibi declarat Innoc. *num.3. Anton.§.1.num.6. Dec. cons.191.num.10.* Ergo ibi videtur, text. expressus pro nostra illatione, quam in specie tenet probat Beroius *c.in litteris n.75.de restitutione spoliatorum* & clarè sentit. ord. *lib.4. tit.58. in princip.noua recopilationis.*

Aduertendum † tamen est, quod 54 contra hanc nostram illationem, tenet expressè Paul.Castr.*hic 2.lect.num. 15. ad fin.* contendens, quod si constet spoliatorem esse dominum rei, non est cogendus spoliato possessionem rei restituere, allegat, *l. bona fides vers. incurrit, infra depositi* & eandem opinionem probat Pan. *d. c. in litteris n.9.* & latè probat Menochius *de recupe.possess.primo remedio à n.119.* & asserit receptum Maranta *cons.105.num.4.* Qui † pro hac opinione inducunt 55 etiam text.*c.cum dilectus, de causa possess.* qui probat, quod si constet de dominio, & possessione, semper in executione debet pręualere dominium possessioni rei, & notat etiam Paul.*hic n. 15.vers.nouus casus.*

Sed his † non obstantibus, non est 56 recedendum à prima opinione, quæ proculdubio verior est, & magis de mente iuris, *vt constat ex supra traditis.* Neque obstant adducta pro contraria opinione, nam † ad primam de 57 *d. l. bona fides vers. incurrit, infra depositi*, respondetur procedere, quando tertius spoliauit furem. Nam si tunc concur

concurrat fur ad petendam restitutionem possessionis, & dominus rei se opponat, petens, vt sibi potius restituatur, in hoc concursu dominus est præferendus furi, vt aduertit glos. *fin. d. cap. in litteris de restit. spoliat. Alexand. l. naturaliter §. nihil commune num. 33. infra de acquir. possess. Anton. rub. consil. 167. num. 7.* & ampliat Panormit. *cap. veniens el 1. ad fin. de sponsalib.* Nos autem loquimur, quando dominus propria authoritate expulit furem: nam quia tunc illicito modo recuperauit possessionem, tenetur illam spoliato restituere quantumcunq; constet spoliatorem esse dominum rei, *per supra tradita.* Et in specie colligitur ex generalitate *l. 1. §. si prædo infra depositi, & cap. in litteris ad finem de restitut. spoliator.*

58 Non † obstat secundò *de cap. cum dilectus de causa possess.* quia ibi de voluntate spoliati fuit actum de proprietate, quo casu meritò præualet dominium, & impeditur restitutio possessionis, *c. 1. de restitutione spoliatorum.* Sed si spoliatus non consentiat de proprietate agi est restituendus, quantumcunque de dominio spoliatoris quocunque alio modo constet. Ac ita prima opinio est verior.

59 Quinimò † amplianda est conclusio, de qua supra, procedere, etiamsi ex actis publicis constet, spoliatorem esse dominum: adhuc enim cogetur spoliato restituere possessionem, quia adhuc militat ratio supra assignata, & colligitur ex generalitate iurium supra allegatorum pro nostra illatio-
60 ne. Et † in specie videtur textus *in c. 2. de ordine cog.* Nam in casu ibi proposito conquerebantur nobiles monasterium eos spoliasse possessione castri, quod tamen monasterium allegabat esse suum quod nobiles non negabant, & sic tacentes in iudicio videbantur illud fateri, *l. 1. & ibi Bart. num. 5. Cod. de relatio.* & sic in eo textu exactis publicis constabat de dominio monasterij spoliatoris, *cap. super quibusdam in princip. de verborum significatione*, & nihilominus monasterium cogitur possessionem castri nobilibus spoliatis restituere.

Cæterùm † contrarium, imò quòd 61
quando ex actis publicis constat de dominio spoliatoris, impedienda sit possessionis restitutio post Innoc. probat Panormit. *cap. cum Ecclesia num. 26. de causa possessionis. Anton. Rub. consil. 167. num. 8. Neuizanus consil. 82. num. 32. Aymon consil. 348. num. 6. & consil. 302. num. 6. Bursatus cons. 129. num. 4. libr. 2. & plures alij quos refert Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1327. à num. 1.* Et in terminis iuris communis, id esse receptius fatetur Cumin *in ritibus regni Siciliæ cap. 4. num. 164.* quibus addendi sunt Brun. *cons. 19. num. 8. Octa. Cacher. cons. 67. num. 42. Bapt. Ferret. cons. 12. num. 12.* & defendunt Menoch. *de recuperan. possessione primo remedio num. 232. Sarmiento Select. lib. 2. cap. 13. num. 5. Ioannes Garcia tractatu de nobilitate Hispaniæ gloss. 12. num. 85.* qui pro hac opinione adducunt textum quasi expressum *c. 1. de restitutione spoliatorum.*

Sed † his non obstantibus conclu- 62
sio supra firmata verior est ex supra
traditis. Neque † repugnat textus *d.* 63
cap. 1. de restitut. spoliatorum, quia procedit, quando spoliatus consensit agi de dominio spoliatoris, renunciando expressim priuilegio à iure concesso, quòd spoliatus ante omnia restituatur, & hunc esse communem intellectum resoluit Beroius *ibi num. 20.* cui subscribit Menoch. alios referens de recuperanda possessionè primo remedio *num. 161.* quibus adde Baldum *l. ordinarij num. 14. versic. ego credo, Cod. de rei vendicatione Coras. l. naturaliter §. nihil commune num. 89. infra de acquirenda possessione.* Ergo semota

renun

renunciatione expressa prædicti priuilegij, non procedit ille textus.

64 Cæterùm † non placet is intellectus: quia apertè diuinat, dum præsupponit, quòd spoliatus expresè re-
65 nunciauit priuilegio, quod ante † omnia restitueretur, & tantùm saluari potest in eo sensu, quòd spoliatus nihil opposuit, contra allegationem
66 dominij, factam à spoliatore. Vnde † tacendo in iudicio videtur tacitè consentire, quòd de dominio spoliatoris cognosceretur *l. & ibi Bart. num. 5. C. de relatio.* & aduertit gloss. *1. c. 1. de rest. spol. Bart. l. si quis ad se fundum num. 2. C. ad l. Iuliam de vi public. Afflict. decis.* 193. *& alij relati per Anton. Gabr. lib. 5. communium tit. de rest. spol. concl. 1. nu. 133. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 687. nu. 14. Bursatus cons. 140. num. 8. & num. 33. libr. 2. Cumia in ritibus regni Siciliæ cap. 4. num. 162. & num. 222.* Vnde cùm in effectu videatur consentire, quòd de possessorio & proprietate simul cognosceretur, reducimur ad terminos *cap. cùm dilect. de caussa possess.* vt aduertit Couar. *pract. qu. c. 23. num. 3. ad medium,* & ante eum Coras. *d. §. nihil commune, num. 89.*

67 In qua † tamen difficultate verior
68 resolutio videtur, quòd † aut spoliatus petit se ante omnia restitui & spoliator opponit de proprio dominio, & spoliatus tacet, & tunc nõ erit spoliatus ante omnia restituẽdus, iuxta generalitatem *d. cap. 1. de rest. spol.* Et est ratio, quia spoliatus tacendo in iudicio, tacitè videtur consentire in allegatione dominij spoliatoris *l. 1. & ibi Bart. num. 5. C. de relatio.* & consequenter inducetur decis. *dict. c. cum di-*
69 *lectus.* Neque tunc † est necessarium, quòd spoliatus expresè consentiat, quòd de dominio spoliatoris agatur, vt existimat Menochius post alios *de recuperand. possess. primo remedio nu. 162. Valasc. consul. 119. num. 7. ad finem,* quia satis est tacere; vt *constat ex supra traditis.* Et quia cùm tacendo videatur consentire, quòd de dominio spoliatoris agatur, quasi per actum contrarium videtur renunciare priuilegio, quod ante omnia restituatur, argumento *l. commissoria C. de pact. inter empt. & cap. cum accessissent de constit.* Quòd † 70 si spoliatus non tacet, imò protestetur, quòd non admittatur allegatio spoliatoris de proprio dominio, sed quòd ipse ante omnia restituatur, & nihilominus iudex admisit prędictam allegationem, & postea ex instrumentis productis in causa, vel etiam ex testibus constet de dominio spoliatoris; non ob id impedietur restitutio spoliati, vt clarè sentit Bart. *l. si quis ad se fundum num. 2. C. ad l. Iuliam de vi public. Iacobus Puteus decis. 99. in fine in 1. parte & alij supra allegati.*

Et est † ratio, quia cùm per prote- 71
stationem constet, spoliatum nõ consentire, quòd agatur de dominio spoliatoris, si iudex nihilominus admisit prædictas probationes, nulla fides eis adhiberi debet, vtpotè admissis & factis cõtra iuris dispositionem & prohibitionem, vt aduertit Ruin. *l. naturaliter §. nihil commune in additio. num. 17. infra de acquir. poss.* & infra latius probabimus. Ex qua ratione † colligitur, 72
satis esse, quòd spoliatus à principio protestetur, vt de dominio spoliatoris non cognoscatur: nam si postea taceat, non videtur consentire, imò magis censetur persistere in protestatione, *l. qui in aliena §. fin. ff. de acquir. hered. & infra latius dicemus.*

Et † nihilominus aduertendum, 73
quòd licèt prędicta resolutio in se vera videatur, tamen ratio, in qua nititur, non videtur tuta, cùm contra eam vrgeat regula, quòd in dubio nemo videatur renunciare iuri proprio, *l. postquam liti Codic. de pactis, & ibi Decius num. 26.* Neque † ex aliquo facto, 74
vel

vel non facto illa inducẽda est, quando alia potest sumi probabilis coniectura, & interpretatio diuersa à renunciatione proprij iuris, *l. & eleganter §. qui reprobos ff. de pignorat. actione,*
75 *Aymon. consil. 77. num. 4.* Et in † nostro casu alia potest sumi interpretatio diuersa à renunciatione proprij iuris, scilicet quod tacuit, quia sciebat ius suum durare, *l. sicut non videtur ff. quib. modis pignus vel hypoth. soluitur.*
76 Quare † verior ratio est, quòd in specie d. *cap. 1. de rest. spoliato.* spoliatus tacendo & patiendo, quòd de dominio spoliatoris agatur: in effectu videtur consentire, quòd de dominio & possessorio simul agatur, & sic etiã virtualiter videtur consentire, quòd simul & eadem sententia terminarentur, & quòd in exequendo præualeret sententia lata super dominio:
77 quod † tanquam dignius absorbet, & ad se trahit causam possessori, vt expressè probat dict. *cap. cùm dilectus de causa possess. iuncta glos. final. notat Oldrad. cons. 274. num. 4.* & tradit Alexan. *consil. 76. num. 2. ad finem libr. 2. Baptista Ferretus consil. 95. num. 11. lib. 1. & Octauian. decis. Pedemontan. 46 num. 2.* & in terminis aduertit Bursatus *cons.* 140. *num. 8. lib. 2.* & clarè etiam est de mente Couar. *practicarum quæstionum c. 23. num. 3. ad medium,* & Coras. dict. §. *nihil commune, num. 89.* & ideò text. dict. *cap.* 1. præsupponit probato dominio, non fieri restitutionem possessionis, iuxta decisionem dict. *cap. cùm dilectus*, ad quam in his terminis res videtur reduci. Ex quo vero intellectu, & illius vera resolutione infertur
78 primò: Quòd si in † terminis illis text. prius constitit de possessorio, tamen non debet iudex ex officio, vel ad requisitionem partis, spoliatum
79 restituere, neque exequi † sententiam latam super possessorio, sed necessariò expectari debet, quòd fiat probatio super dominio; & super eo feratur sententia, quæ debet absorbere possessorium, iuxta decisionem dict. *cap. cùm dilectus iuncta glos. final. de causa possess.* Neque † enim iudex potest inter- 80
uertere iuris ordinem, *cap. exhibita de iudic. Iason. l. at prætor in principio n. 26. supra de iureiurand.* quod ita in specie resoluit Beroius *cap. 1. numer. 22. de restitut. spoliato.* & Menoch. *de recuper. possess. primo remedio num.* 173. Quinimò † licèt verum sit, quòd spoliatus 81
possit suspendere petitorium à se intentatum cum possessorio, & efficere, quòd suspendatur petitorium, & de solo possessorio agatur, *cap. pastoralis, de causa possessionis.* Et † idem possit fa- 82
cere de petitorio à spoliatore intentato, vt probat text. *Clement. vnica, de causa possess. & infra dicemus latius*, id tamen intelligendum est, quando ille, qui postea spoliauit, prius † propo- 83
suit petitorium, quàm reum spoliaret. Neque enim tunc potest videri in possessorio nondum competenti vel intentato, sibi præiudicasse. Imò cùm eo casu non possit † prohibere ne 84
actor vteretur petitorio, non videtur in eo aliquo modo consentire, iuxta traditionem gloss. *l. Caius supra de pignorat. actione*, & in terminis tradit Rui. *l. naturaliter §. nihil commune num.* 4. & in simili deducitur ex distinctione Card. *in Clement.* 1. *de causa possess.* quam probat Matthæus Brun. *consil. 119. num. 12.* Nam si prius agens de petitorio † spoliauit reum, & po- 85
stea consentit spoliatus, quòd ageretur de eo petitorio, tunc non potuit eam suspensionem facere, quia videtur consentire, quòd petitorium & possessorum simul terminarẽtur, *dict. cap. 1. iuncto dict. cap. cùm dilectus*, & ab eo, quòd semel voluit, in iudicio † re- 86
cedere non potuit, *l. 1. & ibi Bart. n. 6. Codic. de relatio.* Et ad hunc modum sunt explicandi hunc articulum tra-

ctantes Puteus *decis. Rotæ decis. 99. ad finem lib. 1.* & Bursatus *consil. 129. n. 36. lib. 2.* addendo tamen, quòd si spolia-
87 tus † consentiret, quòd ageretur de proprietate spoliatoris, & tamen quòd dominium, & possessorium non terminarentur vna sententia, sed diuersis: tunc non procederet *dict. cap.*
88 *cùm dilectus*, quia cessat illius † ratio, & consequenter si prius constaret de possessorio, restituendus esset spoliatus, & postea ferretur sententia super petitorio, quod absorberet sententiam latam super possessorio, etiam
89 iam executam: Nam † consensus, & tacita renunciatio partis debet intelligi, secundùm intentionem renunciantis, & non potest vltra extendi, *l. non omnis. supra si certum petatur. Aret. cons. 56. col. 2. vers. vnde non debet.*
90 Secundò † principaliter ex prædicto intellectu infertur, quòd cùm decisio *dict. c. 1.* principaliter nitatur in voluntate & cõsensu partium, si constet de contraria voluntate spoliati, vt quia protestetur: quòd non consentit agi de proprietate spoliatoris, non habebit locum decisio *dict. c. 1.* vt apertè colligitur ex eius verbis, & tradit Bart. *l. si quis ad se fundum, n. 2. C. ad legem Iuliam, de vi publica*, & omnes concordant, *vt supra diximus.* Neque
91 † in hoc videtur admittendum, quòd insinuare videtur Alexander. *§. nihil commune n. 31. vers. 14. fallit* quòd non sufficiat simplex oppositio, & replicatio ex parte spoliati, sed requiritur clara protestatio, quòd non consentit agi de dominio spoliatoris, subscribit Capitius *decisione 28. n. 1.* & alij plures, quos refert Aymon. *cons. 248. n. 3. Mascard. de probatio. 3. parte conclus. 1326. n. 11.* secundùm quam opinionem in notab. casu consuluit Paris. *consil. 113. num. 7. & sequent. libr. 1.* & Neuizanis *consil. 79. num. 16. Antonius Natta consil.*
92 *289. à n. 11. lib. 2.* & cùm id pendeat † à voluntate spoliati, sufficiet per quæcunque verba contradicere, argum. *l. in eo §. initium supra, de ritu nuptia.* & in terminis probat Decius *consil. 84. col. final. in principio.*

Neque † obstat authoritas Alexãdri, quia dum admonet aduocatos, quòd clarè protestentur, non consentire, quòd agatur de dominio spoliatoris, non id tradit, quasi necessarium esset, sed per modum consilij eos admonuit, vt cesset omnis dubitatio, vt aduertit Menoch. *de recuperand. possess. primo remedio n. 166.* Et ideò † magis videtur probanda traditio Bald. *l. ordinarij n. 14. versic. ego Credo, Cod. de rei vendicat.* quòd non est necessarium, spoliatum protestari, vt ante omnia restituatur: quia hæc potius est allegatio iuris, & de iure, quàm replicatio: & est propriã natura interdicti recuperandæ possessionis. Vnde spoliatus, qui † petit restitutionem possessionis virtualiter protestatur, quòd non audiatur spoliator de proprio dominio, cùm hæc prætensio illius, etiam probata nihil cõcludat, & ideò non sit admittenda *vt supra diximus.* 93 94 95
Neque (secundùm † Bald.) obstat tex. *dict. c. 1. de restit. spoliat.* quia procedit, quando interuenit culpa spoliati, qui spoliatorem opponentem de proprio dominio, non repulit, sed passus est de eius proprietate agi, ex quo videtur renunciasse priuilegio quòd ante omnia restituatur, *argumento l. 3. §. in hac ff. iudicatum solui. & supra diximus.* 96

Infertur tertiò, quòd, vt non procedat decisio *dict. cap. 1. de rest. spoliatorũ*, sufficit † vnica protestatio, quòd non consentit agi de proprietate spoliatoris: nam cùm mutatio voluntatis non † præsumatur *l. cum qui, supra de probatio.* illa videtur semper durare, quamuis in actis postea factis, taceat & expressè non contradicat, & ita Afflictus *lib. 1. constit. rub. 24. num. 63.* & subscript. 97 98

subscript. Menoch. *de recuperand. possess. primo remedio num* 171. *in fine Cephalus consf.* 289. *num.* 34. *lib.* 2. *& Mascard. de probat.* 3. *parte conclusio.* 326. *n.* 12. Quicquid contrarium sentiat Paris. *consil.* 113. *à num.* 7. *lib.* 1. *Cumin. in ritibus regni Siciliæ cap.* 4. *num.* 164. Adeò, quòd
99 † receptum sit, quòd in protestatione facta circa dependentia à mera voluntate, per actus contrarios non videatur ab ea recessum, imò videatur repetita in actibus etiam contrariis postea subsecutis, *l. qui in aliena* §. *fin. ff. de acquirend. hæred. Aymon. consil.* 10. *num.* 33. & in terminis Contardus *leg. vnica Cod. si de momen. possess. fuerit ap-*
100 *pellatum* 2. *limitatio. num.* 16. Imò † etsi tacitè vel expressim in aliquibus actis contrariis consentiat, tamen in aliis diuersis minimè sibi præiudicat, & ideò in actibus postea secutis in iudicio, contradicere poterit, vt *tradit gloss. celebris Clem. sæpè verb. partibus ad fidem, de verborum significatione, Ias. l. quæ dotis in fine ff. soluto matrimonio, Purpuratus l. cùm quid num.* 157. *supra si certum petatur, Gargiareus patrocinio primo n.* 13. & in nostris terminis tradit Cumia. *in ritibus regni Siciliæ cap.* 40. *à n.* 161.

101 Sed videndum † est, si iudex non obstante contradictione spoliati, vlterius procedat, & admittat probationes super dominio spoliatoris, vtrum valeat ea admissio, ita vt oporteat ab eo appellare? & magis com-
102 munis † opinio existimat, necessariam
103 esse appellationem, quia † iudex procedendo ad vlteriora, videtur reiicere protestationem spoliati *l. à præcedente Cod. de dilatio. l.* 1. *Cod. de ord. iudic.* Ergo oporret ab eo appellare, vt post alios tradit Menoch. *de recuper. possess. primo remedio num.* 167. & Mascard. de probat. 3. *parte conclus.* 1326. *n.* 13. *Bursat. cons.* 140. *n.* 36. *lib.* 2.

104 Sed verius est † contrarium, imò quòd sententia iudicis sit in his terminis nulla: & consequenter non oporteat ab ea appellare, *l.* 2. *C. quando prouocare non est necesse.* Nam † cùm hæc 105 admissio sit facta contra iuris dispositionem, & prohibitionem, valere nullo modo potest, *l. in contractib.* §. *de illo C. de non numerat. pecun. l. maritus infra de quæstion.* & est doctrina Bald. *leg. certi condictio* §. *quoniam colum. fin. vers.* 2. *quæro ff. si certum petatur*, quem omnes ibi sequuntur Deci. *cons.* 11. *colum.* 2. *ad finem.* Præterea testibus † receptis 106 contra iuris prohibitionem, nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute talium probationum est ipso iure nulla, *cap.* 2. *de purgatione vulgari, Bald. leg. libertorum ad finem, Cod. de testibus Afflict. decis.* 47. *num.* 5. *Felin. cap. inter monasterium num.* 23. *vers. temperamen. de re iudicata*, quem vide & in casu nostro valdè simili admittit Aretinus *cap. quoniam contra, numer.* 63. *de probat. Decius cap.* 2. *num.* 14. *vers.* 11. *eod. titul. Felin. cap. cùm contingat num.* 8. *de officio delegati, Socin. leg. rem quæ nobis num.* 19. *post medium infra de acquirenda possess. & Ruin. l. naturaliter* §. *nihil commune in additio. num.* 17. *faciunt quæ Ias. l. ait prætor in principio numer.* 25. *infra de iureiurand. faciunt etiam quæ Gom. cap. dispendia col. fin. de rescript. in* 6. Neque † 107 obstat ratio communis opinionis cōtrariæ, quia quando processus est † 108 nullus, tunc per processum ad vlteriora non videtur iudex tacitè pronunciare super opposito, *vt post Ant. de Butrio tradit Iason. leg.* 2. *n.* 46. *supra si quis in ius vocatus non ierit*, ac ita non est necessaria appellatio quod ita in Lusitania obseruari asserit Valasc. *consultat.* 119. *n.* 11.

Vnde † ex his venit reiicienda 109 concordia, quam inter has opiniones assignat Ruin. *dict.* §. *nihil commune in additio num.* 17. & alia quam assignat Contardus *leg. vnica Cod. si de momentan. appellatio.* 13. *limitat. n.* 26. & tamen

110 ex eisdem venit † explicandum, quòd in Senatu Lusitano fuisse iudicatum asserit Valasc. *consultat.* 119. *à num.* 13. quòd cùm spoliatus peteret restitutionem possessionis, & spoliator opposuit de proprio dominio, & spoliatus nihil opposuit, neque protestatus est, senrẽtia lata super petitorio est valida, & debet transire per Cancellariam: Nam est limitandum id procedere, si spoliatus nihil opposuit & passus est de dominio agi. Nam cùm tunc valeat sententia, vera est decisio *per supra tradita*. Sed si spoliatus protestatus est, ne de dominio spoliatoris ageretur, & iudex nihilominus de ea cognouit, cùm tunc sententia sit nulla, *per supra tradita*, minimè transibit per Cancellariam, vt colligitur ex ordinatione *lib.* 3 .*titul.* 71. §. 18. *iuncto* §. 21. *& hodie lib.* 3. *tit.* 87. *iuncto* §. 4. *noua recopilationis*. Quod non satis aduertit Valascus *dict. consultatione* 129. *n.* 13. *ad finem, & n.* 14.

111 Et iuxta † hanc resolutionem venit explicandus textus *cap.* 2. *de ordine cog.* in quo nobiles spoliati per monasterium, petierunt monasterium in suis petitionibus non auditi, antequam ipsi essent restituti ad castrum, à quo per monasterium fuerant eiecti. Et quamuis monasterium inter alia allegaret, illud castrum esse suum, neque id nobiles negarent, tamen nihilominus fuit monasterium condemnatum, vt nobilibus castrum ante omnia restitueret. Cuius decisionis ratio pendet ex proximè dictis: nam cùm nobiles tempore, quo spoliator opposuit de proprio dominio, petierunt, ne audirentur allegationes illius, antequam plenè essent restituti, ac ita constaret, eos non consentire, imò contradicere: meritò probationi dominij spoliatoris nulla fides fuit adhibita, & ideò illa non obstante, coactus est spoliator, ante omnia castrum restituere.

Neque replices, quòd † in casu dict. *cap.* 2. nobiles non negarunt, castrum esse monasterij, sed tacitè id videntur confiteri, *l.* 1. *& ibi Bart. num.* 5. *Cod. de relato*. Vnde tanquam confessi dominium spoliatoris non fuerunt restituendi, vt *statim dicemus*: quia duobus modis respondetur ex mente Panormitan. *ibi num.* 13. Primò: quòd nobiles confessi sunt dominium directum castri esse monasterij, & tamen vtile dominium esse suum propter infeudationem, & sic dominum directum, non potuisse eos expellere à proprio dominio sua auctoritate. 112

Secundò † respondetur, quòd cùm nobiles protestati fuerint, nec allegationes monasterij audirentur, antequam ipsi essent restituti, ne incontinenti videatur se corrigere, interpretandum est, quòd petierint, ne monasterium spoliator audiretur, quantumcunque esset notorium, dominium castri esse monasterij: nam cùm id probatum non concluderet, monasteriũ propria auctoritate potuisse nobiles expellere, frustra ageretur de probatione rei, quæ probata non releuaret, & sic de ea tanquam re impertinenti non esse curandum, neque disputandum. 113

Iuxta † quas considerationes facilè defendi potest opinio Bart. *l. naturaliter* §. *nihil commune, num.* 3. *infra de acquirenda possessione*, quòd si spoliatus egit rei vendicatione contra spoliatorem, & succubuit: qui spoliator assumẽdo in se onus probandi, ostendit se esse dominum rei, *iuxta leg. circa infra de probat.* poterit nihilominus intentato interdicto vnde vi, à victore auocare possessionem, quia ipsum spoliauerat: subscribunt Iason. *ibi n.* 4. *Corasius num.* 8. *& Fabius num.* 46. *Beroius cap. in literis num.* 74. *de restitut. spoliat. Ruin. consil.* 59. *num.* 5. *lib.* 4. *Sarmient.* 114

mient.lib.2. Select.cap.13.num.5. ex noua ratione comprobat Mencha. *illustrium quaest. cap. 88. n.5.* & secundùm hanc opinionem in senatu Delphinali fuisse iudicatum asserit Franciscus Marcus *decisione 173. in fine in 1. parte.*

115 Cæterùm † contra hanc opinionem Bart. tenent magis communiter Doctores, *vt asserit Alexand. dict.§. nihil commune, num. 14. & ibi Ripa. n.35. Iacobinus hic num. 10. & plures quos refert & sequitur Menoch.de recuperand. possessione, primo remedio n.233. & Antonius Gabriel.lib.5.communium titul.de restit.spoliato.conclus.1.à num.87.Cumia. in ritibus regni Siciliæ capit.40. numer.166. Mascard.de probat conclus.1427.num.11. Gregor.l.27.titul.2. partit.3. verb.que lhe entregasse.* Mouentur ea præcipuè ra-

116 tione, quia ex sententia † lata super petitorio, constat notoriè de dominio spoliatoris, *l.super quibusdam, de verborum significatione.* Impedienda igitur est restitutio *capit. 1. restitut. spoliat. & c.cùm dilectus, de causa possess.* & facit benè text. *l. is qui distinauit, supra de rei vendicatione.*

117 Sed opinio † Bart. videtur probabilior ex supra traditis, quam & videtur probare Ordinatio Portugalliæ *lib.4.tit.50.§.1. in veteri impressione, & lib.4.tit.58.§.1.ad finem noua recopila-*

118 *tionis.* Neque † obstant rationes magis communis opinionis. Nam ad primam respódetur, quòd in rei vendicatione fertur sententia declaratoria antiqui dominij, ac proinde sententia, de qua agimus, tantùm declarauit, dominium illius rei fuisse spoliatoris ante litem motam, super rei

119 vendicatione, & consequenter † nullum ius, vel dominium de nouo in eum transfert, quia de hoc actum non fuit, *vt tradit glos. l. exceptio. infra de except.rei iudicat.* Bart. *l.ex hoc iure n.6. supra de iustitia & iure, Aretin. l. Pomponius, §.si iussu colum. final. infra de acquirenda possessione.* Cùm igitur prædicta sententia nihil aliud fecerit, quàm declarate dominium antiquum spoliatoris, declaratione non obstante, locum habent supra tradita, quòd etsi notoriæ constet, spoliatorem esse verum dominum rei, tamen conuentus per interdictum vnde vi, tenetur possessionem ante omnia restituere, quia propria auctoritate non potuit sibi ius dicere.

Neque † etiam obstat *cap. 1. de restit.spoliator. & cap. cùm dilectus, de causa possess.* quia procedunt, quando spoliatus petens restitutionem possessionis, passus est agi de dominio spoliatoris: nam tunc impeditur restitutio, quia censetur renunciasse priuilegio, vt ante omnia restitueretur, *vt supra tetigimus:* sed quando egit rei vendicatione, & nullam fecit mentionem de remedio possessorio, non potest videri prædicto priuilegio renunciasse, imò tacitè videtur illud sibi reseruasse casu, quo in rei vendicatione succumberet, vt aduertit Rip. *dict. §. nihil commune num. 38. vers. considera si possit.* Denique non † obstat dict. *l. is qui distinauit, infra de rei vendicatione,* quia consilium Iureconsul.eò tendit, vt in rei vendicatione qui censeatur reus, non tamen negat, quòd si succubuit in rei vendicatione, non possit postea agendo interdicto recuperare possessionem, à qua iniustè fuerat expulsus. 120 121

Vlterius ex † eisdem principiis dubia redditur traditio Panormitan.*c.1. n. 5. de rest. spoliat.* quòd si spoliatus in iudicio confiteatur, spoliatorem esse dominum rei, à qua fuit expulsus, impedietur restitutio, quod & probat Afflictis *lib.1. constitut. rubr.24. num.9.* & latiùs comprobat Menoch. *de recuperanda possessione primo remedio à num. 216. Anton.Gab.libr.5.communium.titul.* 122

de restitut.spol.conclus.1.num.7. & n.191. Mascard. de probat 3.parte conclus.1327. num.3. Ioan. Garcia de nobilitate Hispaniæ glos.12. col.penult. post medium. Hoc
123 enim † dictum ex supra traditis confunditur. Nam dato, quòd confiteatur dominium esse spoliatoris, non ob id consentit, eum debere remanere in possessione, quam iniusto & reprobato modo obtinuerat, imò petit & cōtendit, eam sibi nihilominus esse restituendam, & probat *cap. 3. de ordine cognit.* explicatum vt supra, & ibi notat Panormit.*n.13.* & probatur etiam *l.sequitur §.si tu vi, in fine, infra de vsucap.& l.1.§.& parui,* & ibi *Bartol. infra quòd vi aut clam.& §.recuperandæ in fine Instit.de interdictis.*

124 Quinimò contra † prædictos concludendum est, supra tradita locum habere, etsi notoriè non solùm constaret, spoliatorem esse dominum rei, sed etiamsi constaret spoliatum fuisse iniustum possessorem, quia ratio, de qua supra, euincit, etiam hoc casu faciēdam esse restitutionem ante omnia, quòd clarè probat dict. *l. sequitur §.tu vi, in fine, infra de vsucap.* & supra probauimus. Et satis colligitur ex regula generali quòd etiam prædo est restituendus *cap.in literis, de restitutione spoliatorum ibi notat Panorm. n.9. & l.1. §.qui à me, & l.colon.infra de vi, & vi armata l. 1. § si prædo, infra depos.* Rationem assignat Fulgos. *cons.2. num.4.* & probant multi, quos refert Ant.Gabr. *dicta conclusione prima, de restitutione spoliatorum num.* 101. & tanquam receptum admittit Albanus *hic in additio. ad Bart.n.2.*

125 Subsistendum † tamen videtur: Nam contrarium, imò quòd si constet, vel notorium sit, spoliatum fuisse iniustum possessorem, quòd non sit restituendus, post alios resoluit Alexand. *dict.§. nihil commune n.27. Decius consil.191.num.9. Gigas cons.14.num.11. Neuizan.cons.81.num.32. Aymon.consil. 302.num.6.Anton. Gabr.libr.5. communium, titul.de restit.spoliato.concl.1. n.94. & latè comprobat Anton.de Math.ad regulam, spoliatus est ante omnia restituendus, num.49. Mascard.de probat. libr.3. concl. 1327. à num. 1. & conclus. 1329. n.2. Octauian. Cacheran. consil.67.n.42. & alij supra relati per Ant. Peregrinum de fideicommis. articul.52.n.139.* & pro
hac † sententia adducitur *cap. ad decimas, de restitutione spoliatorum in 6. &* 126
c.constitutus, de filiis presbyterorum, & c.quia clerici, de iure patronatus, & ibi tradit Panormitan. n. 4. cui subscribit Hyppol.*singul.195. ad finem Rebuf.leg. quòd iussit 1.notabile n.62. infra de re iudicata,* & ampliat Gigas *cons.5.n.19.*

Sed† his non obstantibus proban- 127
da est nostra ampliatio *ex supra traditis:* Neque obstant in contrarium ad-
ducta, nam ad † primam de *c. ad deci-* 128
mas de restitutione spoliatorum libr. 6. respondet Afflictus *libr.1. constit.rub.24. num. 19.* quòd in eo textu solùm erat notorium, spoliatum fuisse iniustum possessorem, sed etiam de hoc constabat per confessionem ipsius spoliati, qui fassus est possidere decimas in parochia aliena, ex hoc colligens, quòd vbi quis possidet iure resistente: & præterea ex eius confessione constat, iure resistente possidere, tunc spoliatus non restituetur, quod est de mente Anchar. *dict. c. ad decimas n.3.*
Sed non † placet hæc responsio, quia 129
confessio spoliati, quòd spoliator sit dominus rei, non impedit restitutionem, quam postulat spoliatus, vt probat *c.2. de ord. cognitionum,* explicatus vt supra, & in specie clarè probat *leg. sequitur §. tu vi, in fine infra de vsucap.* Ergo in specie dict. *cap. ad decimas,* confessio spoliati non debuit impedire restitutionem possessionis quam ipse petebat.

Et ideò † secundò respondetur, 130
quòd

quòd in specie dict. *c.ad decimas*, spoliatus, possidebat decimas iure resistente, & sic præsumebatur illas iniustè possidere, vt text. ille dicit. Et præterea idem ius commune fauebat spoliatori. Concurrentibus † igitur
131 bat spoliatori. Concurrentibus † igitur liis duobus, quòd ius commune resistat spoliato, & fauet spoliatori, impeditur restitutio, *vt tradit gl. d.cap. ad decimas, verb. præsumatur.* Imol. *cap. in literis n.5. de restitutione spoliatorum, Dec. l. si pacto quo pœnam num. 5. Cod. de pactis, Anton.Gabr.l.5. communium, tit. de restit.spoliatorum conclus.1. n.81. & num. 107. Rip. c.cum Ecclesia, n.130. de causa possessionis, post Panormitan. ibi n.49. subscribit Anton. Natta consil.563. num.30. lib.3. Couar. de spons.2. parte c.7.§.5.n.10. Ioannes Garcia de nobilit. Hispaniæ gl.12. num 85.*

132 Sed vtique † neque hæc responsio tollit difficultatem, quia, vt probauimus, licèt constet, quem fuisse iniustum possessorem, & præterea spoliatorem esse dominum rei, adhuc concedenda est spoliato restitutio *l.sequitur §. si tu vi in fine infra de vsucap.* Et
133 ideò melius † responderi potest, in hac materia faciendam esse differen-
134 tiam inter † restitutionem spiritualium, vel quasi inter restitutionem in
135 bonis profanis. Nam † in restitutione spiritualium, vel quasi locum habebit decisio dict. *cap. ad decimas*, vt si notorium sit, verè vel præsumptiuè, spoliatum esse iniustum possessorem, & per contrarium sit notorium, spoliatorem esse verum dominum rei, im-
136 pedietur † restitutio. In merè autem prophanis, etiam in prædicto casu facienda erit restitutio, vt efficaciter probat *c.2. de ordine cognitionum*, explicatum vt supra, & agnoscit hanc differentiam Imol. *dict. c.2. in literis n.5.* & ante eum Oldrad. *cons.1. n.10.* sentit Rota *decis. 2. de restitutione spoliatorum in antiquis Hyppol. singul.11. Gomez regul. de triennali qu.11. colum.2. Anton. Gabr. dict. conclus.1. n.10. & n.98. iuncto num.110. & conclusio 5.n. 110. Anton. Rub. cons.167.n.8.*

Et † ratio huius differentiæ est, 137
quòd spiritualia, vel quasi non possunt possideri sine titulo Canonico, *cap.1. de regulis in 6.* & ideò petens illorum restitutionem, debet probare titulum saltem coloratum, *glos. final. communiter recepta Clement. vnica, de causa possession. Anton. Gabr. dicta conclusione prima n.121. notab. Ant. de Math. ad regulam spoliatus ante omnia est restituendus fallentia 16. n.49. vers. venio ad secundum*, etsi illum non ostenderit, non restituetur, quasi nunquam possederit, *dict. cap. ad decimas, & e quoniam & e. constitutus, de filiis presbyterorum, notab. Paulus Castrens. cons.401. n.5. libr.1. Ioannes Garcia de nobilitate Hispaniæ gl. 12. n.85. vers. ideò.* Cæterùm in prophanis cessat hæc ratio, *vt per Panormit. cap. cum Ecclesia, de causa possess.* Vnde etiam si illa possideat, sine titulo semper est restituendus, etsi constet fuisse iniustum possessorem, & prædonem, *d.c. in literis ad finem.*

Neque etiam obstat † *cap. quia clerici, de iure patronatus*, & quòd ibi Panor. *num.4. & alij supra relati.* Nam re- 138
spondetur † in hac materia distinguendum esse: nam si constet, quem 139
iniustè possidere, poterit iudex ex officio eum spoliare *dict. cap. quia clerici.*
Nam † licèt iudex regulariter partem 140
inauditam non debeat spoliare *l. final. C. si per vim vel alio modo, c. conquerente de restitutione spoliatorum, c. licèt Episcopus de prabend. in 6. Dec l. si pacto quo pœnam, n.4. C. de pactis* tamen † in no- 141
toriis poterit id facere, *d c. quia clerici; not. Hyppol. sing.195. Rebuf. d.l. quod iussit 1. notab. n.62. Gigas tract. de intruso à n.* 108. Et tamen † non iden licebit pri- 142
uato: quia etiã in notoriis non pòtest ius sibi dicere propria authoritate, *l. non*

l. non est singulis, infra de regul. iuris leg. si quis in tantam Cod. vnde vi, quicquid prædictos casus æquipararet Menoch. *de recuperand. possess. primo remedio num.*
143 *121. & num. 128.* Vnde † videmus, quòd in notoriis potest iudex ius sibi dicere, etiam in propria causa, *Innoc. c. ex parte col. 2. ad finem de verborum signif. Bart. l. si quis §. 1. infra de pœnis Deci. l. qui iurisdictioni num. 11. supra de iurisdictione omnium iudicum*, quod tamen priuatus minimè facere potest, *l. extat supra quod metus causa l. 1. §. &*
144 *parui infra quod vi aut clam.* Similiter † si pendente appellatione aliquid innouetur per partem, tanquam attentatum reuocatur, quantumcunque notorium sit, friuolè & iniustè appellasse, vt resoluit Alexand. *cons. 99. n. 9. lib. 5. Cassiodo. decis. 3. num. 5. de restitutione spoliatorum, Afflictis decis. 352. n. 5.* & asserit receptum Alciat. *l. 1. in principio numer. 84. infra de noui oper. nuncia-*
145 *tione*, & tamen iudex, à quo friuolè † appellatum sit, non tenetur deferre friuolæ appellationi, *cap. cum appellationibus de appellat. in 6.* & ea non obstante poterit exequi sententiã suam, neque ea executio tanquam attentatum reuocabitur, *cap. non solùm, cum glos. de appellat. in 6. & in specie tradit glos. 3. in fine l. vnica infra nihil nouari appellat. pendent.* quæ in his terminis loquitur & procedit, & eam in illis probat Bart. *ibi num. 5. Rota decis. 2. ad finem, de restitutione spoliatorum in antiquis, Guid. decis. 213. in fine Afflictis decis. 98. ad finem, & alij relati per Couar. practicarum quæstionum capit. 23. num. 4. ad medium.*
146 Quòd si iudex à quo friuolè † appellatum sit, nihilominus detulerit appellationi, quia tunc videtur à se abdicasse iurisdictionem, *d. c. cum appellationibus*: quasi facta à priuato omnia innouata interim per eum reuocabuntur, iuxta regulam *l. vnica, infra nihil nouari appellatione pendente.*

Ex qua opinione ita defensa inferuntur multa summè notanda in hac materia Et prima † illatio sit, vt in ea 147
non sit facienda differentia inter ius ciuile & Canonicum, sed tantùm inter spiritualia & temporalia. Nam etiam † iure Canonico in temporali- 148
bus spoliatus restituitur ante omnia, etsi iniustus videatur possessor, vt probat *cap. 2. de ordine cognitionum, explicatur vt supra.* Neque † obstat, quòd 149
iniustè possidentes percipiendos fructus peccant, & ideò ad euitandum peccatum non est restituendus, quia hoc casu videtur militare eadem ratio, quæ in spiritualibus. Nam huic obiectioni eleganter respondet † Ant. 150
de Math. *in tract. ad regulam spoliatus ante omnia est restituendus fallentia 16. numer. 49. vers. tertium caput*, & vltra eum † ego respondeo, quòd in hac 151
materia magis attenditur possessio, à qua spoliatus iniusto & prohibito modo fuit deiectus, quam peccatum, si quòd forsitan subsit, vt probat *dict. capit. 2. de ordine cognit.* Et ideò cùm in prophanis detur possessio sine titulo, semper deiectus restituendus est.

Secundò infertur cauendum esse † 152
ab ea opinione, quam magis Doctores approbare asserit Octauian. Cacheran. *cons. 67. ad finem*, quòd etiã in prophanis notorius defectus proprietatis impedit restitutionem possessionis, quã quis fuit spoliatus, quòd etiam resoluit Antonius Peregrinus *de fideicommis. articul. 52. num. 138.* Nam verius est contrarium, ex *supra traditis*, & tantùm illa † magis communis 153
opinio admitti potest, in spiritualibus vel quasi, vt aduertit Ioannes Garcia *tractat. nobilit. glos. 12. num. 85. vers. ideò & prius Anton. de Math. ad regulam spoliatus ante omnia est restituendus, fallentia 16. n. 49. vers. venio ad secundùm, ad finem.*

Tertiò † infertur decisionem dict. 154
cap.

cap. ad decimas, de restitutione spoliatorum intellecti vt supra non habere locum in mere prophanis, *vt supra probauimus*, quicquid contrarium vti receptum resoluat Ioannes Garcia *tractat. nobilit. cap.12. col. penultim.*

155 Vlterius † & supra resoluta amplianda sunt à fortiori procedere, si spoliator offerat se incontinenti velle probare dominiū illius rei esse suum. Nam si non auditur, quando constat eum esse dominum rei, *vt supra probauimus*, à fortiori non audietur, si de hoc non constet, quantumcunque velit incontinenti id probare, quod ita contra glossam hic ad finem asserit receptum Paul. Castrens. *hic n.15. Iacob. num.17. Decius l. in condemnatione §. dolo infra de regul. iuris Rip. dict. §. nihil commune num.52. Anton. Gabr. d. conclusione prima de restitutione spoliatorum n.43. & nu.74. & latè Maschard. de probat. 2. parte conclus. 687. à num.15. & notab. Albanus hic in additio. ad Bart. n.5.*

156 Quinimo † videtur probare textus *l. si quis emptionis §. sed hac super illis Cod. de praescriptione 30. annorum*, quod si spoliatus agat rei vendicatione contra spoliatorem, non audietur spoliator, licèt opponat de notorio defectu agentis, vel etiam opponat de proprio dominio, *vt ibi notant Bar. Bald. Angel. & Salycet. Bart. l.4. §. Cato nu.4. infra de verborum oblig. & l. si alienam num.2. infra soluto matrimonio, Angel. l.1. §.1. in fine infra de vi, & vi arm. Paul. Castrens. l. commodare in fine, infra commodati*, & esse communiter receptum asserit Anton. Gom. *l. Tauri 45. num.183.*

157 Sed † subsistendum est, quia contrarium apertè significat Iureconsultus *l. qui destinauit, supra de rei vendicatione*. Frustraneū enim redderetur consilium Iureconsult. ibi expressum, si agentem rei vendicatione eadem consequerentur priuilegia, quae haberet si eum conueniret per interdictum vnde vi, de quo textu notab. agit Anton. de Math. *tract. de causa possessionis, n.87.* Item in contrarium est † textus *c. cum Ecclesia, de causa possessionis*, vbi proponens simul petitorium & possessorium, respectu petitorij, nullum obtinet priuilegium, sed tenetur plenè probare intentionem suam. 158

Ac ita † verius & receptius est, quod si spoliatus agat rei vendicatione aduersus spoliatorem, potest spoliator ei opponere de proprio dominio, vel etiam de defectu dominij vendicantis, & super vtraque exceptione videndus est, vt resoluit Iason. *dict. §. nihil commune num.120. Rip. dict. cap. eum Ecclesia n.16. Alexand. dict. §. Cato n.24. & ibi Ripa num.29.* 159

Neque † repugnat textus *dict. §. sed hac super illis*, quia loquitur in eo, qui rem possedit per 30. annos, qui licèt propter malam fidem non fuerit effectus verus dominus & perfectus illius rei, tamen in odium spoliatoris, quoad effectum rem vendicandi ab eo, lex illum pro domino iubet haberi. Vnde meritò hoc casu spoliator, neque ei poterit opponere de proprio dominio, & multominus de defectu dominij vendicantis. Nam † lex ei concedens rei vendicationem, omnes praedictos defectus videtur suppleuisse, & ita in effectu Bald. *l.1. in fine inf. famil. herciscun. & l. vis eius num.2. Cod. de probationibus, Alex. l. si alienam n.3. infra soluto matrimonio, & dict. §. Cato n.23. & ibi Iason. num.24. Ripa. num.29.* & esse verum intellectum fatetur Balb. *de praescriptionibus 2. parte 3. princip. q.6. num.8.* 160 161

Ex quo vero intellectu consequitur, quod extra † terminos speciales *dict. §. sed hac super illis*, si spoliatus agat rei vendicatione aduersus spoliatorem, poterit spoliator de proprio dominio opponere, & consequenter de defectu dominij vendicantis, *iuxta supra* 162

163 pra tradita. Quare † si hæres spoliati agat rei vendicatione extra terminos dict. §. *sed hac, super illis*, poterit reus excipere de proprio dominio: quicquid cõtrarium videatur sentire Bart. *dict.* §. *Cato nu.*4. & ibi Alexand. *nu.*22. *Iason. num.*25. *Rip. n.*30. *Balb. vbi supra*
164 *quest.6. num.*8. Vnde † videtur tutum, quod per dictum §. *sed hac super illis*, tradit Bart. *l. penultim. num.*4. *infra de condition. institut.* quòd quando dominium principaliter deducitur contra violentum possessorem, sufficit probare possessionem, vt in præiudicium spoliatoris censeatur probatum dominium, subscribit Rip. *dict.* §. *Cato, num.*29. & alij relati per Boerium *de-*
165 *cis.*42. *num.*6. Nam † dict. §. *sed hac super illis*, loquitur in possessore 30. annorum, neque is tunc censetur probare dominium, sed potius illud non videtur habere, & tamen lex illud concedit quoad effectum vt rem vendicet à spoliatore in odium illius, *Paul. Castrens. l. vis eius in fine C. de probat.* & *supra tradidimus.*
166 Vltimò limitanda † sunt supra dicta, nisi Princeps iubeat simul tractari de possessione, & proprietate: nam
167 † tunc probationes factæ de proprietate spoliatoris valebunt: licitè enim id Princeps iubere potest, quia videtur agi de paruo præiudicio, *argumento l. quoties C. de precibus Imperat. offerendis*, *facit capi cùm dilectus*, *de causa possessionis*, & in specie tradit Alex. *cons.* 54. *num.*3. *lib.*5. *Capitius decis.*69. *n.*13. *Neuizan. consil.*97. *num.*12. *notab. Ruin. cons.*48. *num.*13. *ad finem lib.*4. quibus addo Brunum *cons.*19. *nu.*9. *Panormit. cap. in litteris num.*24. *ad finem de restitutione spoliatorum*, *Afflict. lib.*1. *constit. rub.*24. *n.*20. *ad finem*, *Menoch. de recuper. possess.*15. *remedio num.*237. *Aymon. cons.*327. *à num.*23. & notab. Anton. Thesaurus *decis. Pedem.*15. *à num.*4. re-
168 soluens, quòd licèt † princeps de potestate ordinaria id possit facere, tamen in fine admonet, quòd semper principi consulatur, vt ab huiusmodi concedendis rescriptis abstineat. Et † 169
ideo omnis inferior à Principe, qui recognoscit superiorem, huiusmodi rescripta concedere non poterit, adeò quod etiam Vice-rex † ea concedere 170
non possit, *Thom. Grammatic. consil. ciuili* 84. *per totum Thesaur. decis. Pedemontan.* 15. *ante finem.* Neque etiam Rex † consideratus tanquam admini- 171
strator magistratuum militarium, *Cabedus decis. Lusitana* 61. Et hæc de prima conclusione principali deducta ex isto textu.

Succedit igitur secũda † conclusio 172
principalis, quæ etiam ab eo deducitur Salicet. Quòd si de vi & possessione agatur, prius debet cognosci de vi, vt apertè colligitur ex primis verbis huius text. & clarius *ex l. qui cœtu* §. 1. *inf. ad l. Iuliam de vi publica*, probat *l.*5. *tit.*10. *partit.*3.

Ex qua secunda † conclusione prin- 173
cipali, infertur primò intellectus ad cap. *fin. de ordine cognitionum*, vbi text. probat: quòd spoliator non potest reconuenire spoliatum, nisi de alio spolio, & sic sentit, quod non poterit eum recõuenire per interdictum adipiscendæ vel retinendæ, cùm ad interdictum vnde vi se restrinxerit, addita ea ratione, quia spoliatus habet à iure priuilegium, vt non teneatur spoliatori respondere, nisi postquam plenè fuerit restitutus: & sic optimè confirmat secundam principalem conclusionem huius textus.

Non est tamen † omittendum, de- 174
cis. dict. *cap. fin. de ordine cognitionum*, nimis videri obstare *l. si quis ad se fundum Codic. ad l. Iuliam de vi publica*, quæ probat, quòd si quis deiecit aliquem à possessione fundi, & spoliatus ex interuallo deiecit spoliatorem, is secundo loco spoliatus, potest agere

inter

interdicto vnde vi, aduersus primum spoliatum & obtinere, vt ante omnia restituatur. Ergo non est verum dicere, quòd aduersus spoliatum admittatur reconuentio de alio spolio. Imo dicendum videtur, quòd qui secundo loco fuit spoliatus, iste solus obtinebit, vt sibi possessio restituatur, neque admittetur reconuentio spoliati primo loco, qui agit de spo-
175 lio in eadem re commisso. Sed † respondendum in hoc articulo, duos
176 casus esse † distinguendos, aut autem reconuentio fit de spolio in alia re di-
177 uersa commisso, & procedit † dict. *cap. fin. de ordine cognitionum*, aut verò reconuentio fit de spolio in eadem re commisso, & procedit *d. l. si quis ad se fundum.* Et est ratio huius differentiæ, quia primo casu, etiam si admit-
178 tatur † reconuentio de alio spolio, vtrumque spolium remanebit punitum, vt ius disponit. In secundo autem casu, si primò expulsus posset reconuenire eum, quem ipsemet expulit à possessione eiusdem rei, vtique secunda expulsio remaneret impunita, quod est absurdum, & ita aduertit Ant. *cap. fin. num. 6.* & ibi Panor. *n.* 11. *de ordine cognitionum, Beroius dict. cap. in literis num. 26. Dec. consil. 200. num. 2. & num. 4. & Anton. Rubeus* §. *nihil commune num.* 158 *in fine Menoc. de recuper. poss. primo remedio num.* 388. & alij relati per Antonium Gabriel. *lib.* 5. *communium, titul. de restitutione spoliatorum* 1. *conclus. à num.* 154. *& Valasc. consultat.* 88. *à num.* 3. quibus adde Alexand. *consil.* 94. *lib.* 1.
179 Ex † qua communi resolutione duæ in hoc articulo sint constituendæ conclusiones. Prima est, quòd spoliator potest reconuenire spoliatum de alio spolio in re diuersa commisso contra ipsum spoliatorem. Secunda
180 est † quòd de spolio eiusdem rei antea commisso eum reconuenire non potest, *dict. l. si quis ad se fundum*, de vtraque sigillatim agemus.

Prima † igitur conclusio clarè pro- 181
batur dict. *cap. fin. de ordine cognitionum*, in quo additur, quòd si spoliator in vim exceptionis obiiciat aliud spolium in re diuersa commissum per prædictum spoliatum, non audiciur primus spoliatus, qui egit interdicto vnde vi ad restitutionem. Sed propter diuersum spolium propositum ab aduersario in vim exceptionis, non audietur in interdicto vnde vi per eum prius intentato, *notant plures relati per Ant. Gab. lib.* 5. *communium tit. d rest. spoliat. conclus.* 2. *num.* 3. Nam † & alias 182
multum interest aliud spolium proponi per viam actionis, vel per viam exceptionis, *cap.* 2. *de ordine cognitionum l.* 5. *tit.* 10. *partit.* 3. Et † ideo opponens 183
de spolio commisso per spoliatum in alia re, considerari debet, vtrum sua magis intersit possidere rem, cuius possessione fuit deiectus, & petat restitutionem per viam actionis siue reconuentionis, si verò sua intersit magis possidere rem, à qua alium spoliauit, proponat aliud spolium per viam exceptionis, per quam primum spoliatum excludet à sua petitione, non tamen obtinebit eam rem, à qua fuit spoliatus sibi restitui; quia exceptio habet vim repellendi, non † autem ac- 184
quirendi rei restitutionem *c. item cùm quis, de restitutione spoliatorum*, & eleganter declarat Maranta *in praxi* 4. *parte* 6. *distin. iudic. à num.* 41.

Secunda † principalis conclusio est, 185
quòd si spolium ex vtraq; parte commissum sit, super eadem re non admittetur reconuentio de alio spolio in eadem re commisso: sed vltimo loco deiectus, est ante omnia restituendus *l. si quis ad se fundum C. ad l. Iuliam de vi publica*, quicquid contrarium securè teneat Cepol. *consil. criminali* 59. *num.* 11. Et ad hunc † modum debet 186

declarari & limitari generalitas *d.cap. fin.de ordine cognitionum.* Et est ratio, quia prout vltima mora nocet *l. illud supra de pericul. & commod. rei vend.* ita etiam debet nocere spolium vltimo loco commissum, & ideo vltimo loco deiectus debet ante omnia resti-
187 tui. Ex cuius quidem † conclusionis mente apertè colligitur:quem esse restituendum ad possessionem iniustam,& per vim per eum occupatam, quantumcunque de eo constet, & supra dictum est, videnda est tamen *l.5. ad finem tit.10. partit.3.* & ibi Greg. *in*
188 *gl. fin. & l. fin. tit.10. partit.7.* Et † hac
189 etiam † ratione pro regula constituitur, quòd etiam prædo ante omnia est restituendus, *cap. in litteris de rest. spol.* neque enim quis expelli potest priuata auctoritate à possessione sua, etiam iniusta, sed debet super hoc iudicialiter audiri, *Fulgos. cons.2.num.4. Pan.c.2. num.13. de ordine cognitionum. Decius cons.200.colum.1. Ord.Portug.illa lib.4.titul.58. in principio noua recopi-*
190 *lationis.* Vnde † cauendum est à Grato *cons.24.n.13.lib.1.* dicente, quòd vbi notorium est, possessionem de iure non pertinere ad spoliatum,deneganda est restitutio. Item & ab Aymon.
191 † *cons.34. num.6.* tradente, quod vbi possessio est vitiosa, non debet quis ad eam integrari, & ab eodem Aymon. *cons.301.num.6.* asserente, quod spoliatus non restituitur, quando notoriè constat de non iure spoliati:hæc enim omnia saltè in prophanis manifestè sunt falsa,*vt latius sup.probauimus.*
192 Secundò † ex prædicta conclusione infertur explicatio ad *§. recuper. in fine, Inst.de interdict.*dum probat, spoliatum esse restituendum, etiamsi respectu spoliatoris possideat,vel vi, vel clam, vel precario. Nam in primis est aduertendum, textum illum videri
193 intelligendum, quando quis † fuit deiectus cum armis: In hoc enim interdicto solum, non apponebatur ea exceptio (*si non vi;vel clam,vel precario*) sed si quis esset deiectus sine armis, tunc fiebat prædicta exceptio, vt expressè dicit Cicero in *Oratione pro Aulo Cecinna*, & ibi notat Latomus, & videtur colligi ex *l. si de vi infra de vi, & vi armata*, & probat Balduin.*d. §.recuper. Duaren. lib.1.disp.c.20. Cuiat. ad Paul. Iureconf.lib.5. receptar. sentent. c.6.*& meminit Menoch.*de recuperand. possess. primo remedio n.235.* Sed † reii- 194
cienda est hæc declaratio,quia verius est d.§. *recuper. in fine* generaliter procedere, quacunque vi quis sit deiectus, vt ibi exprimit Theophilus Alciat.*lib.1.parergon.c.34.*aduersus Duarenum latè probat Robertus *lib.3.sententiar.cap.20.* & agnoscit etiam Menoch.*de recuperand. possess. primo remedio num.7.*Quamuis enim antiqni prætores fecerunt prædictam differentiam in suis edictis, tamen moderniores prætores generaliter in interdicto vnde vi, in suis edictis prædicta exceptione vsi non sunt.

Quo† præmisso ex d.§. *recuperanda,* 195
in fine, colligendum est, quòd si quis aliquem spoliauit sua possessione, & sic per vim possessionem obtinuit, & spoliatus ex interuallo ab eadem possessione eum deiecit, est nihilominus restituendus ante omnia, quamuis constet iniustè, & violenter possedisse,quod & probat *l.si quis ad se fundum Cod.ad l. Iuliam de vi publica*, & rationem supra tradidimus. Colligitur 196
etiam ex *d.§.recuperandæ, in fine*, idem esse, si quis qui nunc spoliat, clam possidebat respectu spoliantis, & sic cùm in *d. §. recuperan.* quoad † effe- 197
ctum restituendi ante omnia à pari habeatur, spoliatum vi possidere, vel clam, inferri † videtur, quod prout si 198
per vim expellas vi, eandem rem possidentem, & deinde primus spoliatus recuperauit eandem possessionem

clam,

clam, primus spoliator restituetur ante omnia aduersus prædictum clam possidentem, & facit etiam æquiparatio *l.1.§.final.& l.si duo infra, vti possidetis.*

199 Cæterùm contrarium † tenet Paul. Castr. *consil.399.nu.4. lib.1.* resoluens, quòd licèt vi possidens, si etiam per vim postea expellatur, sit ante omnia restituendus, *vt dictum est*, quia ex vtraque parte, par est delictum, tamen si quis deiecit aliquem per vim, & postea expulsus, clam eum priuauit prædicta possessione, non erit ante omnia restituendus: quia cùm delictum primi spoliatoris fuerit grauius, vtpote per vim commissum, & secundum leuius, vtpote clam commissum, id quod est minus, non debet absorbere id, quod est maius *l.hæres à debitore §.quod si seruus infra de fi-*

200 *deiussor.* Imò quòd † est maius præponderat semper & absorbet id, quod est minus, *l. item si obstetrix §.fin. inf.ad l. Aquil. & subscribit Dec. cons.200. nu.4. Aymon.cons.4.num.11.* & alij relati per Menoch. *de recuper.possess. primo remedio*

201 *n.383.* & facit quia aduersus † agentem remedio attentatorum, non potest excipi de alio spolio, & pariter

202 non admittetur reconuentio de † alio spolio, quia remedium attentatorum est fortius & fauorabilius quàm interdictum vnde vi. Et ideo *cap. fin. de ord. cogn.* probans, quod spoliatus potest reconueniri de alio spolio, non procedit in remedio attentatorum, *Panor.c.bene num.20.de appellat. Afflict. decis.98. num.4. Dec. cons.200. num.3. Menoch. de recuper. primo remedio num. 385. Corras. dict.§. nihil commune, nu.52.*

203 Sed † his non obstantibus prima opinio longè verior est, per rationem supra allatam, & per generalitatem *cap.finalis de ordine cognitionum.* Et quia spoliatus dicitur ille, qui priuatus est sua possessione, siue vi siue clam, prout igitur vi deiectus potest reconueniri pro alio spolio per vim commisso, pariter & pro alio spolio clam commisso: facit bonus textus *l.si alius §.bellissimè infra quod vi aut clam, & cap. item cum quis de restitutione spoliatorum.*

Nec † obstant rationes Paul. Castr. 204 quia ad primam respondetur regulam *d.l.si quis ad se fundum*, non ea ratione procedere, quod secundùm delictum tanquam par excludat primum delictum, *vt Paulus præsupponit.* Neque enim par delictum, aliud par absorbere potest, sed potius procedit ea ratione, quod prout vltima † mora nocet, 205 *l. illud infra de periculo & commodo rei vēdit.* ita & vltimum delictum debet nocere. Quæ ratio pariter militat, siue vltimum delictum sit commissum per vim, siue clam, cùm à pari vtrumque delictum iudicetur, *vt dictum est.* Neque † etiam illud quod 206 obiicitur de remedio attentatorum, quod illo agens, non poterit reconueniri pro simplici spolio commisso in alia re. Nam respondetur, id ea † ratione 207 procedere, quia attentatum reuocatur per solum iudicis officium, neque dato libello, neque lite contestata, *glos. 1. Clem. 2. vt lite pendente*, quam ordinariam & singularem appellat Francus *in disputat. petitorij & possessorij num.27.* Et † ideo non admittitur reconuentio per interdictum vnde vi, in quo ordinariè respectu attentati procedendum est. Quare si reconuentio † fieret de alio attentato 208 commisso in diuersa re, admitteretur reconuentio quia cessat ratio de qua supra, & in specie tradit Valascus *consult.88.ad finem.*

Est † nihilominus aduertendum, 209 quòd prima facie non videtur dari posse spolium clandestinum, quin & simul concurrat spolium violentum. Patet quia si me absente clam occupes meam possessionem, naturalem qui-

dem possessionem clam videris habere, non autem videris habere ciuilem possessionem, quæ adhuc videtur retineri per absentem. Quòd si eum venientem non admittas, admittetur quidem ciuilis possessio: quam ille qui possessorem non admisit, non iam clam, sed magis per vim videtur obtinere *l. clam possidere §. qui ad nundinas & ibi Ias. n. 47. infra de acquir. possess. tradit gl. recepta l. 3. §. sine autē infra de vi, & vi armata.* Ergo non potest dari priuatio possessionis clandestinè factæ,
210 quin † cum ea concurrat priuatio violenter facta. Neque dicas quòd saltem respectu naturalis possessionis, potest dari clandestina possessio absque violentia, quia replicabitur, quod
211 † respectu naturalis, non est necessarium recurrere ad interdictum restitutorium. Nam dominus retinens ciuilem, potest propria authoritate expellere possidentem naturaliter. Nam cùm ille qui eam habet, turbet dominum in sua ciuili, & velit illa eum priuare, licitum est domino ad defen-
212 sionem suæ † ciuilis, eum à naturali expellere *l. 3. §. cùm igitur & l. qui possessionem infra de vi, & vi armata, & c. olim. c. 1. de rest. spol. tradit gl. l. 1. §. interdictum autem verb. vltro, infra vti possidetis,* quam ibi probat Bart. *num. 3.* & asserit receptam esse Alex *l. quemadmodum n. 3. infra de acquir. possess. Iason. d. §. qui ad nundinas n. 23. & num. 52. Rip. cap. cum Eccles. num. 9. de caussa possessionis.*
213 Nam † pro responsione est aduertendum, plures tenere, quòd ciuiliter possidens non possit propria authoritate expellere possidentē naturaliter, imò si eum expellat, cogetur naturalem possessionem restituere, iuxta regulam generalem *l. 1. §. deijcitur infra de vi, & vi armata.* Ita enim tenet Cyn. *l. 1. Cod. vnde vi. Bart. l. 2. n. 3. Cod. de iure emphyt. Aretin. dict. §. qui ad nundinas n. 12.* allegant textum *in l. si alius §. bellissimè, inf. quod vi, aut clam*, vbi ædificium clam ædificatum in solo alieno, dominus propria auctoritate non potest destruere, nisi ex magna causa. Ergo pariter non poterit expellere naturaliter possidentem, & pro illis potest expendi *d. §. retinendæ in fine ibi (clam).* Sentit enim, quòd si clam possidens deiiciatur, ante omnia est restituendus, quod propriè verificatur in terminis, de quibus suprà.

Sed † his non obstantibus, non est 214 recedendum à prima opinione magis communiter recepta, cui non obstant rationes contrariæ opinionis. Nam ad † primam de *l. si alius §. bellissimè in-* 215 *fra quod vi, aut clam*, pro responsione est aduertendum, quod gl. ibi verb. *dari*, existimat, eam esse † differen- 216 tiam inter interdictum quod vi, aut clam, & interdictū vnde vi, quòd clam ædificatum possum etiam clam destruere, etiam ex interuallo, sed eum, qui me expulit per vim, non possum expellere ex interuallo, sed tantùm incontinenti *l. 3. §. cùm igitur infra de vi, & vi armat.* quam differentiam admittunt Rainer. Albe. d. §. *bellissimè*, & Balduin. §. *recuper. inst. de interdictis*, inquiens in hoc esse fauorabilius interdictum vnde vi, & defendit Robertus *lib. 3. sentent. cap. 20.*

Quæ † tamen differentia non est 217 vera, & est contra tex. *d. §. bellissimè.* Nam licèt ibi referatur Iulia. Iureconsultum † existimasse, posse quem 218 indistinctè destruere clam, ædificatū in suo solo, tamen Iureconsultus Vlpian. quasi id corrigens, dicit hoc tantum esse admittendum ex magna & necessaria causa, exemplificando, vt ibi per gl. & Bart. Ergo apertè probat, regulariter non posse quem destruere propria auctoritate, ædificatū clam in suo solo, intellige tu scilicet ex interuallo: nam incontinenti sine dubio poterit, vt & expressum fuit

in

in interdicto vnde vi, & expresè tradunt Bart. & Angel. *dict.* §. *bellissimè*, *Socin. d.* §. *qui ad nundinas num.* 9. *& ibi Iason. num.* 23.

Vel pro cõcordia dici potest, quòd
219 † aut quis clam ædificat in meo solo, & à me possesso, & possum ædificium quocunque tempore destruere, siue ædificatum sit palam, siue clam, *l. fin.* § *si ad iannam infra quòd vi, aut clam, & ibi gloss. & Bart. l. probat etiam l. quemadmodum* §. 1. *infra ad l. aquiliam.* Si autem clam ædificatum sit, & in meo solo, & à me non possesso, non possum illud destruere clam ex interuallo, nisi ex magna & necessaria causa *d.* §. *bellissimè*, vbi Angel. *in fine*, hanc probat resolutionem & Bartol. *l.* 1. §. *nunciatio num.* 2. *&* 3. *infra de noui oper. nunciatio. Alciat. lib.* 4. *parergon. cap.* 2. & in notabili casu tradit Castrens. *cons.* 395. *column.* 2. *post principium lib. Aymon cons.* 4. *num.* 10. *Menoch. de recuper.* 9. *remedio à num.* 238.

220 Ex qua † communi resolutione, tria valdè notãda in hac materia colligenda sunt. Primum est, quòd licèt, si quis occupauit possessionem vacantem, non dicatur vim committere, *l. sequitur* §. *item si occupauerit infra de vsucap.* tamen appellari potest clandestinus possessor, si metu ne ab alio prohiberetur clam ingressus sit, vt probat *d.* §. *bellissimè*, secundùm prædictum intellectum. Secundum est, non
221 esse verum, quod † pro constanti præsupponit Aretin. *d.* §. *qui ad nundinas num.* 12. non competere interdictum, quod vi, aut clam, nisi quando quid ædificatur clam, in meo solo & à me possesso. Contrarium enim probat *d.* §. *bellissimè* intellectus vt supra, & aduertunt Socin. *d.* §. *qui ad nundinas num.* 12. & ibi latius Iaso. *num.* 24. Item & 3. quòd si tu vi ædificasti, & ego clam id destruxero: ille, qui per vim ędificauit, potest regulariter contra eum, qui clam destruxit ędificium, vti interdicto quod vi, aut clam: & sic erit textus expressus contra Paulum Castr. & sequaces.

Non † est tamẽ omittendum, quòd 222
licèt concordia supra relata in hac materia sit communiter recepta, tamen quoad terminos *dict.* §. *bellissimè*, apertè diuinar, & ideò verior videtur interpretatio, quòd † in casu ibi pro- 223
posito, quis ædificauit clam in solo alieno. Porrò prout possessio etiam ciuilis admittitur per † inundationem 224
fluminis *l.* 3. §. *Labeo infra de acquirenda possess.* ita etiam videtur perdi per ædificationẽ in ea scilicet parte fundi, quã ædificium occupat, *l. repet.* 1. §. *fin. supra, quibus modis vsusfructus amittatur tradunt Petr. Cyn. & Bald. nu.* 3. *l.* 2. *C. de rei vend. Alexand. d.* §. *Labeo nu.* 5.
Quod procedit siue † ædificatum sit 225
domino sciente, siue ignorante quia semper militat prædicta ratio *Alexand. l. si de eo* §. 1. *num.* 8. *infra de acquir. possess. Ruin. l.* 1 §. *nunciatio num.* 7 *infra de noui oper. nunciat.* Vnde cùm in terminis *d.* §. *bellissimè*, Dominus respectu ædificij, videatur amisisse etiam possessionem ciuilem, non poterit ex interuallo illud destruere vi, aut clam, prout etiam distinguitur in interdicto vnde vi, quandò per violentam expulsionem fuit etiam amissa ciuilis possessio, *l.* 3. §. *cùm igitur infra de vi, & vi armata*, & sic † erit casus, in quo da- 226
tur clandestina possessio, absque concursu violentæ, & quæ tamen regulatur ad instar violentæ, vt supra probauimus contra Paulum Castrensem.
Nec † his repugnat *l. fin.* §. *si ad ianuã infra quod vi aut clam*, quia per fixionem 227
† tabularum in foribus domus non 228
amittitur ciuilis possessio, quia non mutatur facies loci, & ideò factũ in re mea & à me possessa, possum destruere propria authoritate, quia per illud factum turbor in mea possessione ciuili

ciuili, & ideò mihi licitum est eam propria authoritate conseruare *l. pen.*
229 *infra de aqua quotid.* Et † hac etiam ratione procedit *l. quemadmodum* §. 1. *infra ad l. Aquil.* & latius prosequitur Ruin. videndus *d. §. nunciato. à num.* 8.

Ex his igitur ita deductis ex d. §. *bellissimè*, colligitur posse dari casum, in quo datur clandestina possessio absq; concursu violentæ, & quæ tamen regulanda sit ad instar violentæ, & sic retorquebitur argumentum contra
230 Paul. Castrens. Neque etiam † nostræ opinioni obstat §. *recuper. inst. de interdictis*, inductus vt supra, quia est aduertendum, text. illum prima facie videri probare, quòd si dominus vel possessor ciuilis fundi, expulit clam possidentem naturaliter *d. §. qui ad nundinas*, quòd expulsus est restituendus ante omnia, quod tamen apertè repugnat doctrinæ gloss. receptæ *l. 1. §. interdictum autem verb. vltro infra vti possidetis.*

231 Sed † ad euitandã hanc repugnantiam, respondendum est *d. §. recuperandæ*, necessariò intelligẽdum esse, quando clam possidens fuit expulsus per alium, qui non possidebat ciuiliter, nec eius respectu expulsus clam possidebat. Nam his erit ante omnia restituendus, quantumcunque naturaliter tantum possideat, *l. 1. §. deijcitur infra de vi. & vi armata*, *Corneus conf.*
232 139. *Viso num. 20. lib.* 1. Quæ tamen † responsio non est admittenda, quia restringit generalitatem *d. §. recuperan-*
233 *dæ*. Quare alio † modo respondetur *d. §. recuperandæ*, esse intelligendum, quando propter clandestinam possessionem dominus admisit etiam ciuilem, vt in his terminis *d §. bellissimè* explicati vt supra, vel etiam quãdo quis occupauit naturalem possessionẽ ab-
234 sentis. Nam † si absens sciens esse occupatam possessionẽ naturalem, non fuit ausus reuertere, & illam recuperare, amittit ciuilem *l. quòd si nolit infra de acqur. possess.* quo casu possessio dicetur clandestina, & non violenta: cùm eo casu possessor suo facto se priuauerit sua possessione ciuili, & per alium ab ea non fuit expulsus, vt aduertit Soc. *d. §. qui ad nundinas nu. 6. & ibi Iason. num.* 34. Sed † quia prædi- 235
cti fatentur, hoc dictum esse contra mentem Doctorum magis communiter, qui sentiunt, hoc casu violentam esse possessionem, & non clandestinam, ego † vltra alios respondeo 236
præmittendo, quod naturalis possessio, cui postea accessit ciuilis violenta, nam ob id naturalis desinit esse clandestina, quia nemo † potest sibi 237
mutare causam possessionis *l. cùm nemo C. de acquir. possess.* & in specie probat text. *l. si de eo §. seruum tuum infra de acq. possess.* Ac † ita, qui ingressus est fun- 238
dum clam, & vacantem possessionem naturalem occupauit, & postea per vim acquisiuit ciuilem naturalem, videtur clam possidere, ciuilem autem violenter, vt tradit *gloss. d. §. qui ad nundinas, verb. non clam in principio* magis communiter recepta vt asserit Ias. *nu. 28. & num.* 47. Item præmitto quòd hæc † naturalis clandestina, ciuilem 239
postea vacantem ad se trahit, ita vt possidenti naturaliter etiam ignoranti acquiratur, & cum ea vniatur *Bart. l. 3. §. ex contrario nu. 11. infra de acq. possess.* & tradit Iason. *d. § qui ad nundinas, nu. 69.*

Ex quibus præsuppositis inferendo ad veram responsionem prædictæ difficultatis, dicendum est, quòd cum † hoc casu agatur de restitutione na- 240
turalis possessionis, & etiam ciuilis, iuxta reg. *l. 1. §. deijcitur infra de vi, & vi armata*, si clam possidens † deijci- 241
tur à naturali, restituetur ad clandestinam possessionem habito respectu ad naturalem, & dicetur etiam restitui ad violentam possessionem respectu ciuilis, quam deiectus postea obtinuit

obtinuit, *vt supra dictum est*, eo maxi-
242 mè, quia hoc casu naturalis † tanquam dignior traxerit ad se ciuilem postea vacantem, nomen à digniori imponendum est *gl. recepta l.1. in prin. inf. de verb. oblig.* & sic dicetur clandestinum possessorem restitui, habito respectu ad naturalem clam occupatam, quæ hoc casu dignior censetur, quia ad se traxit ciuilem postea vacantem, & sic cessat difficultas.

243 Vltimò ex dict. §. *recup. in fine* ibi † precario colligendum est, quòd etiam precario possidens si deiiciatur, est ante omnia restituendus: ac ita videtur textus expressus contra decisio-
244 nem † Rotæ 1. *de rest. spol. in antiquis*, dum tenet, quòd si precario possidens, deiiciatur per dominum rei, qui precarium concessit, deiectus non est restituendus, & aliud sit, si deiiciatur per tertium. Nam respectu huius dicitur naturaliter possidere *l. & habet §. cùm quis, infra de precario*, ac ita tanquam naturaliter possidens restituendus est, iuxta regulam *dict. §. deijcitur*, quam resolutionem probauit Bald. *l. cùm affirmes Codic. de liberal. causa*, *Felinus cap. cùm dilecta num. 16. de rescriptis Rebuf. de pacificis possessoribus, n. 273. Menoch. de recuperand. possess. 15. remedio n. 58. Nauar. cap. non dicatis 12. q. 1. n. 98. vers. 8.*

245 Sed † aduersus hanc cõmunem resolutionem, vrgere videtur generalitas dict. §. *recuperandæ in fine*, qui probat, quòd si precario possidens deiiciatur per illum, qui precariam concessit, est nihilominus ante omnia restituendus, *notant Capella Tholos. q. 495.*

246 Pro † concordia dicendum est, quòd verbum (*deiectio*) præsupponit
247 † repugnãtiam ex parte deiecti. Cùm
248 igitur † precario possidens reluctauerit, & noluerit à possessione precaria recedere, videtur interuertere domini possessionem *leg. colonus infra de vi, & vi armata, expressè Paul. Castr. l. Pomponius §. 1. in fine infra de acquir. possessione* post hanc igitur reluctationem, poterit dominus eum incontinenti deiicere *l. 3. §. cùm igitur infra de vi, & vi armata*, non autem ex interuallo. Et in his † terminis procedit, 249 quod significat *d. §. recuperandæ in fine*, & iuxta hæc veniunt etiam explicanda tradita per Lofredum *cons. 21. n. 7.* & Anton. Gabr. *lib. 5. communium tit. de rest. spol. concl. 1. num. 99.* quòd si quis deiiciatur ab officio vel beneficio manuali, vel ad nutum remouibili, non debet restitui: nam debet hoc declarari *iuxta supra tradita*.

Illud certum est, quòd si quis malo † animo deiiciatur ab officio, vel 250 beneficio manuali, à suo superiore, si præsumatur, quòd malo animo, & animo se vindicandi priuauit subditum prædicto officio, vel beneficio, venit restituendus, *Innoc. cap. insinuare qui clerici vel vouentes notab. Nauar. cap. non dicatis 12. quæstio. 1. n. 98. vers. 8.* asserens, quòd semper fere Gallica Parlamenta restituunt regulares sic spoliatos, quam rarò vel nunquam id faciunt superiores, nisi ob indignationem & stomachum.

His † ita expeditis vlterius ex su- 251 pra resolutis, infertur intellectus *ad l. vis eius 15. Cod. de probat.* quæ videtur probare, quòd possessio violenter quæsita, vel alio modo iniusta, nihil prodest possessori. Ex qua colligunt ibi Bald. *in fine*, & Salycet. *n. 1.* Quòd † possessio damnata per ius, nihil pro- 252 dest possessori, quod apertè repugnat supra resolutis. Sed pro vera responsione † aduertendum est, ad- 253 uersus decisionem *dict. leg. vis eius*, duas graues vrgere difficultates. Prima † est: quòd probat, seruo fugi- 254 tiuo non incumbere onus probandi suam libertatem, quando allegat dominum eum violenter possedisse:

Oooo nam

nam secundùm iuris rationes contrarium videbatur dicendum: nam is seruus fugitiuus nō potest dici esse in quasi possessione libertatis bona fide *l.1.C.de seruis fugitiuis*,& secūdùm iuris regulas, si seruus, qui tempore litis ordinatæ, est in quasi possessione libertatis,cùm mala fide,non obstante prædicta quasi possessione, ei incumbit onus probandi se esse liberum, *l.liberis §.final.l.igitur §.1.infra de liberal.causa tradit gl.Auth.de Monachis §.1.verb.probare collat.1.*

255 Secunda † difficultas est, quòd licèt dominus seruum per vim possideat, tamen cùm seruus fugiendo postea, sui furtum faciat *l.1. C.de seruis fugitiuis*,vltimum delictum debuit considerari iuxta regulam *l.si quis ad se fundum C. ad Iuliam de vi publica.*

256 Sed † defendendo *dict.l.vis eius*, ad primam difficultatem respondeo, in eo casu,non excusari seruum ab onere probandi se liberum esse, eo prætextu, quòd per fugam constituerit se in quasi possessione libertatis, sed potius, quia antequam dominus per vim eum constituerit in quasi possessione seruitutis, ipse bona fide erat constitutus in quasi possessione seruitutis, vt ex littera constat. Probabit igitur *dict. leg. vis eius* elegantem limitationem ad regulam *leg. liberis §.*
257 *final. infra de liberal. causa*, vt licèt † regulariter illi incumbat onus probandi libertatem, qui ex quasi possessione seruitutis, proclamat ad libertatem, tamen id non procedat, quando constat seruum antea bona fide fuisse constitutum in quasi possessione libertatis, & per vim postea fuisse reductum ad quasi possessionem seruitutis: nam tunc non ipsi incumbit onus probandi libertatem, sed potius violento possessori incumbet onus probandi seruitutem, vt est expressum *l. si quis liberum 20. infra de probat. sentit Fab. à coram bonus §. nihil commune n.121.* Vnde † ex *d.l.vis eius*, 258
id tātùm colligi potest, iniustam possessionem domini nihil eum iuuare, quoad eum effectum, ne censeatur actor, sed reus, si constat antea seruum fuisse constitutum in quasi possessione libertatis, & per vim fuisse constitutum in quasi possessione seruitutis. Concordat *l. ea quæst.21.& ibi notat Bald. C. de liberal. caus. Alex.leg.si prius n.40. infra de noui oper.* & alij relati per Ioan.de Neuizan.*cons.81.n.35.*

Neque † etiam obstat secunda difficultas, quia respondet Paul. Castr. *d.l. vis eius num. 3.* speciale esse in apprehensione personæ liberæ,vt consideretur primum vitium, & non secundum,& hoc fauore libertatis subscribit Bologn.*d.§.nihil commune n.78.* 259
Sed † non placet hæc responsio, quia specialia semper fugienda sunt. Quare Bald.*dict.l.vis eius num.1.* & ibi Salycet. *num.2.* & Paul.*num.4.* aliter respondet, quòd quando per vim retinetur, continuè eius personæ videtur vis inferri,& † ideò quocunque tempore vim vi repellere potest *l.3.§.eum igitur infra de vi, & vi armata.* Vnde cùm id, quòd fit secundo loco, licitè fiat, non potest considerari tanquam delictum,& ideò † meritò tantùm attenditur primum delictum, subscribit Ant.Rub.*d.§.nihil commune n.282.* & ideò iniustè detrusus in carcerem, quocūque tempore licitè fugit à carcere,*glos.Clem.pastoralis verb. violentiam infra de re iudicata, Bart. l. relegati infra de pœnis latè Tiraq.lib.1. retract.in præfatione n.69.* Sed † etiam non placet hæc responsio,quia si illa esset vera,sequeretur, quòd si quis possideret per vim seruum alienum, & dominus ex interuallo eum abriperet, non esset restituendus iniusto possessori, contra regulam generalem *d.cap. in litteris, de rest. spoliatoris*, & in specie tradit Innoc. 260 261 262 263

noc. *cap. 2. num. 3. de seruis non ordinandis.*

264 Verior † igitur responsio est, quòd si homo liber per vim abducitur, & in vinculis ponitur, tanquam seruus, nulla quæritur possessio illi, qui hanc vim admisit *l. si quis liberum 20. infra*
265 *de probat.* Neque † enim homo liber per alium possideri potest *l. cùm heredes §. final. infra de acquirend. possess.* & idem erit quando quis bona fide constitutus in quasi possessione libertatis, per vim abducitur in seruitutem, cùm præscriptio libertatis sit pro illo, qui erat in quasi possessione illius *d. l. liberis §. final. & c. si iudex laicus, de sent. excommunicat. in 6.* Opponen-
266 do igitur, qui † nunc reperitur in seruitute prædictam exceptionem, in effectu concludit violentum possessorem nullam in eo acquisiuisse quasi possessionem seruitutis, & consequenter, quòd fugiendo non priuauit dominum possessione, quam nunquam in eo habuit, sed potius fugiens restituit se antiquo statui libertatis, quòd non est prohibitum, & sic sumus extra terminos, *l. 1. C. de seru. fug. & reg. l. si quis ad se fundum. Cod. ad l. Iuliam de vi publica.* & ita expressim *d. l. vis eius* interpretatur Bart. *ibi 2. lectura Innocent. c. 2. num. 3. de seruis non ordinand. Ant. Rub. d. §. nihil commune num.*
267 282. Vnde si re † vera seruus, vel existens in quasi possessione seruitutis, aufugeret à domino: quia tunc dominus per vim acquiret illius quasi possessionem, non procedet *dict. l. vis eius*, sed potius inducetur regula *leg. si quis ad se fundum Cod. ad l. Iuliam de vi publica*, & ita Innoc. *vbi supra* quicquid reluctetur Florianus *l. si quis liberum n. 4. infra de probat.*

Quare ex *dict. l. vis eius* secundùm prædictum intellectum, ea colligitur notabilis conclusio in hac materia,
268 quòd † quando exceptio iniustæ possessionis concludit, iniusto possessori nullam omnino fuisse quæsitam possessionem, tunc restitutio impedietur, quæ non conceditur nisi illis, qui cùm possiderent ab ea possessione fuerunt deiecti, *c. consultationibus de offic. de leg.* quam conclusionem expressè ponit & probat gl. *c. quo iure 8. distinct. Panorm. cap. item cùm quis num. 9. de restitutione spoliatorum, Iacobin. hic num. 18. ad finem*, & latè prosequitur Anton. Gabr. *libr. 5. communium tit. de restitutione spoliatorum conclus. 1. à num. 66.* Et † generale est, quòd aduersus spolia- 269
tum admittatur exceptio, quæ concludat eum non possedisse vel possidere non potuisse, *Ioannes Andr. Bald. & Panormitan. num. 9. ad finem cap. 1. de restitutione spoliatorum, Rip. dict. §. nihil commune à num. 81. notab. Nauar. cap. accepta 10. oppositio. à num. 36. de restitutione spoliatorum Menoch. de recuper. possess. primo remedio à num.* 334. Sed † si 270
exceptio tantùm concludat possessionem fuisse iniustam, quamuis tunc non concludat, eam possessionem quoad effectus iuris non esse in consideratione, *l. neque ex vera Cod. de acquirend. possess.* tamen non concludit illa spoliatum non esse ante omnia restituendum *l. si quis ad se Cod. ad legem Iuliam, de vi publica §. retinendæ Instit. de interdict. cap. in litteris de restitutione spoliatorum.* Et ideò ea exceptio tanquam concludens non esse faciendam restitutionem, non est admittenda *leg. ad probationem dominij C. de probat.*

Et † iuxta prædicta venit etiam ex- 271
plicandus textus *cap. ad decimas, de restitutione spoliatorum, libr. 6.* Ex † quo 272
Bald. *l. vis eius, in fine, Cod. de probat.* collegit, quòd possessio per ius damnata nihil iuuat possessorem, & subscribit Florian. *l. si quis liberum n. 1. infra de probat. Capit. decis. 77. num. 3.* & generalius per illum textum tradit Alexand.

273 *conf.*101.*n.*5.*lib.*6. quòd † quando quis possidet repugnante iure communi, talis possessio non releuat primum possessorem: neque aliquam præsumptionem pro eo inducit, etsi longo tempore possideat, vt etiam notat Archidiacon. *d. c. ad decimas*, & subscribit Ioãnes de Neuizanis *conf.*81.*n.*35: intelligendo tamen cum gl. ibi quando ius commune resistit possessori, & fauet spoliatori aliàs cessat dispositio illius textus, & subscribit Perusin. *ibi num.* 10. & plures relati per Nauarrum *d. c. accepta oppositione* 10. *num* 21. & accipiendo text. *d. c. ad decimas*, in prædictis terminis illius textus dispositio in rebus quibuscunque locum habet etiam prophanis, *ex Ancharano conf.*310.*num.*12. *Paulus Castrensf. hic* 2. *lectura num.*7. *Iacobin. num.*18. *Iaf.* §. *nihil commune num.* 48. *Aymon. conf.*248. *num.* 5. & asserit receptum Couar. *de sponsal.*2.*part.cap.*7.§.5.*num.*10. *Ioannes Garcia tractat. nobilit. H.spania cap.* 12. *n.*85.*vers vnum.*

274 Sed † subsistendum est, quia hæc communis traditio vera esse non potest, ex supra resolutis. Neque repugnat *d.c. ad decimas*, quia imprimis est aduertendum, quòd text. ille in ea ratione se fundat, quòd cùm ius commune resistat spoliato, & faueat spoliatori, præsumitur possessionem spoliati fuisse iniustam, ac proinde illi non esse restituendam, *vt latius expen-*

275 *dit Mencha. illustr. q. c.*89.*n.*4. Quæ † tamen ratio non videtur vera, neque concludens: nam secũdùm iuris principia licèt constet spoliatum iniustè possedisse, tamen ei debet restitui possessio, *c. in litteris de restitutione spoliatorum* §. *recuperandæ Instuut. de inter-*

276 *dict.* Item † quia prædicta ratio tantùm inducere potest, præsumi spoliatorem esse dominum rei, & possessorem iniustè possedisse: & tamen etiam in his terminis spoliato conceditur restitutio *l. sequitur* §. *si tu me vi in fin. infra de vsucap. & latè supra probauimus.*

Vnde † vt saluari possit ratio expres- 277
sa in *d.c. ad decimas*, dicendum est, tantùm procedere in decimis, quæ sunt annexæ spiritualibus, & sequuntur eorum naturam, *c. causam, de præscript. Clem. dispendiosam de iud.* Et in his fatemur quòd si constet verè vel præsumptiuè deiectum ea iniustè possedisse, non esse restituendum, *d.c. ad decimas & c. constitutus de filiis presbyterorum & supra probauimus.* Et † est ra- 278
tio, quia in spiritualibus, vel quasi, nõ conceditur restitutio, nisi deiectus vltra possessionem, probet titulum, saltem coloratum. *glos. final. Clem. vnica de causa possess. latè Couar. pract. quæstionum cap.*23.*n.*4. *Ant. Gabr. lib.*5. *communium tit. de restitutione spoliatorum conclus.* 5. *n.*5.*n.*110. Qui igitur possidet contra ius, & sic præsumptiuè iniustè, in spiritualibus non restituitur, nisi probet titulum coloratum, & aliud erit dicendum in prophanis, *vt supra latè probatum est.*

Item † est aduertendum, quòd etiã 279
in spiritualibus tunc demum denegatur restitutio quando quis possedit decimas in parrochia aliena aliquo tempore, vt exprimitur *d.c. ad decimas.* Aliud igitur erit, si eas possidet longo tempore (hoc est) 10. annis, *argum. cap. contingit. de dolo, & contumacia*, tunc enim spoliatus restituetur, etiam in spiritualibus *vt aduertit Ioan. Andr. d. cap. ad decimas, & ibi Dominic. & Perus. n.*8.*vers.*4.*limita. Panorm. cap. cùm Ecclesia num.*49. *ad finem de causa possessionis, Afflict. lib.*1. *constit. rub.*24. *num.*19. *& Menchac. illustrium quæstionum c.*36. *num.* 2. & esse receptum asserit Bald. *repet. l. Celsus num.*108. *ad finem infra de vsucap.* & eleganter probat Rota *decis.* 95.*num.*3.*in* 1.*parte nouissimarum.* Quæ
† fanè vera intelliges, quando ille, qui 280
possidet prædictas decimas, est persona

sona Ecclesiastica capax decimarum. Nam si ponas laïcum decimas illas possidere, qui illarum est incapax. *cap. causam. de rescript.* spoliatus illis indistinctè non restituetur, cùm non possit ostendere, se illarum habuisse possessionem, quæ necessaria ad illarum restitutionem interpretandam: *vt dictum est*, & ita Iacobin. *hic num.* 19. & prius glos. *cap. ex parte verb. commodo de restitutione spoliatorum*, & ibi eleganter Panormitan. *num.* 19. *glos.* 2. *cap.* 14. *quæst.* 1. & resoluit Cassan. *cons.* 34. *n.* 21. & plures relati per Couat. *resolutionum lib.* 1. *c.* 17. *n.* 6. & Mencha. *illustrium q.*
281 *c.* 89. *num.* 4. etsi † longissimo tempore eas possideat. Nam supra tradita obtinent locum in persona capaci decimarum, & non incapaci, *Bald. d. c. Celsus n.* 106. *in fine infra de vsucap.*

282 Sed † subsistendum est, nam contrarium, imò & laïcum possidentem decimas, & illis spoliatum esse restituendum post Bartholomæum Brixiensem tenent Guid. Papæ asserens ita sæpius vidisse iudicatum *decis.* 188. *Afflict. lib.* 1. *constit. rub.* 24. *n.* 19. *ad finem*, & nisi noua aliqua præsumptio insurgat aliunde, contra laïcum possidentem decimas: nam eo casu tantùm impedietur restitutio, Ant. Gab. *lib.* 5. *communium tit. de restitutione spoliatorum conclu.* 1. *num.* 72.

283 Inuenio † tamen quòd Couar. *resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 6. concordat has opiniones contrarias: quòd si laïcus expellatur à iure decimandi, ab eo, cui ius commune non fauet, sit restituendus, quia deficit vnum ex requisitis, *d. c. ad decimas*, secundùm communem scribit Mencha. *illustrium q. c.* 89. *n.* 5. exemplificans, quando laïcus alium spoliaret laïcum, à iure decimarum, quòd possideret vel Ecclesiasticus, ad quem ius decimandi iure communi non pertineret: aliàs locum obtinebit
284 decis. *d. cap. ad decimas.* Quæ † tamen concordia non placet, quia iuxta eam incapacitas possessoris nihil operaretur: quod tamen est contra mentem omnium. Et † ideò verior concordia 285
est, quòd si laïcus spoliatus iure decimandi à quocunque, petat se restitui ad illud ius decimandi, indistinctè nó audietur. Nam cùm illius iuris sit incapax, non potest dicere, se eo iure fuisse spoliatum. Si autem petat se restitui ad fructus decimarum, quorum capax est, locus erit distinctioni *Couar. supra relata*, & ita expresè Panor. *c. ex parte, num.* 19. *ad finem, de restitutione spoliatorum.* V t † igitur laïcus spo- 286
liatus ad ius decimarum restituatur, oportet probare titulum, saltem coloratum, per quem redditus fuerit capax prædicti iuris, *vt dicunt supra allegati.*

Et † iuxta hæc venit componenda 287
illa ardua quæstio, si emphyteusis sit concessa ad certas vitas, & illæ sint finitæ, vel etiam emphyteuta incidit in commissum: quia non soluit debitam pensionem per triennium, vel alienauit emphyteusim sine licentia domini directi, *Vtrum dominus directus emphyteutam persistentem in emphyteusis possessione, possit licitè expellere propria authoritate?* In † qua quæstione glos. *l.* 2. 288
verb. repellere Cod. de iure emphyt. sentit dominum in prædictis casibus, licitè posse expellere emphyteutam à possessione propria authoritate, quod & tenet glos. *c. potuit, verb. expelli de locato, & ibi Imol. num.* 32. *Andr. Sicul. num.* 11. *in fine*, & asserit receptum Aretin. *leg. clam possidere § qui ad nundinas num.* 12. *infra de acquir. possess. & Alexand consil.* 105 *num.* 18. *libr.* 3. *Dec. consil.* 146. *n.* 8. *Goz. ad. consil.* 86. *num.* 9. *& num.* 27. *Beroius notab. consil.* 155. *à num* 44. *libr.* 1. *Cassadorus decis.* 2. *in princip. de locato. Cumia. in ritibus regni Siciliæ cap.* 40. *à num.* 84. *& num.* 88. *ad finem Afflict. e.* 1. *num.* 29. *de controuersia inter dominum &*

vasallum, lib. 1. feud. Bursat. consil. 91. n. 21. lib. 1. Iulius Clar. §. emphyteusis quaest. 11. Mencha. vsufrequentium cap. 64. num. 5. Valasc. de emphyteusi quaest. 10. num. 9. & probat *l. 28. tit. 8. part. 5.* & ibi notat Gregorius *verb. sin mandado* asserens. Et hanc opinionem iure communi magis receptam esse, & Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 17. à num. 8. & num. 11. & num. 13.* & fatetur magis receptum esse Flores ad Gam. *decis.* 4. *col.* 3. & latè comprobat Corbul. *tractat. ex quibus causis emphyt. amittatur causa priuationis 15. q. 12. à num. 1. & seq. & q. 13. & ampliat notab. Iacobin. Auth. qui rem n. 97. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & per Pium

289 Quintum † concessam fratribus sanctae Trinitatis in regno Portugalliae, vt propria authoritate possent expellere emphyteutam non soluētem debitam pensionem in tempore debito asserit Emmanuel Roderic. *in q. Regularib. 1. parte q. 38. art. 2.* & ibi refert ad

290 litteram tenorem Bullae. Pro † qua opinione prima vrget, quod eiectus propter propriam culpam, & sic iustè spoliatus non obtinet iuris amissi restitutionem *c. redintegranda 3. q. 1. ibi (iniustas)* à contrario sensu, tradit Innoc. *c. saepè num. 2. de restitut. spoliatorum Ruin. cons. 45. n. 5. lib. 4. Plotus l. si quando n. 71. C. vnde vi,* & notabiliter Marant. *tract. de remed. possess. num. 40. latè Menoch. de recuperand. possess. 16. remedio à num. 95.* Sed in praedictis casibus emphyteuta propter naturam concessionis, vel propter propriam culpam, fuit expulsus: Ergo spoliatus non est restituendus. Et ita in specie arguit Alex. *cons. 6. n. 10. lib. 3. Afflict. decis. 392. num. 27. Rip. cap. saepè num. 27. de restitu-*

291 *tione spoliatorum*, facit † etiam pro eadem sententia *l. 2. C. de iure emphyteutico*, vbi lex permittit domino expellere emphyteutam non soluentem debitum Canonem intra triennium. Cùm

292 † igitur expulsio fuerit facta ex permissione legis, & sic iustè, & licitè eiectus non est audiendus, si eo casu restitutionem petat, *l. deuotum, & ibi Bart. C. de metatis & epidemeticis lib. 12.* & eleganter deducit Corneus *cons. 271. in hac n. 2. lib. 3. Gozadin. cons. 39. num. 26.* Et † confirmatur, quia quan- 293
do possessio rei, licitè & iustè peruenit ad dominum sine vitio, licitè dominus eam retinere poterit, & cessat restitutio *l. si in area infra de condictio. indebit. Socin. cons. 87. num. 24. lib. 3. Decius notab. cons. 191. à num. 9.* quod propriè applicatur nostrae quaestioni, vt aduertit Aymon. *cons. 302. col. final. ad medium*, vbi latius comprobat, & ampliat Ant. Nata *cons. 563. n. 36. lib. 3.* & adde Ant. Gam. *decis. 333. à n. 2.*

Contrariam † tamen opinionem, 294
imò quòd in praedictis casibus emphyteuta expulsus propria authoritate domini directi, sit ante omnia restituendus, asserit receptum Albe. *l. 2. num. 3. Cod. de emphyt. Afflict. alios referens decis. 97. n. 3.* & ita seruari in curia Delphinali asserit Guid. Papae *decisio. 107. num. 1.* & hanc opinionem tutiorem esse fatetur Iulius Clar. §. *emphyteusis quaest. 11. & Syluest. in Summa verb. emphyteusis num. 2. verb. 7.* Et noua ratione comprobat Socin. *l. clam possidere §. qui ad nundinas num. 12. & ibi Iason n. 24. infra de acquirend. possessione* & veriorem & aequiorem esse opinionem asserit Menoch. *de recuper. primo remedio num. 79. in fine*, vbi multos refert idem tenentes post Aymon. *cons. 212. num. 2.* & hanc tribunalia omnia probare asserit Flores ad Gam. *decis. 4. col. 3.* Pro qua opinione adducitur *cap. licèt Episcop. iuncta glos. verb. non vocato de praebend. in 6.* Et quia, quando † 295
poena incurritur ipso iure, antequam fiat executio, oportet praecedere sententiam declaratoriam poenae incursae, *c. cum secundùm, de haeret. in 6. Grammat. decis. 105. num. 55. Menoch. cons. 99. à num.*

à num. 168. *libr.* 1. Et sic constat articulum esse nimis controuersum.

296 Pro † concordia autem harũ opinionum variæ reperiuntur Doctorum concordiæ, quas refert Rodoanus *tract. de reb. Eccles. non alienandis q.*
297 19. *à num.* 11. *pag.* 434. Ego † autem notabiliores referam. Primam igitur concordiam assignauit Bart. *l.* 2. *n.* 3. *Cod. de iure emphyt.* quòd si emphyt. resistit armis dominus non poterit eum expellere propria authoritate *l. non est singulis infra de regul. iur.* aliàs sentit, quòd si non resistat, vel tantùm verbis contradicat, licitè poterit eum dominus expellere, vt in simili etiam distinguit Bart. *l.* 3. *num.* 18. *Cod. de pignoribus*, & hanc Bartol. concordiam, probat Corneus *cons.* 193. *num.* 3. *lib.* 3. *Afflict. cap.* 1. *num.* 29. *de controuersia inter dominum & vasallum lib.* 1. *feudorum Aymon. cons.* 18. *num.* 7. *Gregor. l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. *verb. sin mandado ad medium, Iul. Clar. §. emphyteusis quæst.* 11. *ad finem.* Et hanc esse magis communem resolutionem asserit Ripa. *leg. miles §. penult. num.* 2. *infra de re iudicata, Aymon. cons.* 302. *col. fin. ad medium, & Milanensis decis. Siciliæ* 17. *à n.* 60. *& n.* 62. *in* 2. *part.*

298 Sed † circa hanc communem concordiam imprimis est aduertendum, illi tantùm posse esse locum, quando dominus tempore, quo expellit emphyteutam, & occupat possessionem, inuenit emphyteutam resistentem ar-
299 mis. Nam † si tunc propria authoritate per vim ingrediatur, emphyteuta expulsus restituetur, & dominus amittet ius suum *leg. si quis in tantam Cod. vnde vi*, & in specie Ant. de Math. *in regula spoliatus ante omnia est restituendus num.* 67. Si autem tempore ingressus prædictum resistentem non inuenit, in possessione licitè occupata tuendus est, & si postea emphyteuta paratus sit resistere, *Dec. consil.* 747.
300 *n.* 7. Item quod † verius videtur, quòd emphyteutam etiam resistentem armis possit dominus expellere: Nam † cùm lex in prædictis casibus per- 301 mittat dominum emphyteutam expellere, & sic tanquam executor legis id faciat, expulso deneganda est restitutio *l. deuotum, & ibi Bart. Cod. de metatis lib.* 12. & eleganter Felin. *post Bal. cap. de cætero num.* 14. *de re iud. Marant. tract. de remedio possessionis num.* 40. Prætereà † emphyteuta resistens vult pri- 302 uare dominum sua ciuili possessione, vel saltem in ea illum turbare: Ergo dominus in defensionem suæ ciuilis licitè potuit emphyteutam resistentem expellere, iuxta doctrinam gl. receptæ *l.* 1. §. *interdictum autem verbo vltro. infr. vti possidetis.* qua ratione in specie hanc opinionem probat Ias. *leg.* 2. *n.* 103. *ad finẽ, & n.* 106. *C. de iure emphyt.*

Reiecta † igitur prima Bart. con- 303 cordia, succedit secunda, quæ fuit spoliatoris *tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua num.* 62. *ad finem*, quod aut constat, emphyteutam cecidisse in commissum, & nihilominus nolle rem demittere, perturbando dominum in sua possessione ciuili, & tunc dominus licitè eum expellere potest, defendendo suam ciuilem: aut verò de hoc non constat, imò emphyteuta id negat, allegando aliquam causam probabilem, ob quam non incidit in commissum, & quia per huiusmodi negationem res efficitur dubia *leg.* 3. *Cod. quibus ad libertatem proclamare non licet*, non poterit dominus licitè emphyteutam expellere, & expulsus restituetur, *subscribit Cam. decis.* 4. *n.* 2. *& decis.* 333. *num.* 5. & tutius esse in praxi hanc resolutionem sequi, dicit Gregor. *l.* 28. *tit.* 8. *part* 5. *verb. sin mandado ad finem*, & Rodoanus *tractat. de reb. Eccles. non alienandis q.* 19. *num.* 11. *p.* 334. & satis consonat resolutio, quã ex mente multorum proponit Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 138.

quod

304 quod † aut est notorium, extinctum esse ius emphyteutæ, & poterit dominus eum expellere propria authoritate, aut est dubium, & tunc eum licitè non expellit, quibus adde Bal. ita etiam distinguentem *cap. litteræ n. 1. ad medium de dilatio.* & probat Flores ad Gamam. *dec. 4. col. 4.*

305 Sed neque † hæc concordia placet, quia ea admissa, facilè eluderetur dispositio iurium permittentium, his casibus domino, vt posset emphyteutam expellere propria authoritate, vt post Imol. aduertit Ias. *l. 2. n. 103. vers. 3. C. de iure emphyt.*

306 Quare † tertiam assignauit Bald. *c. quæ in Ecclesiarum num. 31. de constitut.* Quòd autem ius emphyteutæ est extinctum ea ratione, quia ius concessionis extinctum est, & dominus poterit emphyteutam repellere, quia tūc ex ipsa concessione constat ius emphyteutæ esse extinctum: si verò ob aliam causam priuetur, quia tunc ad inducendam priuationem, necessaria est sententia *l. eius qui delatorem, infra de iure fisci*, ante latam prædictam sententiam, dominus emphyteutam expellere non potest, & subscribit And. Sicul *c. final. num. 8. de feud. Curt. Iun. de feudis 4. part. n. 155. vers. 8. & hac præ-*
307 *sertim ratione.* Hanc † opinionem defendit Afflict. *decis. 97. n. 3.* asserens in Senatu Neapolitano iudicatum fuisse, quòd licèt alienans emphyteusim sine consensu domini, amittat ipso iure ius emphyteuticum *l. final. Cod. de iure emphyt.* iuncta gl. *verb. cadit.* tamen ad auocandam possessionem requiritur sententia declaratoria iuris amissi, & ad quam oportet emphyteutam citari, qui multa allegare potest, propter quæ non inciderit in commissum. Et ideò non præcedente citatione & prædicta sententia declaratoria, non potuit dominus emphyteutam expellere propria authoritate *cap. licèt Episcopus, de præbend. in 6.* Et † satis 308
consonat resolutio Caroli Molinei *in consuetud. Pariens. §. 30. n. 173.* quòd aut ius emphyteutæ extinguitur, propter finitas generationes, & potest dominus expellere emphyteutā propria authoritate, quia possessio naturalis, quam habebat emphyteuta, erit restricta ad certum tempus, & ideò transacto tempore videtur extincta. Præterea & vtile dominiū, quod habebat emphyteuta, transacto tempore fuit consolidatum cum directo, & ideò tanquam perfectè dominus, emphyteutam excludit, vt aduertit Bald. *c. 1. num. 8. de contentione inter dominum & vasallum, Ias. l. 2. num. 100. C. de iure emphyt. Tiraq. tract. de morte prima declaratione 3. part. num. 4. Gozad. cons. 39. in fine Ioseph. Lud. decis. Perus. 17. num. 8. Aymon. cons. 32. col. fin. ad mediū Gam. decis. 333. à n. 1.* Cæterùm si ob aliam causam prætendatur amissa emphyteusis, semper necessaria est citatio emphyteutæ, & sententia declaratoria amissionis, & his non præcedentibus non poterit dominus emphyteutam expellere propria authoritate, quam resolutionem admittit Tiraq. *tract. de morte prima declaratione 3. part. principalis num. 7. Menoch. de recuperanda possessione, primo remedio num. 79. in fine Afflict. c. fin num. 10. quo tempore miles lib. 1. feudorum.*

Sed † circa hanc concordiam in- 309
primis est aduertendum: quòd hæc concordia in effectu non discrepat à concordia Speculatoris & Bald. *supra relatis*, sed tantùm videtur eas exemplificare, vt scilicet notorium videatur ius emphyteutæ esse extinctum, quando per scripturam concessionis constat, extinctas esse generationes prædictæ concessionis, sed si propter alias causas extrinsecas, prætendatur amissam emphyteusim, non poterit dominus propria authoritate emphyteutam

teutam expellere, quia negante id emphyteuta semper dubium remanet vtrum amissa sit emphyteusis? Sed si aliunde constet, re vera ob alias causas amissam esse, poterit proculdubio dominus emphyteutā expellere, quia incipit militare eadem ratio, quæ est, quando constat, extinctam esse propter finitas generationes.

310 Præterea † est aduertendum, quòd vtraque concordia non videtur vera. Nam pone dominum allegare emphyteusim amissam esse, & dicat, se velle id incontinenti probare propter solam negationem emphyteutæ, non debet dominus prohiberi, quo minus vtatur facultate expellendi emphyteutam generaliter sibi concessa per legem: Denique in prædicta concordia fit differentia, vtrum emphyteusis prętendatur amissa propter finitas generationes, vel ob aliam causam, & tamen Doctores communiter hos casus à pari iudicant, vt aduertit Valasc. *de emphyteusi q.18. num.8.*

311 Quartò † igitur concordiam assignant relati per Caualcan. *decis.* 80. *alias decis.36.n.359.in 3.part.* quod dominus etiam non citato emphyteuta, potest alteri concedere emphyteusim tanquam ad se deuolutam, sed executionem realem facere non poterit, nisi citato prius possessore, vt in simili distinguit textus, *cap. licèt Episcopus. de*

312 *prabend. in 6.* Sed † neque hæc concordia placet, quia in effectu impugnat conclusionem, quam nos defendimus.

313 Quare † omnibus pensatis prima opinio, quæ sine dubio receptior est,

314 indistinctè est probanda, vt † iure communi seruandam esse fatetur *Rebuf.cons.96.col.3.in princ.* licèt dicat de consuetudine obseruari in Francia post Guidon. *decis.*167. & vide eundem Rebuf. *cons.109. col.1. & seq.* Pro

315 † cuius defensione est aduertendum, quòd emphyteuta fructuarius & similes dicuntur rem naturaliter possidere, *l. naturaliter in princ. infr. de acquir. possess.* nomine quidem suo, & non nomine directi domini. Cæterùm † ipse 316 dominus dicitur eandem rem possidere ciuiliter, vt colligitur ex *l. sciendum §.1. supra qui 1. satisd. cogatur*, tradit Speculator *tit. de emphyteusi §. nunc aliqua num.59. Bart.l.2. num.3. Cod. de iure emphyt. & l. si quis in tantam n.12. Cod. vnde vi Afflict. decis.* 380. *num.*4.

Quod sanè † intelligendum est habito 317 respectu principaliter ad ipsam rem, in qua fructuarius habet ius vtendi, & fruendi. Emphyteuta autem habet vtile dominium. Nam † si agatur de 318 iure illo, quod prædicti possident, dicentur quidem illud naturaliter & ciuiliter possidere, *gl.l.ait prat.§.1. verb. quasi supra quibus ex caus. maior. Bart.l. naturaliter in princ. infra de acquir. possess. & ibi Ias. num.17. idem Ias.l.3.§. ex contrario num.30. eo. tit.* Et † hac ratione 319 prædictis deiectis vel turbatis in eo iure, per interdicta possessoria succurritur *l.3. §. vnde vi & ibi gl. infra de vi, & vi armata notab. Niconitius in rub. num.198. infra de noui oper.* siue turbetur à tertiis, siue ab ipso proprietario, vt aduersus Bartolum asserit magis esse receptum Ias. *l. naturaliter in princ. n.20. infra de acquir. possess.*

Item † est aduertendum, quòd illud 320 ius vtile, quod prædicti videntur possidere naturaliter, & ciuiliter, videtur suspendi sub tacita quadam conditione, si modo illi impleant ex parte sua id, ad quod tenentur ex natura contractus, aliàs resoluitur concessio, & consequenter ius ratione illius acquisitum *l. quero §. inter locatorem infra locati, l.2. & ibi Salyc. num.3. C. de iure emphyt. Bart.l. eum qui n 3. infra de interdict. & relegat. notab. Felin. consil.25. à n.21.* Vnde † si emphyteuta non soluat 321 debitum Canonem, vel ius suum alie

alienauit fine domini directi consensu, vel etiam rem deteriorem reddit, quasi adueniente,& impleta tacita illa conditione resolutiua, concessio ipsa resoluetur, & consequenter vtile dominium ratione illius quęsitum,quod necessariò iterum consolidatur cum ipsa proprietate, §.*finitur, Instit.de vsu-*
322 *fruct.*Quinimo † & ipsa ciuilis possessio, quam prædicti videbantur habere respectu vtilis dominij iam resoluti,etiam videbitur extincta.Nam cùm ab ipso vtili dominio pendeat, provt in prædictis casibus, vtile dominium consolidatur cum directo, *vt dictum est,* ita etiam prædicta ciuilis censebitur extincta,& in dominum directum translata, *argum. cap. translato de constit.* quod in specie sentit Bart. *repet. l. si arrogat.num.*12.*supra de adopt.*dum
323 † dicit, quòd extincto vsufructu, quem pater habebat in bonis aduentitiis filij, possessio quam pater habebat filio etiam ignoranti acquiritur, & in eius persona consolidatur, sensit etiam Bald. *l.*1.*num.*38.*supra de rerum diuisio.* dum tradit, quod in his terminis possessio ciuilis dominij,trahit ad se possessionem naturalem vasalli, vel emphyteutæ, subscribit Ias. *l. clam. possidere §. qui ad nundinas ad finem infra de acquiren.possess. Anto. Natta cons.*563.*num.*37.*lib.*3.*Gregor.l.*2.*tit.*30.
324 *part.*3.*in glos.fin.* Quod † etiam tradit Bald.*cap.cùm venissent num.*5.*de restitu-*
325 *tione spoliatorum,* intelligendo † eos sanè,de ciuili possessione,quam emphyteuta, & similes videntur habere, ratione sui iuris, quam supra allegati vocant naturalem, secuti multorum
326 opinionem,qui † tenebant, prædictos solam naturalem videri habere etiam respectu sui iuris, vel accipiendo illos in eo sensu,vt ciuilis possessio domini trahat ad se naturalem (hoc est) præstet facultatem domino, vt accipiat possessionem naturalem propria authoritate, vt exponit Bald. *in additio. ad Specul. tit. de emphyteusi §.nunc aliqua col.*5.*post princip.*

Neque † repugnat traditio eiusdem 327
Bald. *tit. de pace Constantiæ verb. persoluere fictum,* quod licèt propter censum non solutum dominium vtile consolidetur cum directo, *l.* 2. *Cod. de iure emphyt.* Tamen censuarius non amittit suam possessionem, antequam ab illa sit deiectus: Quod & in emphyteuta non soluente debitum Canonem tradit idem Bald. *in additio. ad Specul.d.§.nunc aliqua col.*5.*post medium,* & esse de mente Doctorum communiter asserit Ias. *l.*2.*num.*103. *post princip. C. de iure emphyt. Corn. cons.*271.*in hac num.*2. *lib.*3. *Mılanensis decis. Sicilia* 17. *à num.*57. *in* 2.*part.*

Quia † respondetur intelligendos 328
esse de naturali possessione, quam prædicti videntur habere in ipsa re principali,*l.naturaliter in princ. infra de acquır. possess.*quæ † propter nullitatem 329
tituli minimè impeditur *l.* 1. §. *si vir vxori infra de acquir. possess.* Cæterùm possessio naturalis, & ciuilis quam prædicti videntur habere ratione sui iuris emphyteutici, simul cum dominio, & possessione ciuili domini,consolidantur, *Bald. cons.*257. *dicta tenuta num.*1. *lib.*4.

Cùm † igitur non solùm ratione 330
proprietatis fundi, sed etiam respectu vtilis dominij iam extincti, dominus videatur ciuiliter possidere & emphyteuta tantùm naturaliter,respectu rei principalis, quam adhuc retinet: succedit traditio glos. receptæ *l.* §. *interdictum autem ver.vltro infra vti possid.* quod ciuiliter possidens, potest naturaliter tantum possidentem sua authoritate expellere,, vt suam ciuilem possessionem defendat, & in ea non turbetur per possidentem naturaliter. Et † confirmatur, quia licèt ea posses- 331
sio naturalis à principio, fuerit iusta,

tamen

tamen si extincto iure emphyteutico, in ea perseueret emphyteuta, eam retinendo contra domini voluntatem, ex iusta antea redditur iniusta, *Salycet. l. 2. num. 12. Cod. de iure emphyt.* Et ideo dominus ciuiliter possidens, licitè propria authoritate possidentem naturaliter iniustè expellere po-
332 test. Id † quod præsupponit Bart. *dict. l. 2. num. 4. Cod. de iure emphyt.* dum dicit, quòd emphyteuta, qui incidit in commissum, ab eo tempore vitiosè videtur possidere respectu domini directi, & ideo iustè dominus potest ingredi fundum ratione suæ ciuilis, & licitè turbare emphyteutam in ea naturali iniusta, & latiùs prosequitur Beroius *cons. 45. à num. 22. lib. 3.* idem clarius sensit Bart. *l. 1. §. quod ait prætor*
333 *à num. 16. infra vti possid.* Dum † dicit, quod precaria possessio dicitur iusta, donec durat concedentis voluntas, ea autem cessante, dicitur iniusta *l. communi §. neque infra communi diuid.* infe-
334 rens, quòd emphyteuta, qui † extincta emphyteusi permanet in sua naturali possessione, iniustè videtur possidere, quia respectu domini directi dicitur vi, vel clam, vel precario possidere, & sic iniustè turbare dominum
335 in sua ciuili possessione, vnde † per interdictum vti possidetis cogetur desistere ab ea molestia, & naturalem possessionem domino liberam dimittere, subscribit Imol. *cons. 16. num. 3. Beroius cons. 102. num. 37. lib. 1.* Quibus
336 adde † Cumanum *cons. 173. Galuanus ad finem*, quòd possessio emphyteutæ, censetur iniusta, postquam emphyteusis extincta est, & ideo dominus in interdictis possessoriis vincere emphyteutam debet, & pari ratione poterit illum expellere à possessione prædicta naturali, neque deiectus restituetur, *vt latè probat Beroius cons. 155. à num. 44. lib. 1. Calcan. decis. 80. alias de-*
337 *cis. 36. num. 456. in 5. part.* Nam † licèt etiam iniustus possessor non debeat expelli à sua possessione, & expulsus restituatur, *vt supra probauimus:* tamen quando per dominum ciuiliter possidentem expellitur, ea ratione, quia retinendo naturalem iniustam contra eius voluntatem, cum perturbat in sua ciuili, vtrique expulsus non restituetur, quia tunc dominus potius dicitur se defendere in sua ciuili, ne illa priuetur, vel in illa turbetur, quàm expellere aliquem, vel occupare alienam possessionem, vt expressit Bart. *l. 3. num. 25. ad finem, Cod. de pignoribus.* Et colligitur etiam ex recepta doctrina Bart. *l. 1. §. interdictum autem num. 3. infra vti possidetis*, quòd si quis possideat ciuiliter, & alius possideat naturaliter iniustè, poterit ciuilis possessor licitè eum expellere propria authoritate, ne aliàs in sua ciuili præiudicium accipiat, & subscribit Bosius *in praxi titulo de pluribus violentiis num. 10.* Nam † possidens naturaliter iniustè, & no- 338
lens eam dimittere domino directo id petente, vim ipsi domino videtur inferre *Bald. cons. 177. ad euidentiam num. 4. lib. 3.* vnde licitum est domino, vim vi repellere *l. 1. C. vnde vi.* Quod † ipse emphyteuta dominum venien- 339
tem noluit admitere, & hic eum priuauit sua ciuili, *iuxta l. clam possidere §. fin. infra de acquir. possess. & l. Colonus infra de vi, & vi armata*, quia cessat ratio, de qua supra, poterit eum incontinenti eiicere, non autem ex interuallo *l. 3. §. eum igitur infra de vi, & vi armata §. recuperandæ Inst. de interdict. tradit glos. l. 2. verb. repellere post principium, C. de iure emphyt. & ibi Ias. n. 117. & supra tradidimus.*

Et † retenta hac opinione tanquam 340
veriori, & magis recepta, non obstant supra adducta pro contraria opinione: non † obstat igitur prima ratio, 341
quæ fuit Afflict. *decis. 97. num. 3.* quod etiam in pœnis incursis ipso iure,

requiritur ſententia declaratoria, ad quam citandus eſt emphyteuta, antequam à ſua poſſeſſione eiiciatur, *cap. cum ſecundum de hær. in 6. & citat. alios Milanenſis deciſ. Sicilia* 17.*num.*57.*in* 2. *part.* Quia reſpondetur, hoc non procedere, quando lex ſpecialiter permittit; vt dominus poſſit expellere poſſeſſorem ſua authoritate. Nam cùm
341 id † faciat ſpolians tanquam miniſter & executor legis: non eſt neceſſaria ſententia, neque citatio partis *l. deuotum & ibi Bart. C. de metatis, lib.* 12. *Aymon. conſ.* 382. *col. final. verſ. amplius dico Ant. Natta conſ.* 563. *num.* 36 *lib.* 3. *Caualcan. deciſ.* 80. *alias deciſ.* 36. *num.* 60. *in*
343 3. *parte.* Et † meritò, quia cùm quoad prædictum effectum, non ſit neceſſarium miniſterium iudicis, id obtinebit, etiamſi non præceſſerit ſententia declaratoria, *argument. l. quæ ſub conditione §. fin. & ibi Bal. infra de condit. inſt. latè Felin. c. Rodulphus num.* 38. *ver. limitat. de reſcriptis.* Et ita quod poſſit fieri non præcedente ſententia declaratoria neque citatione aſſerit receptum Milanenſis *deciſ. Sicilia* 17. *num.* 65. *in* 2.
344 *parte.* Nec † replicet quis, quod expulſo multæ poterant competere defenſiones & excuſationes, & quod ante eas diſcuſſas, non potuit dominus ius ſibi dicere propria authoritate, *argum. d. cap. cum ſecundum §. final. de hæ-*
345 *reticis in* 6. Quia † reſpondetur, quod in pœnis ipſo iure incurſis, licèt fiat executio non præcedente ſententia declaratoria, neque diſcuſſis excuſationibus, tamen oppoſita exceptione, interim ſuſtinebitur executio donec conſtet re vera incurriſſe expulſum, pœnam ipſo iure, *Bal. cap.* 1. *in princ. n.* 2. *de feudo ſine culpa non amittendo* quem ſequuntur plures relati per Antonium Gabr. *lib.* 7. *communium tit. de criminalibus concluſ.* 12. *num.* 7. quibus adde Bart. idem clarè ſentientem in extrauaganti, *qui ſint rebelles, verb. rebellando num.* 17. & Riminald. Seniorem notab. loquentem *conſil.* 14. *num.* 19. & *num.* 21. *lib.* 1.

Neque † etiam pro contraria parte, facit *c. licet Epiſcopus, de præbend. in* 6. quia textus ille loquitur in ſpiritualibus vel annexis ſpiritualibus. Item non probat clericum habentem duo beneficia incompatibilia, & altero ſpoliatum reſtitui debere, ſed tantùm malè feciſſe iudicem, qui eum inauditum altero beneficio ſpoliauit. Si ergo iudex de facto, nihilominus eum altero ex beneficiis ſpoliauit, non erit ſpoliatus reſtituendus, quia diſpoſitio iuris communis illi reſiſtebat & eius poſſeſſioni, *cap. quoniam, & cap. conſtitutus de filijs presbyt. cap. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum in* 6. quod ita in Rota fuiſſe iudicatum aſſerit Gomez. *in regul. de trien. poſſeſſore q.* 55. *colum.* 2. Sed † non placet hæc 347 reſponſio, quia de mente illius textus eſt, ſpoliatum eſſe reſtituendum, cùm dicat, ideo non eſſe priuandum ſua poſſeſſione, quia potuit habere diſpenſationem obtinendi duo beneficia. Cùm igitur quoad nos totum pendeat à probandis, vtrum ſcilicet iuſtè poſſideat, vel iniuſtè, antequam de hoc conſtet, expulſus interim reſtituendus eſt, *Oldrad. conſil.* 227. *numero* 4. *Rota deciſ.* 3. *numero* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum, in nouis*, & tenent plures relati per Nauarrum *cap. accepta oppoſitio. decima, num.* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum*, vbi *à nu.* 10. id latè comprobat. 346

Neque obſtat *cap. quoniam, & cap.* 348 *conſtitutus, de filijs presbyt.* quia procedunt in materia, in qua ius commune ita fortiter reſiſtit, vt rariſſimè in eo diſpenſetur. Si autem ius non fortiter reſiſtat; ac ob id ſæpiſſimè in eo diſpenſetur procedet dict. *cap. licet Epiſcopus explicatum*, vt ſupra, vt eleganter explicat Nauar. *d. cap. accepta oppoſitio.* 10. *num.* 17. Nec † etiam ob- 349 ſtat

ſtat cap. *ad decimas, de reſtitutione ſpoliatorum in 6.* quia loquitur, quando ius commune reſiſtit ſpoliato, & fauet ſpoliatori, *vt ſupra diximus*, quod noſtris terminis applicari non poteſt.

350 Tantùm † igitur opinio Gom. admitti poteſt, quando defectus tituli ſpoliati eſſet notorius: nam tunc ſaltem in ſpiritualibus impedietur reſtitutio, *Panormit. cap. quia clerici n. 4. de iure patro. Decius l. ſi pacto quo pœnam n. 1. C. de pactis Menoch. de recuperand. poſſeſſ.*
351 *primo remedio numero* 122. Vel † etiam quando conſtaret ſpoliatum retinuiſſe duo beneficia incompatibilia, vltra tempus ſtatutum *in Extrauag. execrabilis, de præbend. Ioannis* 22. Nam cùm ea beneficia tunc reſeruentur diſpoſitioni Papæ §. *qui vero, verſic. quæ omnia eiuſdem extrauagantis*, petenti reſtitutionem obſtabit exceptio reſeruationis Papalis, vt in terminis tradit Nauar. *d. oppoſitio.* 10. *num.* 22.

352 Reiecta † igitur prædicta reſponſione Gom. ego reſpondeo, quod *dict. capit. licet Epiſcopus*, loquitur in Epi-
353 ſcopo qui † in beneficiis conferendis nullam habet poſſeſſionem ciuilem, ſed tantùm ius illa conferendi: nos autem agimus de eo, qui poſſidens naturaliter & ciuiliter, expellit poſſidentem naturaliter iniuſtè, ne aliàs patiatur detrimentum in ſua poſſeſſione ciuili iuſta, quod iure permiſſum eſt, *vt ſupra probauimus* & in ſpecie aduertit Iaſon *leg. 2. num. 108. Cod. de iure emphyt. Anton. de Math. in regula ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, num. 67. & notab. Caualcan. deciſ. 80. alias 36. à n. 461. in 3. parte,* & eodem modo etiam poterit reſponderi ad *d. cap. cum ſecundum §. final. de hæreticis in 6.*

354 Illud † autem certum eſt, quod ſtante pacto, quod dominus poſſit expellere emphyteutam in caſibus ſupra relatis, vt pactum aliquid operetur, poterit dominus propria authoritate, etiam reſiſtentem armis licitè expellere. *Salycet. leg. 2. num. 12. ad finem. Cod. de iure emphyt. & ibi Iaſ. num. 110. Corbulo in tract. ex quibus cauſis emphyt. 15. cauſa priuationis q. 13.* circa quod tamen videndus eſt Afflict. *cap. 2. num. 20. quo tempore miles lib. 1. feudorum.* Item † quòd ſi fuerit ſimplex co- 355
lonus, à fortiori poterit eum dominus expellere propria authoritate, cũ dominus rem ciuiliter poſsideat, & colonus tantùm detineat, *l. non ſolet infra locati.* Vnde concludit Guid. Papa *deciſ. 450. num. 1.* quòd † ſi ædes fuerint 356
locatæ ad tempus, poteſt dominus tranſacto tempore colonum expellere propria authoritate, & ſeras domus concludere, & pariter ſi conductor non ſoluat penſionem. Nam ex prædicto modo poteſt dominus contra eum procedere *leg. æde C. de locato. Innoc. c. propter. n. 3. & ibi Imola n. 25. Pan. n. 10. de locat. Alex. cõſ. 105. n. 17. lib. 3. & conſ. 131. n. 1. lib. 4. Dec. Auth. qui rẽ n. 17. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Gargiareus patrocinio 100. n. 5.* Et † hoc modo debet li- 357
mitari, quod probat *l. Aquilius in fi. inf. de donatio.* quòd detẽtor expulſus è detẽtione, poteſt implorare officiũ iudicis, vt ſua detentione reponatur, notat *gl. l. & non tantũ ſup. de petit. hæredit.* Neque enim procedet, quando detentor propter propriã culpam à detentione fuit expulſus, nã tũc minimè reponetur in prædicta detentione, vt colligitur ex *cap. redintegranda 3. q. 1.* Quid
† autem iuris ſit, ſi dominus noluit 358
vti prædicta poteſtate per ius conceſſa, ſed magis voluit habere recurſum ad iudicem, videndus eſt Iaſ. *l. 2. n. 115. C. de iure emphyt. Decius conſil. 146. nu. 8. Valaſc. conſult. 88. à num. 7.*

Ex hac † autem opinione ita defenſa, infertur primò cauendum eſſe à 359
Bartol. *l. 2. num. 3. Cod. de iure emphyt.* dum dicit, quòd licèt dominus directus ratione ſuæ ciuilis, poſsit licitè turbare

turbare possessionem emphyteutæ in prædictis casibus, intentato interdicto vti possidetis aduersus eum victoriam reportare, quia in eo succumbit is, qui vel vi, vel precario possidet *leg.1.§.fin.infra vti possidetis*, tamen resistentem non poterit expellere propria authoritate, iuxta regulam *leg. non est singulis, infr. de regulis iuris*, subscribit Corbul *in tract. ex quibus causis emphyteuta causa priuationis 15.q.12. num.7. & quæst.13.* & noua ratione comprobat Socin.*l. iam possidere, §.qui ad nundinas num.12.& ibi Ias.n.24.infr. de acquirēd.possess.* Nam contrarium esse verius colligitur ex supra traditis, nam cùm dominus ciuiliter possideat, & emphyteuta tãtùm naturaliter, & iniustè, potest dominus indistinctè eum expellere propria authoritate, cùm aliàs turbationem, & periculum amissionis suæ ciuilis possessionis euitare non posit, vt expressit Bart.*l.3.n.25. ad finem Cod.de pignoribus, & supra diximus*.

360 Et pari † ratione potest petere, vt ea possessio quam licitè propria authoritate accepit, per iudicem confirmetur, *Ias.l.2.num.112.Codic.de iure emphyt.* & in terminis tradit Iacobin. *in auth.qui rem nu.97.& 98.C.de Sacrosanct.Eccl.Gargiareus eleganter patrocinio*

361 100.*num.6.* Quinimo † potest petere à iudice, vt eum conseruet in iure expellendi propria authoritate iniustum possessorem, *Bald. consil.177. ad euidentiam in fine lib.3.* circa quæ est videndus Corbul. *in tract. ex quibus causis emphyteuta 15.causa priuatio.quæst.14.* Nec pro opinione Bart.supr.relata facit regula *l. non est singulis de reg.iuris.*

362 Neque † enim locum habet, quando per legem alicui conceditur facultas ingrediendi possessionem propria authoritate: nam cùm tunc tanquam minister & executor legis id faciat, & non tanquam priuatus, apertè cessat dispositio *dict. l. non est singulis*, & tradit Felin. *c.de cætero n.14. de re iudicat. Corneus consil.271.num.2.lib.3.Ias.l.2.num.106. & 110. Cod.de iure emphyt.*

Infertur † secundò, cauendum esse 363 à traditione glo. *c.licèt Episcopus, verb. te non vocato, de preb. in 6.* dum tradit, quòd si vsusfructus finitur, iuxta §. *finitur inst.de vsufruct.* tamen dominus nō potest fructuarium expellere propria authoritate, sed debet illum ab eo vendicare per iuris remedia *leg. vti frui infr. si vsufruct. petat. & leg.1. §. hoc autem infra vsufruct. quemad. caueat*, cum qua gl. transeunt Doctores ibi, sed confunditur ex supra dictis; dominus enim habens ciuilem fructuarium iniustè possidentem finito vsufructu, poterit expellere propria authoritate, & ita glo. illam erroneam esse asserit Carol.*consuetud. Paris.§.30. num.174.* Neque † placet distinctio 364 Tiraq.*tract. de morte 1. declar.3. num.7.* quòd opinio prædictæ glos. vera sit, quando vsusfructus extinguitur aliqua ratione viuo fructuario. Nam si per eius mortē finiatur, vera erit opinio contra prædictam gloss. quia vt inquit Bald.*consil.257. dicta tenuta num. 1.lib.4.* per † mortem fructuarij extin- 365 guitur possessio naturalis, quam fructuarius viuus habebat, neque transit ad eius hæredem *Cuman. consil.173. ad fin.* Ergo hoc casu dominus possessionem vacantem suæ rei licitæ occupare potest: nam prædicta distinctio confunditur ex suprà traditis, & ex doctrina Bart.*l.1.§.quod ait prætor n.17. infra vti possidetis.* Et in his terminis, quod dominus posit fructuarium viuentem expellere propria authoritate, si quacunque ratione sit finitus vsusfructus, tenet Imol. *consil.16.num. 4. Cassaneus in consuetudine Burgundiæ rub.7.§.1.col.5.versic 4. ad finem, Natta consil.563.num.36. lib.3.Caualcan. decis. 80.alias decis.36.n.458.in 3.parte.*

Infertur tertiò † non videri tutum 366 dictum

dictum Fulgos. *cons.2. num.* 4. quòd si emphyteuta alienauit ius suum in tertium, non requisita Ecclesia, non poterit ille tertius expelli propria authoritate domini per legem *fin. Cod. si per vim, vel alio modo*, subscribit Valasc. *de emphyt. quæst.* 18. *num.* 9. *ad finem*, *Bursatus consil.* 91. *num.* 21. *ad finem libr.* 1. &
367 *prius Afflict. decis.* 97. Contrariũ † enim est verius ex suprà traditis. Nam semper dominus ratione suæ ciuilis, poterit expellere naturaliter possidentem, ne aliàs facilè priuetur sua ciuili, & in terminis probat Cassan. *in consuetud Burgund. rub.* 7. §. *colum.* 5. *ad finem*, *versic. dico plus*, à quo non recedit Tiraquel. *tract. de morte* 1. *declarat.*
368 3. *partis num.* 9. veram † tamen resolutionem huius articuli colliges ex Bartol. *leg.* 1. §. *quòd ait prætor num.* 6. *infra vti possidetis*, cui subscribit Bossius *in praxi titul. de pluribus violen. num.* 11.

His ita explicatis, quæ pertinebant ad materiam specialem conclusionis huius textus: vt tamen tota materia perfectè remaneat explicata, agen-
369 dum restat † de eo articulo, quem tetigit gloss. hic *vtrum petitorium, & possessorium possint cumulari in eodem libello.*
370 In † quo articulo, vt refert gloss. hic & gloss. *leg. naturaliter* §. *nihil commune infra de acquirenda possess.* duæ fuerunt opiniones principales glossatorũ antiquorum omnino contrariæ. Nam
371 † Ioannes & Azo. existimabant cumulari non posse moti per iustum textum, & *l. si quis ad se C. ad l. Iuliam de vi publica*, & *leg.* 1. *Codic. de appellatio.* quæ videntur probare de possessorio & petitorio simul agi non posse. Adducebant etiam regulam *l. exitus infra de acquirend. possess.* & *l. ordinarij Cod. de rei vendicat.* & *l. incerti Codic. de interdictis* probantes, quòd existente controuersia super proprietate, & possessorio ordinario iuris est, vt prius tractetur de possessorio, & illa causa finita, tunc demum agatur de proprietate, vt sciatur quis in eo debeat esse actor. Adducebant etiam *leg.* 2. *C. de edict. Diui Adriani*, & *l. final. Cod. quorum bonorum* in quibus hæres mittitur in possessionem hæreditatis, & postea agatur de causa proprietatis: Marti-
nus autem † glossator antiquus existi- 372
mabat, petitorium, & possessorium regulariter cumulari posse in eodem libello, præter interdictum vti possidetis, & rei vendicationem: hæc enim remedia cumulari non possunt propter repugnantiam. Et adducebat pro hac sua opinione *l. cum fundum* §. *fin. infra de vi, & vi armata*, vbi videtur expressum & *leg.* 1. §. *quòd autem*, *infra quorum legato.* & hanc opinionem Martini probat Accurs. *hic* & communiter Doctores, *vt retulimus in principio huius leg.* & expresè probata est per Summum Pontificem *cap. pastoralis de caus. possess.* Sed † quia iura addu- 373
cta pro prima opinione, multum videntur vrgere ad veram explicationem huius articuli, duo casus distinguendi sunt.

Primus † est, quando ab vno & eo- 374
dem proponuntur simul, petitorium & possessorium, in eodem libello. Secundus † est, quando à diuersis pro- 375
ponuntur, ita vt ab vno proponatur petitorium, & ab alio † possesso- 376
rium: in primo casu probanda est opinio Martini, vt regulariter licita sit hæc accumulatio præterquam in interdicto vti possidetis, & rei vendicatione: horum enim remediorum non admittetur cumulatio propter manifestam repugnantiam. Nam † qui 377
vendicat rem, dicit se eam non possidere, sed aduersarium, §. *omnium, inst. de actio.* Neque enim possessori conceditur rei vendicatio *l.* 1. §. *interdictum autem, infra vti possidetis* §. *æquè si agat. inst. de actio. cap. examinata de iudic.* Qui † autem agit interdicto vti 378
posside

possidetis, necessariò dicit se possidere §.*quorum, inst. de interdict.* Vnde propter prædictam repugnantiam non admittitur cumulatio, iuxta reg. *l. 1. C. de furt.* & hanc esse communem resolutionem asserunt Ripa. *d. §. nihil commune, num. 153. & Coras. num. 25.*

379 Sed † huic cõmuni resolutioni nimis videtur obstare, quòd imò interdictum vti posſidetis, & rei vendicationem cumulari posse, videtur probare textus *leg. naturaliter §. nihil com-*
380 *mune infra de acquirend. possess.* Cui † tamen difficultati respondet gloss. ibi communiter recepta, textum illum procedere, quando constat dominum rem vendicare ab eo, qui eam naturaliter posſidet, vel etiam detinet, à quibus proculdubiò rem vendicare posse, probat *lex, officium in fine supra de rei*
381 *vendic.* quo casu rem † vendicans ratione suæ ciuilis posſeſsionis, potest nihilominus vti interdicto vti posſideris, *leg. 1. in princip. & ibi gloss. & Bart. post principium infra vti possidetis*, quia in his terminis nulla datur repugnantia, & ideò admittitur cumulatio prædictorum remediorum, vt *hic explicat Fulgos. num. 2. Paul. Castrens. 2. lect. nu. 5. Bart. d. §. nihil commune, num. 19. Ias. §. aquè si agat num. 58. inst. de actio. tradit Paul. Castrens. conf. 110. num. 5. libr. 2.* & hanc esse communem intellectum *d. §. nihil commune*, asserunt Alexand. ibi *num. 49. Ias. num. 93. Claud. num. 38. in fine.*

382 Sed vtique † is communis intellectus nimis restringit generalitatem *d. §. nihil commune*, neq; bene adaptatur rationi in eo expressæ, *vt ibi aduer-*
383 *tit Alciat. num. 26.* Quare † alium intellectum ad §. *nihil commune*, aſsignat Bereng. *ibi 2. parte num. 106.* & alium Bologn. *ibi num. 8.* & alium Coras. 7. & denique alium Anton. Gouean. *lib. 1. variar. lect. cap. 3.* & alium Charondas *lib. 1. verisimilium cap. 6.* & alium etiam Cuiat. *lib. 7. obseruat. cap. 38.* Denique alium Vaconius *Declaratio. iuris 44. num. 3.*

Mihi † autem placet intellectus, & 384
resolutio Cuman. *dict. §. nihil commune num. 16.* quod aut constat, quem rem vẽdicare, quasi nullo modo posſideat, & postea vult accumulare interdictum vti posſidetis quasi possideat: & tunc propter manifestam repugnantiam, non admittetur prædicta cumulatio: aut nobis non constat de animo vendicantis, & in dubio interpretandum est, quòd vendicans nullo modo videtur asserere, se non posſidere, sed tantùm quod nõ habet omnimodam posſeſsionem illius rei, & ideò nihil impedit postea cumulare interdictum vti posſidetis aduersus eum, qui rem naturaliter posſidet, vel etiam detinet animo possessoris, & ideò in dubio admittenda est prædicta cumulatio, & in his terminis procedit *dict. §. nihil commune vt ibi notat Alexand. num. 51. Iason. nu. 93. Rip. num. 137. Alciat. num. 27. Ant. de Math. tractat. de causa possessionis, & proprietatis nu 82.* Cui † inter- 385
prètationi benè adaptatur ratio expressa *dict. §. nihil commune*, quòd qui vendicat rem, non videtur posſeſsionem renunciasse *leg. si quis vi §. differentia infra de acquirend. possess.* Ac ita † re- 386
soluẽdum est: quòd tunc demum non admittetur cumulatio rei vendicationis, & interdicti vti posſidetis, quando clarè constiterit, quòd quis rem vendicat, quasi nullo modo posſideat: tunc enim propter manifestam repugnantiam, non admittetur prædicta cumulatio, & in his terminis debet accipi *cap. pastoralis, ad medium de causa possessionis.* Sed si † simus in dubio, 387
& vendicans qui egit rei vendicatione, cumulet interdictum vti posſidetis, debet admitti cumulatio, propter rationem supra aſsignatam, & à fortiori id procedet, quando à principio

vtrumque remedium cumulatur, nam
388 ne † videatur incontinenti sibi repugnare, contra regulam *leg. non ad ea, infra de condit. & demonstrat.* interpretandum est quòd rem vendicat à reo, quasi naturaliter possideat, & ratione suæ ciuilis intentat contra eundem
389 dem interdictum vti possidetis. Et † notabis, quòd vbi cumulantur petitorium & possessorium, potest quis vincere in possessorio, & in petitorio succumbere, vt quia benè probauit possessionem, & non sic dominium: & ideò quoad petitorium absoluetur reus *cap. cum Ecclesia, ad finem, de causa*
390 *possess.* Quinimò † si reus assumpserit in se onus probandi, iuxta *l. circa infra de probat.* & quia probauit dominium declaratus fuit dominus rei, inutilem reddit sententiam, quam alter obtinuit in possessorio, vt est expressum *cap. cùm dilectus, de causa possessionis*, &
391 ideò † in hac materia tutius est sequi consilium Iureconsult. *l. is qui destinauit infr. de rei vendic.* Et hæc de primo casu principali.
392 In secundo † autem casu, quando possessorium & petitorium proponuntur à diuersis, tres in materia sunt constituendæ conclusiones. Prima est, si quilibet ex parte sua, proponit petitorium, & possessorium, non admittetur huiusmodi cumulatio, sed potius ad ordinãdum iudicium, prius agetur de possessorio, vt sciatur quis in eo iudicio debeat subire vices acto-
393 ris, vel rei. Et † in his terminis potest procedere regula *l. ordinarij Cod. de rei vendicat. & leg. incerti C. de interdict. leg. exitus infr. de acq. possess. & leg. 1. §. huius autem infra vti possidetis l. inter litigato-*
394 *res infra eodem.* Quod † ampliat Bart. *dict. §. nihil commune n. 39.* procedere, etiamsi vnus intentauerit rei vendicationem, quasi nullo modo possideret, quia scilicet ignoraret, se ciuiliter possidere: nam comperta veritate potuerit petitorio cumulari interdictum vti possidetis. Nam † licèt attenta 395
forma libelli, propter repugnantiam non possit admitti hæc cumulatio, tamen habita consideratione, quòd ignorans non videtur renũciasse possessionem sibi competentem *l. mater decedens, infra de inoffic. testam.* ne careat commodo possessionis, ex post facto admittetur prædicta cumulatio, quã Bart. opinionem esse communiter receptam, asserit Ias. *d. §. nihil commune n. 127. & Claud. n. 48.* ipse tamen Ias. aduersus Bart. multa adducit, quæ habuit ab Alexan. *ibid. n. 65.* Quinimò † 396
Rip. ibi *n. 154.* asserit hanc opinionem Bart. communiter reprobari, & contra eam præcipuè adducitur regula auth. *qui semel. C. quomodo & quando iudex*, item & Clem. vnica *de causa possess.* per locum ab speciali. Præterea adducunt, quòd cùm actor fuerit contestatus super rei vendicatione, iam in ea causa constat quis debeat esse actor vel reus, *l. qui prior supra eod.*

Sed † his non obstantibus Bartol. 397
opinio verior videtur, & ad rationes contrariæ opinionis, duobus modis responderi potest. Primò quòd cùm actor ignorauerit possessionem ciuilem sibi competere, poterit emendare libellum, etiam post litem contestatam, *argument. cap. pastoralis de except.* & doctrinæ glos. *error verb. facti Cod. de iuris & facti ignorant.* & tradit Claud. *l. edita. n. 10. & 15. ad finem Cod. de edendo*, & ibi Purpurat. *n. 122.* dum igitur in libello virtualiter dicebat, se nullo modo possidere, emendabit libellum, & dicet se nullo modo possidere, scilicet naturaliter, & tamen possidere ciuiliter, quo casu admittitur cumulatio petitorij cùm interdictio vti possidetis, *vt dictum est.* Item
† secundò respondeo, quòd licèt in 398
prædicto casu actor mero iure sibi præiudicauerit, tamen † ignorantia 399

eius est iusta causa petendi restitutionem, *Bart.l.si quis autem propter, infra de itinere actuque priuato*, & sic per restitutionem emendabit libellum, & obtinebit pronunciari, etiam super in-
400 terdicto vti possidetis, neq; † enim restitutio in integrum vnquam videtur exclusa, *gl.fin.l.postquam liti C. de pactis*. Et sic hac ratione tolluntur omnia adducta contra Bartolum.

401 Secunda † principalis conclusio in hac materia sit, quando vnus proponit petitorium, & aduersarius proponit possessorium, si quidem sit possessorium recuperādæ possessionis, certum est supersedendum esse in quæstione dominij, siue prædictum possessorium proponatur per viam exceptionis, *cap.1.de rest.spoliat.l.si quis ad se Cod. ad l. Iuliam.de vi publica*, siue proponatur per viam actionis, *c. fin.de or-*
402 *dine cognitionum*. Si † verò sit possessorium retinendæ, hoc est interdictum vti possidetis, etiam dicendum est, non posse cognosci de dominio actoris, etiā incontinenti probando quoad effectum, vt in prædicto posseso-
403 rio supersedeatur. Nam † licèt turbans reum, dominus sit ipsius rei, non tamen ei licet turbare possessorem in sua iusta possessione *leg. vim facit, infr. de vi, & vi armata*, & ideo exceptio, quòd turbans sit dominus, tanquam non concludens, non est admittenda *leg.ad probationem dominij.Cod.de probat.* quòd ita pro constanti tenet glos. *fin. ad finem l.si de eo §.final. infra de acquir. possess. & ibi notat Bart.num.2. Bart.dict. §. nihil commune num.* 3. & ibi Ripa *n.98*. asserit ita esse receptum per omnes, & aduersus glossam hîc obseruat Bart.*in fine Iacobin.n.8.notab. Panormit. c.in litteris n.7. de restitutione spoliatorum Ant. Natta cons.419.à n.5.lib.2. Boer.decis.* 238. *n.2. Mascard.de probat.3. part. conclus.*1329.*à n.1.*quem vide *n.9.& 2. parte conclus.* 687. *num.* 11. *& num.*18. *Menchac.illustrium quæstionum c.88.n.3.* Adde Angel. Aret. §. *quadrupli n.* 50. *Inst. de actio.* Vbi † tamen declarat, id 404
verum esse, quando agens possessorio retinendæ est iustus possessor. Nam si sit iniustus, cum agendo prædicto interdicto obtinere non potest *l.1. §.fin. infra vti possidetis*, licèt per dominum ciuiliter possidentem turbari potest, quocunque tempore, quia semper dominum videtur turbare † in sua ciui- 405
li: adeò quòd licèt agens interdicto recuperandæ, non possit ex interuallo spoliatorem deiicere *l.3. § eum igitur, infra de vi, & vi armata*, tamen dominus iniustum possessorem quocunque tempore turbare potest, vt eleganti ratione probat Bart.*leg.1.§.quòd aut prætor n.13.infra vti possidetis & Angel.Aretin.dict.§.quadrupli, n.50.Instit. de actio.*

Amplia † prædicta, vt licèt contro- 406
uersum sit, *vtrum notorius proprietatis defectus impediat restitutionem spoliati vt supra tractauimus*, tamen in interdicto vti possidetis, etiam notorius defectus proprietatis non efficiet vt dominus iustum possessorem turbare possit, vt ex mente Panormitan. *dict. c.in litteris, n.7.de rest.spol.* deducit Ant. Natta *cons.* 411. *num.7. libr.2.* Amplia etiam, vt quamuis impediatur restitutio, si spoliatus passus sit agi de dominio spoliatoris, *cap.1. de restitutione spol.* Tamen † aliud erit, in interdicto 407
vti possidetis: nam etsi eo patiente constiterit de dominio turbantis, tamen nō licebit ei turbare iustum possessorem, *leg.1.§. & parui infra, quòd vi aut clam.* probat Beroius *qu.famil.3. à n.4.Greg.l.27.tit.2.partit.3. verb.que lho entregasse col.2.ante medium*, & ad finem quicquid contrarium sentiat Anton. Rub. *d. §. nihil commune, n.*175. Cæterùm † in interdicto adipiscendæ aliud 408
obseruabitur: nam in eo admittitur exceptio dominij incontinenti probandi,

bandi, & interim impeditur missio in possessionem *l.2. cum glos. Cod. de edict. Diui Adriani*, & tenent relati per Mascard. *2. parte de probat. conclus.* 687. *n.* 7. *Gregor. leg.* 27. *tit.* 2. *partit.* 3. *verb. que lhe entregasse ad finem, ampliando*, vt per Gigantem *consil.* 10. *num.* 4. *& cons.* 26. *n.* 8. rationem assignat Anton. Rub. *d.* §. *nihil commune num.* 184. & ante eum Panorm. *cap.* 1. *num.* 5. & ibi Beroius *n.* 40. *de restitutione spoliatorum*. Quare si alius ab eo rem vendicet, poterit opponere de possessorio: nam cùm fateatur se adhuc non possidere, non poterit ab eo res vendicari, *vt tradit Bart. d.* §. *nihil commune, n.* 28.

409 Limita † secundò, si in interdicto vti possidetis exceptio dominij non opponitur ad effectum excludendi actorem, sed potius ad effectum, vt magis qualificetur opponentis titulus & possessio: nam cùm tunc cesset repugnantia, admittetur prædicta ex-
410 ceptio, & probata duos † operabitur
411 notabiles effectus. Primus † quòd si pares fuerint probationes illius, qui dominium probauit, quasi ob hoc eius possessio magis iustificata, & qualificata esse censeatur, *Bartol. hic in fine & l. si duo num.* 4. *infra vti possideris, Iacobin hic, num.* 7. *ad finem, & num.* 11. *Rip. dict.* §. *nihil commune, num.* 100. De-
412 clarando † vt per Antonium Nattam *consil.* 419. *num.* 10. *libr.* 2. & per Mascard. *de probat.* 3. *p. conclus.* 1194. *à n.* 12. quòd si aduersus agentem in interdicto vti possidetis, conuentus per viam petitionis alleget se esse dominum, certum est, quòd respectu interdicti succumbet, cùm agens rei vendicatione fateri videatur conuentum possidere. Ergo agens in interdicto obtinebit, non obstante dominio rem vendicantis, §. *quorum inst. de interdict. tradit Bart. d.* §. *nihil commune n.* 27.

413 Secundus † effectus est, quòd licèt, qui probat de antiquiori possessione, debeat vincere, quantumcunque aduersarius probet ex parte sua titulum, & possessionem *Angel. Aret.* § *quadrupli, num.* 49. *instit. de act.* Quia † 414
iunior possessio etiam cùm tit. præsumitur clandestina, vt probat *capit. licèt causam, de probat. Bart. l. si duo n.* 4. *infra vti possidetis Menoch. de recup. poss. rem.* 15. *remedio num.* 334. Id tamen † 415
tunc procedet, quando ille, qui probauit antiquiorem possessionem allegauerit eam possessionem, quam habet aduersarius, esse clandestinam respectu suæ possessionis: nam aliàs obtinebit ille, qui probat titulum, & iuniorem possessionem, Anton. Natta *consil.* 419. *num.* 8. *lib.* 2. Et est † ratio, 416
quia licèt dominus, vel credens se dominum respectu dominij non possit videri clam possidere *leg. si de eo* §. *fin. infra de acq. poss. notat glos. l. Pomponius* §. *cùm quis verb. vitiis in fine eodem titul.* quia cùm sciat se esse dominum, vel pro certo id habeat, non est verisimile, quòd super hoc timuerit, sibi controuersiam moueri, ac ita eo respectu non potest videri clam possidere, vt declarat Paul. *dict. l. si de eo* §. *fin. num.* 2. Tamen † respectu possessionis, quam 417
scit ab antiquiore possessore occupatam esse, debuit timere, respectu illius sibi mouendam esse controuersiam. Si igitur eam clam ingrediatur, dicetur clam possidere, *glos. final. ad finem d. l. si de eo* §. *final.* & sic succumbet in hoc interdicto *leg.* 1. §. *final. infr. vti possidetis.* Vnde † meritò Bartol. 418
dict. leg. si de eo, §. *final. ad finem*, admonet aduocatos, vt in hoc casu non allegent simpliciter aduersarium clã possidere, quia poterit intelligi clam possidere respectu dominij, cuius tamen respectu; non potest hoc casu considerari clandestinitas, *vt dictum est*, & ideò debent addere in prædicta allegatione, aduersarium clam possidere respectu suæ possessionis,

cuius respectu cōsiderari potest clandestinitas etiam in domino ipsius rei,
419 *glos. final. in fine d.l. si de eo §. final.* Et † ideò licèt, occupans possessionem probet se dominum, tamen succumbet in interdicto. Nam cùm eius possessio sit clandestina, respectu antiquioris possessionis, locum habebit regula *l.1.§.fin. infra uti possidetis, ut resoluit Alexan. consil. 110. num. 4. lib. 1. & consil. 45. n 8. lib. 3. Socin. cons. 266. n. 16. lib. 2. Ant. Natta cons. 419. n. 9. lib. 3. Nepuzanis cons. 81. n. 23. & n. 26. Ant. Rub. cons. 4. n. 12. Menoch. de recuperand. poss. 1. remedio n. 144.* Circa quem articulum videndus est omnino Mascar. *de probat. 3. p. concl. 1194. n. 28.*

420 Ex † quibus infertur vera resolutio ad eam controuersam quæstionem, *utrum quemadmodum petenti restitutionem ex cap. violentiæ,* non obstat exceptio dominij spoliatoris *ex cap. de restitutione spoliatorum*, ita etiam non debeat obstare petenti restitutionem
421 *ex c. clandestinitatis.* In † qua quæstione Bart. *l. vitia num. 6. C. de acq. possess.* concludit, obstare exceptionem dominij, per text. *in leg. si de eo §. final. infr. de acq. possess.* & idem tradit Bart. *l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis, & ibi Angel. n. 4. C. de præscript. 30. annorum Ang. l. 1. §. 1. n. 6. infr. de vi, & vi armata. Corsetus ad regulam quod spoliatus ante omnia restituatur, fallentia 29. Iacob. Noucl. in praxi criminali tit. de spoliatis de facto n. 30. Marant. in praxi iudicij 1. p. 17. distinctione iudiciorum n. 23. & Æmilius Ferretus l. naturaliter §. nihil commune n. 72. infr. de acq. possess. & alij relati per Ant. Gabr. lib. 5. communium, titulo, de restitutione spoliatorum concl. 1. n. 125.* & defendit Menoch. *de recuperan. 1. remedio à n. 143.* Circa quem articulum est etiam videndus Mascar. *de probat. 3. p. conf. 1194. à n. 29.*

422 Contrariam † tamen opinionem imò petenti restitutionem ex capite clandestinitatis, nō obstare etiam exceptionem dominij occupantis possessionem clādestinè resoluit Alexan. *§. nihil commune n. 16. & ibi Rip. n. 73. Claudius Marmerius num. 79.* & asserit magis esse receptum Iacobin. *hic n. 1. ver. secundo fallit.* & plures quos refert Anton. Gabriel. *lib. 5. communium titulo de restitutione spoliatorum conclus. 1. num. 126. & Valascus consultatione 93. colum. final.* Quam † opinionem tanquam veriorem iam supra probauimus, & probatur ex eo, quòd ille qui petit sibi restitui possessionem ab eo qui illam clam occupauit, virtualiter allegat aduersarium clam possidere ratione possessionis. Quo casu etiam dominus vitium clandestinitatis incurrit, *ut dictum est.* Ergo tenetur eam restituere eodem modo, quo si per vim illam occupasset iuxta æquiparationem *l. si vi me à secunda, & ibi notat Bart. infra de vi, & vi armata, & cap. item cùm quis, & ibi notat Panor. num. 4. de restitutione spol.* & in specie videtur text. *l. 1. §. denique* & ibi notat Angel. *infra quòd vi, aut clam.* 423

Et † retenta hac opinione non obstabit textus *leg. si de eo §. final. infra de acq. possess.* quia aduertendum est, textum illum loqui, quando qui rem in veritate propriam clam occupauit, & probat vitium clandestinitatis non incurrere, non quidem ob rationem quam ibi assignat Paul. *num. 2.* & Socin. *dict. §. nihil commune num. 8.* sed potius † ob eam, quæ in eo textu assignatur, quòd quemadmodū in proprio non consistit pignus, neque alia obligatio *l. nec pignus infr. de regul. iuris*, ita etiam in re propria non cadit vitium clandestinitatis, *ut ibi notant omnes.* Ex † qua ratione colligitur, quòd si quis rem in veritate suam occupat clam, quia scilicet timeret moueri sibi controuersiam ratione dominij, tamen vitium clandestinitatis non 424 425 426

non incurret, cùm semper militet ea ratio, quòd clandestinitas non cadit in re propria. Quicquid Doctores communiter *in d. §. final.* contrarium sentiant.

427 Distinctio † igitur illa Doctorum, quòd si ingrediens timeret sibi fieri cõtrouersiam ratione dominij dicatur clam possidere etiam respectu dominij. Si autem timeret fieri sibi controuersiam ratione possessionis, tunc dicatur clam possidere tantùm ratione possessionis, vt declarat Cum. & Paul. vterque *num. 2. d. l. si eo §. final.*

428 tantùm † locum habere potest, in possessore bonæ fidei, vt colligitur ex *d. l. si de eo §. seruum tuum.* Nam in vero domino respectu proprietatis, non potest cadere vitium clandestinitatis, *vt dictum est*, & aliud erit dicendum respectu possessionis in re pro-

429 pria. Nam † cùm respectu prædictæ possessionis cadat in vero domino vitium clandestinitatis, *gloss. final. ad finem d. l. si de eo §. final.* locum habebunt iura supra citata, quòd dominus omnino teneatur restituere possessionem etiam rei propriæ clã occupatæ.

430 Iuxta † quæ dicendum est, quòd si simpliciter allegetur, occupantem clam possidere, semper admittetur exceptio domini occupantis, quia concludit, saltem respectu proprietatis nullam fuisse commissam clandestinitatem, sed respectu possessionis quæ etiam dicitur clandestinè occupata, non admittetur prædicta exceptio, quia respectu illius non concluderet, non fuisse commissam clandestinitatem, *vt dictum est*, & ita non obstante prædicta exceptione cogetur ante omnia illam restituere possessori, quod sentit Socin. *dict. §. nihil commune, n. 8. Ant. de Math. tractatu de caussa possessionis & propriet. n. 92. ver. non*

431 *obstat gloss.* ad quem † modum est explicandus Bartol. *in leg. si de eo §. final. ad finem.* Et † eadem ratione idem erit 432 admittendum, quando quis allegaret se priuatum sua possessione clam, nec enim tunc admitteretur exceptio proprij domini occupantis possessionem clam: quia in re propria respectu possessionis cadit clandestinitas, & consequenter non obstante exceptione dominij, tenetur eam ante omnia restituere, *vt dictum est*, & ad hunc modum est etiam explicandus Rip. *dict. §. nihil commune n. 73.*

Nec in hac † re admittenda est 433 concordia Bellameræ *decis. 36.* quòd in his terminis potest opponi de proprio dominio, non autem de alieno, & subscribit Anton. Gabr. *lib. 5. communium, titulo de restitutione spoliatorum conclus. 1. à numer. 129.* Hæc enim distinctio confunditur ex supra traditis, & ideò verior concordia est, quòd si simpliciter † allegat dominum 434 clam possidere, admittetur exceptio dominij. Si autem expressim vel tacitè alleget, eum possidere clam respectu possessionis, tunc non admittetur prædicta exceptio propter rationes supra relatas, & ita in effectu Socin. *l. rem quæ nobis, num. 20. circa finem verb. tandem infra de acquirend. possess.*

Tertia † & vltima conclusio in hac 435 materia sit, si prius agatur de petitorio, & deinde obiiciatur possessoriũ, si quidem possessorium sit recuperandæ possessionis, tunc si per viam exceptionis opponatur, suspendendum est petitorium, & de solo possessorio agendum est, *cap. frequens de restitutione spoliatorum lib. 6.* Adeò † quidem, vt si 436 duo agant de spolio, & alter proponat spolium per vim actionis, alter verò excipiat de alio spolio contra se commisso, vtique in primo spolio per viam actionis proposito supersedendum est, vt probat *capit. final. in fine, de ordine cognitionum*, & ibi notant Ant.

Ant. *num.* 14. *Panormitan. num.* 11. rationem reddentes. Si † autem tam
437 primum spolium, quàm secundùm proponatur per viam actionis, in nullo supersedetur. Sed de vtroque pariter cognoscendum est, tanquam in causa conuentionis & reconuentionis. Ita probat textus *cap. 2. de ordine cognitionum*, considerando, quòd in eo text. monasterium conquerebatur de damnis sibi illatis per homines armatos nobilium, & sic non allegabat spolium, sed tamen monasterium in rebus suis damnum fuisse passum, *vt ibi aduerterunt Innocent. n. 1. Hostiens. post principium, & Panormit. num.* 50. & nihilominus probat text. quòd si ex altera parte nobilium allegetur spolium per viam petitionis, de vtraque causa simul cognoscendum esset. Ergo ex illo text. clarè colligitur, quòd si propositum sit petitorium, quòd non respiciat restitutionem rei, sed tantùm resarciri damna illa, quòd per spolium propositum per viam actionis, non suspendetur petitorium aduersarij, sed semper in vtraque causa simul sit procedendum, id quod notat Panormit. *cap. fin. num. 5. de ordine cognitionum, & capit. ex conquestione n 6. de restitutione spoliatorum. Cardin. Clem. 1. n. 7. ad finem de causa possess. Maranta in praxi 4. parte 6. distinctione iudiciorum num* 40. *&* 41. de quo tamen est videnda *leg. 5. ad finem tit. 10. p. 3. & ibi Greg. in gl fin.*

438 Hæc tamen † conclusio deducta ex dict. *c. 2. de ordine cognitionum*, duas
439 magnas † patitur difficultates. Prima
440 est † ex *cap. final. de ordine cognitionum*, vbi quis proposuit possessorium recuperandæ possessionis per viā actionis, & aduersarius proposuit rei vendicationem, & probat text. quòd in tali petitione supersedetur, quia non admittitur reconuentio, nisi de alio spolio. Ergo è contra idem videbatur recipiendum, vt petitorium attentatum prius suspendatur propter spolium postea intentatum, etiam per viam actionis.

Secunda difficultas † insurgit ex 441 decisione *cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum*, vbi maritus proposuit petitorium super matrimonio, petens illud illegitimum pronunciari, & postea mulier proposuit spolium per viam petitionis, & tamen iubetur supersederi in peritorio per maritum intentato.

Sed his non † obstantibus, non est 442 recedendum à præcedenti conclusione. Neque obstant † in contrarium 443 adducta: nam ad primam de *cap. fin. de ordine cognitionum*, respondetur in hoc articulo distinguendos esse duos casus. Primus † est, quando quis propo- 444 suit prius possessoriū per viam actionis, & reus conuentus proponit postea petitorium: & non admittitur hæc secunda petitio, quia spoliatus hoc habet priuilegium, vt minimè teneatur respondere super aliqua actione, antequam plenè sit restitutus, *cap. frequens, de restitutione spoliatorum lib. 6.* & in his terminis procedit *cap. final. in principio, de ordine cognitionum*, vt explicat Maranta *in practic. 4. parte 6. distinctione iudiciorum n.* 32.

Secundus † casus est, quando prius 445 proposuit petitorium, & reus proponit spolium per viam actionis, & procedit *cap. 2. de ordine cognitionum*, inductum vt supra. Ita † vt in hac materia 446 multum intersit, vtrum prius propositum sit possessorium, & postea sequatur petitorium. Nam tunc procedit *c. fin. in princip. de ordine cognitionum*, notat Pan. *cap. pastoralis num. 34. de causa possessionis.* Aut verò præcedat petitorium & sequatur possessorium: nam tunc locus erit decisioni *cap. 2. de ordine cognitionum*, notat Panorm. *c. final. n. 4. eod. tit.* Ratio huius differentiæ est, quòd

quòd in hoc secundo casu actor, qui prius proposuit petitorium, nihil de nouo petit à spoliato, sed in iam petitis persistit, & sic cessat ratio priuilegij cuius fit mentio *d. c. fin. in princ. de ordine cognitionum.*

447 Non † obstat secundò *d. cap. conquestione, de restitutione spoliatorum,* quia pro vera responsione, duo etiam casus distinguendi sunt in materia. Aut
448 † enim proponitur petitorium super diuersa re, ita vt possessorium intentatum nihil commune habeat cum prædicto petitorio, & locum habet regula *cap. 2. de ordine cognitionum*, aut
449 verò † petitorium erat intentatum super certa re, & postea proponitur possessorium respiciens eandem rem, super qua primum petitorium fuerat intentatum, & in his terminis procedet *dict. cap. ex conquestione*, vt spolium postea oppositum etiam per viam actionis, faciat suspendi petitorium, prius intentatum super eadem re, & ita Imol. *ibi ad finem Panormitan. n. 6. ad finem Romanus dict. §. nihil commune num. 20.* Quicquid inuoluat Marania in *praxi 4. p. 6. distinctione iudiciorum*
450 *num. 40.* Ratio † huius differentiæ est, quia quando petitorium respicit diuersam rem non est æquum, vt propter possessorium respiciens aliam rem diuersam, suspendatur petitorium, ante intentatum super diuersa re, quod tamen est æquum, quando possessorium etiam per viam actionis proponitur super eadem re, super qua fuerat intentatum petitorium. Cùm
451 † secundùm iuris regulas, quilibet puniri debeat in eo, in quo deliquit, *Auth. sed nouo iure cùm gl. Cod. de seruis fugitiuis, Auth. omnes, Cod. communia de*
452 *success.* & ideò contumax tantùm † punitur in ea causa, in qua fuit contumax *l. generaliter §. 1. Cod. de rebus creditis & iureiur. gl. c. 2. verb. non teneris de dolo, & contumacia li. 6.* Quicquid aliam rationem differentiæ assignet Panor. *d. c. ex conquestione n. 7.*

Et iuxta † hæc venit explicandus 453
textus Clement. *vnica, de causa possessionis*, qui quidem textus duas habet partes. In prima probat, quòd si causa beneficialis per appellationem, legitimè fuerit deuoluta ad Romanam Curiam, poterit quælibet ex partibus coram iudice appellationis cumulare possessorium, etiamsi in causa, à qua appellatum fuit, tantùm actum
fuerit † de petitorio. Cui tamen con- 454
clusioni nimis videtur obstare, quòd iudex appellationis non potest cognoscere, nisi de ea causa, quæ per appellationem ad eum fuerit deuoluta *leg. eos Cod. de appellat.* & ideò si de proprietate actum fuit in primo iudicio in causa appellationis, minimè tractari potest de possessorio, de quo nihil actum fuit in primo iudicio, & consequenter neque potuit deuolui
ad iudicem appellationis. Sed † re- 455
spondendum est, hæc omnia limitari, in causa beneficiali, in qua duo specialia inueniuntur per ius Canonicum inducta in eius fauorem. Pri-
ma, est quòd licèt † regulariter si ap- 456
pelletur ab aliquo articulo ad Curiã Romanam, tota causa non possit in ea retineri, nisi causa appellationis iustificata sit, vel si fuerit omissa appellatio, & partes consentiant, quòd in curia agatur de causa principali, *cap. de appellation. in 6.* & tamen in causa beneficiali, si appellatum sit ab aliquo articulo, tota causa retinetur apud Romanam Curiam, etiam non iustificato articulo appellationis *c. 1. de election. in 6. notat. Paul. Castrens. consil. 277. numer 2. & 3. libr. 1.* Secun-
da † specialitas est, quòd licèt in aliis 457
causis tantùm iudex appellationis cognoscere possit de eo articulo, de quo ad eum appellatum est, & non de alio diuerso *dict. leg. eos Cod. de appellat.*

Tamen

Tamen in causa beneficiali speciale est, vt iudex appellationis non tantùm cognoscat de articulo à quo appellatum est, sed etiam de eo articulo, de quo non fuit cognitum in primo iudicio, neque de eo appellatum vt probat d. Clement. *vnica in principio*, & notat Paul. Castr. *consil.277.n.2.ad finem & seq. libr.1. Panorm.cap. pastoralis num. 34. de causa possessionis, & ibi Ant. §.si verò num.4. Ioannes Garcia tract. nobilitat. Hispaniæ glos.1. §. 2. num.21. ad*
458 *finem*. Et † est ratio, quia cùm hoc speciale sit inductum, in causa beneficiali, vt iudex appellationis non solùm cognoscat de articulo ad eum deuoluto per appellationem, sed & de tota causa principali, quia tota videtur deuoluta ad Romanam Curiam, vt dictum est, vtique is iudex non solùm videtur successisse loco iudicis à quo appellatum est, in articulo à quo appellatum est, sed etiam in tota causa: ac proinde prout coram iudice à
459 quo appellatū † est, post intentatum petitorium, potuit in quacunque parte litis cumulari possessorium, *capit. pastoralis de causa poss. & p. capit. significauerunt, de testibus. lex cum fundum § final. infra de vi, & vi armata*. Idem etiam licebit facere coram iudice appellationis, qui in causa beneficiali quoad totam causam videtur successisse loco iudicis, à quo appellatum est, vt dictum est, & ita Panormit. *dict. capit.*
460 *pastoralis num.34. ad medium*. In † aliis autem causis, cùm solus articulus à quo appellatum est, videatur deuolutus ad iudicem appellationis, & sic tantùm in eo articulo videatur successisse loco iudicis à quo, de alio diuerso articulo cognoscere nō poterit.
461 Ex † qua ratione infertur, quòd si tota causa sit deuoluta ad iudicem appellationis, tunc in quacumque causa admittetur decisio dict. Clem. *vnica in principio*, quia in ea incipit militare eadem ratio, quæ in causa beneficiali. Exemplum † erit, si ante 462 oblatum libellum, vel litem contestatam appellatum sit ad iudicem appellationis, quia tunc cùm primus iudex non cognouerit de causa, tota causa cognoscenda deuoluitur ad iudicem appellationis. Verificata igitur causa appellationis, coram eo poterit cumulari possessorium, vti poterat coram primo iudice, & ita Panormitan. *dict. cap. pastoralis, numer. 34. ad medium*. Si verò post libellum oblatum vel litem contestatam appellatum sit, quia tunc primus iudex incepit cognoscere de causa, non videtur tota causa deuoluta ad iudicem appellationis, sed tantùm articulus specialis, à quo appellatum est, & consequenter coram eo non potuerit cumulari possessorium, de quo coram primo iudice actum adhuc non erat, Panormit. *vbi supra Paul. Castrens. consil. 277. num. 3. libr. 1. Valascus consultat. 41. numer. 2.* Præterquam † in causa beneficiali, in 463 qua speciale est, vt tota causa videatur deuoluta ad iudicem appellationis, & ideò in ea tantùm procedet dict. Clement. *vnica de causa poss. in 1. parte*. Quinimò † neque in 464 causa beneficiali hæc specialitas simpliciter admittetur, sed duo copulatiuè† requiruntur, scilicet quòd causa 465 sa sit beneficialis: item quòd de ea cognoscatur in Curia Romana. Nam si in partibus de ea cognoscatur coram delegato, non habebit locum prædicta specialitas. Sed idem obseruabitur in causa beneficiali, quòd in aliis causis. *Panor. dict. c. pastoralis n. 34. ad finem Paul. Castrens. consil. 277. num. 2. lib. 1.* & de materia est videndus Marian. *c. 2. n. 39. ad finem de mutuis petitio.* Et hæc de prima parte d. *Clement. vnica.*

Succedit igitur† secūda pars prin- 466 cipalis prædictæ Clementinæ, quæ probat, quòd si tota causa videatur deuoluta

deuoluta ad iudicem appellationis, tunc quælibet pars, licitè potest petere, vt suspenso petitorio, de solo possessorio recuperandæ agatur. Quam
467 † secundam partem etiam specialiter procedere in causa beneficiali existimat Rota *decis. quinta*, *de causa possessionis*, *in nouis*, quia in aliis causis licitum est quidem parti suspendere petitorium à se intentatum, & obtinere, quod de solo possessorio agatur, *capit. pastoralis, de causa possessionis*, non autem poterit suspendere petitorium ab aduersario intentatum, quia hoc iure cautum non inuenitur. Igitur dict. Clement. *vnica* probans, quod etiam petitorium ab aduersario intentatum possit suspendere, tantum procedet in causa beneficiali, de qua proculdubio agit dict. Clement. *vnica in principio, vt supra diximus*. Quod ita tenent multi relati per Antonium Gabrielem *lib. 5. communium titul. de restitutione spoliatorum conclus. 5. num. 90.* & per Couar. *resolut. lib. 1. cap. 16. colum. penult. Ant. Capitius decis. 28. à num. 2. Antonius de Math. tractat. de causa possessionis n. 43. pag. 82. Ioan. Garcia tract. nobilitatis §. 1. glos. 2. num. 21. ad finem & num 22. ver. tum etiam.*

468 Sed † non est vera hæc opinio, quia licèt d. Clement. *vnica in prima parte* loquatur in causa beneficiali, tamen in secunda parte generaliter loquitur in quacunque causa, addita ratione generali, scilicet hæc admitti in odiũ spoliatoris, quæ ratio pariter militat in quacunque causa. Et ita contra Rotam aduertit Panormit. *dict. cap. pastoralis num. 34. ad finem. Paul. Castr. consil. 277. num. 3. lib. 1. & post alios Anton. Capitius decis. 28. num. 3. & alij relati per Antonium Gabrielem vbi supra à nu. 98.* quod non satis percepit Valascus *consultatione 91. num. 3.*

469 Quo præsupposito † ex dict. Clement. *vnica in secunda parte* colligenda est notabilis conclusio, quod tam in prima causa, quàm appellationis licitum est parti suspendere petitorium à se vel ab aduersario intentatum, & facere quod de solo possessorio recuperandæ agatur. Quinimo † probat dict. 470 Clement. *vnica* licitum esse hanc suspensionem facere vsque ad conclusionem in causa, *notat Panormitan. dict. cap. pastoralis num. 34. & ibi Anton. § si vero num. 4. de causa possessionis, idem Panormitan. cap. ex conquestione, num. 8. de restitutione spoliatorum*, & hanc esse communem opinionem Canonistarum fatetur Rip. *dict. §. nihil commune, num. 161.* quam & consulendo probauit Paul. Castr. *consil. 277. num. 3. lib. primo*, & iudicando Iacobus Puteus *decis. 298. in 2. parte*, & vti veriorem probarunt Cuman. Paul. & Socinus *colum. vlt. d. §. nihil commune, & ibi Ias. num. 138. Coras. n. 86. Franciscus Marcus decis. 316. num. 10. in 1. parte Capitius decis. 28. n. 7* & defendit Menchac. *illustrium q. cap. 87. num. 27.*

Contrariam † tamen opinionem, 471 imò quòd hæc suspensio tantùm fieri possit vsque ad litem contestatam, & postea non, tenet Bartol. *dict. §. nihil commune num. 24.* cuius opinionem receptam esse à Legistis asserunt Iason. *ibi num. 137.* & Rip. *n. 161.* & secundum illam consuluit Romanus *consil. 39. per totum*, & eam vti veriorem probat Couar. *resolut. lib. primo, cap. 16. n. 13. Menoch. de recuperanda possessione 15. remedio num. 382.* & defendit Ioannes Garcia *tractat. nobilitat. § 1. glos. 11. num. 43. ver. & aduerte*, & plures quos citat Valascus *consultat. 92. post principium*, quibus adde Ant. de Math *in regula quod spoliatus sit ante omnia restituendus, num. 69. pagin. 41.* Mouentur, qui hanc opinionem probant, ea 472 præcipuè ratione, quia hæc suspensio conceditur in odium spoliatoris, propter regulam *quod spoliatus est ante om-*

nia restituendus, vt exprimitur *dict. Clement. vnica*, & tamen hæc regula tantùm producit exceptionem dilatoriam, quæ opponenda est ante litem contestatam super dominio aduersarij *cap. 1. de restitutione spoliatorum, notat glos. cap. 1. 2. 3. 2. & glos. c. 1. verb. permittur, de restitutione spoliatorum in 6.* Ergo post litem contestatam opponi non potest, *l. fin. C. de except.*

Solent tamen assignari inter has contrarias opiniones quædam concordiæ, quas breuiter perstringemus. Prima igitur concordia est, in hoc ar-
473 ticulo † constituendam esse differentiam inter ius Canonicum, & ciuile: nam attento iure Canonico procedet dict. Clem. *vnica in 2. parte.* Attento autem iure ciuili procedet opinio Bartol. magis communiter recepta, & ita plures, quos refert Antonius Gabr. *lib. 5. communium titulo de restitutione spo-*
474 *liatorum conclus. 5. num. 87.* Sed † hæc concordia non est admittenda, quia non est facilè admittenda differentia inter ius ciuile & Canonicum, *cap. 1.*
475 *de noui oper. nunciat.* Ac ita † decisionem d. Clem. *vnica* etiam in foro ciuili esse admittendam defendit Bolognet. post Cuman. *dict. §. nihil commune num.* 86. & ibi Claudius Marmerius *nu.* 171. & Hieronymus Detus *n.* 101. & pro constanti præsupponit Gozad. *dict. consil.* 10. *num.* 22. & Couar. *practicarum quæstionum cap.* 23. *num.* 3. & Menchac. *illustrium quæstionum c.* 87. *num.* 27.

476 Reiecta igitur † prima concordia, succedit secunda, quòd si spolium contingit ante litem contestatam super petitorio, procedet communis opinio Legistarum. Si verò post litem contestatam super petitorio, de nouo contingat spolium, tunc proponi poterit post litem contestatam, iuxta doctrinam gl. *l. 2. C. de consortibus eiusdem litis*, & locum habebit communis opinio Canonistarum, quam concordiam probat Menoch. *de recuperand. 15. remedio num.* 382. & Ioannes Garcia *tractat. nobilitatis §. prima, glos. 2. num. 22. versic. tamen etiam, & glos. 11. num. 44.* quam concordiá ante eos posuit Bart. *d. §. nihil commune n.* 23. Sed etiam non placet, quia multum restringit generalitatem dict. *Clem. vnica*, & minus
† concordia, quam assignauit Anton. 477
Rub. *dict. §. nihil commune num.* 315. Neque alia quam assignat Ant. de Math. *in regula spoliatus est ante omnia restituendus, num. 69. pag. 42.*

Quare † ergo ad veram concordiam 478
harum opinionum aduerto, quòd ratio Legistarum supra relata, tantùm concludit in suspẽsione petitorij produci per aduersarium: nam in suspensione petitorij dati per eum, qui illud vult suspendere, apertè cessat: & ita eam suspensionem vsque ad conclusionem in causa admittit *cap. pastoralis vers. consultationi, de causa possessionis, & l. cum fundum § fin. infra de vi, & vi armata*, & aduertit Ripa. *decis. 5. de causa possessionis, in nouis, Gozadin. consil. 10. n. 22. Anton. Capit. decis. 28. n. 2.*

Præterea † aduerto, quòd & quoad 479
suspensionem petitorij propositi per aduersarium, prædicta ratio Legistarum non concludit, nisi quando possessorium suspendentis & petitorium aduersarij concurrunt eodem tempore. Nam si tunc spoliatus patiatur litem contestari super petitorio aduersarij, præiudicabit sibi in possessorio tam iure ciuili quàm Canonico *dict. capit. primo, de restitutione spoliatorum*, &
consequenter in † his terminis nõ po- 480
terit spoliatus suspendere petitorium aduersarij, neque in prima instantia,
neque in causa appellationis, nam † 481
quæ in prima instantia fuerunt proponenda ante litem contestatam, si in ea non fuerunt proposita non possunt proponi in instantia appellationis,

nis, *leg. ita demum, & ibi Iason. num.6. Codic. de procurat.* aduertit in terminis Capir. *decis.28. num.8. ad finem Valasc. consultat.91. num.4.* & ad hunc modum est explicandus Antonius de Math.*tractat. de causa possessionis nu.43. pagin.82.*

482 Vnde si † aduersarius proposuit petitorium super quo tantùm lis fuit contestata, & postea spoliatus proponit possessorium, poterit petitorium aduersarij suspendere, quia sumus extra terminos *cap.1.de restitutione spoliatorum*, vt aduertit Couar. *practicarum*
483 *quæstionum c.23.* Neque † enim patiendo litem contestari super petitorio aduersarij, potest videri sibi præiudicasse in possessorio, quod eo tempore non erat deductum in iudicio, neque de eo agebatur, *leg. naturaliter §. nihil commune infra de acquirenda possess.*

484 Quinimo dici † potest, quod huiusmodi exceptio quasi ortum habens post litem contestatam super prędicto petitorio, poterit proponi post litem contestatam super nudo petitorio aduersarij, iuxta doctrinam glos. *leg. secundæ, Codic. de consortibus eiusdem li-*
485 *tis.* Et † in his terminis etiam iure ciuili procedet decisio dict. Clem. *vnica in 2. parte* quæ & illud apertè signi-
486 ficat, propter odium † spoliatoris, hanc facultatem suspendendi petitorium aduersarij, non sequi naturam exceptionum dilatoriarum. Nam probat in causa appellationis locum obtinere, quod tamen non esset verum, si propriam naturam dilatoriarum sequeretur, in qua regulariter non possunt proponi exceptiones dilatoriæ, quæ in prima instantia fuerunt omissæ, *dict. l. ita demum Cod. de procurat.*

487 Item † quia dict. Clement. *vnica* pręsupponit prędictam suspensionem admitti posse vsque ad conclusionem in causa, quod non esset verum, si naturam propriam dilatoriarum sequeretur: nam tunc ante litem contestatam proponi debuit *l. final. Cod. de except.* & ita aduerterunt Romanus *consil. 381. in principio*, & Rota *decis.8. num.2. de causa possessionis, in nouis*, & ad hunc modum est explicandus Anton. Capitius *decis.102. num.4.* Et † expli- 488
cando hoc modo apertè cessat ratio præcipua Legistarum.

Et † iuxta hęc venit etiam resoluen- 489
da alia controuersia Doctorum, *vtrum in remedio attentatorum debeat ea exceptio opponi, antequam lis contestetur coram superiore, qui debet cognoscere de causa appellationis*, & magis † communis opi- 490
nio existimat, proponi debere ante prædictam litis contestationem, *vt tradit Couar. practicarum quæstionum cap. 23. num.3. & Valasc. consultat. 91. post principium.* Sed † contrarium verius 491
esse apparet ex supra traditis. Nam si supra resoluta admittenda sunt in interdicto vnde vi, à fortiori erunt admittenda in remedio attentatorum, quod est fortius & fauorabilius *Rota decis.5. num.2. de restitutione spoliatorum, in nouis.*

Vtrùm † autem si concurrant in- 492
terdictum vnde vi & remedium attentatorum, debeat supersederi in interdicto vnde vi, causæ principalis, an verò debeat super vtroque remedio procedi, tractat Afflictus *decis. 131. num.2.* & Mynsinger. *in decisione Cameræ Centuria 3. obseruat. 33.*

Postremò † non est omittendum, 493
quod dum d. Clement. *vnica* præsupponit petitorium, & possessorium super eadem re posse proponi per eandem personá, videtur procedere non posse. Nam qui proponit petitorium, videtur fateri se non possidere, sed aduersarium possidere, & qui proponit postea possessorium prę supponit contrarium: Ergo audiri non debet iuxta regulam *leg. prima Cod. de furtis, &* ita.

ita opponit Maranta *in praxi 4. parte*
494 *6.distinctione iudiciorum num.*40. Sed †
facilè respondetur textum agere de
interdicto possessorio vnde vi , in
quo spoliatus fatetur se non possidere,
quia possessione fuit deiectus, &
sic nulla est contrarietas, si cumuletur
cum petitorio. Poterit etiā exemplificari
vt per Imolam *dict. Clement. vnica num.* 6 & Iacobin. *hic num.*14.&
Couar. *resolui lib.*3.*cap.*16.*ad finem.* Et
495 vtrum † in terminis dict. Clement.
vnica per contrariam suspenso possessorio,
possit tractari de solo petitorio:
videnda est decisio Rotæ 5. *numero* 2.
*& decis.*10. *numero* 1. *de causa possessio-*
496 *nis , & proprietatis in nouis.* Item †
vtrum sæpius possit suspendi petitorium
ratione possessorij; videnda
est decisio Rotæ 8. *de causa possessionis
in nouis* , & Anton. Gabr. *lib.*5. *communium
titul. de restitutione spoliatorum
conclus.*5. *à numero* 94. & tandem
497 † vtrum decisio dict. Clement. *vnica*
loquens in interdicto vnde vi, pariter
datis paribus terminis , procedat in
aliis remediis; videndus est Bonifacius
*ibi num.*44.*& nu.*52. *post Bartolum
dict.§. nihil commune à num.*25. Et hæc
satis in materia huius legis. Sequentes
autem leges explicatæ fuerunt *l.*2.*§.
legatis supr. eodem* , & ideo peculiaris
earum omittitur interpretatio.

Ad Legem In omnibus, 41. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Lex hæc est vtilis , & quæ sæpe versatur in praxi, ex qua duæ colliguntur conclusiones.*

2 *Ante aduentum diei vel conditionis, non potest promissor cogi præstare cautionem de soluendo.*

3 *Tradit pro ratione conclusionis quod in contractibus non præstatur nisi id, quod verbis expressum est.*

4 *Tradit regulam procedere etiam in debito puro.*

5 *Declarat eâdem ratione procedere l.*3. *in principio , infra de condict. causa data.*

6 *Pecunia debita non sequestratur, si de hoc nil fuit conuentum.*

7 *Si creditor petat cautionem , ad quam præstandam debitor non tenebatur, tunc quasi creditor plus petierit, duplicabuntur debitori induciæ.*

8 *Reprobat proximam resolutionem , & ostendit, contrarium verius esse.*

9 *Limitat conclusionem procedere primò quando dilatio ad soluendum concessa est conuentione partium: nam si concessa sit per Principis priuilegium parte petente , tenetur impetrans cauere de soluendo.*

10 *Ille , cui tribuitur dilatio ad soluendum , ex dispositione legis , tenetur cauere de soluendo.*

11 *Limitat secundò dictam conclusionem per legem , quod si in diem* 18. *in principio, infra de petit. hæred. quam ad id indicit.*

12 *Tradit respōsionē Alciat. ad hūc textū.*

13 *Reijcit responsionem Alciat.*

14 *Tradit meliorem responsionem ad dictam legem, quod si in diem.*

15 *Assignat tertiam limitationem, vt conclusio non procedat in debito ratione vltimæ voluntatis: nam quamuis sit debitum in diem , vel sub conditione hæres tenetur cauere de illis soluendis suo tempore quamuis nulla iusta causa de nouo superueniat.*

16 *Demonstrat, vnde ratio huius limitationis colligi possit.*

17 *Adducit ex Gom. l.*40. *Taur. num.*78. *quod si maioratus fuerit institutus in testamento, possessor tenetur indistinctè cauere sequenti successori: secus si per viam contractus , tunc tenebitur, si iusta causa de nouo superuenit.*

18 *Expendit pro hac resolutione text. in l. inter omnes, supr. qui satis dare cog.*

19 *In contractibus bonæ fidei potest debitor cogi ad cauendum ex iusta causa de nouo superueniente.*

20 *Ad perfectam explicationem conclusionis de tribus promittit tractare. Primò, vtrum hæc cõclusio procedat in omni contractu: secundò, quænam censeatur iusta causa in hac materia: tertiò, vtrum conclusio indistinctè sit admittenda.*

21 *Quoad primam quæstionem adducit Doctores, qui tenent, conclusionem tantùm procedere in contractibus bonæ fidei.*

22 *Refert contrariam opinionem tenentes, imò quòd conclusio etiam obtinet in contractibus stricti iuris.*

23 *Hanc secundam opinionem, vt magis receptam, admittit, & ad fundamentum primæ opinionis respondet.*

24 *Respondet ad hunc textum ex Bart. l. 2. in princ. n. 11. infr. solut. matrim.*

25 *Reijcit responsionem Bartol. quæ communiter reprobatur.*

26 *Tradit aliam responsionem ex Lorioto tract. de actionibus axiomate 40. quam tamen non admittit.*

27 *Refert probabiliorem responsionem ex Ful. hic ad finem, vbi differentiam constituit inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris.*

28 *In contractibus stricti iuris non potest actor petere, vt iure actionis sibi caueatur per debitorem, sed tantùm implorato iudicis officio.*

29 *Rationem differentiæ assignat, quod in contractibus bonæ fidei iure actionis venit id, quod bonum & æquum est, etiamsi non fuerit expressum.*

30 *In contractibus stricti iuris id tantum venit, quod verbis expressum est.*

31 *Impugnat dictam respõsionẽ Fulgos. ex traditis hic per Paulum ad finem.*

32 *Soluendo expositionem Fulgos. ad expositionem Castren. respondet.*

33 *Verbum agere ex proprietate significat actionem, non autem implorationem iudicis.*

34 *Declarat, quid intersit petere cautionem per viam actionis, vel per officium iudicis.*

35 *Iudex, qui iure actionis iussit debitorem cauere, non potest reuocare suam sententiam.*

36 *Iudex sententiam, quam tulit, ex officio suo nobili reuocare potest ex causa, cùm adhuc superſit æquitas propter quam iudex interposuit officium suum.*

37 *Mouet difficultatem contra proximam conclusionem ex l. postea quam, infra de re iudicata.*

38 *Respondet ad difficultatem.*

39 *Sententia, qua iudex iubet caueri, siue fideiussores præstari licèt censeatur diffinitiua: quia determinat articulum, de quo principaliter agitur, tamen, per iudicem potest mutari, & reuocari.*

40 *Agit de secundo membro, de quo n. 20. & resoluit, quòd cùm hæc causa in iure non inueniatur expressa, relinquenda est iudicis arbitrio.*

41 *Tradit, quòd iudex interponendo hoc præcepto, ad multas circumstantias respicere debet.*

42 *Declarat, quòd illi iudici iusta causa videri debet, quæ superueniens facit probabiliter timeri, ne debitor adueniente die, vel conditione non sit soluendo.*

43 *Reijcit traditionem glos. l. penultim. C. de oper. libert. & ostendit, non esse iustam causam mutationem domicilij.*

44 *Si tantùm creditor petat debitorem non cauere, sed recognitionem debiti facere, etiam sine noua causa cogetur instrumentum debiti facere, vt facilius creditor possit probare debitum.*

45 *Declarat, quòd si non solùm sit suspicio*

quod debitor possit effici non soluẽdo, sed etiã sit suspectus de fuga, etiam propter debitum conditionale, vel in diem, poterit capi personaliter.

46 *Tradit, quod cautio, de qua in hoc textu debet esse fideiussoria.*

47 *Declarat remissiuè, quid sit dicendum extra hunc casum, vtrum ille, qui iubetur cauere, teneatur præstare fideiussores.*

48 *Addit de tertio quæsito, vtrum conclusio huius textus indistinctè procedat.*

49 *Resoluit conclusionẽ generaliter procedere, vt ex littera constat: recipere, tamen tres notabiles limitationes.*

50 *Prima limitatio est, non procedere, quando creditori aliâ viâ potest esse consultum, quam per cautionem, vtpote per viam exceptionis, vel retentionis.*

51 *Ostendit proximam limitationem non probari in l.3. in prin. inf. de condit. causa data, & text. ad id expendit.*

52 *Limitat secundò, per legem Seia, in fine principij infr. de donatione causâ mortis, quam ad id expendit.*

53 *Donatio causâ mortis æquiparatur legatis.*

54 *Pro legatis etiam conditionalibus præstatur cautio, licèt noua causa non superueniat.*

55 *Declarat rationem decidendi ad eum textum.*

56 *Donans causâ mortis, potest ad libitum donationem reuocare.*

57 *Reprobat tradita per Cuiacium lib. 17. obseruationum, capit. 37.*

58 *Limitatur tertiò, limitationem non procedere, quando tempore contractus, iam aderat hæc iusta caussa quæ postea detecta est.*

59 *Declarat, quòd si ita iam aderat causa vt creditor notitiam illius haberet, & nihilominus simpliciter contraxit, iam debitor non obligabitur ad cautionem præstandam.*

60 *Tradit, vt quod conclusio huius text. obtineat, oportet, quod noua causa suspectionis emergat.*

61 *Qui petit debitorem cauere oportet allegare iustam causam de nouo superuenisse post celebratum contractũ alias obtineri non poterit sibi caueri.*

62 *Debitor suspectus de fuga capi non poterit, si tempore contractus iam suberat ea suspicio.*

63 *Proximam limitationem tribus modis ampliat, & tribus limitat.*

64 *Si debitor efficiatur non soluendo post contractum celebratum, & creditores per multum tempus tacuerunt, neq; debitorem coëgerunt ad cauendum postea eum compellere non poterunt, quasi per eam negligentiam sibi præiudicauerunt.*

65 *Debitor non tenetur cauere, si tantum modicè redditus est pauper.*

66 *Debitor non tenetur cauere, si post contractum celebratum, superuenerit paupertas, casu fortuito, & sine culpa debitoris.*

67 *Proximam limitationem reprobat, & contrarium esse verius ostendit.*

68 *Respondet ad l. creditores, in fine, infra de priuilegijs creditorum.*

69 *Vt debitor non teneatur cauere, oportet probare, creditorem scientem eũ esse pauperem, scienter cũ eo contraxisse.*

70 *Refert contrariam opinionem, imò onus probandi ignorasse debitorem esse pauperem, incumbere creditori.*

71 *Tradit Claud. in principio, infra soluto matrimonio nu. 26. has opiniones concordare.*

72 *Resoluit creditorem debere allegare præsumptam ignorantiam.*

73 *Declarat, supra dicta non procedere, si debitor tempore contractus asseruit se diuitem: nam tunc quasi per falsam assertionem deceperit creditorem, cogitur cauere, etsi causa de nouo non superuenerit.*

74 *Debitor cogetur cauere, si communiter reputabatur diues, & tamen re vera erat*

erat pauper, & minus idoneus, quia cùm de nouo id ad creditoris notitiam peruenerit, causa noua superueniente cautionem præstabit.

75 *Si debitor iussus cauere non potuit præcepto iudicis, possunt creditores ex primo decreto bona debitoris possidere, & ex secundo decreto illa vendere, si persistat in contumacia.*

76 *Tradit ex Bartol. quòd propter contumaciam, per quam peruenitur ad primum decretum, potest etiam perueniri ad secundum, absque noua contumacia, sed ob solam perseuerantiam in prima quæ commissa est in primo decreto.*

1 ALBERICVS hîc † in principio appellat hanc legem vtilem, & quæ sæpè versatur in practica, & ex ea duæ colliguntur conclusiones, quas sigillatim explica-
2 bimus. Prima colligitur † ex isto textu à contrario sensu, quòd ante aduentum diei, vel conditionis, non potest promissor cogi præstare cautionem de soluendo, postquam dies vel conditio venerit. Concordat *l. inter omnes in fine supra qui satisdare cogantur*, notat Iacobin. *hic num. 5. in fine, Aretinus l. 2. num. 6. infra soluto matrim. Anton. Gom. 2. tom. cap. 3. num. 6.* Et ratio
3 illius † est, quòd in contractibus non præstatur, nisi id, quod verbis expressum est, *l. quicquid astringendæ infra de verb. oblig.* Vnde cùm nihil dictum fuerit de cautione præstanda, non cogetur debitor eam præstare: & imputet sibi creditor, qui hoc non declarauit, *Alber. hic num. 3.*

4 Ex qua † ratione infertur, hanc regulam procedere etiam in debito puro, quod probat *l. 2. Codic. de hæred. vel actione vendita*, de qua opponit glos. hic & malè respondet: Opponit etiam Antonius Gom. *2. tom. cap. 11. num. 57.*
5 Et hac † ratione procedit *l. 3. in principio, infra de condictio. causa data.* Nam quamuis Doctores aliam rationem assignent ad eum textum, *vt infra dicemus*, tamen textus ille, ea præcipuè ratione nititur, quòd de præstanda cautione nihil actum est, *vt ibi aduertit Iason, num. 10.* prout † & pecunia de- 6
bita non sequestratur, si de hoc nihil fuit conuentum, *l. vnica Cod. de prohibita sequestratione pecuniæ.*

Infertur † etiam, quòd si creditor 7
petat cautionem, ad quam præstandam debitor non tenebatur, tunc quasi creditor plus petierit, duplicabuntur debitori induciæ, *iuxta regulam §. hodie Instit. de exception. & cap. vnico de plus petitio. Ord. Portugalliæ libr. 3. titul. 26. & hodie lib. 3. titul. 35. ad finem nouæ recopilationis.* Con- 8
trarium tamen est verius, quia iura supra allegata loquuntur, quando creditor simpliciter petit sibi caueri de soluendo debito adueniente die, vel conditione, quo casu petenti nulla pœna inuenitur imposita, sed tantùm creditor id petens non auditur in iudicio *leg. 3. in principio supra de condiction. causa data, & tradit glossa final.* hic.

Hanc † conclusionem ita explica- 9
tam limitabis primò procedere, quando dilatio ad soluendum concessa est conuentione partium: nam si concessa sit per Principis priuilegiũ parte petente tenetur impetrans cauere de soluendo *l. vniuersa Codic. de precib. Imperat. offerend.* vbi Cynus & Paul. rationem assignant, & notant Alber. & Paul. *hic vterque num. 3. Alex. l. 2. in principio. num. 15. & ibi Alciat. num. 41. infra soluto matrimonio.* Et pari † ratio- 10
ne ille, cui tribuitur dilatio ad soldum ex dispositione legis, tenetur cauere de soluendo *l. si debitori supra eodem. l. si constante §. quoties infra soluto matrim.* adiuncta *l. vnica §. cum autem C. de rei vxoriæ actione*, probat etiam *l. si cum*

l. si cum militi §. *fin. infra de compensatio. tradit Iacobin. hic num.* 2. *notab. Felin. cap. quoad consultat. num.* 9. *de re iud.*

11 Limita † secundò per *l. quod si in diem* 18. *in princ. infra de petition. hæred.* in quo quis debebat in diem, vel sub conditione conuentus ante aduētum diei, vel conditionis, tenetur cauere de soluendo adueniente die, vel conditione, quod apertè repugnat huic primæ conclusioni nostri text. *Lancelot.*
12 *Dec. hic ad finem.* Opponit de † eo text. & non soluit. Alciat. autem *l.* 2. *in princ. num.* 43. *infra solut. matrim.* respondet, textum illum procedere, quando reus conueniebatur per petitionē hæreditatis, quæ est vniuersalis, & bonæ
13 fidei. Sed † non placet, quia non assignatur ratio cōgrua huius responsionis. Item confunditur per istū textum, dum probat, quòd etiam in contractibus bonæ fidei, non tenetur debitor cauere de soluendo, nisi iusta causa
14 superueniat: & ideò † melius respondetur, quod in specie *d. l. quod si in diem, in principio*, ille debitor in diem vel sub conditione allegabat, se hæredem esse. Nam absque hac allegatione tanquam debitor hæreditarius non posset conueniri per petitionem hæreditatis, *l. si debitor infra de petitio. heredit.* Cùm igitur validè fuerit conuentum petitione hæreditatis, ob prædictam rationem, vt illa etiam respectu debiti, aliquid operetur, debitor, contra quem lata fuit sententia in petitione hæreditatis, tenetur cauere, modò in ea lege expresso, vt latius tradidimus in interpretatione *l. non potest videri supra eodem.*

15 Limita † tertiò hanc conclusionem huius textus non procedere, in debito ratione vltimæ volūtatis. Nam quamuis sit debitum in diem, vel sub conditione, hæres tamen tenetur cauere de illis soluendis suo tempore, quamuis nulla iusta causa de nouo superueniat, *l.* 1. *& per totum titulum, infra vt legato. seu fideicommiss. nomine.* & probant omnes hic Alexand. *l.* 2. *in princip. num.* 14. *in fin.* & ibi Aret. *num.* 6. & Alciat. *num.* 43. *infra soluto matrim.* Ratio † huius limitationis colligitur ex *l.* 2. 16
C. vt in possessione legatorum, quam ad id notat Alex. *l. si constante* §. *quoties, num.* 2. *infra soluto matrimonio.* Ex qua † in- 17
fert Anton. Gom. *l. Tauri* 40. *num.* 78. quòd si maioratus fuerit institutus in testamento, possessor tenetur indistinctè cauere sequenti successori de restituendo, ob rationem, de qua supra, & videtur probare textus *l. peto* §. *fratre, infra de leg.* 2. Si autem sit institutus per viam contractus, non tenebitur cauere, nisi iusta causa de nouo superueniat, iuxta regulā huius textus, & subscribit Molina *lib.* 1. *de primogeniis cap.* 16. *num.* 7. adducunt † textum 18
l. inter omnes supra qui satisdare cogantur, qui quidē textus duas habet partes. In prima probat, quòd si debitum descendat ex vltima voluntate, indistinctè pro eo cauendū est, etiamsi controuersia moueatur inter institutum & substitutum, *vt ibi expendit Bartol. num.* 1. *Paul. Castrens. num.* 2. *Iason. num.* 1. quicquid controuertat Peralta *l.* 3. §. *fin. num.* 3. *infra de hæredibus instituendis.* Si autem debitum ex alia causa procedat, probat ille textus, in secunda parte non esse cauendum, nisi ex iusta causa de nouo superueniente, iuxta regulam huius textus, ac ita textus ille optimè comprobat distinctionem Antonij Gomez. Et hæc de prima conclusione principali huius textus.

Succedit secunda principalis conclusio illius, quòd † in cōtractibus bo- 19
næ fidei, potest debitor cogi ad cauendum ex iusta causa de nouo superueniente, concordat *l. inter omnes in fine, supra, qui satisdare cogantur, & l. si creditores infra, de priuilegiis creditorum.*

Sed

20 Sed † ad perfectam explicationem huius secundæ conclusionis principalis, de tribus modis videndum est. Primo, *vtrum hac conclusio procedat in omni contractu*. Secundo, *quænam censeatur iusta causa in hac materia*. Tertio, *vtrum hac conclusio indistinctè sit admittenda*.

21 Et quoad † primum, cùm is textus restringat se ad contractus bonæ fidei, innuit aliud esse, in contractibus stricti iuris, quod ita sentit glos. 1. *hic in fine*, *glos. l. 2. in principio verb. neque cogitur infra soluto matrimonio*, & ibi subscribunt Crotus *num. 55. & Alciatus num. 38. Claudius num. 19. ad finem.* qui admonet ab hac opinione, neque iudicando, neque consulendo esse recedendum, & eam latè comprobat Cuiacius *lib. 17. obseruat. c. 37.* quibus adde Baldum *consil. 175. casus super quo num. 1. & 3. lib. 3.*

22 Contrariam tamen † opinionem imò hanc conclusionem etiam obtinere in contractibus stricti iuris, probat *l. si creditores, infra de priuilegijs creditor.* & admittunt Bar. Alber. & Paul. Castr. *hic post principium*, Bart. *l. in possessionem infra ex quibus causis in possessionem eatur*, & esse receptum asserit Iason. *l. 3. in princip. num. 14. infra de condictio. ob causam. & l. si constante num. 58. infra soluto matrimonio, Rip. l. 2. in princip. n. 39. infra eodem tit. Afflictis decis. 108. num. 3. Stracha de mercatura 2. parte num. 32. Carol. in consuetud. Paris. §. 22. num. 16. Padil. l. sine apud acta num. 28. Cod. de transact. Soar. de pace, in praxi 3. tom. cap. 9. §. 3. pag. 127. col. 2. ad finem*, ita vt meritò Iason. §. *actionum n. 64. Instit. de actionibus* asseruerit, hunc articulum esse admodum dubium.

23 Admissa † autem hac secunda opinione tanquam magis recepta, non obstabit illi is textus, quia respondet

24 † Bart. *l. 2. in principio, num. 11. infra soluto matrimonio*, quòd Iureconsultus hic restringendo se ad contractus bonæ fidei, voluit insinuare in his præstandam esse cautionem ex iusta causa, etiamsi onerosum sit debitori, inuenire fideiussores: in contractibus autem stricti iuris tenebitur cauere, quando non fuerit laboriosum debitori fideiussores inuenire, subscribit Iason. §. *actionum n. 64. Instit. de actio.* Sed non † est admittenda hæc respon- 25 sio, quia nimis restringit generalitatem *l. inter omnes supra qui satisd. coguntur. & l. si creditores infra de priuileg. creditorum*, & ita communiter reprobari asserit Alex. *l. 2. num. 14. ad finem*, & ibi Vincentius *num. 39.* & Rip. *num. 34. infra soluto matrim. Afflict. decis. 108. num. 3.* Quare † alio modo respondet 26 Loriotus *tract. de actionibus, axiomate 40.* quòd in contractibus bonæ fidei indistinctè, tenetur debitor cauere. In contractibus autem stricti iuris ita demum, si causa iusta de nouo superueniat. Cui tamen responsioni apertè repugnat is text. qui probat, etiam in contractibus bonæ fidei non esse cauendum, nisi ex iusta causa superueniente, & notat Paul. *hic num. 2. & infra latius dicemus.*

Et ideo † probabilior videtur re- 27 sponsio Fulgos. *hic ad finem*, quod ideo Iurecōsultus hic restringit se ad contractus bonæ fidei, quia subdit, creditorem agere posse, vt debitor caueat, & sic iure actionis id posse obtinere, & iure actionis condemnandum esse debitorem ad cauendum, † 28 & tamen in contractibus stricti iuris non idem admittetur, quia in illis iure actionis non potest peti, vt debitor cogatur cauere: sed tantùm implorato iudicis officio *l. si creditores, infra de priuileg. credit.* Et est † ratio differen- 29 tiæ, quòd in contractibus bonæ fidei iure actionis venit id, quod bonum, & æquum est, etiamsi non fuerit expressum *l. quia tantundem supra de negot. gestis. §. vnicum Instit. de obligat. quæ*

30 *ex consensu*. In † contractibus stricti iuris, iure actionis, id tantùm venit, quod verbis expressum est, *l. quicquid astringenda infra de verborum oblig.* Meritò igitur si iusta causa superueniat in actionibus bonæ fidei, iure actionis cogetur debitor cauere: in contractibus autem stricti iuris tantum implorato officio iudicis nobili, *vt dictum est.*

31 Cæterùm † & huic responsioni Fulg. illud videtur obstare, quòd dum is text. dicit, creditorem agere, vt debitor præstet cautionem Pauli Castr. *hic* finalibus verbis exponit, hoc est implorato iudicis officio nobili, subscribit Lancelotus Deci. *hic in principio. Mathesil. singul.* 32. *Cuiacius lib.* 17. *obseruat. cap.* 37. Si ergo in contractibus bonæ fidei id tantùm obtineri potest implorato iudicis officio, non potest procedere prædicta Fulgos. responsio.

32 Sed saluando eam † respondendum est, expositionem Paul. Castr. hic & sequacium, non esse admittendam, cui apertè repugnant verba huius textus.

33 Nam † verbum (*agere*) quo vtitur ex proprietate designat actionem, non autem implorationem officij iudicis *l. qui per collusionem* §. *fin. infra de actio.*

34 *empt.* Et ideo expositio † Fulg. magis probanda est. Neque existimet quis parum interesse iure actionis peti possit cautio, vel solo implorato officio iudicis. Quia imò inter hos casus plures sunt differentiæ, & vtilitates, quas cõgerit Purpuratus *l.* 1. *à num.* 116. *supra de iurisdictione omnium iudicum.* In-

35 ter quas ea est præcipua, quod † iudex, qui iure actionis iussit debitorem cauere, non potest reuocare suam sententiam inxta regulam *l. iudex posteaquam infra de re iudicata*, & tamen

36 † sententiam, quam tulit ex officio suo nobili reuocare potest ex causa: quia adhuc superest æquitas, propter quam iudex interposuit officium suum *l. quod si Ephesi infra de eo quod certo loco*, quam differentiam constituit Bart. *l.* 1. §. *final. num.* 3. *infra de prætorijs stipulationibus*, & *l. iudex posteaquam post principium*, & ibi *Alexand. num.* 4. *infra de re iudicata* & sentit idem Bart. *l. quod iussit num.* 20. *eod. tit.* & *ibi Iason. num.* 50. Et quamuis Alexan. *ibi num.* 38. & Rip. *num.* 56. dubitent de veritate huius differentiæ propter rationem Angeli & Paul. Castrens. *col.* 2. *post principium l.* 1. §. *final. infra de prætorijs stipulationibus*, scilicet † quòd ea admissa, sequeretur iudi- 37
cem posse reuocare sententiam latam super causa restitutionis, quia & hæc conceditur ex officio iudicis nobili, *l. quod si minor* §. *fin. supra de minoribus* quod tamen videtur falsum, & contra generalitatem *d. l. iudex posteaquam infra de re iudicata*, tamen † facilè re- 38
spondetur, quòd per restitutionem rescinditur id, quod factum est in præiudicium minoris & loco prioris actionis competet rescissoria actio: & ideo hoc iudex mutare non poterit, & aliud erit in alia sententia simpliciter lata, super officio iudicis nobili † ob rationem, de qua supra. 39
Quare sententia, qua iudex iubet caueri, siue fideiussores præstari, licèt censeatur diffinitiua, quia determinat articulum, de quo principaliter agebatur *l. final. infra à quibus appellare non licet l. arbitro supra qui satisd. cogantur. Math. sing.* 32. *Felin. in Rub. num.* 18. *de re iudicata*, tamen per iudicem potest mutari, & reuocari *leg. penult.* & *ibi Doctores infra de prætorijs stipulationibus*, adiuncta *l. inquilino infra de damno infecto.* Et hæc de primo quæsito.

Succedit igitur † secundum, quæ- 40
nam dicatur iusta causa, ob quam debitor iubeatur cauere? Et resoluendum est, quòd cùm hæc in iure non

inue

inueniatur expreſſa, relinquenda eſt
arbitrio iudicis, iuxta regulam *l.1. infra de iure deliberandi, & ita gloſ. fin. hic. Tiraq. lib.1. retract.§.1. gloſ.18.num.46.*
qui quidem iudex in interponendo
41 hoc præcepto ad † multas circum-
ſtantias reſpicere debet, vt eleganter
tradit Stracha *de mercatura 2. parte nu.* 31. & Menoch. *de arbitrar. lib.2. caſu*
42 140. Ei autem † iudici iuſta cauſa vi-
deri debet, quæ ſuperueniens facit
probabiliter timeri, ne debitor adue-
niente die vel conditione non ſit ſol-
uendo, *l. ſi creditores infra de priuileg. credit. Pariſ. conſ.99. num.2. lib.3.* Nec
placet traditio gloſ.2. *l. penult. Cod. de*
43 *oper. libertor.* quòd ſi debitor † transfe-
rat domicilium in alium locum, co-
getur creditori cauere, quia iuſta cau-
ſa cauendi videtur ſuperueniſſe, *ſequitur Iacobin. hic num.6. & poſt Bald. Aretin. l.2. in principio col.5. ad finem infra ſoluto matrimonio*, nam contrarium videtur verius. Nam cùm debitor licitè transferat domicilium ſuum in alium locum, *l. cum quædam ſupra de iuriſdictione omnium iudicum*, neque propter eam mutationem ſit timor aliquis probabilis, ne efficiatur ob id non ſoluendo, nulla videtur ſuperueniſſe cauſa iuſta, ob quam iubeatur creditori cauere.
44 Debet tamen † declarari hæc con-
cluſio, vt procedat, quando agitur de cogendo debitore ad cauendum: nam ſi tantum creditor petat debitorem recognitionem debiti facere, vt ſic facilius creditor poſſit probare debitum *l. ſicut, Cod. de liberali cauſa, & ibi gloſ. & leg. plures apochis Codic. de fide inſtrument. Paul. Caſtrenſ. hic num.4. & notabiliter Rip. l.2. in princip. num.48.*
45 *infra ſoluto matrimonio.* Item † ſecundò
declarat, quòd ſi non ſolùm ſit ſuſpicio, quòd debitor poſſit effici non ſoluendo, ſed etiam ſit ſuſpectus de fuga, etiam propter debitum conditionale, vel in diem, poterit capi perſonaliter iuxta deciſionem *l. ait prætor §. ſi debitorem, infra quæ in fraudem creditorum.* Quod in ſpecie probat *l. quæſitum cum gloſ. infra de pignoribus & ibi notant Bart. & Angel. Iaſon. l. vinum n.3. infra ſi certum petatur, & in principio Inſtit. de actio. num.77.* quicquid ibi repugnet Gom. *num.66.* magis enim communem etiam probat Pariſ. *conſil. 99. num.4. lib.3.*
Et addendum † eſt prædictis, quòd 46
cautio, de qua in hoc textu, debet eſſe fideiuſſoria: aliàs parum cautum eſſet creditori, qui probabiliter timet, ne debitor efficiatur non ſoluendo, vt contra gloſ. hic concludunt Bart. & Fulg. *num.1. Alexand. l. ſi finita § eleganter num.115. infra de damno infecto. Molina lib.1. de primogen. cap.15. num.14. Anton. Gom. 2. tom. cap.11. num. fin.* Ex-
tra † autem hunc caſum, vtrum ille, 47
qui iubetur cauere, teneatur præſtare fideiuſſores? videndus eſt Alber. *hic nu.2.* & Menoch. *lib.2. de arbitrar. caſu* 140. *el 1.* & Gregor. *l.10. tit.33. partit.7. in verb. cautio.* Et hæc de ſecundo quæſito principali.
Succedit † igitur tertium quæſi 48
tum, *vtrum concluſio huius textus indi-*
ſtinctè procedat? Et reſoluendum † eſt, 49
generaliter procedere, vt ex littera conſtat, recipere tamen tres notabiles
limitationes. Prima † eſt non proce- 50
dere, quando creditori alia via poteſt eſſe conſultum, quàm per cautionem, vtpote per viam exceptionis, vel retentionis. Neque enim tunc debitor cogetur cauere *l. 1. §. ſi debitori, infra vt in poſſeſſ. legato.* & in ſpecie videtur textus *l. 3. in principio infra de conditio. cauſa data*, quam ita interpretatur Alexand. *ibi num.2. & Iacobin. hic, num.*
4. Quò licèt in ſe † verum ſit, ramen 51
non probatur *d. l. 3. in principio*, quia in ea debitum erat purum, non autem in diem, vel ſub conditione.

Item ibi nulla interuenit causa de nouo, quæ tamen est necessaria, vt debitor iubeatur cauere pro debito conditionali, vel in diem, vt probat noster textus, & tradit Felin. *cap. quoad consultationem num.9.de re iudicata*. Vnde malè adducitur ad limitationem nostri textus, & vtique in specie *d.l. 3.in principio*, non ea ratione, poterat debitor liberari à cautione, quod debitori alia via poterat esse consultum, sed potius quia ea non fuerat promissa, neque causa de nouo superuenit, *vt ibi aduertunt Paul. Castrens. num.6.Iason num.14.ad finem.*

52 Secundam † limitat conclusionem huius textus per *l. Seia in fine principij infra de donationibus causâ mortis*, quæ probat, quòd is, qui donat post mortem suam alteri, non cogetur donatarius cauere donatori, nisi sponte id faciat, in quo textu rationem dubitandi videtur fecisse, quòd donatio
53 causâ † mortis æquiparatur legatis *l.final.Cod.de donatio.causâ mortis*, & pro
54 † legatis etiam conditionalibus præstatur cautio, licèt noua causa non superueniat *leg.1. infra vt legatorum seu fideicommiss.nomine.*

55 Ratio † autem decidendi est, id procedere postquam ille, qui legata reliquit, mortuus est *leg.2. Codic. vt in possess. legato*. Quare & mortuo donatore causâ mortis eius hæres tenebitur cauere, sed viuo donatore causâ mortis, cauendum non est: quia
56 cùm donator possit ad libitum † prædictam donationem causâ mortis reuocare, *l.non omnis, infra si certum petatur*, nulla est ratio quæ suadeat ei cauendum esse per donatarium, *vt aduertit Cumanus dict. l. Seia num.3. Roman. singular. 646. Ripa l. 2. in principio num.36. infra soluto matrimonio*. Vn-
57 de cauendum † est à Cuiacio *lib. 17. obseruatio. cap. 37.* dum intellexit in terminis dict. *l. Seia.* rationem dubitandi fecisse regulam huius textus. Neque enim id verum esse potest, quia cùm in terminis *d.l.Seia*, non superuenerit causa de nouo, certum erat, non posse esse locum regulæ huius textus, vt statim dicemus.

Tertiò † limita hanc conclusionem 58
non procedere, quando tempore contractus iam aderat hæc iusta causa, quæ postea detecta est. Nam † si iam 59
aderat, ita vt creditor notitiam illius haberet, & nihilominus simpliciter contraxit, imputet sibi, si non fecit, quod debitor sibi expressim cauerat pro securitate debiti, text.est *l.si creditores infra de priuileg. creditor.l. qui bona §.de illo infra de damno infecto.l.si is à quo §. final. infra vt in possessio. legato. l. si ab arbitro, supra, qui satisdare cogant.l.final. Codic. de sponsalibus.* Vt igitur conclusio † huius text. obtineat: oportet quòd 60
noua causa suspicionis emergat *Paul. Castrens.hic num.2.Iacobin.num.5.Paul. Castr.cons.207.nu.4.lib.1. Paris.cons.99. n.25.lib.3.Rip.l.2.in principio n.37. infra soluto matrimonio, Anton. Gom. l. Tauri 40.n.78.& 2.tom.c.3. num.6. & cap.11. num.29.& nu.final.* quibus adde Alex. *l.pecuniam num.4.infra si certum petatur. Suares titul. de los emplazamientos §. fin. num.32.* & probat Ord. Portugalliæ *lib.3. titul.20. §. fin. & hodie lib.3. titul. 31. §. fin. nouæ recopilationis*. Et ideo † qui petit debitorem cauere, oportet 61
allegare iustam causam de nouo superuenisse, post celebratum contractum, aliàs obtinere non poterit sibi caueri, *Alciatus l.2.in principio num.44. infra soluto matrimonio*, & ante eum Angel. videndus *l. si ab arbitro §.1. num.2. supra qui satisdare cogantur. & l.si creditores nu.5. infra de priuileg. credit. Alex. l.qui bona §.de illo n.1. infra de damno infecto.* Vnde tradit Bart. *l. ait prætor.§.si debitorem n.5.infra quæ in fraudem creditor.* quòd † debitor suspectus de fuga 62
capi non poterit, si tempore contra-

ctus

ctus iam suberat ea suspicio, defendit Aretin. *l. 2. in principio n. 6. & ibi Claud. n. 25. in fine infra soluto matrim. Suares tit. de los emplazamientos §. fin. num. 34.*

63 Quoniam † autem materia huius limitationis est præcipua in hac materia, vt perfectè remaneat explicata, eam tribus modis ampliabis, & aliis
64 tribus limitabis. Prima † ergo ampliatio sit, vt si debitor efficiatur non soluendo post contractum celebratum, & creditores per multum tempus tacuerunt, neque debitorem coëgerunt, ad cauendum postea eum compellere nō potuerunt, quasi per negligentiam sibi præiudicauerint, *l. si creditores §. planè infra de priuileg. creditorum, & ibi declarat gl. penultim. extollit Lācelot. Dec. hic post principium. Ang. l. si ab arbitro §. 1. n. 2. supra qui satisdare cogantur, Hippol. conf. 85. n. 45. Suar. tit. delos emplazamientos §. fin. num. 33.*

65 Secunda ampliatio † sit, non teneneti cauere debitorem, si tantùm modicè redditus est pauper, quia modica paupertas toleratur, neque propter eam tenetur debitor cauere, vt significat *l. si ab arbitro supra, qui satisdare cogantur*, & ibi. *notat Ang. §. 1. n. 2. Suar. supra num. 33.*

66 Amplia † tertiò, etsi post contractum celebratum superuenit paupertas, casu fortuito & sine culpa debitoris, neque enim debitor tunc cogetur cauere, *ita Paul. Castr. hic num. 2. per l. si creditores. in fine infra de priuileg. credi-*
67 *to.* Sed cauendum † est, quia in contrarium est textus *l. planè. infra, vt in possess. legato. & l. si ab arbitro. supra qui satisdare cogatur*, & ibi securè notat Angel. *§. 1. num. 2. Molina lib. 1. de primogenit. cap. 15. numero 13.* quod generaliter admittendum est, per prædicta iura, quicquid Lancelotus Decius ad medium distinguat inter principalem, qui casu fortuito efficitur non soluendo, & inter fideiussores ab eo datos. Neque obstat *l. si creditores. in fine infra de priuileg. creditorum.* quia loquitur † in hærede paupere adeunte 68
hæreditatem, & qui ex ea nihil diminuit, neque enim tunc cogetur cauere, quia nulla causa de nouo superuenit, & quoniam in effectu reducimur ad terminos, quando creditor cōtraxit cum debitore paupere scienter, qui ob id non tenetur cauere de debito exoluendo, si causa de nouo non superuenit, *vt dictum est*, & ideo satis erit præstare cautionem de hæreditate non minuenda, & ita debet intelligi *d. leg. si creditores. ad finem.*

Prædicta † ita ampliata declarabis: 69
Primò, quod vt debitor non cogatur cauere, oportet probare creditorem scientem eum esse pauperem, scienter cum eo contraxisse, vt videtur probare text. *l. final. Codic. de sponsalibus*, & ibi notat Baldus *numero 5. Alexand. l. qui bona §. de illo num. 3. infra de damno infecto. Suares titulo delos emplazamientos §. fin. n. 41.* Contrarium imò † onus probandi, ignorasse debi- 70
torem esse pauperem, incumbere creditori, per regulam *leg. qui cum alio. infra de regulis iuris.* resoluit Alexand. *d. leg. 2. in principio numero 25.* Et ita Alciatus *num. 45. infra soluto matrimonio,* vbi tamen videndus est † Claudius 71
num. 26. concordans opiniones, illud certum est, creditorem debere allegare † præsumptam ignorantiam, iux- 72
ta regulam *l. si adulterium §. idem Pollioni. infra de Adulter. Alex. dict. §. de illo num. 3. Claud. l. 2 in principio num. 29. infra soluto matrimonio.*

Secundò † declara prædicta non 73
procedere, si debito tempore contractus asseruerit se diuitem. Nam tunc quasi per falsam assertionem deceperit creditorem, cogetur cauere, etsi causa de nouo non superuenerit, *argumento l. penult. infra eodem, Paul. Castrens. l. etiam §. licet numero 3. infra*

soluto matrimonio. Alexand.dict.§. de illo num.3. & l.2.in principio,num.25. in fine infra soluto matrimonio.

74 Tertiò † & vltimò declara, non procedere, si debitor communiter reputabatur diues,& tamen re vera erat pauper,& minus idoneus: nam comperta veritate cogetur debitor cauere, quia cùm de nouo ad creditoris notitiá id peruenerit, quasi noua causa superuenerit, coget creditor debitorem ad cauendum, *argumento leg. in confirmando infra de confirmando tuto. & cap. pastoralis de exceptio.* & in materia probat *l.final. Codic.de sponsalibus, & ibi notat Bart. tradunt Paul.hic num. 2. ad finem. Iacobin. num.5. notab. Angel.l.si creditores num.3. infra de priuileg. cred. Alex.l.2. in principio num 24. ad finem infra soluto matrimonio, Suares titulo de los emplazamientos §. final. num.38. Parif. consil.99. num.26. lib.3. Molina lib.1.de primogen. cap.15.nu.13.* & probat Ordin. Portugalliæ *lib. tertio titul. 20.§.final.& hodie lib.3.tit.31.§.final.nouæ recopilationis.*

75 Vltimò † in hac materia addendum est, quòd si debitor iussus cauere, non paruit præcepto iudicis, possunt creditores ex primo decreto bona debitoris possidere, & ex secundo decreto illa védere, si persistat in contumacia non cauendi, *l. si creditores infra de priuileg. creditor.* explicat Paul. Castr. *bic ad finem.* & Bart. *l. is cuius num.11. infra si seruus vendicetur*, ex quo idem

76 † Bart. *l. si finita §. Iulianus, num.44. infra de damno infecto*, collegit, quod propter contumaciam, per quam peruenitur ad primum decretum, potest etiam perueniri ad secundum absque noua contumacia, sed ob solam perseuerantiam in prima, quæ commissa est in primo decreto, quòd licèt impugnet ibi Bolognin. *num.158.* tamen eleganter defendit Michael Vlcurrus *numero 203.* Leges sequentes in præcedentibus fuerunt explicatæ, & ideo peculiaris earum omittitur interpretatio.

L. Venditor, 49.ff. de iud.

SVMMARIA.

1 *Agitur in hoc textu de materia euictionis,per quam venditor obligatur emptori ad interesse, si res vendita ab eo euincatur.*

2 *Venditor tenetur de euictione rei venditæ, etiamsi in contractu venditionis non fuerit expressum,quod de ea teneretur.*

3 *Tradit, hoc casu venditorem tantùm teneri ad simplum, vel conuentus actione ex empto tenebitur ad interesse.*

4 *Declarat, posse emptorem cogere venditorem, vt expressim sibi promittat duplum,si res euincatur.*

5 *Ostendit,quid probetur in l.quod si nolit, §. quia assidua. infra de ædilitio edicto.*

6 *Venditor promissionem dupli non cogetur indistinctè facere, sed tantum, quando res vendita est pretiosa, si vero promissio omittatur,tantum ad simplum tenebitur.*

7 *Vt emptor possit agere de euictione contra venditorē, oportet quòd venditori denunciet litem & eum requirat, vt veniat ad defendendam causam.*

8 *Quoad effectum agendi de euictione non sufficit constare venditorem sciuisse litem moueri super re vendita, nisi ipse emptor eam denunciet, & eum requirat, vt veniat ad defendendam causam.*

9 *Si denunciatio tantùm requiritur ad aliquem certificandum, scienti non est necessarium facere prædictam denunciationem.*

10 *Denunciatio in dubio videtur requiri ad effectum certificandi.*

11 *Denuncia*

11 *Denunciatio quæ requiritur non solùm ad certificandum, sed etiam ad incitandum alium, vt quid faciat, vel non faciat, indistinctè etiam scienti ea denunciatio fieri debet.*

12 *Pari ratione non sufficiet, venditorem certificatum esse de lite per aliquem tertium, cùm ius requirat certificari per ipsum emptorem, nisi certius habuerit mandatum emptoris.*

13 *Emptori sufficit denunciare litem illi venditori, à quo immediatè causam habet, quamuis immediatus venditor ab alio emerit, aduersus quem immediatus potest agere de euictione, si modò illi litem motam denunciet.*

14 *Si immediatus venditor cessit iura sua emptori, poterit emptor directo agere de euictione contra primum venditorem, facta præd. denunciatione.*

15 *Vt emptor possit agere de euictione aduersus venditorem, non solùm debet ei litem motam denunciare, sed etiam debet ad eum transmittere copiam libelli, vt sit omnino certus de qualitate litis motæ.*

16 *Tradit ex Bald. proximè resoluta consuetudine generali non obseruari, sed sufficere simplicem denunciationem litis motæ.*

17 *Declarat dictam consuetudinem secutam fuisse Ordin. Portug. lib. 3. titul. 45. §. 2.*

18 *Addit, quod non solùm requiritur denunciatio litis, sed etiam, quod emptor incitet venditorem, vt veniat ad defendendam causam.*

19 *Refert contrariam opinionem, & eius authores.*

20 *Tradit elegantem resolutionem Anton. de Burg. ex qua dictæ opiniones concordantur.*

21 *Reijcit distinctionem Socini in hac materia l. 2. §. fin. num. 13. infra solut. matrim.*

22 *Si venditor causam non defendat, & emptor in causa obtinuerit, tenetur venditor ad expensas litis.*

23 *Si venditor specialiter sit vocatus ad causam per emptorem, ea denunciatio sufficiet, cùm per citationem satis videtur certificatus, & incitatus ad causæ defensionem.*

24 *Tradit ex Anton. Rub. quòd si venditor sit absens, siue præsens, semper est necessarium, quod emptor formaliter ei denunciet litem motam.*

25 *Tradit ex Socin. concordiam ad has opiniones.*

26 *Refert ex Ripa, quòd si venditor propter contumaciam fuit etiam condemnatus, nil opus est alia noua condemnatione.*

27 *Refert concordiam Caballin.*

28 *Proponit Autor elegantem distinctionem ad componendas illas duas opiniones.*

29 *Quando emptor, qui non denunciauit venditori, & contra eum lata fuit sententia, probat nullam defensionem venditori potuisse competere in causa, licèt ei denunciatum fuisset, poterit hoc casu de euictione agere, etsi non denunciauerit, & quomodo excipiet, declarat.*

30 *Inducit pro hac conclusione l. si fundo 53. §. fin. infra de euictionibus.*

31 *Tradit concordiam contrariæ opinionis, imò quod nec in prædictis terminis emptor, qui non denunciauerit venditori, non posse contra eum agere de euictione.*

32 *Assignat concordiam ad has contrarias opiniones ex Rip. l. 2. §. voluntatem, num. 22. infra soluto matrimonio, & distinguendo procedit.*

33 *Respondet ad rationem Caualcan. de qua supra.*

34 *Si emptor non denunciauerit vẽditori litem motam tanquam dolosè in hoc negotio versatus, nõ agit de euictione.*

35 *Diuisio æqualis à principio facta inter partes, licèt postea ob aliquã causam magna*

magna insurgat inaequalitas, non retractatur.

36 *Declarat, quòd qui voluerit sequi opinionem Imol. de qua num 30. eam limitet cum Carolo in consuetudinibus Parisiens. §.44.num.16.*

37 *Limitat item, quòd venditor hoc casu non tenebitur, nisi ad simplum.*

38 *Limitat itē praedicta procedere, quando mota lite euincitur res, non facta denunciatione venditori, si enim lite non mota emptor desistat à re, & patiatur actor illam occupare, non aget de euictione, etiamsi velit probare, venditorem nullum ius habuisse ad se defendendum.*

39 *De euictione nemo agere potest, nisi res deducta in iudicio per sententiam euicta sit.*

40 *Declarat, quòd si res extraiudicialiter euincatur, nullo modo agi potest de euictione.*

41 *Explicat, quòd locus sit opinioni Imol. & sequacium, de qua numer.30. necessarium esse libellum & processum.*

42 *Tradit ex Dec. quòd quando ex parte emptoris nulla facta fuit defensio, nec acta publica interuenerunt, cesset decis. Imol. supra relata.*

43 *Declarat, quòd quando emptor, qui non denunciauit praetendit, nullum ius iure competere, onus probandi in se suscipere debet.*

44 *Reprobat Imol. dict. cap. fin. num. 24. vers. sed aduerte. dum putat, onus probandi venditori competere.*

45 *Declarat, quae sit differentia inter emptorem, qui denunciauit venditori, & inter eum, qui ei non denunciauit.*

46 *Colligit praesumptionem, de qua in dict. l. si fundo §. fin. infra de euict. esse iuris tantum, contra quam admittitur probatio.*

47 *Refert Socinum contrarium tenentem, & eius fundamenta adducit.*

48 *Sententia lata contra emptorem contumacem, & non comparentem, praesumitur lata ex eo, quia emptor causam non defendit praesumptione iuris & de iure.*

49 *Ostendit opinionem Ripae, de qua num. 46. veriorem esse.*

50 *Respondet ad primam opinionem rationis contrariae, deductam ex dict. l. si fundo §. final.*

51 *Respondet ad tradita ex gloss. d. l. si de eo.*

52 *Si per statutum procedi possit contra absentem & contumacem ad sententiam diffinitiuam, & ad probationes, & ex ipsis probationibus constet de iure euincentis, poterit emptor victus agere de euictione.*

53 *Examinat illam quaestionem, si emptor non expectata sententia agnoscat bonam fidem, & rem restituat actori, nulla facta denunciatione venditori, vtrum si probet, se ideò agnouisse bonam fidem, quia sciebat nullam iustam defensionem competere venditori, possit agere de euictione.*

54 *Tradit magis communem opinionem tenere, posse agere de euictione.*

55 *Cuilibet licitum est agnoscere bonam fidem, & iniustā litem non prosequi.*

56 *Vt emptor possit agere de euictione, tenetur à sententia cōtra se lata appellare, & corā superiore eam prosequi.*

57 *Si constat sententiam iustè fuisse latam, quia defensio venditoris erat iniusta, non tenetur emptor appellare, nec appellationem iniustam prosequi sed poterit bonam fidem agnoscere, & nihilominus aget de euictione.*

58 *Distinguit in hoc articulo, quòd si venditor sit praesens tempore, quo fertur sententia contra emptorem, indistinctè emptor victus non teneatur appellare, sed magis ipse venditor.*

59 *Si venditor sit absens, tunc emptor tenetur appellare adhibita ea decis. vt siquidem constet, causam appellationis fuisse iustam, teneatur emptor appellare,*

pellare, & appellationem prosequi.

60 Si per contrarium constet, causam appellationis esse iustam, non tenebitur appellare.

61 Tradit ex gl. fin. ad finem §. Caia, & & sentis, quòd si res sit dubia, non tenebitur emptor appellare.

62 Sententia præsumitur iustè lata, & consequenter, causam appellationis esse iniustam, & ob id emptor non tenetur eam prosequi.

63 Declarat verius videri, quòd in re dubia teneatur emptor appellare, nisi venditor præsens sit.

64 Addit, quòd si emptor victus à principio appellauit, & tamen postea appellationem non fuit prosecutus, vel ille renunciauit, non poterit is agere de euictione.

65 Declarat verius videri prædicta procedere, quando constat causam appellationis esse iustam, vel sumus in dubio.

66 Si constet causam appellationis esse iniustam, licèt eā emptor nō prosequatur, aget nihilominus de euictione.

67 Explicat text. in l. emptore, in principio, infra de actionibus empti.

68 Mouet difficultatē cōtra resolutionem tex. gl. ibi in principio, verbo posse, in fine, cuius opinio communis est.

69 Tradit resolutionem Fulgosij, quòd si non est notorium ius euincētis, oportet denunciare venditori, & in his terminis procedit opinio glos. num. proximè.

70 Si notorium sit ius euincentis, tunc non erit necessaria denunciatio facienda venditori.

71 Aduertit, quòd si notorium sit ius euincentis, emptor non solùm non tenetur denunciare venditori litem, sed etiam neque probare ius euincentis.

72 Notoria releuant ab onere probandi.

73 Si ius euincētis non sit notorium, tunc etiam emptor agere poterit de euictione, & obtinere, si modò probet, nullum ius potuisse competere venditori ad se defendendum.

74 Declarat prædicta esse intelligenda, quando formato processu, & non expectata sententia, emptor agnouit bonam fidem: nam si ante litem, & ante formatum libellum, non poterit agi de euictione.

75 Plura specialia circa idem concurrere non possunt.

76 Examinat quæstionem, si emptor, qui non denunciauit contra se reportauit sententiam, & tamen, quia probauit nullam defensionem competere venditori, admissus est ad agendum de euictione, vtrum possit agere ad duplum, vel ad simplum tantùm.

77 Tradit magis communem opinionem tenere, quòd si is emptor non denunciauit litem venditori, nec expectata sententia agnouit bonam fidem, non poterit agere ad duplum etiam promissum, sed tantùm ad simplum.

78 Tradit opinionem Fulgos. qui vtroque casu negat agere posse ad duplum.

79 Promissio dupli videtur facta sub tacita conditione, si modò emptor denunciet litem venditori.

80 Tradit ex Caballino totum contrariū, imò quòd vtroque casu agat emptor ad duplum promissum.

81 Tradit etiam, quòd si quis velit defendere hanc opinionem, poterit respondere ad legem emptori 37. §. fin. infra de euict. modo ibi relato.

82 Quando emptor, qui non denunciauit, vult agere ad duplum, eo tantùm prætextu, quòd sententia sit lata contra eum, non solùm repellitur à petitione dupli, sed ius agendi de euictione ei in totum denegabitur.

83 Si emptor, qui non denunciauit, vult probare, nullam competere defensionem venditori, aget de euictione ad duplum promissum.

84 Respondet ad legem si vendideris 9. infra de euiction. cùm similibus, &

quo casu procedat, declarat.

85 *Resoluit magis communem opinionem, de qua n.77. veriorem esse.*

86 *Docet, hāc denūciationē posse fieri vēditori, quocūque tēpore, dūmodo fiat eo tempore, quo venditor possit producere iura sua, & probationes.*

87 *Quando euictio est secuta propter rei vēditæ, vel actus naturam, nō potest agi de euictione: quia debuit emptor cogitare, illū casum euenire potuisse.*

88 *Quòd ampliat procedere, etiamsi hoc casu emptor sibi cauerit expressim de euictione.*

89 *Declarat, quòd, vt in hoc casu veniat euictio, oportet quòd ea specialiter promittatur.*

90 *Reprobat gl. traditionem l. cùm pœna, supra de recept. arbitr. & Rotam loco ibi relato.*

91 *Ostendit Tiraquel. per Rotam allegatum in contraria opinione esse.*

92 *Verba vniuersalia restringi debēt secūdùm naturam actus, de quo agitur.*

93 *Verba vniuersalia satis est aliquid operari, & quoad alia restringi secundùm actus naturam.*

94 *Quando res venditur tanquam subiecta restitutioni, & consequenter euictioni, procedit conclusio, de qua num.88.*

95 *Si res venditur tanquam libera, & non subiecta illi periculo euictionis, veniet ea euictio, etiam qua propter rei naturam contingit.*

96 *In dubio res tanquam libera debet videri vendita.*

97 *Declarat verius esse, quòd si onus, cui subiecta erat res, verè, vel præsumptiuè, erat notum emptori, cum prædicto onere censetur emisse.*

98 *Venditor tenetur defendere emptorem coram iudice competenti ipsius emptoris, ita vt quamuis venditor ratione fori priuilegiatus sit, tamen non possit dictam causam trahere ad iudicem suum.*

99 *Qui propter proprium interesse assistit in iudicio, debēt assistere, & defendere coram iudice rei conuenti.*

100 *Tradit rationem conclusionis.*

101 *Declarat quòd sententia ferenda in hoc casu semper concipienda est in personā emptoris, & non venditoris.*

102 *Assistens liti consideratur tanquam actor, & ideò debet sequi forum rei.*

103 *Quando venditor non comparet in iudicio, non potest emptor obtinere, vt liberetur ab instantia, sed in ea procedetur, ac si venditor nunquam comparuisset in iudicio.*

104 *Declarat, quòd venditor à fortiori non poterit trahere causam ad iudicem, quem iure communi sortitur.*

105 *Venditor comparens in iudicio ad defendendum emptorem iuxta terminos huius text. admittetur tanquam simplex defensor, vel procurator in rem suam, propter proprium interesse, sed non ad declarandum iudicium, & ibi ratio traditur.*

106 *Nouatio iudicij, vel obligationis, non potest fieri sine consensu illius, cui ius agendi vel obligationis competit.*

107 *Expendit contra hanc opinionem text. in l. sed etsi lege §. item si rem, infra de petit. hæred.*

108 *Assignat concordiam ad has opiniones, & declarat quomodo procedendum sit cum venditore qui ante inchoatum iudicium comparet, & petit in se transferri iudicium.*

109 *Declarat venditorem eam translationem inuito Actore impetrare non posse, eo autē consentiente obtinebit.*

110 *Si venditor compareat non animo nouandi actionem, sed quòd ea salua remaneat actori, & tantū petat mutari iudicium futurum, vt scilicet cū eo inchoetur, & non cum emptore, audiendus est, dummodo se obliget, quòd in re petita fiet executio.*

111 *Declarat, quòd in proximis terminis procedit d. l. sed etsi lege §. item si*

rem

rem in fine, & l. planè infra famil. hercifcund.

112 Tradit quòd licèt in his terminis Actor reluctetur: tamẽ etiã inuitus cogetur litem inchoare cũ venditore.

113 Respondet ad legem si mandato §. 1. supra mand. & quo casu procedat, declarat.

114 Declarat, quòd si ex iudicij mutatione actor prætendat aliquod præiudiciũ sibi inferri, vtpote, quia allegat emptorem faciliorem esse ad conueniendum, tunc iudicium non mutabitur, sed cogetur venditor in foro actoris causam defendere.

115 In dubio videtur cessare actoris præiudicium, cum regulariter nil intersit cum vno vel alio causam mouere & agitare.

116 Sententia lata contra venditorem præiudicat emptori scienti litem agitari cum venditore.

117 Si venditor comparet postquam iudicium est inchoatum cum emptore, tunc neque iudicij mutationem obtinere poterit.

118 Declarat, quòd in his terminis venditor tantùm poterit assistere emptori sumendo litem in terminis in quibus est tempore assistentiæ.

119 Assistens poterit reum adiuuare allegando & probando omissa per emptorem.

120 Assistens poterit recusare iudicem, qui de causa cognoscit.

121 Assistens poterit omnia alia facere, quæ enumerat Gailus pract. obseruat. lib.1. obseruat.71. à n.13.

122 Declarat proximè resoluta pariter admittenda esse quando venditor comparet ante litẽ inchoatam, & tamẽ non petit in se transferri iudicium, sed tantùm assistere emptori.

123 Si venditor compareat post finitam dilationem concessam emptori ad probandum, non poterit hoc casu nouas probationes facere, quantumcunque alleget se ignorasse dilationem datam emptori.

124 Si assistens sit minor beneficio restitutionis impetrabit vt possit producere nouos testes.

125 Si rei vendicatione conueniatur ille qui rem detinet nomine alterius, si dominus compareat in iudicio, in eo debet transferri lis, & conuentus debet omnino ab ea liberari.

126 Conuentus hoc casu non possidet, sed dominus cuius nomine possidetur.

127 Declarat quòd in his terminis si dominus sit clericus, causa est remittẽda ad Ecclesiasticum, cùm clericus re vera sit possessor illius rei, & contra quem directo lis debet moueri.

128 Declarat prædicta intelligenda in colonis, & aliis qui nullo modo possident suo nomine, sed nomine domini.

129 Proponit vtrum idem recipiendum sit in feudatario, & emphyteuta, & refert Gam. varias opiniones Doctorum tradentem.

130 Tradit veram resolutionem ad hunc articulum, vt scilicet supradicti emphyteuta, & feudatarius teneantur suscipere litem contra eos motam, & tantùm possunt nominare dominum directum vt eis assistat.

131 Declarat, quòd si agatur de pertinentibus ad directum dominum comparente domino directo, in eum transferendum est iudicium.

132 Reprobat tradita à Bart. locis hoc numero signatis, dum existimat fratrem conuenientem emptorem ad retractum, esse cogẽdum cõpromittere.

133 Refert contrariam opinionem, & Doctores qui illam sequuntur, quam veriorem censet.

134 Respõdet ad rationẽ Bar. de qua n.133

135 Venditor tenetur defendere emptorem in foro illius, neque potest ratione priuilegij personalis trahere causam ad suum forum particulare.

136 Assistẽs causa potest vti aliis priuilegiis ex

ex sua persona competentibus.
137 Ampliat conclusionem n.136. procedere etiamsi priuilegium venditoris tale sit, cui ipse renunciare non possit, vtpote quòd sit clericus.
138 Refert contrariam opinionem, imò regulam huius textus non procedere, quando venditor est clericus, quasi tunc possit trahere actorem ad suum iudicem Ecclesiasticum, & fundamenta quibus hac opinio nititur, & eius autores recenset.
139 Si fiscus vendat & compareat ad defendendum actorem trahit causam ad suum iudicem, hoc est fisci.
140 Fiscus & Ecclesia æquiparantur.
141 Defendit communem opinionem, de qua à num. 38. & ad fundamenta contraria respondet.
142 Respondet ad primum de authoritate gl.c.clericus nullum 11.q.1.
143 Si clericus tanquam principalis cõpareret in iudicio coram seculari pro suo interesse, quatenus causa ipsum tangit, remittendus est ad suum iudicem Ecclesiasticum.
144 Si clericus non cõpareat tanquã principalis, sed ad defendendum principaliter conuentum, tunc coram iudice rei tenetur eam defensionẽ facere.
145 Reprobat concordiam, quam inter has opiniones assignat Angel. Aret. in rub.n.17. post medium Instit.de except. & eius fundamentis respondet.
146 Incommodum actoris esset notorium, si cogeretur litigare coram Ecclesiastico.
147 Resoluit, quòd clericus venditor non potest obtinere in se transferri iudicium, quia si vult litigare coram seculari, id ei non licet, si coram Ecclesiastico audiri non debet propter incommodum actoris.
148 Respondet ad l.3. C.de iure fisci lib.10.
149 Clericus non vtitur priuilegiis concessis Ecclesiæ, nisi in casibus in iure expressis.
150 Respõdet secundò ad dictam l.3. C.de iure fisci, & ostendit, quòd iure non probatur, quòd fiscus venditor habeat priuilegium trahendi actorem ad suum iudicem.
151 Proponit & defendit regulam huius text. etiam in fisco venditore locum habere, cùm in eo militent rationes, quæ in clerico venditore.
152 Ostendit non repugnare huic resolutioni dict. l.3. Cod. de iure fisci lib.10. quam ad id expendit.
153 Venditio viliori pretio facta per fiscum censetur facta per dolum, vel etiam per gratiam officialium, & his casibus censetur nulla.
154 Declarat, quòd ex dict.l.3. illud tantùm colligi potest, quòd vbi emptor conuenitur ea causa, quòd venditio facta per fiscum fuerit nulla, meritò coram iudice fisci ea lis agitari debet, quantumcunque fiscus non curet defendere emptorem.
155 Si lis non esset, super validitate venditionis factæ per fiscum, sed ea præsupposita actor conuenerit emptorem ex alia caussa, & fiscus compareat ad eum defendendum, inducenda est regula huius textus.
156 Declarat, in quo sensu admitti possit alia solutio, quam ad dict. l. 3. assignat Corn. & Socin. vbi supra.
157 Respondet & diluit aliam difficultatem in hac materia traditam per Cagnol. hic, n.17.
158 Respondet ad decisionem l. benè à Zenone Cod.de quadrien. præscript. & declarat, quo casu procedat reg. dictæ leg.3.
159 Declarat id quod dictum est in fisco, recipiendum pariter esse in Ecclesia, quæ vult defendere emptorem.
160 Limitat conclusionem huius text. vt licèt venditor non possit opponere declinatoriam fori ex persona sua, tamen ex persona emptoris illam poterit opponere.

161 *Quamuis emptor dilatoriam iam opponere non possit, quia omisit eam opponere, tamen venditor assistens poterit eam opponere.*
162 *Malitia seu negligentia emptoris, non potest praeiudicare venditori ignoranti.*
163 *Mouet difficultatem contra proximè resoluta ex eo, quòd veniens ad assistendum alteri, debet litē assumere in eo statu, in quo est tēpore assistentiae.*
164 *Confirmat proximam difficultatem ex eo, quia assistens debet prosequi eundem processum, & non nouum formare.*
165 *Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Bart. l. si perlusorio §. 1. n. 3. infra de appellat. vbi distinguendo procedit.*
166 *Reijcit proximam concordiam, & illius fundamentis satisfacit.*
167 *Ostendit nihil pro Bart. opinione facere l. pen. infra de re iudicata.*
168 *Declarat, in quibus terminis non habeat locum distinctio dict. l. penult. infra de re iudicata.*
169 *Sententia lata contra haeredem nocet legatariis etiam ignorantibus.*
170 *Declarat etiam, in quo casu opinio supra allegatorum saluari possit.*
171 *Si defensor sit minor vel persona, cui aliàs competebat beneficium restitutionis, obtinebit causam reponi in suo initio, & sic mediante restitutione poterit allegare, quocunque tempore ea, quae ad causae defensionem pertinent.*
172 *Declarat, quo casu saluari potest opinio Bart. supra relata.*
173 *Venditor coram indice emptoris potest opponere omnes exceptiones, etiā personales, quae sibi competunt ex propria persona, etiamsi tales sint, quod illis non posset emptor vti, quia in persona venditoris essent merè personales.*
174 *Probat conclusionem exemplo exceptionis personalis competentis principali, quae secundùm iuris regulas non prodest fideiussori, illi tamen proderit si principalis propter proprium interesse compareat in iudicio, & actori ex propria persona obijciat praedictas exceptiones.*
175 *Exceptio peremptoria potest opponi in quacunque parte iudicij.*
176 *Venditor comparens in iudicio propter proprium interesse, poterit exceptionem peremptoriam opponere quantūcunq; limitata sit ad eius personā.*
177 *Assistens liti potest opponere exceptionem, quā emptor omisit opponere, vel quia noluit, vel quia non potuit.*
178 *Assistens poterit in executione opponere exceptiones modificantes ipsam executionem.*
179 *Assistens, qui exceptiones executioni proponit, illas proponere debet coram iudice executionis.*
180 *Regula huius text. in causa executionis etiam locum habet.*
181 *Iudex, qui cognouit de causa principali, & sententiam contra emptorem, cui venditor assistit, tulit, poterit emptor coram eo conuenire venditorem super euictione.*
182 *Expendit in confirmatione conclusionis l. cùm maiorum, Cod. de sententiis, & interlocut.*
183 *Expēdit etiam pro eadem parte l. cùm vendente, Cod. vbi causae fiscales.*
184 *Tradit rationē proximè conclusionis.*
185 *Reprobat gl. penul. dict. l. cùm vendente, in intellectu, quem ad illum textum assignat.*
186 *Reprobat etiam tradita per Imol. cons. 140. ad finem, & ostendit contrariū probari in d. leg. cùm vendente.*
187 *Cùm in hoc casu notorium sit iudici, & sibi constat ex actis publicis, factis in causa principali, in hac secunda lite dependente à prima procedere ex officio via executiua.*
188 *Ampliat proximè resoluta procedere,*

quando causa secunda habet immediatā depēdentiā à causa principali.

189 *Si causa habet dependentiam mediatam, siue remotam, prædicta locum non habebunt.*

190 *Resoluit illam quæstionem, de qua per Panormitanum cap. P. & G. n. 13. de offic. deleg. & determinat eam pro parte affirmatiua.*

191 *Limitat secundò in clerico venditore: is enim licèt teneatur defendere emptorem corā iudice seculari, tamen si feratur sententia contra emptorem, non poterit emptor eum conuenire super euictione coram iudice laico.*

192 *Agit de explicat. gl. ver. soluere in fin.*

193 *Mouet difficultatem contra glos. ex l. cui restituere, supra de re iudicata.*

194 *Difficultati respondet ex Angel. & Paulo hic.*

195 *In bonis defensoris necessarij, qui fecit se consortem litis, poterit fieri executio, ac si principaliter in sententia fuisset condemnatus.*

196 *Tradit proximā conclusionē verā non esse, cū contra non condemnatum per sententiam non possit fieri executio.*

197 *Respondet ad l. Plautius supra de procuratoribus, & declarat quo casu procedat.*

198 *Respondet item ad l. si procuratorem, §. si ignorantes infra mandati, & de eius intellectu agit.*

199 *Respondet ad l. fin. §. fin. C. de usur. rei iud. & de eius intellectu agit.*

200 *Declarat, in quo casu possit defendi contraria opinio.*

201 *Quando procurator in rem suam fuerit condemnatus nomine proprio, & non sit soluendo, tunc ratione illius sententiæ fiet executio in bonis principalis absentis.*

202 *Tradit ex Bald. fideiussores condēnati si fuerint soluendo, ex suo debent satisfacere: si autem nō sint soluēdo, ne detrudātur in carcerem, poterūt soluere ex bonis debitoris principalis.*

AGITUR † in hoc textu de 1
materia euictionis, per quā
venditor obligatur emptori
ad interesse, si res vendita ab eo euincatur. Et ad illius explicationē † præ- 2
termittendum est, venditorem teneri de euictione rei venditæ, etiamsi in contractu venditionis non fuerit expressum, quòd de ea teneretur *leg. in vendendo infr. de contrah. emptione*, quo † 3
casu tamen venditor tantùm tenebitur ad simplum, vel conuentus actione exempto, tenebitur ad interesse, *l. in venditione 60. infra de euiction.* † Po- 4
test tamen emptor cogere venditorem, vt expressim sibi promittat duplum, si res euincatur, *l. 2. & ibi notant Bart. & Fulgos. infra de euict. l. quòd si nolit §. qui assidua, infra de adil. edict.* quæ fortiùs videtur probare, † quòd etsi 5
omissa sit, tamen suppletur per legē, quia inter partes solet fieri: Quòd tamen textus ille nō probat, sed illud tantùm, quòd emptor coget venditorem per actionem exempto, vt sibi illam præstet, quia de consuetudine generali, in venditionibus solet fieri hæc promissio, vt ibi aduertit Fulgosius, Socinus *leg. Gallus §. idem credendum in fine*, & ibi Galeaul. *n. 17. infra de liberis & posthumis.* quicquid repugnet Menoch. *cons. 37. n. 29. lib. 1.* † non tamen 6
indistinctè cogetur venditor hanc promissionem duplæ facere, sed tantùm quando res vendita, est pretiosa *l. emptori 37. infra de euictio.* si tamen prædicta promissio omnino sit omissa, tunc venditor tantùm tenebitur simplum soluere. *vt dictum est*, & probat *l. in venditione & l. euicta 70. infra de euictio.* Probat Ordinatio Portugalliæ *lib. 3. tit. 30. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 3. noua recopilationis.*

Secundò præmittendum † est, 7
quòd vt emptor possit agere de euictione contra venditorem, oportet quòd venditori denunciet litem, & eum

eum requirat, vt veniat ad defendendam causam, aliàs non poterit agere de euictione contra venditorē. Oportet igitur quòd venditori denunciet litem, & eum requirat, vt veniat ad defendendam causam, aliàs non poterit agere de euictione, vt præsupponit is textus *& l. 1. Cod. de pericul. & commod. rei vendit. & l. emptor fundi 8. Codic. de euictio. cap. final. de emptio. & vendit. l. 32. tit. 5. partit. 5. & ord. lib. 3. tit. 45. §. 1. noua recopilationis*, & est receptissimum principium in materia euictionis *Bald. l. libera, n. 8. Cod. de sent. Ant. consil. 38. num. 5. lib. 1. Duenh. reg. 241.*

8 Quod ampliatur adeò esse verum, vt quoad † effectum agendi de euictione, non sufficiat constare venditorem sciuisse litem moueri emptori super re vendita, nisi ipso emptor eam denunciet venditori, & eum requirat, vt veniat ad defendendam causam.

9 Recepta † enim est resolutio in hac materia, quòd si denunciatio tantùm requiritur ad aliquem certificandum, scienti non esse necessarium facere prædictam denunciationem *l. item veniunt §. petitam el 2. infr. de petitio. hared. l. 1. §. final. infra de actionibus empti.* ex quibus iuribus deducta fuit regula *capit. eum qui certus est de regulis iuris in 6.* quia *vt ibi tradit Dynus*, de-

10 nunciatio in dubio videtur † requiri ad effectum certificandi, *subscribit Alexand. consil. 24. num. 4. lib. 4.* Declarando tamen, *vt per eundem Alexand.*

11 *consil. 27. num. 1. lib. 6.* Cæterùm † quando denunciatio non solùm requiritur ad certificandum, sed etiam ad incitandum alium, vt quid faciat, vel non faciat, indistinctè etiam scienti ea denunciatio fieri debet *leg. denunciasse. § quid ergo, infra de adult. tradit Alexand. consil. 24. num. 4. libr. 4. & consil. 138. numer. 2. libr. 7. Carol. in consuetud. Parisiensib. §. 13. gloss. 11. num. 5.* Vnde cùm in materia euictionis denunciatio requiratur, vt venditor aliquid faciat, hoc est veniat ad defendendam causam, etiam scienti denunciatio facienda est, *leg. parentes, C. de euictionibus*, & docet Bart. *leg. 2. §. finali, numer. 7. infra soluto matrimonio, & leg. non solùm §. morte, num. 52. infra de noui oper. nunciat.* & asserit receptum Alexand. *consil. 138. num. 4. lib. 7. Decius consil. 74. numer. 2. Rip. d. leg. 2. §. final. numer. 17. infra soluto matrimonio. Couar. resolut. libr. 3. capit. 17. numer. 3. Duenh. regul. 241. Caballin de euict. §. 3. num. 4.* Probat Ordinatio Portugalliæ *libr. 3. titul. 30. §. 2. & hodie libr. 3. titul. 45. §. 2.* Vnde † pari ratione non 12 sufficiet venditorem certificatum esse de lite per aliquem tertium, cùm ius requirat certificari per ipsum emptorem, vt resoluit Alexand. *dict. §. morte, num. 45. & leg. 2. §. final. num. 12. infra soluto matrimonio, Capitius decisione 106. num. 2. Caballinus de euict. §. 3. num. 6.* nisi ille tertius habuerit mandatum emptoris, vt faciat prædictam denunciationem: nam tunc sufficiet iuxta regulam *cap. qui per alium de reg. iuris in 6.* & tradit Anton. de Burgos *capit. final. numer. 4. ad finem de empto. & venditio.* Item † sufficiet empto- 13 rem denunciare illi venditori à quo immediatè causam habet, vt sentit gloss. *leg. si pro re §. 1. verb. agere infra de euictio. Anania consil. 38. numer. 4.* quamuis ille immediatus venditor ab alio emerit, aduersus quem immediatus venditor potest agere de euictione, si modò illi litem motam denunciauerit *Anton. de Burgos capit. final. numer. 2. ad finem de emptione & venditione. Cagnol. hic numer. 7. Decius consil. 47. colum. 2. ad medium*, inferens quòd si immediatus venditor cessit iura sua emptori, † po- 14 terit emptor directo agere de euictione, contra primum venditorem facta

facta prædicta denunciatione *leg. si res*
59. *infra de euiction. tradit Bart. dict. l. si*
pro re §. 1. *ad finem. Capitius decis.* 197.
15 *num.* 9. quibus addendum est, quòd †
vt emptor possit agere de euictione
aduersus venditorem, non solùm de-
bet ei litem motam denunciare, sed
etiam debet ad eum transmittere co-
piam libelli aduersus eum producti,
vt sic sit omnino certus de qualitate
litis motæ, *argum. Clemen. causam de*
electio. tradit Bart. dict. §. morte num. 48.
& ibi Alexand. num. 42. *Iason num.* 38.
Alexand. consil. 33. *num.* 5. *lib.* 2. *Felin.*
cap. cùm M. numer. 63. & ibi *Rip. n.* 163.
de const. Couar. resolut. lib. 3. *cap.* 17. *n.* 3.
vers. 3. *Duenh. reg.* 243. *Ant. Gam. decis.*
79. *n.* 1. & ita in praxi obseruari asserit
Cag. hic num. 4. *Caballin. de euiction.* §. 3.
vbi quamuis sequentibus id latè com-
probat.

16 Est tamen † aduertendum, quòd
Bald. *l. emptor. num.* 4. & ibi Angel. *n.* 2.
Cod. de euictio. asserunt, consuetudine
generali id non obseruari, sed suffi-
cere, simplicem denunciationem litis
motæ, & admonet ab hac consuetu-
dine non esse recedendum, *subscribit*
Ant. Rub. d. §. morte, n. 415. *Duenh. reg.*
143. *n.* 2. Sed tu aduerte, quòd in pri-
mis hanc generalem consuetudinem
negat Alex. *dict. §. morte, n.* 41. & Ca-
17 ballin. *de euict.* §. 3. *n.* 37. † Hanc tamen
consuetudinem nihilominus proba-
uit Ordinatio Portugalliæ *lib.* 3. *tit.* 30.
§. 2. *& hodie lib.* 3. *tit.* 45. §. 2. *noua recopil.*

Præterea est addendum, quòd non
18 solùm † requiritur denunciatio litis,
sed etiam quòd emptor incitet ven-
ditorem, vt veniat ad defendendam
causam, vt colligitur ex isto textu, *&*
l. si parentes in fine C. de euictio. l. 1. *Cod. de*
peric. & commod. rei vend. leg. qui absen-
tem 76. *supra de procurat.* & reprobat.
Bart. *d.* §. *morte, num.* 51. & asserit re-
ceptum Felin. *cap. cùm M. num.* 64. *&*
ibi Rip. num. 165. *de constitut. Cagnol. hic*
num. 2. *Couar. resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 3.
versic. 2. *Caballin. de euiction.* §. 3. *n.* 21. &
quamuis sequentibus latè defendit
respondens contrariis.

Contrarium † tamen, imò suffice- 19
re litem notificari venditori, etiamsi
non incitetur, quòd veniat ad defen-
dendam causam, tenent Bald. & Sa-
lycetus *leg.* 1. *Cod. de pericul. & commod.*
rei vendit. Alexand. l. 2. §. *final. num.* 12.
& ibi Aretinus col. penultim. Socin. n. 13.
infra soluto matrimonio. Alexan. d. §. mor-
te, num. 45. *ad finem, & ibi Iason, num.* 39.
Burgos cap. final. num. 5. *de emptione &*
venditione, & verius esse existimat Co-
uar. *resolut. libr.* 3. *cap.* 17. *num.* 3. *ad fi-*
nem, & satis probat Ordinatio Portu-
galliæ *lib.* 3. *titul.* 45. §. 2. *noua recopila-*
tionis, & pro illis videtur *text. l. si cùm*
quæst. Cod. de euictio. Probanda tamen
est resolutio Anton. † de Burgos 20
d. cap. final. num. 5. quòd emptor, qui
denunciat litem motam venditori,
virtualiter eum videtur incitare, vt
veniat ad causam defendendam, quia
ad nullum alium effectum videtur fa-
cta prædicta denunciatio, *argum. leg.*
denunciasse vers. quid ergo infra de adult.
ita vt inter tenentes has diuersas opi-
niones, ea tantùm videatur discre-
pantia, quòd tenentes primam opi-
nionem, expressam videntur require-
re denunciationem, tenentes autem
secundam tacitam & virtualem de-
nunciationem sufficere existimant:
Quòd verius videtur per regulam
leg. cùm quid, infra si cert. petat. Et ex his
venit reiicienda distinctio. † Socin. 21
leg. 2. *fin. num.* 13. *infra soluto matrimon.*
quòd si emptor agat de euictione, ex
eo capite, quòd res sit euicta, proce-
dat secunda opinio: si verò ex eo ca-
pite, quòd venditor causam non de-
fenderit, † quo casu venditor nihilo- 22
minus tenetur ad expensas litis, etiãsi
emptor in causa obtinuerit, iuxta tra-
dita per Bartol. *leg. venditores, infra de*
verborum

verborum obligat. locum obtinebit prima opinio. Nam confunditur hæc distinctio ex ratione supra allata quæ vtroque casu militat, vt aduertit Ripa *caput. cum M. num. 165. de constitution.*

Prædictam conclusionem ita ex-
23 plicatam, limitabis primò, † nisi per emptorem venditor sit specialiter vocatus ad causam: neque enim tenetur emptor ei aliam facere denunciationem, cùm per citationem satis videatur certificatus & incitatus ad causæ defensionem, *glos. l. si dictum §. si præsente verb. possit infra de euictio.* Extollit Alexand. *l. non solum §. morte num. 48. infra de noui operis. & leg. 2. §. final. num. 15. infra soluto matrimonio, Capitius decisione* 106. *num.* 3. Est tamen aduertendum quod Antonius
24 Rubeus *dict. §. morte, num.* 428. circa † hanc declarationem resoluit, receptum esse, quòd si venditor sit præsens siue absens, semper est necessarium, quod emptor ei formaliter denunciet litem motam. Cæterùm So-
25 cin. *d. l. 2. §. fin. num.* 19. † opiniones concordat: quòd si venditor citatus per emptorem, comparuit in iudicio: & in eo fuit præsens, non est necessaria alia denunciatio, & probat Natta *consil.* 108. *num. 2. lib.* 1. & Franciscus Marcus *decis.* 583. *num. 2 in prima parte.* Si autem venditor citatus non compareat in iudicio, notificatio erit necessaria, Ripa tamen *ibidem dict. leg. 2. §. final. num.* 23. aduertit,
26 quod † si venditor propter contumaciam fuit etiam condemnatus, nihil opus est alia noua condemnatione, Caballinus autem *de euictione §.*
27 3. *num.* 97. † existimat, quòd si tantùm fuit citatus venditor ad causam, & non compareat, vera sit opinio Socini: si verò in citatione fuit incerta copia libelli, verior sit opinio
28 Ripæ: Ego potius † distinguerem, quòd si ad requisitionem emptoris fuerit citatus venditor, vt veniat ad defendendam causam, tunc etsi non compareat venditor, satis ei videtur denunciatum per emptorem: iuxta regulam cap. *qui per alium, de regul. iuris in 6.* Si verò ex officio iudicis, vel ad alterius requisitionem, venditor fuerit citatus, & non compareat, necessarium est, quòd ei lis denuncietur, *iuxta supra tradita.*

Secundò limita, † quando emptor, 29
qui non denunciauit venditori, & contra eum lata fuit sententia, probat, nullam defensionem venditori potuisse competere in ea causa, licèt ei denunciatum fuisset: Poterit enim tunc aduersus eum agere de euictione, etsi ei non denunciauerit. Aget igitur hoc casu emptor de euictione: & si venditor excipiat litem sibi non fuisse denunciatam, replicabit emptor, ius actoris euincentis, adeo esse clarum, vt nulla venditori posset competere defensio, & sic denunciationem minimè fuisse necessariam, vt colligitur ex *l. si fundo* 53. *§. final. infra de euictio.* quæ probat † quod ideo emptor, qui non de- 30
nunciauit litem, non potest agere de euictione, quia præsumit ius, quod ob defectum denunciationis fuit emptor victus, quia non fuit instructus per venditorem. Ergo à cessante ratione, si velit probare, quod etsi instructus fuisset per venditorem, nihilominus succubuisset quia ius actoris erat clarum, & irrefragabile, audiendus est, & hoc probato agere poterit de euictione contra venditorem, ita expresè Imola *capit. final. num. 24. versicul. sed aduerte de emptione & venditione. Fulgos. leg. si ideo num. 6. infra de euictio. Alexand. dict. §. morte, numero 47. & leg. 2. §. fin. numero 14. infra soluto matrimonio, & consil. 63. numero 11. lib. 6. & alij relati*

per Couar. resolut. libro 3. cap. 17. num 6. Anton. Gomez 2. tom. cap. 2. numero 39. & eleganter comprobat Gregor. leg. 32. titul. 5. partit. 5. in glos. nolo hiziesse col. 2. quibus adde Rotam Auenionensem, decis. 111. num. 8. Natta consil. 232. num. 5. lib. 2. Afflictis decis. 49. numero 3. Capitius decis. 166. numero 2. Iason. leg. si domus. §. final. numero 14. infra de legatis. Caballin. de euict. cap. 3. num. 73.

31 Sed subsistendum † est, quia contrarium, imò quòd neque in prædictis terminis, emptor, qui non denunciauerit venditori, non possit contra eum agere de euictione, sentiunt glos. verbo posse in fine, & ibi Bart. & Salyc. l. emptorem in principio infra de actione emptionis. Albericus l. at qui natura §. cùm me absente, in fine de negotijs gestis, Angelus §. final. num. 5. Instit. de emptione & venditione, & hanc esse communem opinionem asserit Decius consil. 74. col. final. post principium, Gratus consil. 1. num. 57. lib. 1. Ioan. Crotus consil. 248. num. 3. lib. 2. & latè defendit Socin. leg. 2. §. fin. num. 15. infra soluto matrimonio, & ibi Alciatus num. 29. Et ita hanc opinionem in praxi esse obseruandam dicit Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilationibus articul. 5. glos. vnica numero 37. Quinimo & Imola author contrariæ opinionis, in distinct. final. in fine de empt. & vend. fatetur, hanc secundam opinionem tutiorem esse: Mouentur per regulam generalem huius textus, & iurium similium, & quia in hac materia denunciatio requiritur pro forma Bald. l. 1. numero 6. Codic. de periculo & commodo rei vendita, & à forma data per legem, nullo modo est recedendum l. constitutionibus infra ad municip.

32 Inter has autem † opiniones contrarias, probabilis videtur concordia, & distinctio Rip. leg. 2. §. voluntatem num. 22. infra soluto matrimonio, quod aut tempore motæ litis erat notorium, nullam posse competere defensionem venditori, & procedat opinio Imolæ, & sequacium, aut id eo tempore non erat notorium, sed ex post facto incepit constare de non iure venditoris, & procedet secunda opinio: nec enim tunc emptor poterit se excusare, eo prætextu, quòd non denunciauerit, quia esset notoria iniustitia venditoris, cùm tempore inchoatæ litis de hoc non constaret, & ideo fuit in manifesta culpa non denunciando, vndé non poterit agere de euictione dict. leg. si fundo 53. §. final. infra de euictio. subscribit Aymon. consil. 179. num. 6. & consil. 83. num. 6. Neque † obstat ratio Caballini (hanc concordiam impugnans) de euictio. §. 3. num. 89. quasi sit verbalis, quia quocumque tempore constet, de non iure venditoris, admittendum est, agere posse emptorem non denunciantem de euictione. 33
Nam † respondetur, quòd emptor tenetur litem defendere, & denunciare venditori, quòd veniat ad causam defendendam, vt dictum est, aliàs tanquam dolosè in hoc negotio versatus, non aget de euictione, vt est expressum dict. leg. si fundo 53. §. final. infra de euiction. Ergo cùm antequam constaret de non iure venditoris, emptor non denunciando videatur fuisse in dolo, ac proinde non possit agere de euictione, hoc ius quæsitum venditori, ex eo quòd postea euenit, non debet retractari l. 2. infra de itinere actuque priuato. Nam & diuisio æqualis à principio † facta inter partes, licèt postea ob aliquam causam magna insurgat inæqualitas non retractatur, vt per Socin. iuniorem consil. 119. Viso. num. 28. lib. 3. Beroius consil. 108. in fine lib. 1. Rolan. consil. 51. ad finem lib. 4. 34 35

Et

36 Et nihilominus † tibi magis placeat, probare indistinctè opinionem Imolæ & sequacium, eam limitabis cum Carolo in *consuetud. Parisiensibus*
37 *§. 44. numero 16.* Item limitabis, † quòd venditor hoc casu non tenebitur nisi ad simplum, *Imol. dict. capit. fin. num.24. de empt. & vendit. Anton. Rub. dict. §. morte,num.456.* & admittit Couar. *resolutionum lib.3. capit.17. num.* de quo tamen infra latius age-
38 mus. Item † limita prædicta procedere, quando mota lite euincitur res non facta denunciatione venditori: nam si lite non mota emptor desistat à re, & patiatur actorem illam occupare, non aget de euictione, etsi vellet probare emptorem nullum ius habuisse ad se defendendum: cùm regula sit: de euictione agi non pos-
39 se, † nisi res deducta in iudicio, per sententiam euicta sit, *leg. non tamen, numero 24. infra de euictione, & ibi no-*
40 *tat glos. penult.* Nam† si extraiudicialiter id contingat, nullo modo agi potest de euictione *l. final. Cod. de action. empt.* bonus textus *in leg. si cum quæstio*
41 *17. de euiction.* † Et ita necessarium esse libellum, & processum, vt sit locus traditioni Imolæ, & sequacium supra relatæ, clarè sentit Bart. *leg. emptorem post principium, infra de actionibus empti*, & prius glos. *leg. at qui natura §. cùm me absente, verb. non committat. post principium, & ibi Bart. num.3. Paul. num.5. supra de negotijs gestis. Imol. capit. final. in fine de emptione & venditione. Afflictis decis.49. num.3. Rip. leg.2.*
42 *§. voluntatem num.* † *22. infra solute matrimonio.* Et ideo Decius *consil. 74. col. fin.* tradit, quòd quando ex parte emptoris nulla facta fuit defensio, nec acta publica interuenerunt, cessat decisio Imolæ supra relata. Denique
43 limitabis, onus † probandi venditori nullum ius competere, quando emptor illi non denunciauit incumbere prædicto emptori, vt colligitur ex mente supra allegatorum, & expressit Paul. Castr. *l. at qui natura §. cùm me absente, num.4. & 5. supra de negotijs gestis.*

Quare † cauendum est verbis Imolæ *cap. fin. num.24. versic. sed aduerte, de emptione & venditione*, quòd emptor, qui non denunciauit venditori, nihilominus obtinebit in causa euictionis, nisi venditor probauerit; quòd si ei denunciatum esset, posset instruere emptorem, ne actor contra eum obtineret sententiam, *subscribit Aymon. consil.83. numero 6. & consil. 179. num. 6.* Nam dum præsupponunt, quòd in his terminis incumbit onus probandi venditori, quòd sibi competebat ius defensionis, falsum est, quia imò incumbit emptori, qui non denunciauit, vt dictum est, & in specie aduertit Burgos *capit. final. numero 17. de emptione & venditione, Antonius Rubeus dict. §. morte, numero 456. Riminaldus Senior consil. 205. numero 15. lib.2.* & latiùs prosequitur Couar. *resolutionum lib.3. capite decimoseptimo, numero 6. Caballin. de euictionibus §.1. num.91. Anton. Gomez. 2. tom. cap.1. num.9.* 44

Atque ita † hæc est differentia inter emptorem, qui denunciauit venditori, & inter eum, qui ei non denunciauit: Nam primo casu, per solam sententiam probat emptor, venditorem ius non habuisse in re vendita, & euicta *l. Herennius §. Caia infra de euictio.* In secundo autem casu licèt etiam sententia præsumatur iustè lata, *capit. in præsentia de renunciatione*, tamen præsumetur ita fuisse latam, quòd venditor propter omissam denunciationem non potuit instruere emptorem, qualiter se defenderet, *leg. si fundo 53. §. fin. infra de euiction.* & ideo tunc emptori incumbit onus probandi, nullam defensio- 45

46 nem potuisse competere † venditori. Et ex his etiam manifeste colliges præsumptionem, de qua *d. l. si fundo §. fin. infra de euictionibus*, esse iuris tantùm, contra quam admittitur probatio, vt aduertit Rip. *l.* 1. §. *voluntatem num.* 21. *ad finem, infra soluto matrimonio*, vbi tamen Socin. *num.* 15. *ad finem*
47 contrarium tenet, † quia cùm ius præsumat, emptorem non denunciantem, culpa sua non bene instructum fuisse de iustitia venditoris, ac ob id disponat non posse agere de euictione *dict. l. si fundo* §. *final.* videtur inde resultare quædam præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, iuxta notata *cap. is qui fidem, de sponsalibus*, quod & probat Decius *consil.* 74. *col. final. ad medium*, ea ratione quia sententia lata
48 contra emptorem contumacem, † & non comparentem, quia præsumitur lata, quia emptor causam non defendit, *l. si ideo* 55. *inf. de euictionibus*. Et quidem præsumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, & ideo non agit de euictione.

49 Sed † opinio Ripæ verior est ex supra traditis: Nec obstant rationes in contrarium adductæ, nam ad primam
50 respondetur, quod dict. † *l. si fundo* §. *final.* illud disponit, tanquam super præsumpto, & non tanquam super certo, & ideo resultat præsumptio iuris tantùm, *iuxta notata dict. cap.* 15. qui fidem, contra quam admittitur probatio in contrarium.

51 Non obstat secundum, † quia respondetur, quòd licèt glos. 1. *in principio dict. l. si ideo*, inferat prædictam opinionem, tamen postea ab ea recedit, concludens eam præsumptionem esse iuris tantùm, & ob id si emptor probauerit, nullam defensionem competiisse venditori, aget de euictione. Et eam gl. traditionem probat Fulgos. *ibi num.* 5. *Alexan. l.* 1. §. *final. num.* 14. *infra soluto matrimonio. & leg. non solùm* §. *morte, num.* 46. *infra de noui oper. nunciat. Felinus cap. cum Bertoldus num.* 24. *de re iudicata, Caballinus de euictionibus* §. 3. *num.* 77. Vnde si per statutum † pro- 52
cedi possit contra absentem & contumacem, ad sententiam diffinitiuam, & ad probationes, & ex ipsis probationibus constet de iure euincentis, poterit emptor victus agere de euictione *gl. l.* 2. *Cod. contrario iudicio tutelæ, Auendanus in tractatu* 1. *&* 2. *decreti in* 1. *parte num.* 4.

Et iuxta † hæc venit etiam resol- 53
uenda ardua quæstio, si emptor non expectata sententia agnoscat bonam fidem, & rem restituat actori, nulla denunciatione venditoris, *Vtrum si probet, se ideo agnouisse bonam fidem, quia sciebat nullam iustam defensionem competere venditori, possit agere de euictione?* Et magis communis opinio tenet posse agere de euictione, quia cuilibet licitum est † cognoscere bonam 54
fidem, & iniustam † litem non prose- 55
qui, *l. quoties* §. *sicut infra de administr. tuto. ex l. secunda, iuncta glos. verb. non absens Codic. de contrario iudicio tutelæ*, & ita in terminis sentit glos. *l. & qui natura* §. *cum me absente, & ibi Bart. & Paul. numero* 4. *&* 5. *supra de negot. gestis. Imol. capit. final. numero* 24. *de emption. & venditio. Alexand. dict.* §. *morte, numero* 47. *& consil.* 63. *numero* 11. *lib.* 6. *Capit. decis.* 106. *numero* 2. *Carolus alios referens, in consuetudinib. Parisiensibus* §. 44. *numero* 25. Nam † videmus 56
in simili, quòd licèt, vt emptor possit agere de euictione, teneatur à sententia contra se lata appellare, & coram superiore eam prosequi *Bart. l. si procuratorem* §. *si ignorantes in fine, infra mandati, Ang.* §. *actionum num.* 10. *ad finem Instit. de actionibus. Alex. leg. initium num.* 10. *Codic. de procurato. Decius consil.* 74. *num.* 3. *Caballin. de euictio.* §. 3. *num.* 10.

*num.*1 o. *Pinel. leg.*1. *Codic. de bonis maternis* 3. *parte num.*50. *versicul.limita* 3. Probat Ordinatio Portugalliæ *lib.*3. *titul.*30. §.2. *& hodie lib.*3. *titul.*45. §.3.
57 *noua recopilationis*. Tamen si constat † sententiam iustè fuisse latam, quia defensio venditoris erat iniusta, non tenetur appellare, neque appellationem iniustam prosequi, sed poterit bonam fidem agnoscere, & nihilominus aget de euictione, *leg. bonam Codic. de administrat. tutorum tradit glos.*2. *leg. Herennius* §. *Caia infra de euictio. & ibi Bald.ad finem. Afflict. decis.* 49. *num.*1. *Capitius decis.*106. *num.*4. *Gama decis.*306. *num.*2.

58 Quinimo in hoc articulo † ita videtur distinguendum, vt si venditor sit præsens tempore, quo fertur sententia contra emptorem, indistinctè emptor victus non teneatur appellare, sed magis ipse venditor, vt probat *leg. Herennius* §. *Caia infra de euict.* Si verò venditor sit absens, tunc em-
59 ptor tenetur † appellare, vt sentit *d.* §. *Caia*, à contrario sensu: adhibita tamen ea distinctione, vt si quidem constet, causam appellationis fuisse iustam, tenetur emptor appellare, & appellationem prosequi, tenent supra allegati & Bald. *dict. leg. Herennius* §. *Caia in fine*, & Angelus Aretinus §. *actionum numero* 20. *Insti-*
60 *tut. de actionibus* Si autem † per contrarium constet, causam appellationis esse iniustam, non tenebitur ap-
61 pellare. In dubio † autem glos. *final. ad finem* §. *Caia* sentit, quòd si res sit
62 dubia, non tenetur † appellare, quia sententia præsumitur iustè lata, & consequenter causam appellationis esse iniustam, & ob id non tenetur eam prosequi, subscribit Bart. *ibi in fine*, & asserit receptum Anton. Gom. 2. *tom. cap.* 2. *numero* 40. *ante finem*, *Natta consil.* 208. *numero* 1. *lib.*3. *Caballin. de euictio.* §. 3. *numero* 145.

Verius tamen † videtur, quòd imò in 63
re dubia teneatur appellare, nisi venditor præsens sit, vt eleganter probat Couarruuias *resolut.libro* 3. *cap.* 17. *numero* 9. & satis probat Ordinatio Portugalliæ *lib.*3. *titul.* 30. §.2. *& hodie libro* 3. *titul.*45. §.3. *noua recopilationis*. Adde, † quòd si emptor victus 64
à principio appellauit, & tamen postea appellationem non fuit prosecutus, vel illi renunciauit, non poterit is agere de euictione, vt videtur probare textus de *leg. Herennius* §. *Caia*, *& ibi notat gl. fin. Ruin. consil.* 84. *numero* 3. *lib.*5. *Caballin. de euictio.* §.3. *numero.* 145. quamuis verius videatur † prædicta procedere, quan- 65
do constat causam appellationis esse iustam, vel sumus in dubio, in quibus terminis procedit *d.*§.*Caia.* Nam
† si constet causam appellationis esse 66
iniustam, tunc etsi ea non prosequatur, aget nihilominus de † eui- 67
ctione, *vt dictum est*, iuxta quæ venit explicandus textus *l. emptorem, in principio, infra de actionibus empti*, dum probat, emptorem posse agere de euictione, quamuis rem euictam non defenderit, quia ius euincentis erat notorium, *notat gl.*2. *leg. si cùm quast. Codic. de euictio.* quo tamen casu † gl. *l. emptorem in princip. verb. posse* 68
ad finem, *& ibi Bart. numero* 2. *Salyc. ad finem* dicunt, oportere, quòd fiat denunciatio venditori, vt veniat ad causam defendendam, vel ad appellandum à sententia condemnatoria, si ei visum fuerit. Et hanc dicit esse communem opinionem Decius *consil.* 1. *numero quinquagesimo octauo*, *libro* 1. Ioannes Crotus *consil. ducentesimo quadragesimo octauo*, *num.*3. *lib.*2.

Cæterùm Fulgos. *dict. l. emptorem numero* 2. *&* 3. † resoluit, quòd si non 69
est notorium ius euincentis, oportet denũciare vẽditori, vt veniat ad causam defendendam, & in his terminis

procedat opinio glos. & Bart. *supra relata*; si autem notorium sit ius euin-
70 centis , tunc non erit necessaria †
denunciatio facienda venditori, quod
& tenet Imol. *d. cap. final. numero 24.*
de emptione & venditione. Alex. dict. §.
morte, numero 46. & consil. 63. numero 11.
71 *lib. 6.* circa quas tamen opiniones †
aduertendum est. Quòd si notorium sit ius euincentis , emptor non
solùm non tenetur denunciare venditori litem , sed etiam neque proba-
72 re ius euincentis , † cùm notorium
sit , & notoria releuant ab onere probandi , *capit. euidentia de accusatio.*
glos. secunda Clement. appellanti. de appellatio. & in terminis admonet Antonius de Burgos *capite final. numero*
73 *6. de emptione & venditione.* Quòd †
si ius euincentis non sit notorium,
tunc etiam emptor agere poterit de
euictione, & obtinere , si modò probet , nullum ius potuisse competere
vendirori , ad se defendendum , *per supra tradita* , & in terminis ita resoluit Gregor. *l. 32. tit. 5. partit. 5. verb. nolo bizieße colum. 2. & post alios Couar. resolut. lib. 3. cap. 17. num. 6. Anton. Gomez. 2. tom. capite 2. numero 39.* & supra diximus.
74 Denique est † aduertendum , prædicta esse intelligenda , quando formato processu, & nõ spectata sententia emptor agnouit bonam fidem:
nam in his terminis loquuntur plerique ex supra citatis. Si enim ante
litem , & ante formatum libellum
emptor agnouit bonam fidem , non
poterit agere de euictione , ne aliàs
75 concurrant plura specialia circa †
idem contra regulam *l. 1. Codic. de dotis promiss.* scilicet , quod emptor , qui
non denunciauit venditori , possit
agere de euictione contra regulam
l. 1. Codic. de pericul. & commod. rei vend. leg. emptor Codice de euictione. Item
quòd propter euictionem extraiudicialiter contingentem, teneretur venditor de euictione contra regulam
leg. non tamen 24. cum gl. pen. infra de euict. & l. fin. Cod. de actio. empti. & supra tetigimus.

Iuxta † quam considerationem ve- 76
nit etiam componenda ea Doctorum
controuersia, si emptor , qui non denunciauit , contra se reportauit sententiam , & tamen quia probauit
nullam defensionem competere venditori , admissus est ad agendum de
euictione , *vt dictum est* , possit agere
ad duplum , vel ad simplum tantùm?
Et magis communis opinio † tenet, 77
quòd si is emptor non denunciauit
litem venditori, neque expectata sententia agnouit bonam fidem , non
poterit agere ad duplum etiam promissum , sed tantùm ad simplum.
Quam conclusionem videtur tradidisse *Imol. cap. final. numero 24. de emptione & venditione* , ex cuius mente
illam deduxerunt , & tanquam veram probauerunt Anto. Rub. *dict. §. morte , numero 356.* Couar. *resol. lib. 3. cap. 17. num. 6. post med.* & supra tetigimus.

Cæterùm † Fulgos. *leg. si ideo num.* 78
6. infra de euict. negat vtroque casu
agere posse ad duplum , quia † pro- 79
missio dupli videtur facta sub tacita
conditione, si modò emptor denunciet litem venditori , *leg. emptori 37. §. final. infra de euictionibus.* quod etiam
resoluit Carol. *in consuetud. Paris. §. 44. num. 25. allegat l. si vendideris 9. & leg. si tamen 24. infra de euict.* Sed totum
contrarium, † imò quòd vtroque ca- 80
su agat emptor ad duplum promissum defendit Caballin. *de euictionibus §. 3. num. 93. & ante eum Angel. leg. at qui natura 9. cum me absente , numero 2. ante finem supra de negotijs gestis* , & conferunt tradita per *Alex. leg. final. num. 13. infra de condict. causa data*, & si quis
vellet hanc † defendere opinionem *ad* 81

l. emptori

*l. emptori 37.§.fin.infr. de euictio.*respon-
82 dere posset, quod † procedit quando
emptor, qui non denunciauit vendi-
tori, vult agere ad duplum promis-
sum, eo tantum prætextu, quòd sen-
tentia sit lata contra eum. Nam tunc
non solùm repellitur à petitione du-
pli, sed ius agendi de euictione ei in
totum denegabitur *l.1. Cod. de pericul.*
83 *& commod. rei vend.* Cæterùm † si em-
ptor, qui non denunciauit, velit pro-
bare nullam competere defensionem
venditori, aget de euictione ad du-
plum promissum, *Afflict. decis. 49. ad*
84 *finem.* Neque † etiam obstat *l. si ven-*
dideris 9. infra de euictionibus cum simi-
libus, quia procedit, quando aliena-
tio facta emptori de re aliena, ex post
facto confirmatur in persona empto-
ris, propter acquisitionem noui titu-
li, ita vt securus sit, ne ab eo res
euincatur, eo enim casu emptor non
potest agere de euictione, quia res
euicta non fuit, neque iam ab eo
euinci potest *leg. habere licere 56. infra*
de euictio. & tamen quia emptor de-
ceptus fuit, quia res verè aliena ei
vendita est, potest agere actione ex
empto ad interesse: & nostra quæstio
est, quando res vendita cum effectu
euicta est, & tantum obiicitur empto-
ri, quòd non denunciauit litem ven-
ditori, tunc enim videntur locum ha-
bere supra tradita.
85 Sed † nihilominus opinio Imolæ
magis recepta, verior est, vt sic eui-
tentur concursus plurium specialium
dict. leg. 1. Cod. de dotis promissione te-
86 nebis autem † mente hanc denuncia-
tionem posse fieri venditori, quocun-
que tempore, dummodo fiat eo tem-
pore, quo venditor possit produce-
re iura sua, & probationes facere,
leg. si rem 29. §. final. infra de euictio-
nibus. Circa quod videndus est An-
ton. de Burgos *cap. fin. num. 2. de em-*
ptione & vend. Cagnolus hic numero 4.
ad finem, *& Couarruuias resolut. libr. 3.*
cap. 17. num. 8. & videnda est ordina-
tio Portugalliæ, *lib. titul. 30.§. 3. &*
hodie libr. 3. titulo 45.§. 2. nouæ reco-
pilationis.
Tertiò principaliter † limita hanc 87
materiam euictionis, si euictio sit se-
cuta, propter rei venditæ vel actus
naturam: neque enim potest agi de
euictione, quia debuit emptor co-
gitare illum casum euenire potuisse
leg. si quis domum §. hic subiungi ff. loca-
ti, & ibi notat Bartol. *num. 2. Paul.*
num.5. rationem assignans, & sequun-
tur relati per Hippolyt. Riminal. *cons.*
num. 44. lib. 1. Menoch. de præsumpt.
lib. 3. præsumpt. 118. num. 11. Tiraq.
lib. 1. retract. §.1. gloss. 9. num. 35. Molin.
l.1. de primogen. c.21. à num.8.
Quam † limitationem ampliabis 88
procedere, etiamsi hoc casu emptor
sibi cauerit expressim de euictione,
iuxta l. si fundum Cod. de euictio. Nam
† non obstante ea stipulatione, non 89
tenebitur venditor de euictione, quæ
secuta est propter rei naturam. Ne-
que enim in generali promissione eui-
ctionis, is casus includetur, & ideò,
vt hoc casu veniat prædicta euictio,
† oportet quòd ea specialiter omit- 90
tatur, etiamsi euictio contingat, pro-
pter rei naturam *gloss. fin. ad finem*, *l.*
si familiæ Cod. famil. hercisc. & ita ibi
resolutio Bartol. Bald. Paul. & Salyc.
Aretin. *consil. 3. numer. 1. Ruin. consil.*
146. num. 3. lib. 1. Aymon. consil. 211.
antequam, num.6. Roland. 51. num. 19. lib.
4. & multi alij quos refert Anton. Pe-
regr. *de fideicommiss. artic. 52. num. 69.*
Carol. in consuetud. Parisiensibus §.1. glos.
8. *num.* 40.
Denique licèt † gloss. *l. cum pœna* 91
supra de arbitris, teneat, quòd vbi pro-
mittitur euictio per verba vniuersa-
lia, scilicet (*quocunque modo res euinca-*
tur) veniat indistinctè euictio, & pro-
pterea Rota *decis. 152. num. 5 in 2. pag.*
nouissi

nouissimarum, concludat quòd etiam
hoc casu veniat euictio, quæ contin-
gat propter rei naturam, allegando
Tiraq *lib.* 1. *retract.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 56.
92 tamen † contrarium est verius ex supr.
traditis, Tiraquel. allegatus per Ro-
tam, magis probat, quòd si consan-
guineus rem euincat ex vigore statu-
ti, non veniet ea euictio, quæ con-
tingit propter rei naturam, & idem
Tiraquel. *lib.* 1. *retract. in fine num.* 98.
proponens quæstionem in terminis,
post longam disputationem conclu-
dit, illam non venire, quando pro-
pter retractum consanguineo compe-
tentem secuta est euictio: & meritò,
quia vt aduertit Couar. *resolut. lib.* 3.
cap. 17. *num.* 7. *ad finem* ex traditione
gloss. *d. leg. cum pœna*, non est colli-
genda conclusio generalis, & faciunt
93 aliqui Doctores, cùm † regula sit, ver-
ba etiam vniuersalia restringi debere
secundùm naturam actus, de quo
agitur, *leg. si stipulatus, infra de. vsuris.
leg. si vno, infr. locati. expresse Bald. cons.* 67.
quia ex facto, num. 1. *in fine lib.* 3. Satis
94 igitur † est, verba vniuersalia aliquid
operari, & quoad alia debere restrin-
gi secundùm actus naturam, *Ruinus in
terminis consil.* 127. *de duobus num.* 2.
lib. 2. quem sequitur Roland. *cons.* 51.
num. 12. *lib.* 4.
95 Limitabis autem † prædicta pro-
cedere, quando res venditur tanquam
subiecta restitutioni, & consequen-
ter euictioni, nam si tanquam libera,
96 & † non subiecta illi periculo eui-
ctionis vendatur, veniet ea euictio,
etiam quæ propter rei naturam con-
tingit, *Rip. à respons.* 80. *num.* 65. *quem
sequitur Menoch. consil.* 87. *num.* 89. *lib.*
1. *& Petrus Surdus cons.* 15. *num.* 6. *&
numero* 12. *lib.* 1. Quinimò in dubio
97 tanquam libera debet † videri vendi-
ta, *Molina lib.* 1. *de primogen. capit.* 21.
98 *num.* 12. Sed verius est †, quòd si onus,
cui subiecta erat res, verè vel præ-
sumptiuè erat notum emptori, cùm
prædicto onere censetur emisse *l. qui
tabernas, infra de contrahenda emptione.
leg.* 1. §. *fin. infra de actionibus empti, tra-
dit Bald. l.* 1. *num.* 5. *Codic. qui testam.
facere possunt*, & asserit receptum Ale-
xandr. *l. si domus* §. *final. numero* 4.
infra de legatis 1. *Gozad. consil.* 24. *nu-
mero* 24.
His igitur ita † præmissis circa ma- 99
teriã euictionis, de qua is textus agit,
colligenda est ex eo principalis con-
clusio, quod venditor tenetur defen-
dere emptorem coram iudice compe-
tenti ipsius emptoris, ita vt quam-
uis venditor ratione fori priuilegia-
tus sit, tamen non possit prædictam
causam trahere ad iudicem suum, *ex-
tollit Bald. consil.* 490. *factum, num.* 5.
libr. 4. *Socinus Iun. consil.* 46. *num.* 5.
lib. 1. *Afflict. decis.* 227. *num.* 2. *Gama.
decis.* 332. *num.* 1. & concordat. 57.
titul. 6. *partit.* 1. & ibi notat Gregor.
in gloss. final. id quod generaliter pro-
cedit, † in eo, qui propter proprium 100
interesse assistit in iudicio: nam de-
bet assistere, & defendere coram iu-
dice rei conuenti, *tradit Ancharan.
consil.* 333. *ad dubia, num.* 1. *Anton. Nat-
ta consil.* 99. *num.* 8. *libro* 1. *Siluanus
consil.* 49. *numero* 71. *Andr. Gailus lib.*
1. *obseruationum, obseruat.* 71. *num.* 2.
Rationem huius conclusionis † assi- 101
gnat *gloss.* 3. *hic.* Sed ea est proba-
bilior, quòd rei vendicatio mouetur
contra possessorem, & non contra
venditorem *l.* 1. *Cod. vbi in rem actio*,
& ideò meritò attenditur forus rei
conuenti, & non venditoris, *Soci-
nus consil.* 91. *colum. final. post princi-
pium lib.* 3. *Cagnol. hic num.* 1. *Cabal-
lin. de euictio* §. 3. *num.* 118. Quare sen-
tentia ferenda, † semper concipienda 102
est in personam emptoris, & non ven-
ditoris, *Bart. hic. Natta cons.* 360. *num.* 4.
lib. 3. Accedat † quòd assistens liti pro- 103
pter proprium interesse, consideratur
tanquam

tanquam actor, & ideo debet sequi forum rei, vt prosequitur Andr. Gailus *practicarum obseruat. lib. 1. obser. 71. à*
104 *n. 3.* Neque † enim comparente venditore in iudicio, potest emptor obtinere, vt liberetur ab instantia, sed in ea procedetur, ac si venditor nunquam comparuisset in iudicio, *Ioannes de Amicis consil. 19. num. 1. Socinus Iun. consil. 46. num. 5. lib. 1.*

105 Ex qua ratione † infertur primò, quòd dum is textus probat, quòd venditor propter suum priuilegium non potest trahere causam ad iudicem suum, à fortiori nec poterit trahere ad iudicem, quem iure communi sortitur, quia militat ratio, de qua supra, & probat *l. 1. Cod. ibi in rem actio. tradunt Paul. Castrens. Lancelotus Decius, & Cagnol. hic num. 8.* probat Ordinatio Portugalliæ *lib. 3. titul. 30. §. 1. & hodie lib. 3. titul. 45. §. fin. noua recopilationis.*

106 Infertur † secundò, quòd venditor comparens in iudicio ad defendendum emptorem, iuxta terminos huius textus, admittetur quidem tanquam simplex defensor, vel tanquam procurator in rem suam, propter proprium interesse: sed si compareat animo mutandi iudicium, vt demisso emptore, cum eo lis agitetur, audiri non debet: neque enim in eius potestate debet esse mutare iuris ordinem, & dispositionem, quæ iubet, quòd contra emptorem, & sic rei possessorem moueatur iudicium, vti probat *l. 1. Cod.*
107 *vbi in rem actio.* Et † quia nouatio iudicij vel obligationis, non potest fieri sine consensu illius, cui ius agendi, vel obligationis competit. *l. si mandato §. 1. infra mandati. Bart. l. solutionem, num. 6. infra de solutio. Bart. leg. si actor. ad finem supra de procurat. & resolut. Natta consil. 630. num. 2. ad finem lib. 3.* & esse receptam opinionem asserit Ioan. de Amicis *consil. 19. num. 2. Ruin. consil. 84. num. 2. lib. 5. notab. Beninendus decis. Bononiensi 92.*

Non est † tamen omittendum, quòd 108
aduersus hanc communem resolutionem non videtur textus expressus *leg. sed etsi lege §. item si rem. infra de petit. hered.* qui videtur probare, quòd venditor comparens ad defensionem emptoris, & petens in se transferri iudicium, vt cum eo tanquam cum possessore inchoetur, auditur, & incipit competere exceptio emptori, si actor cum eo velit litem prosequi: *notant Angel. ibi num. 4. Paul. Castrens. num. 3. Angel. hic num. 3. & Iacobin. num. 6. Castrens. l. 1. num. 2. Codic. vbi in rem actio.* Sed pro concordia † di- 109
cendum est, quòd si ante iudicium inchoatum cum emptore, compareat venditor, & petat in se transferri iudicium animo nouandi actionem, quia emptor poterit conueniri, ita vt emptor remaneat omnino liberatus à iudicio, & ab actione, vt omnia transferantur in ipsum † vendi- 110
torem, id inuito actore impetrare non poterit, iuxta regulam *leg. si mandato §. 1.* infra *mandati. tradit Bart. l. liberto §. final. num. 5. supra de negot. gest. & l. solutionem, num. 6. & ibi Paul. Castrens. num. 1. infra de solutio. Angel. Aretin. l. à sententia, num. 8. infra de appellat.* probat ordinat. Portugalliæ *lib. 3. titul. 30. §. 5. & hodie lib. 3. titul. 45. §. 6. noua recopilationis.* Consentiente autẽ actore id obtinebit, vt esse de mente omnium asserit Ruin. *consil. 84. num. 2. lib. 5.* Sed † si compareat non animo 111
nouandi actionem, sed quòd ea salua remaneat actori, & tantùm petat mutari iudicium futurum, vt scilicet cum eo incoetur, & non cum emptore, audiendus est, dummodo se obliget, quod in re petita fiat executio, & in his terminis † procedit 112
dict. l. sed etsi lege §. item si rem in fine & leg. planè infra famil. hercisund. Et

Xxxx quamuis

113 quamuis actor reluctetur, tamen †
etiam inuitus cogetur litem inchoa-
re cum venditore, *Bart. consil. 209.*
num.1. Ruin. consil.84. num.6. lib.5. no-
tab. Benintend. decis. Bononiens.92.num.
5.probat Ordinatio Portugalliæ *lib.3.*
tit.30. §.6. & hodie l.3. tit.45. §.7. nouæ
recopilationis.

114 Neque in his terminis†obstat reg.
leg. si mandato §.1. infra. mandati, quia
procedit, quando agitur de nouanda
actione, quod nostris terminis appli-
cari non potest: Neque enim agi-
mus de mutanda actione, sed tan-
tùm de mouendo iudicio contra ven-
ditorem, remanente emptore obli-
gato, vt antea: Id enim licitum est
etiam inuito actore, vt constat ex su-
pra traditis, & sentit Baldus *l.1. ad fi-*
nem Cod. vbi in rem actio. Angel. Aret.
*l. à sententia num.8. infra de appellat.*nisi
115 † ex hac iudicij mutatione actor præ-
tendat aliquod præiudicium sibi in-
ferri, vt pote quod alleget, empto-
rem faciliorem esse ad conuenien-
dum *l. si actor. supra de procurat. Ordi-*
natio Portugalliæ lib.3. tit.30. §.7. & ho-
die lib.3. tit.45. §.8. nouæ recopilationis,
vel si eo prætextu vellet trahere cau-
sam ad forum suum, & sic coram iu-
dice suo causa agitaretur, tunc enim
non mutabitur iudicium, sed coge-
tur venditor in foro emptoris cau-
sam defendere, iuxta istum textum
tradit Anton. Natta *consil.630. num.2.*
lib.3. Rebuf.3. tom. ad ll. Gallicas tit. de
116 *dilatio. art.5. glos. vnic. num.7.* In † du-
bio autem videtur cessare actoris præ-
iudicium, cùm regulariter nihil in-
tersit, cum vno vel altero causam
117 mouere, & agitare, † sententia lata
contra venditorem, præiudicet em-
ptori scienti litem agitari cum ven-
ditore *l. sæpe vers. sed scientibus. infra*
de re iudicata, tradit Ang. in Rub. num.
118 14. *Instit. de except.* quòd † si vendi-
tor compareat, postquam iam iudi-
cium erat inchoatum cum emptore,
tunc neque prædictam iudicij mu-
tationem obtinere poterit, cùm hoc
casu respectu iudicij, videatur agi
de quadam nouatione, ac ita debeat
induci regula *l. si mandato §. 1. infra*
mandati, tradit Paulus l.1. num.2. Cod.
vbi in rem actio. Angel. Aretin. in rubr.
num.1. post medium, Instit. de except.
In † his ergo terminis venditor tan- 119
tùm poterit assistere emptori, sumen-
do litem in terminis, in quibus est
tempore assistentiæ, *cap.2. in fine vt*
lite pendente lib.6. & potest † eum ad- 120
iuuare allegando & probando omissa
per emptorem, *glos.2. l. si suspecta su-*
pra de inofficioso testam. glos. fin. cap. 2.
de procur. in 6. Et † poterit etiam re- 121
cusare iudicem, qui de causa cogno-
scit, quia non potest videri in illum
consensisse, *cap. cùm super, de offic. dele-*
gati, & ibi Panormitan. num.2. Afflict.
decis.235. in fine, Rebuf.3. tom.ad ll.Galli-
cas titul.de dilatio. art.5. glos.vnica n.13.
& infra dicemus. Potest etiam alia fa-
cere, † quæ enumerat Andr. Gailus 122
practicarum obseruatio. lib.1. obseruat.71.
à num.13. Quæ † pariter sunt admit- 123
tenda, quando venditor comparet
ante litem inchoatam, & tamen non
petit in se transferri iudicium, sed
tantùm assistere emptori, non assi-
stendo satisfacere videtur obligatio-
ni, defendendo Fulgos. *l. qui absentem*
col.fin.supra de procuratoribus.Iason.l.ven-
ditores num.3. infra de verborum obliga-
tion. Si † autem compareat post fini- 124
tam dilationem concessam emptori
ad probandum, cùm debeat assumere
litem in terminis, in quibus erat tem-
pore assistentiæ, *vt dictum est,* non po-
terit hoc casu nouas probationes fa-
cere, quantumcunque alleget, se igno-
rasse dilationem datam emptori, vt
contra multos probat & resoluit Co-
uar.*practicarum quæstionum cap.13.n.2.*
nisi assistens sit minor, qui beneficio
restitu

125 restitutionis impetrabit † posse producere nouos testes, *glos. l. si parentes verb. ex persona C. de euictio. Couar. practicarum cap.14. num.3. Mures de maioratu 4. parte quaest.14.num.4.ad finem & infra latius dicemus.*

126 Addendum † tamen est prædictis, quòd si rei vendicatione conueniatur ille, qui rem detinet nomine alterius, si dominus compareat in iudicio, in eum debet transferri lis, & conuentus debet omnino de ea liberari, nam in his terminis cessat ratio, de qua su-
127 pra, cùm conuentus non possideat, † sed potius dominus, cuius nomine possidetur, *l. quod meo in principio infra de acquirenda possessione, cap. cùm venisset, de restitutione spoliatorum.* Ergo cum domino debet lis agitari, & non cum eo, qui eius nomine detinet, quod probat *l. 2. Cod. vbi in rem actio. & cap. quoniam frequenter §. in alijs, vt lite non contestata, tradit Panormitan. cap.fin.num.8.de emptio.& venditio. Platea l.3.col.2.Cod.de iure fisci lib.10. notab. Angel. Aret. l. à sententia num.10.infra de appellat. Socin. Iun. consil.46. num.5.l.1. Anton. Gama decis.332. num.1.* probat Ordinatio Portugalliæ *lib.3. tit.30. §. final. ad finem, & hodie lib.3. titul.45. & 10. noue recopilationis.* Vnde licèt clericus venditor teneatur defendere emptorem coram iudice seculari, vt
128 statim dicemus, † tamen in his terminis causa est remittenda ad Ecclesiasticum, cùm clericus reuera sit possessor illius rei, & contra quem directo lis debet moueri, *Angelus, & Imol. l. non solùm §. quod vulgo infra de vsucap. Angel. Aretin. in rub. num.17. Institut. de except. Decius consil. vlt. num.7. & notab. Ripa cap.2. num.24. de iudic. Anton. Natta consil.324. ad finem lib.2. Grammatic.decis.21. num.3. & decis.61. num.6. Iosephus Ludouicus decis. Lucensi 34. ad finem.*

129 Quæ tamen † vt intelligenda, in colonis & aliis, qui nullo modo possident saltem suo nomine, sed nomine domini. † Vnde dubium est, quòd di- 130
cendum sit in feudatario & emphyteuta, qui suo nomine possident, saltem naturaliter *? leg. naturaliter, in principio, infra de acquirenda possessione,* in quo articulo varias Doctorum opiniones refert † Gama *decis.332.* Sed 131
vera resolutio est, quòd in his terminis obtinebit locum decisio huius textus. Nam cùm suo nomine possideant, litem contra eos motam suscipere tenentur, & tantùm possunt nominare dominum directum, vt eis assistat, nisi forsitan agatur de † pertinenti- 132
bus ad directum dominium: nam cùm horum respectu prædicti etiam videantur possidere nomine domini, incipit militare eadem ratio, quæ in colono, & sic comparente domino directo, in eum transferendum est iudicium, & ita Bart. *l.2. numero 6. Codic. vbi in rem actio.* & ibi Salycet. *num.5. Paul. num.12.* quos sequitur Rebuf. *3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilatio. articul. 2. glos.1. num.10. Valasc. de emphyt. quaest.18. num.24. ad finem,* quicquid aliter resoluat Gama *decis. 332.* & iuxta hanc Bart. resolutionem, explicandus est Cagnol. *hic, num.19.* & Natta *consil.324. num.4. lib.2.* & Anton. de Burgos *cap. fin. num.16. de emptione & venditione, post Panormitanum ibi num.8.* Item & explicanda est ordinatio Portugalliæ *lib.3. tit.30. §. fin. & hodie lib.3. titul.45. §. final. noue recopilationis.*

Vltimò ex conclusione huius text. † & supra traditis consequi videtur, 133
non esse verum dictum Bart. *hic & in l. procurator ad exhibendum, §.1. num.2. infra rem ratam haberi, & leg.1. ad finem Codic. vbi in rem actio. & disput. 2.* Quòd stante statuto, quod causæ compromittantur inter consanguineos, si frater vendat, & alius frater

conueniat emptorem ad retractum, frater autem venditor comparear ad defendendum emptorem, cogendus est frater, qui conueniebat emptorem de causa compromittere, quia per huiusmodi compromissum non dicitur mutari iudicium, cùm illud compromissum censeatur quædam transactio, & amicabilis compositio inter consanguineos, *auth. vt differentes iudices* §.1. *cum gl. collat.9. subscribunt Fulgos. hic, num.3. Paul. num.3. Platea l.3.col.2.Cod.de iure fisci lib.*10.& secundùm hanc opinionem vidisse bis iudicatum asserit Angel. Aretin.*in principio, num.16. Instit. de except.* & multos eam sequentes & asserentes esse communem refert Siluanus *consil.49. num.70. ad finem*, quod etiam asserit Lancel.Deci. *hic colum.2.ad finem*, *Cagnol.num.21.*& probat Anton. de Burgos *cap.fin. num.21. ad finem de emptione & venditione.* & defendit Caballin. *de euict.*§.3.*num.*128.*post Aretinum consil.*229.*num.*3.

Contrariam tamen opinionem,
134 imo fratrem † conuenientem emptorem ad retractum, non esse cogendum compromittere hanc causam cum fratre, iuxta decisionem, & rationem huius textus, tenent Bald. & Salyc. *l.1. Cod.vbi in rem actio*, *Iacobin. hic ad finem*, & tamquam verius probat Lancelotus Dec. *hic col.fin.* & plures quos refert & sequitur Alexand. asserens id contra Barr. magis receptum esse *consil.65.num.5.lib.7.*& latius
135 Siluanus *consil.49. num.7.* Neque † obstat Bart. ratio, quia quamuis iudicium propriè non dicatur mutari, tamen negari non potest, quòd frater assistens vult ex proprio priuilegio trahere fratrem ad iudicem suum, & perimere iudicium cœptum cum emptore, quod tamen iuris rationes non patiuntur, vt constat ex isto textu & *l.1.Cod.vbi in rem actio.*

Vltimò ex † isto textu colligendum 136
est, quòd venditor tenetur defendere emptorem in foro illius, neque potest ratione priuilegij personalis trahere causam ad suum forum particularem, *notat Paul. Castrens. consil.* 350. *col.1. ante finem lib.1.* Rationem † 137
supra assignauimus, quamuis assistens causæ, possit vti aliis priuilegiis ex sua persona competentibus, *vt tradit Angel. Aret.in rub.numero 13. ad finem Instit. de exceptio. Aretinus consil.* 129. *num.3. & infra latius dicemus:* Et
† amplia hanc conclusionem proce- 138
dere, etiamsi priuilegium venditoris tale sit, cui ipse renunciare non possit, vt pote quòd sit clericus. Nam si is veniat ad defendendum emptorem, debet eum defendere coram iudice seculari, neque actorem potest trahere ad suum forum Ecclesiasticum, iuxta generalem decisionem huius textus, & rationem supra assignatam. Quam ampliationem probant quàm plurimi Doctores, quos refert, & sequitur Cagnol.*hic numero* 13. & esse communiter receptam, asserit Lancelotus Decius *hic col.2.post. principium*, & probat Panormitan. *cap. fin. numero fin.* & ibi Anton. de Burgos *numero* 10. *de emptione & venditione. Decius consil. vltim. numero 7. Rebuf.3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilatio. artic.5.glos.vnica,num.8. Couar.practicarum quæstionum cap.8. numero 3. Caballin.de euiction.*§.3.*numero* 119 & eleganter comprobat Socin. *consil.91.col. pen. & final. lib.3. Hippol. singul.* 694. *Corn. consil. 79. col. final. lib. 4. Boër. decis.69. à num.27.Grammatic. decis.21. numero 3.* Et ita in Camera Imperiali fuisse iudicatum asserit Mynsingerus *in decision. Camera Imperialis centuria prima obseruat. 22. ad finem.* & Andr. Gailus *practicarum obseruat.37. num.7.* & probat Cagn. *de indiuiduis 2. parte numero* 464. adde Anton. Gom.2. *tom.*

tom. cap.2. numero 39. vers. item adde quod talis venditor. vbi allegat *leg.57. titul.6. partit.1.* exprefsè probantem hanc receptam conclufionem, & ibi notat Gregor. *in glos. final.* & probat ordinatio Portugalliæ *lib.2. titul.1. § 11.nouæ recopilationis.*

139 Contrariam † tamen opinionem imo regulam huius textus non procedere, quando venditor eft clericus, quafi tunc poffit trahere actorem ad fuum iudicem Ecclefiafticum, tenet Bald. *in auth.nunc. si hæres, num. 3.Codic.de litigiosis, Angelus, Paulus, & Iacobin. hic Imol.l.non solùm §. quod vulgo infra de vsucap. Platea leg.3. col.2. Codic. de iure fisci lib.10.* & hanc opinionem in praxi feruari afferit Angel. Aretin.*§.Actionum,numero 19. Instit.de actio.* & eam probant plures, quos refert Grammatic. *decis.21. numero 9. Boër.decis.69.num.31.*qui & hanc opinionem veriorem fatentur, & pro ea adducunt authoritatem *glos.2.cap. clericus nullum 11.quæst.1.*Et quia fi fifcus

140 † vendat, & compareat ad defendendum emptorem, trahit caufam ad fuum iudicem, hoc eft fifci procuratorem *l.3. Codic. de iure fisci,lib.10.* & fecundùm nouum intellectum glof. ibi, quem probant Paul. & Iacobin. hic, Angel. Aretin. *§. actionum, num. 19. Instit. de action. Decius consil.vlt.*

141 *num.8.* Ergo idem † recipiendum eft in Ecclefia, vel clerico iuxta æquiparationem, quam inter eos facit glof. *l. Imperatores infra de re indicata*, & fic conftat articulum effe controuerfum quem in vtramque partem difputat Florian. *l.final.n.2.infra de noxalib.actio.*

142 Sed non † eft recedendum à prima opinione magis communiter recepta. Nec obftant rationes con-

143 trariæ opinionis, † nam ad primam de authoritate gl.2. *cap. clericus nullum 11.q.1.*refpondetur,quòd imò ea glof. benè expenfa fentit, quòd clericus venditor tenetur defendere emptorem coram iudice feculari, licèt addat, quod tunc propriè non dicitur litigare coram feculari, fed tantùm auxilium & fauorem præftare emptori conuento coram feculari,vt aduertit Fulgof. *numero 2.* Et notabilis eft † 144

refolutio in hac materia, quòd fi clericus tanquam principalis compareret in iudicio coram feculari pro fuo intereffe, quatenus caufa ipfum tangit, remittendus eft ad fuum iudicem Ecclefiafticum, *cap.si diligenti, de foro competenti.* Si verò non † compa- 145

reat tanquam principalis, fed ad defendendum principaliter conuentum, tunc coram iudice rei, tenetur eam defenfionem facere: iuxta regulam huius textus tradit Corneus *cons. 79.num.13.lib.4.Decius consil.vltim.n.7. Natta cons.324.num.2.lib.2.*

Ex † qua refolutione manifeftè corruit concordia, quam inter prædictas 146

opiniones affignat Angelus, Aretin. *in rub. numero 17. post medium Instit. de exceptionibus* quòd fi clericus venditor compareat in iudicio, antequam lis fit inchoata cum emptore, tunc caufa remittenda fit ad Ecclefiafticum, & aliud fit fi compareat poft iudicium inchoatum cum emptore: nam tunc locum habebit prima opinio, *subscribit Decius consil. vltim. num.9.* hæc enim concordia confunditur ex fupra traditis, quia quamuis venditor comparens ante iudicium inchoatum cum emptore, poffit obtinere, vt in fe transferatur iudicium, *vt supra dictum est*, tamen id intelligitur fine incommodo actoris *l. si actor supra de procurator.* quod incommodum † effet notorium, fi 147

cogeretur litigare coram Ecclefiaftico, *vt aduertit Corneus consil.79. num. 13. lib 4. Capit. decis. 197. numero 7. Grammatic. decis. 21. numero 9.* Vnde

Xxxx 3 verius

148 verius est, quòd † clericus venditor non potest obtinere, in se transferri iudicium. Nam si vult litigare coram seculari, id ei est prohibitum, *cap. si diligenti in cap. significasti de foro competenti.* Si autem coram Ecclesiastico, audiri non debet propter incommodum actoris. Ergo minimè est ei concedenda prædicta iudicij translatio, & ita prædictam concordiam Angel. esse contra mentem communis opinionis, asserit Socin. *consil. 91. col. final. ad finem lib. 3.* cui subscribit Cagnol. *hic num. 14.* & Caballin. *de euictio. §. 3. num. 122.* & eleganter comprobat Anton. de Burgos *cap. fin. n. 20. de emptione & venditione.*

149 Non obstat † etiam secundò *d. l. 3. Cod. de iure fisci lib. 10.* Nam etsi admittamus illum intellectum, quòd speciale sit in fisco venditore, quòd possit trahere actorem ad suum iudicem: non tamen infertur, idem esse reci-
150 piendum in clerico, † qui non vtitur priuilegiis Ecclesiæ, nisi in casibus in iure expressis. *vt aduertit Anton. de Burgos, cap. fin. num. 19. de emptione & venditione*, & ideo contra clericum intrepidè probanda est magis communis sententia, quam probat *l. 57. ad finem tit. 6. partit. 1. & ibi notat Gregor. in glossa final.* probat etiam ordinat. Portugalliæ *lib. 2. titul. 1. §. antepenultim. & hodie lib. 2. titul. 1. §. 11. nouæ recopilationis.*

151 Item secundò † respondeo, quòd non probatur iure, quòd fiscus venditor habeat priuilegium trahédi actorem ad suum iudicem. Nam licèt dict. *l. 3. Codic. de iure fisci lib. 10.* iuxta secundum intellectum glos. ibi, prædictam conclusionem videatur probare, & ibi notat Bart. *numero 4. ad finem Ancharan. cap. ea quæ. quæst. 7. de reg. iuris in 6. Florian. l. fin. in fine infra de noxalib. actio. Decius consil. vltim. num. 8.* Et hanc esse magis communem opinionem asserit Cagn. *hic, num. 17.* & post Plateam admittit Socin. *consil. 46. numero 1. lib. 4.* & magis communem fateatur Antonius Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. titul. 1. numero 9.* saltem quando fiscus compareat in iudicio, ad defendendum emptorem, *Capit. decis. 197. num. 6.* Tamen contrarium, imò etiam † in fisco ven- 152
ditore locum habere regulam huius textus tenet Bald. *dict. l. 2. num. 2. Cod. de iure fisci lib. 10.* & Lancelotus Decius *hic, col. 2. ad finem*, quia rationes, quæ militant in clerico venditore, pariter militant in fisco venditore, quod probat Angel. *in rub. num. 17. ad finem Instit. de exceptio. & latè Socin. consil. 91. col. final. 3. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilatio. art. 4. glos. vnic. num. 9.* & magis probat Antonius de Burgos *dict. cap. fin. à numero 19. de emptione & venditione, Couar. practicarum quæstionum cap. 8. num. 3. Caballin. de euictio. §. 3. numero 124.* & latè Thesaur. *decis. Pedemont. 213. numero 3.* asserens ita fuisse iudicatum, & videtur textus *l. vnic. ad finem cum glos. Codic. de venditione rerum fiscalium lib. 10.*

Neque † repugnat dict. *l. 3. Codic. de* 153
iure fisci, lib. 10. quia ad eum textum tres responsiones assignat Angel. Aretin. *in principio numeri 17. ad finem Institut. de exception.* quarum tertia videtur probabilior: quod in casu ibi proposito, ille, qui repetebat rem venditam per fiscum, allegabat eam venditionem fuisse nullam, vtpote † 154
minori pretio factam per dolum emptoris, vel etiam per gratiam officialium, in quibus casibus venditio facta per fiscum censetur nulla, *l. 2. Codic. de fide instr. lib. 10. & l. si quos. Codic. de rescind. venditione, tradit Paul. Castrens. consil. 156. col. 1. ante finem. lib. 2. Francisc. à Ponte consil. 54. numero 22.* & ide meritò de hac nullitate contractus facti per fiscum agitur coram procura-

procuratore fisci, *subscribit Socin. consil. 91. col. fin. ad medium lib. 3. Caballin. de euictio.* §. 3. *num.* 25. *ad finem.* Vnde
155 † ex dict. *l.* 3. *cum gloss.* illud tantùm colligi potest, quòd vbi emptor conuenitur ex ea causa, quòd venditio facta per fiscum fuerit nulla, quia tunc principaliter agitur de facto fisci, vtrum valuerit, meritò coram iudice fisci ea lis agitari debet. *l.* 1. *Codic. de fide instrum. lib.* 10. *l. final. Codic. si aduersus fiscum, & ibi Paul. num.* 4. quantumcunque fiscus non curet defendere emptorem, *Corn. consil.* 79. *ad finem lib.* 4. *Socin. consil.* 91. *colum. final.*
156 *lib.* 3. Sed si lis † non esset super validitate venditionis factæ per fiscum, sed ea præsupposita, ex alia causa actor conueniret emptorem, & fiscus compareat ad eum defendendum, inducenda est regula huius text. In
157 hoc † sensu potest etiam admitti alia solutio, quam ad dict. *l.* 3. assignant Corneus & Socinus *vbi supra*, quòd in eo textu actor, qui rem venditam per fiscum repetebat, non solùm habebat actionem aduersus emptorem, sed & aduersus fiscum, vt oblato pretio ei rem venditam restitueret, quia venditio facta per officiales fisci fuit nulla: & ideò cum ea causa æquè principaliter tangeret fiscum, meritò recurritur ad illius iudicem *leg. ad fiscum, Codic. vbi causæ fiscales:* Quæ ratio cessat in nostro casu, nam in eo actor solùm habebat actionem aduersus emptorem, & nullam habebat aduersus fiscum, & ideò à diuersis non fit bona illatio, subscribit Couar. *practicarum quæstionum cap.* 8. *num.* 3. Hæc enim solutio admitti potest, si dicamus, principaliter agi de venditionis factæ per fiscum validitate, & ideò locum habere supra tradita.
158 Et minus supra † resolutis obstat ea difficultas, quam excitat Cagnol. *hic num.* 17. malè præsupponi in prædicta questione, emptorem posse conueniri per tertium, super proprietate rei venditæ per fiscum, cùm in contrarium sit regula *l. bene à Zenone. Codic. de quadrien. præscript. & §. final. Instit. de vsucap.* Nam facilè respondetur, illud priuilegium fisci locum obtinere, quando alienatio fuit valida: nam cùm tunc non emptor, sed fiscus debeat conueniri per dominum rei venditæ, vt probant prædicta iura, meritò ea causa est tractanda coram procuratore fisci, sed quando venditio fuit nulla, cessat fisci priuilegium, & nihilominus lis agitanda est coram procuratore fisci, ob rationem supra assignatam, & ita Bartol. *l. vnica post principium Cod. de venditione rerum fiscalium lib.* 10.

Item † respondetur, decisionem 159
dict. l. *bene à Zenone* multas habere limitationes, de quibus per Duenh. *reg.* 238. in illis igitur poterit conueniri emptor, & procedit regula huius text. quòd si actor prætendat alienationem fuisse nullam, procedet *l.* 3. *Codic. de iure fisci, lib.* 10. explicata vt supra. Si autem non negetur venditionem mero iure valuisse, iuxta regulam *l. rem alienam, infra de contrahend. emptione*, tunc emptor erit conueniendus coram proprio iudice, *l. vnica ad finem. Codic. de venditione rerum fiscalium lib.* 10. *l.* 2. *Codic. si aduersus fiscum*, etsi fiscus fortè compareat ad defendendum emptorem, inducetur regula huius textus. Et eadem
† ratione idem erit recipiendum in 160
Ecclesia, quæ vult defendere emptorem, *Cagnol. hic, numer.* 19. *Boer. decis.* 69. *numer.* 30. *& Couarru. practic. quæstionum cap.* 8. *num.* 3. *ad medium*, & pariter procedet in scholari, qui vult defendere emptorem: nam & in his terminis locus erit decisioni huius textus, quicquid contrarium existimet

stimet

stimet Carol. *tractat. de induiduis* 2. *parte, numer.*464. *ad finem*, & videnda est Ordinatio Portugalliæ *libr.* 3. *titul.* 45. §. *final. ad finem noua recopilationis.*

161 Limitabis † tamen conclusionem huius textus, vt licèt venditor ex persona sua non possit opponere declinatoriam fori, vt probat is textus, & notat Aretinus *consil.* 129. *numero* 3.
162 tamen ex persona emptoris, † illam poterit opponere, ita vt quamuis emptor eam iam nunc non possit opponere, quia omisit eam opponere ante omnia, vt tenebatur *leg. penultim. Codice de except.* tamen venditor assistens poterit eam proponere, quia non declinando non fuit in culpa, cùm adhuc non comparuisset in iudicio, & ita post Innocent. concludit Angel. *hic in principio. Paul. Castrens. num.*3. *Iacob.num.*2. *Cagnol.num.*9. *Angel.l. quidam consulebat, in fine infra de re iudicata, extollit Rom.sing.*624. *Felin.cap. qualiter o primeiro num.* 13. *de accusatio.*
163 Et † ne aliàs malitia, siue negligentia emptoris præiudicet venditori ignoranti, *Caballin. de euictio.*§.3 *num.* 131. Cui tamen limitationi nimis videtur
164 obstare, quòd † veniens ad assistendum alteri, debet litem assumere in eo statu, in quo est tempore assistentiæ, *cap.*2.*vt lite pendente,lib.*6. Sed venditor in hoc casu inuenit litem in eo statu, in quo iam non possit agi de declinatoria fori. Ergo nec ille eam pro-
165 ponere potest. Et confirmatur, † quia assistens debet prosequi eundem processum, & non nouum formare. *dict. cap.* 2. Absurdum igitur videtur, quòd in processu, in quo iam agi non potest de declinatoria, de nouo de illa agatur.

166 Videntur † tamen concordandæ opiniones ex traditis per Bartol. *l. si perlusoriè* §. 1. *num.* 3. *infra de appellat.* quòd aut venditor sciuit litem agitari, & debet eam assumere in terminis, in quibus eam inuenit, & ideò non poterit excipere de incompetentia iudicis, aut testes producere, si status litis id non patiatur. Si autem ignorauit litem, quocunque tempore poterit prædictis opponere, quia acta facta cum emptore eo ignorante, illi præiudicare non potuerunt, *l. penultim. infra de re iudicata. subscribit Panormitan. cap. veniens, el* 2. *num.* 7. *& ibi Felin. num.*18. *de testibus. Felinus cap. qualiter, el* 1. *num.* 13. *de accusat. Afflict.decis.*235.*nu.*3. *Cephalus cons.* 106.*num.*6. *& num.*9.*lib.*1. *& cons.*279. *num.*6.*lib.*2.

Quæ tamen concordia † tuta non 167
videtur, quia illi repugnat generalitas *cap.*2.*vt lite pendente lib.*6. quæ vendicat sibi locum, etiamsi defensor ignorauerit, litem moueri emptori, *Innoc.cap.cùm super de re iudicata. & ibi Antonius num.* 18. *Bald. l. si eo tempore ad finem, Cod. de remissione pignorum, & in authent. nunc si heres num.*1. *Codic. de litigios. Angel.l. si suspecta col.* 2. *supra de inoffic. testam.* & hanc opinionem praxim admisisse asserit Couar. *practicarum quæstionum cap.*13.*num.*2.

Neque pro Bartol. distinctione † 168
aliquid facit *l. penultim. infra de re iudicata*, quia in hac materia distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando † venditor tanquam principalis 169
defendit causam, sciente & patiente emptore, cui tamen primo loco competebat defensio, & venditor postea comparet ad eum adiuuandum, tunc non habet locum distinctio *dict. l. penultim. infra de re iudicata*, sed procedit generalitas *cap.* 2. *vt lite pendente lib.* 6. & ideò † sententia lata contra 170
hæredem nocet legatariis etiam ignorantibus litem, quia hæredi primo loco competebat defensio *l. si suspecta infra de inoffic. testament. facit l.* 3. *infra de pignoribus. & l.* 1. §. *fin. infra de*

de liberis agnoscendis, & ita prædictos casus distinguit Paul. Castr. *l. penultim. num.* 5. & ibi Alexand. *num.* 81. *infra de re iudicata.* Sententia igitur lata contra emptorem, cui primo loco competebat defensio, nocebit venditori etiam ignoranti litem, & pari ratione semper venditor tenebitur assumere litem, in terminis, in quibus erat tempore assistentiæ, etsi litem ignorauerit, & probat eleganter Couar. *practicarum quæstionum, capit.* 13. *num.* 3. & ante eum tradit Angelus *l. si suspecta, col.* 2. *supra de inoffic. testam.* quod minimè percepit Afflict. *decis.*
171 235. *num.* 4. Poterit † igitur supra allegatorum opinio tantùm saluari, quando venditor comparuit tempore, quo declinatoria opponi potest: Nam licèt emptor ea nolit vti, defensor tamen eo inuito eam opponere potest, prout & emptore inuito, potest iudicem recusare tanquam suspectum, *cap. cùm super de offic. de-*
172 *legati.* Item † si defensor sit minor, vel persona, cui aliàs competebat beneficium restitutionis, obtinebit causam reponi in suo initio, & sic mediante restitutione poterit allegare, quocunque tempore, ea quæ ad causæ defensionem pertinent *glos. penultim. l. parentes, Codic. de euictio. Cagnol. hic, num.* 15. *Afflict. decis.* 15. & notabiliter Couar. *practic. quæstionum cap.* 14. *num.* 3. quicquid aliter explicet Lancelotus Deci. *hic, col.* 2. *ad medium.*
173 Item † potest saluari opinio Barr. quoad effectum, vt venditor possit appellare à sententia lata contra emptorem: nam si sciuit litem agitari, non poterit appellare à prædicta sententia, nisi intra decem dies à die notitiæ connumerandos, *auth. hodie Cod. de appellatio.* Sed si ignorauit, quocunque tempore poterit appellare, propter proprium interesse, & præiudicium *l. ab executione* §. 1. *& ibi Paul. Castrens. infra de appellat. Caballin. de euictione* §. 3. *num.* 145. *ad finem, Cephal. consil.* 106. *num.* 6. *lib.* 1. *& consil.* 279. *num.* 4. *lib.* 2.

Secundò principaliter limita supra tradita, vt licèt venditor competens in iudicio non possit mutare iudicium iam inchoatum cum emptore, neque actorem trahere ad suum iudicem, vt probat is textus. Tamen † 174
coram iudice emptoris poterit opponere omnes exceptiones etiam personales, quæ sibi competunt ex propria persona, etiam si tales sint, quod illis non posset emptor vti, quia in persona venditoris essent merè personales. Ita probat † textus *l. idemque* 175
10. §. *generaliter, infra mandati*, vbi exceptio personalis competens principali, & quæ secundùm iuris regulas non prodest fideiussori *l. exceptiones, infra de exceptio.* illi tamen proderit, si principalis propter proprium interesse compareat in iudicio, & actori ex propria persona obiiciat prędictas exceptiones. Extollit Iason. §. *sed etsi quis, num.* 12. *Institut. de actio. Decius l. diuus, num.* 6. *infra de regul. iuris, & alij relati per Pinel. l.* 2. *Codic. de rescind. vendit. pag.* 105. *num.* 44. *Duenh. regul.* 330. *num.* 4. Vnde † receptum 176
est in hac materia, quòd cùm exceptio peremptoria possit opponi in quacunque parte iudicij *l. peremptorias, Codic. sententiam rescindi non posse,* venditor comparens in iudicio pro- 177
pter proprium interesse, poterit eam opponere in quacunque parte iudicij, quantumcunque limitata sit ad eius personam, *Bald. auth. nunc si hæres num.* 4. *Codic. de litigios. Angel. l. si suspecta colum.* 2. *supra de inoffic. testam. Paul. hic, num.* 3. *in fine.* Ergo pariter venditor comparens in iudicio ad defensionem emptoris, poterit proponere etiam exceptiones personales sibi competentes, quia eadem

militat ratio, *Angel. Aretin. in rub. Instit. de except. num.13. ad finem Cagnol. hic, num.15. Corn. consil.79. ad finem lib.4. & Socin. consil. 91. col. penultim. ad finem lib.3.* Et iuxta hæc accipienda est traditio Bart. *l. ita tamen §. quoties, num.1. infra ad Trebellia-*
178 *num.* quòd † assistens liti propter proprium interesse, potest opponere exceptionem, quam emptor omisit op-
179 ponere, vel quia noluit, vel † quia non potuit. Quinimo & in executione poterit assistens opponere exceptiones modificantes ipsam executionem, iuxta *l. Nesennius §. final. infra de re iudicata, & tradit Bart. l.1. numero 3. & ibi Iason. num.16. Codic. de*
180 *iuris & facti ignorantia.* Quamuis † eam debeat proponere coram iudice executionis, non obstante quo-
181 cunque † priuilegio, iuxta regulam huius text. quæ etiam in causa executionis locum obtinet, *Ancharan. consil.333. ad dubia. num.2. Cagnol. hic, num.8. ad finem.*

182 Vlterius ad † complementum materiæ addendum est, quòd iudex, qui cognouit de causa principali mota contra emptorem, cui venditor assistit, si lata sit sententia contra emptorem, poterit emptor conuenire venditorem coram eodem iudice super euictione: textus est *l. minor, infra de euictio. & ibi notat Bal. in 2. lectura,*
183 idem † probat *l. cum eorum Codic. de sententijs, & interlocut.* vbi iudex fisci, qui cognoscit aduersus fideiussores debitoris fiscalis, est iudex competens ad cognoscendum inter ipsum principalem, & eius fideiussores, qui pro eo coacti sunt fisco soluere: & sic pro eorum indemnitate, poterit ille iudex bona principalis eis in
184 pignus concedere. Ad idem † bonus textus *l. cum vendente Codic. vbi causæ fiscales*, vbi si quis ex mandato alterius emit prædium à fisco, & pro mandante soluit pretium, & prædium emptum mandati tradit, poterit coram eodem iudice mandantem conuenire, vt sibi reddat pretium, quod pro eo fisco soluit, ad idem *l. in fraudem 45. §. qui pro alio infra, de iure fisci, & tradunt in specie Paul. Castr. hic, num.4. Iacob. num.8. Cag. num.22. Cap. decis.197. num.2. Cagnol. in rub. num.38. Codic. de edendo. Ruin. l. serui electione, in principio num.42. infra de leg. 1. Suar. titulo de los emplazamientos §.5. nu. 23. notab. Caballin. de euictio. §.3. num.129.* quibus adde Paul. Castrens. *consil.210. num.2. & consil.232. col. final. in principio lib.2.* & Aretin. *consil.48. col. final. in principio.* Et ratio est, quia † hæ causæ sunt 185
connexæ, & inuicem dependentes, & iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens, ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali, *l. si quis ex argentarijs §. rationem, & ibi notat Bald. supra de edendo, Clement. dispendiosam de Iudicijs,* tradit Soci. *consil.244. num.4. lib.2. Decius cap. translato, num.5. de constit. Purpurat. in rubr. à num.20. supra de officio eius,* & exornat Afflictis *decis. 125. à num.20.* & Patianus *tractat de probation. lib.1. cap.26. à num.46.*

Vnde cauendum est † à glossa pe- 186
nultima dicta *l. cum vendente,* dum intellexit illum textum, ea ratione procedere, quia partes prorogarunt iurisdictionem procuratoris fisci: quia alias inter priuatos cognoscere non poterat, *l.1. Cod. de iurisdictione omnium iudicum,* subscribit Imol. *consil. 140. ad finem.* Nam † is intellectus apertè di- 187
uinat pariter, & cauendum est ab eodem Imol. *dict. consil.140. ad finem,* dum dicit, dictam legem, *cum vendente,* specialiter procedere in fisco, ad quod allegat Iacobum Butrigar. *dict. l. cum vendente,* qui tamen non dicit, quòd sit speciale in fisco, sed potius esse speciale

ciale in procuratore fisci: quòd possit de ea causa cognoscere inter priuatos, quia habet dependentiam à causa fiscali, cuius procurator fisci, erat iudex competens, *vt ibi declarant Paulus, & Salyc. num.2.* quod & probat *l. in fraudem 45. §. qui pro alio, infra de*
188 *iure fisci.* Quinimo † cùm id notorium sit iudici, & sibi constet ex actis publicis factis in causa principali, poterit in hac secunda lite dependente à prima procedere ex officio via executiua, vt videtur probare text. *l. minor infra, de euictio. l. final. §. final. & ibi notat Angel. Codic. de execut. rei iudicat.* tradit Paul. *dict. l. cum vendente, in fine,* quicquid post Baldum controuertat Suar. *titulo de los emplazamientos §.5. num.24.*
189 Sunt tamen † prædicta duobus modis limitanda, & primo procedere, quando causa secunda habet immediatam dependentiam à causa principali, vt contingit in iuribus supra citatis, & prosequitur Aret. *consil.83.*
190 *à num.8.* Nam † si habeant dependentiam mediatam siue remotam, prædicta locum non obtinebunt, vt in eleganti casu probat Imol. *consil.159. à*
191 *num.6.* Et iuxta hæc venit † decidenda quæstio, de qua dubitat Panor. *cap. P. & G. num.13. de offic. delegati,* si iudex delegatus sit, ad cognoscendum de causa mouenda contra emptorem, vtrum possit etiam cognoscere, de defensione venditoris assistentis causæ, de quo in rescripto nulla fuit facta mentio. Et dicendum est posse propter connexitatem & dependentiam, *argum. cap.1. de mutuis petitio. & in specie Afflict. decis.227. num.2. Rebuf. ad ll. Gallicas 3. tom. titul. de dilatio. articul.5. glos. vnic. num.12. Caballin. de euictio. §.3. num.118. ad finem.*
192 Secundo limita † in clerico venditore. Nam licèt is teneatur defendere emptorem coram iudice seculari, *vt supra dictum est,* tamen si feratur sententia contra emptorem, non poterit emptor eum conuenire super euictione, coram iudice laïco. Nam cùm hæc causa noua dirigenda sit contra personam clerici, locum habet regula *cap. significasti, & cap. si diligenti, de foro competenti,* & ita tradit Angel. *l. qui absentem supra de procurator. Lancelot. Deci. hic, col.2. ante finem, Cagnol. n.23. Grammatic. decis.21. num.3. Ripa cap.2. num.24. de iudic. Caballin. de euictio. §.3. num.130.*

Expedita † materia huius textus, 193 vt tamen nihil intactum remaneat, restat agere de explicatione glos. *hic, verbo soluere, in fine,* dum dicit, quòd si in terminis huius text. sententia feratur contra emptorem poterit fieri executio in bonis venditoris assistentis, cum qua transeunt Bart. Angel. & Paul. Castrens. & alij communiter, *vt hic asserit Cagnol. num.25.* Sed vrget in contrarium, quòd in † casu huius tex- 194 tus petebatur res certa, & sic in ea debet fieri executio, *l. qui restituere, supra de rei vendicat.* Ergo impossibile est, posse fieri executionem in bonis venditoris assistentis: qui rem petitam minimè possidet. Cui tamen difficultati † respondent Angel. & Paul. *hic in* 195 *fine, Iacobin. num.7. & Cagnol. in fine,* glos. esse intelligendam, quando emptor vltra restitutionem rei, fuit etiam condemnatus in fructibus, & expensis: nam horum respectu poterit fieri executio in bonis venditoris assistentis, *subscribit Suar. titul. de los emplazamientos §.5. num.18.*

Vnde ex † hac glos. explicata vt su- 196 pra, colligenda est notabilis conclusio: Quòd in bonis defensoris necessarij, qui fecit se consortem litis, poterit fieri executio, ac si principaliter in sententia fuisset condemnatus, quod probat *l. Plautius, supra de procuratoribus,* vbi Bald. *col. 1. post*

medium, illam ad hoc expresſè notat, quod etiam videtur probare textus *l.ſi procuratorem*, §. *ſi ignorantes*, infra *mandati*, vbi fideiuſſores condemnari poſſunt ſoluere condemnationem, ex bonis debitoris principalis, pro quo fuerunt condemnati, *& ibi notat. Bart. Iaſon l.*4. §. *Cato num.*34. *infra de verborum obligat. poſt Bart. ibi num.*15. Ergo pari ratione, cùm emptor condemnetur propter venditorem, poterit fieri executio in bonis venditoris. Idem colligitur ex *l. final. Codic. de vſuris rei iudicatæ*, ex qua Bald. *ibi numero* 2. collegit, quòd quicunque facit ſe participem litis, ſiue tanquam principalis, ſiue tanquam fideiuſſor, in eius bonis poteſt fieri executio.

197 Hanc tamen † concluſionem ita explicatam non admittunt Fulgoſ. & Lancelotus Decius *hic vterque in fine*. & magis probat Cagnol. *num.* 25. & videtur verius, neque enim contra non condemnatum per ſententiam poteſt fieri executio. Neque

198 † obſtant rationes adductæ pro opinione gloſ. magis communiter receptæ: nam ad primam de *l. Plautius, ſupra de procuratoribus*, reſpondetur procedere, quando ipſe defenſor neceſſarius fuerit condemnatus, nam tunc meritò in eius bonis poterit fieri executio: Sed ſi non fuerit condemnatus, non patiuntur iuris rationes, vt in bonis non condemnati fiat executio, vt *aduerterunt Fulgoſ. & Lancelot. Deci. hic vterque in fine*.

199 Non obſtat † ſecundò *d. l. ſi procuratorem* §. *ſi ignorantes infra mandati*, quia placet intellectus Ruini *dict.* §. *Cato, numero* 63. quòd in eo textu fideiuſſores habebant facultatem, vt ſoluere poſſent de bonis principalis, quod patet ex eo, quia textus tantùm dubitat an ſi fideiuſſores ſoluant illud, de quo principalis erat iam liberatus, teneantur actione mandati? Quæ dubitatio eſſet inanis, niſi præſupponatur eos habuiſſe facultatem ſoluendi de bonis principalis, ſed extra hunc caſum, non debet eſſe licitum fideiuſſoribus, ſoluere de bonis principalis.

Non obſtat † tertiò *d. l. fin. in fine Codic. de vſuris rei iudicat.* quia procedit ſpecialiter in fideiuſſore iudicij, cuius obligationis conditio cum purificata ſit per ſententiam. *Bart. & Paul. l.*1. *infra iudicatum ſolui*, meritò ratione ſententiæ poterit fieri executio in eius bonis, *l. eum pro quo*, iuncta gloſ. *final. ſupra de in ius vocando.* Quod noſtris terminis applicari non poteſt, cùm venditor aſſiſtens in nihilo ſe obligauerit actori, & ſic non poteſt dici eius obligationem fuiſſe purificatam per ſententiam. Poterit ſanè defendi † contraria opinio, quando procurator in rem ſuam fuerit condemnatus, nomine proprio, & non † ſit ſoluendo: tunc enim ratione illius ſententiæ fiet executio in bonis principalis abſentis, vt probat textus auth. *qua in prouincia, Codic. vbi de crim. agi oporteat*, quam allegat gl. *hic verb. ſoluere, in fine*, & per eam id tradit Bald. *auth. ſi captiui, num.*6. *Codice de Epiſcop. & clericis*, inquiens, quòd fideiuſſores condemnati, ſi fuerint † ſoluendo, ex ſuo debent ſatisfacere: ſi autem non ſint ſoluendo, ne detrudantur in carcerem, iuxta *l.*1. *Codice qui bonis cedere poſſunt*, tunc poterunt ſoluere ex bonis debitoris principalis, ſic intelligens *l. ſi procuratorem* §. *ſi ignorantes infra mandati*, ſubſcribit Suar. *titul. de los emplaƷamientos* §. 5. *numero* 26. *Duenhas reg.*337. *num.* 6. Et hæc ſatis in materia huius legis. Intellectum autem legis *exigere dotem* 65. in eo iam ſupra tractauimus.

200 (Non obſtat † tertiò) · 201 (contraria opinio) · 202 (non † ſit ſoluendo) · 203 (ſi fuerint † ſoluendo)

Lex

Lex 65. Exigere dotem. supra sub lege 19. Hæres absens. explicata est: sequitur

L. Si quis intentione ambig. 66. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Notat hanc legem esse singularem & vtilem.*

2 *Examinat, quæ sit differentia inter intentionem, & orationem.*

3 *Refert ex gloss. hic, quod verbo intentio inferatur ad actorem, & verbo oratio ad reum.*

4 *Tradit, quòd si reperiatur ambiguitas in libello actoris, vel in exceptione rei, semper assumatur ea interpretatio, quæ fauorabilior sit proferenti.*

5 *Reijcit prædictam expositionem.*

6 *Refert secundam expositionem gloss. vt verb (intentio) referatur ad casũ, in quo in vno tantũ verbo est ambiguitas, oratio verò referatur ad casũ, in quo in tota oratione est ambiguitas.*

7 *Reprobat prædictam expositionem, & veriorem expositionem assignat.*

8 *Si facta sit confessio in iudicio, & illa sit ambigua, ea admittetur interpretatio, quæ fuerit vtilior confitenti.*

9 *Tradit cautelã circa illũ, qui se vult iuuare ex confessione aduersarij, vt si ambigua sit, petat per partẽ declarari, ne aliàs in dubio fiat interpretatio.*

10 *Supplicatio ambigua pari ratione accipietur in fauorem supplicantis.*

11 *Item impetratio ambigua accipietur in fauorem impetrantis.*

12 *Examinat, quænam dicatur intentio, vel oratio ambigua.*

13 *Refert opinionem gloss. 2. l. veteribus, supra de pactis.*

14 *Tradit verius esse, quòd in materia huius text. ambiguitas latius accipiatur, vt generaliter quamcunque ambiguitatem comprehendat.*

15 *Declarat verba huius text. ibi, quod est vtilius, est accipiendum.*

16 *Verba ambigua libelli debent accipi secundùm delarationem actoris.*

17 *Impugnat hunc communẽ intellectum.*

18 *Tradit ex Bald. hic, text. hunc probare, quòd verba ambigua ex sola interpretatione iuris, absque alia hominis declaratione, debent accipi in fauorem proferentis.*

19 *Respondet ex Bald. ad legem Pomponius §. final. supra de rei vend.*

20 *Verba libelli sunt latissimè accipienda, vt videantur concludere intentionem libellantis.*

21 *Libellus debet accipi grosso modo, vt intentio libellantis saluetur.*

22 *Concordat opiniones, vt si pars aduersa petat, vt iudex cogat partem declarare intentionem suam ambiguam, debeat iudex id iubere, si verò nil petat, tunc iudex ex officio poterit declarare in fauorem libellantis.*

23 *Iudex semper debet interpretare verba ambigua in fauorem libellantis.*

24 *Declarat, locum non esse verisimilitudini deducta ex mente partis, in qua hic textus fundatur, si ex deductis in processu, vel aliunde verosimilius contrarium esse videatur.*

25 *Fortior præsumptio semper præfertur.*

26 *Declarat etiam, quòd hic text. non procedit in casibus cumulatis per Doctores, de quibus hoc num.*

27 *Verba ambigua prolata in iudicio semper accipiuntur in fauorẽ proferẽtis.*

28 *Impugnat proximam conclusionem ex regul. l. veteribus, supra de pact. & iurium similium.*

29 *Refert responsionẽ gloss. ad difficultatẽ.*

30 *Tradit rationem differentiæ, quam gl. assignat ex Bart. hic.*

31 *Auertit l. inter stipulantem, §. 1. infra de verb. oblig. non loqui in terminis huius text. sed quando inter actorem & reum mouetur controuersia,*

 de

de qua re actum sit.

32 *Reijcit responsionem Curt. hic,n.2. & eius fundamento respondet.*

33 *Tradit Doctores,qui alias rationes differentia assignant , ipse autem assignat tutiorem.*

34 *Reprobat regulam huius text. locum sibi vendicare in causa criminali.*

35 *Aduertit , hanc illationem non approbare Romanum loco hic relato,illum tamen reprobat,& illius fundamento satisfacit.*

36 *Respondet ad reg.l.si præses , infra de pœnis.*

37 *Si libellans velit interpretari verba tertij, & non sua,locum non habebit regula huius text.*

38 *Actor non potest interpretari verba ambigua testium : imo probatio dubia interpretari debet in praiudicium illius , qui probare debebat.*

39 *Tradit ex Bart. quòd vbi ambiguitas respicit substantialia iudicij , statur declarationi libellantis , sed quoad alia , non statur eius interpretationi*

40 *Explicat proximè tradita ita declaranda esse , vt si verba libelli clara sint,verba ambigua testium ab illis debeant accipere interpretationem.*

41 *Si verba libelli sint ambigua,& verba testiũ sint clara,ex illis recipient interpretationẽ verba ambigua libelli.*

42 *Probationes declarant libellum.*

43 *Si libellus sit incertus , etiam dicta testium sint ambigua, obtinebit locum regul.dict.cap.in præsentia.*

44 *Declaratio libelli ambigui potest fieri vsque ad conclusionem in causa , & semper secundùm eam interpretabuntur dicta testium.*

45 *Libellanti tantùm est permissum verba sui libelli declarare , non autem alteri,etiamsi hæres sit libellantis.*

46 *Ei,qui aliquid dixit in iudicio,licitum est interpretari suum dictum.*

47 *Interpretatio nil aliud est,quàm declaratio absconditæ voluntatis , quæ abscondita voluntas soli Deo est nota , vel ei, qui dixit in iudicio.*

48 *Dominus non potest declarare verba procuratoris ambigua,neque è cõtra.*

49 *Refert contrariam opinionem,imò quòd saltem hæres defuncti possit declarare verba ambigua libelli producti per defunctum.*

50 *Hæres & defunctus censentur eadem persona.*

51 *Hæres potest declarare voluntatem defuncti incertam,quia verisimiliter est ei magis nota.*

52 *Prout instantia transit in hæredem, ita etiam debet transire declaratio libelli ambigui prædicta instantiæ annexi.*

53 *Defendit opinionem , de qua à n.49. & ad contraria argumenta pro magis communi adducta respondet.*

54 *Respondet ad authoritatem gl. pen.l. idem Pomponius.§.fin. supra de rei vend.*

55 *Ostendit , non facere pro opinione d. gloss.l idem Pomponius,§.fin. supra de rei vend.*

56 *Respondet secundò ad tradita ex dict. gl.penult.*

57 *Ad incertitudinem facti tollendam, necessaria est hominis declaratio, congruo tempore facta.*

58 *Lex non potest se intromittere ad declarandum, quid vtilius sit petenti, cùm incerta sit de his , quæ in facto consistunt.*

59 *Declarat,quid tantùm colligi possit ex illa gloss.relata ad illum textum.*

60 *Respondet ad legem generaliter in principio,C.de rebus cred.& iureiur.*

61 *Respondet ad l.centesimus,§. final. infra de verb.obligat.& de eius intellectu agit.*

62 *Declaratio,quæ inducenda est ex verisimilibus coniecturis præcedentibus, fieri potest per hæredem.*

63 *Declaratio , quæ verbis expressis non conuenit , minimè est admittenda.*

64 *Declarat, quòd in terminis d. l. idem Pomponius, §. fin. si hæres ante conclusum in causa declarasset, de quo seruo intellexerit defunctus, & eius declaratio adiuuaretur verisimilibus coniecturis, vtiq. obseruãda esset.*

65 *Respõdet secũdo ad d. l. centesimus, §. fin.*

66 *Per mortem actoris non extinguitur iudicium cœptum cum defuncto.*

67 *Declarat, in quibus terminis non procedat conclusio dict. gloss. pen. l. idem Pomponius, §. fin.*

68 *Tradit concordiam ad has opiniones, & casus distinguit.*

69 *Quando declaratio respicit aliquid futurum, non transit ad hæredem.*

70 *Voluntas per se considerata non est transmissibilis ad alium.*

71 *Quando declaratio respicit præteritum, per hæredem fieri potest, & illi stabitur, si modo verisimilibus coniecturis fulciatur.*

72 *Tradit, quòd si emphyteuta incidat in commissum, & dominus directus decedat, antequam declaret velle quòd emphyteuta amittat emphyteusim, hæres eius non potest facere hanc declarationẽ aduersus emphyteutam.*

73 *Refert ex Ang. hic, quòd procurator non potest declarare libellum à domino productum, nec è contra.*

74 *Reprobat proximè traditum ab Ang. & eius fundamento respondet.*

75 *Tradit, declarationem libelli ambigui semel tantùm fieri posse.*

76 *Refert, qui proximam conclusionem impugnent.*

77 *Communem traditionem amplectitur, & respondet ad l. qui ex pluribus, 106. infra de verb. oblig.*

78 *Quando partes senserunt de certo fundo, & non constat de quo, hoc casu propriè videtur agi de declaratione, & non de electione.*

79 *Declarat, quòd in his terminis locum sibi vendicat gloss. d. legis quidquid astringenda.*

80 *Quando partes non senserunt de aliquo certo fundo, sed generaliter de vno fundo ex certis, hoc casu nõ videtur agi de declaratione, sed potiùs de electione, quæ competit debitori.*

81 *In contractibus, in quibus competit electio, licita est variatio.*

82 *Declarat, in quibus terminis procedat l. qui ex pluribus, infra de verb. obl.*

83 *Quando ambiguitas non consistit in verbis libelli, sed potius in causa, ex qua actum est, hoc casu non stabitur interpretationi libellantis, sed potius aduersus eum fiet interpretatio.*

84 *Reprobat proximam limitationem, cùm vtroque casu militet ratio huius textus.*

85 *Respondet ad l. duobus. §. igitur, infra de iureiuran. & declarat, quo casu procedat.*

86 *Declarat, quòd quoad interpretationem iuramenti delati, non stabitur interpretationi iurantis, sed ad intentionem deferentis iuramentum.*

87 *Reprobat proximam responsionem, quia etiam iuramento delato per partem stabitur declarationi iurantis.*

88 *Assignat meliorem responsionem.*

89 *Post causam iuramento decisam non potest iurans declarare suum iuramentum, ad propriam vtilitatem, licèt ad vtilitatem vlterius cogatur illud declarare.*

90 *Tradit ex gl. hic, quòd Princeps potest declarare suã intentionẽ ambiguã.*

91 *Tradit ex Paul. Castr. quòd aliquando Papa facit declarationes circa gratias factas per eum, & hæ declarationes præiudicant his, quibus antea videbatur ius quæsitum.*

92 *Cùm declaratio à principio videatur inesse concessioni, ea adhibita, apparet nullum ius fuisse parti quæsitum.*

93 *Tradit, quòd huiusmodi declaratio nunquam censetur exclusa, dummodo fiat circa verba, vel orationem ambiguam.*

94 Si

94 *Si verba sint clara non est locus declarationi, & magis dicetur noua dispositio, quàm declaratio, ac perinde non poterit tolli per illam ius parti quæsitum.*

95 *Vt propria declaratio locum habeat, debet esse verisimilis.*

96 *Si vrgentibus præsumptionibus colligatur, declarationem ex gratia factam fuisse, non habebit vim declarationis, sed nouæ dispositionis.*

97 *Limitat supra dicta non procedere in his, quæ ad libitum per Principem mutari possunt.*

98 *Declarat, quòd in his, de quibus num. proximo stabitur Principis declarationi, etiamsi non conueniat verbis, sed magis videatur corrigere, vel modificare dispositionē ante factam.*

99 *Cùm Papa de beneficiis possit ad libitum disponere, indistinctè in illis obseruanda est Papæ declaratio.*

100 *Princeps potest declarare corrigenda, dummodo constet de eius voluntate, nam in dubio non est credendum voluisse alicui tertio præiudicare.*

101 *Declarat, quæ sit differentia inter prædictos casus.*

102 *Quando Princeps ex certa scientia aliquid declarat, non est necessaria citatio partis.*

103 *Quando Princeps corrigit siue modificat præcedentem dispositionem, requiritur citatio partis, de cuius præiudicio manifestè agitur.*

104 *Iudex potest declarare sententiam suam, quamuis mutare vel reuocare non possit.*

105 *Iudex ex interuallo, post iam prolatam sententiam, eam emendare potest.*

106 *Tradit, quòd iudex potest facere prædictam declarationem, postquam ab eius sententia fuerit appellatum.*

107 *Declarat, prædicta intelligenda in iudice ordinario, habentem merum & mixtum imperium, quia alij iudici non est licitum interpretari sententiam à se latam.*

108 *Refert contrariam opinionem, imò quemlibet iudicem posse declarare sententiam suam ambiguam.*

109 *Tradit, hanc opinionem probasse Ord. Portug. lib. 3. tit. 66. §. 6.*

110 *Arbiter, qui nullam habet iurisdictionem, non potest declarare sententiam suam.*

111 *Reprobat Felinum, & Alexand. locis his relatis, qui contrarium tenent.*

112 *Ostendit verius esse, quòd arbiter, nec incontinenti, possit prædictam declarationem facere.*

113 *Tradit ad supradicta limitationes remissiuè.*

114 *Licèt arbiter non possit facere prædictā declarationē tanquam iudex, poterit tamē eam facere tanquā testis.*

115 *Exemplificat proximam traditionem, & ostendit, quòd arbiter in dicto suo tenetur causam addere, per quam verisimilis reddatur eius declaratio.*

116 *Examinat, vtrum quando iudex declarat suam sententiam citanda sit pars, quæ lædi possit per interpretationem.*

117 *Refert Doctores, qui existimant citari debere.*

118 *Proponit in contrarium traditionem Bart. & aliorum Doctorum.*

119 *Testis potest declarare dictum suum ambiguum absque nouo iuramento, & absque citatione partium.*

120 *Qui declarat, nihil nouum dicit, sed tantùm explicat id, quòd iam dixerat citata parte.*

121 *Reprobat hanc opinionem, de qua nu. 118. & magis communem, de qua num. 117. amplectitur.*

122 *Respondet ad ea, quæ pro reprobata opinione adducta sunt num. 119.*

123 *Testis ex se, vel ad petitionem partis, non potest declarare dictum suum ex interuallo, sed tantùm iudex, id potest iubere ex officio ad veritatem indagandum.*

124 De

124 *Declaratio testis tendit ad hoc, vt iudici concludat, & ideo partis citatio non requiritur.*
125 *Licèt pars debeat videre, iurare testes deponentes, non tamen debet audire illorum dicta.*
126 *A declaratione iudicis licitum est parti læsæ appellare.*
127 *Limitat proximè dicta, quando iudex fundat suam declarationem in actis processus, tunc enim non est necessaria partis citatio.*
128 *Iudex potest declarare sententiam sui prædecessoris absque citatione partis, si modò ea declaratio fiat verisimilis, & ex deductis in actis publicis.*
129 *Iudex qui aliquem condemnauit de vi commissa, declarabit sententiam, de qua vi intellexerit.*
130 *Declarat, quòd iudex declarationem semel tantùm facere potest.*
131 *Si ex declaratione facta per iudicem, nulla pars læditur, ad eam faciendam non est necessaria citatio partis.*
132 *Actor inuitus cogetur declarare libellum ad suum ambiguum.*
133 *Tradit ex Bartol. proximam resolutionem procedere, quando adhuc lis non erat contestata, secus si post litem contestatam.*
134 *Quando verba testium sunt clara, non est admittenda alia interpretatio.*
135 *Resoluit quæstionem, quam iam resoluerat, num. 49.*
136 *Testis poterit ex interuallo declarare dictum suum ambiguum prolatum in iudicio ex mandato iudicis, non verò ex se, nisi incôtinêti se declaret.*
137 *Tradit ex Bart. quòd neque ad requisitionem partis testis ex interuallo potest declarare dictum suum.*
138 *Iudex non potest declarare dictum testis ambiguum, quia esset declarare dictum alienum, quod non licet.*
139 *Iudex potest iubere, vt testis suum testimonium declaret, etiam post didicita & publicata testimonia.*
140 *In iudice semper cessat timor subornationis.*
141 *Iudex non solùm potest repetere testem, vt declaret dictum suum ambiguum, sed etiam, vt aliquid addat priori dicto, de quo postea magis certificatus fuit testis.*
142 *Iudex post conclusum in causa potest interrogare partem, non solùm vt declaret, sed vt addat.*
143 *Quando testis ex præcepto iudicis declarat dictum suum, non requiritur, quod de nouo iuret, vel quod citetur pars.*
144 *Testis non debet declarare dictũ suum, nisi iterum eius dictum sibi legatur.*
145 *Resoluit quæstionem, quam hic tradit Bart. n. 5. si intentio actoris & res sint ambiguæ, quid faciendum sit.*

HANC † legem secularem, & 1 vtilem appellat Calefatus *hic in principio.* Vt autem melius intelligatur, in primis litteram illius explicabimus, & † primò videamus, 2 quæ sit differentia inter intentionem & orationem? quæ is text. pro diuersis ponit? Et glos. hîc duas assignat expositiones. Prima † est, quòd 3 verbum *(intentio)* referatur ad actorem, & verbum *(oratio)* † ad reum, quasi 4 text. dicat, quòd si reperiatur ambiguitas in libello actoris, vel in exceptione rei, semper assumatur ea interpretatio, quæ fauorabilior sit proferenti, & subscribit Barr. *hic*, & alij communiter. Sed † non placet hæc ex- 5 positio, quia verba huius text. ad vnius tantùm personam referuntur, & non ad diuersas, *vt prædicta expositio præsupponit.* Quare † secunda expositio 6 glos. est, vt verbum *(intentio)* referatur ad casum, in quo in vno tantum verbo est ambiguitas, & verbum *(oratio)* referatur ad casum, in quo in tota oratione est ambiguitas, quam expositionem etiam sequuntur Dd. sed † 7

etiam non placet, quia verb. text. impropriat. Quare vera expositio est, quòd si ambiguitas sit in intentione, hoc est in libello, in quo actor declarat id, quod intendit §. *si quis agens, inst. de act. l. Pomponius*, §. *proinde*, & *ibi glos. infra ad exhibend.* siue in aliqua alia oratione prolata in iudicio, semper ea præfertur interpretatio, quæ sit vtilior proferenti.

8 Quare † si facta sit confessio in iudicio, & illa sit ambigua, ea admittetur interpretatio, quæ fuerit vtilior confitenti, quod sentit glos. hic *in primo intellectu, Bartol. in fin. & Bald. 1. lect. post principium, Bart. l. si is, qui reus, n. 10. ad fin. inf. de publ. iud. Alex. cons. 30. n. 3. lib. 7. & cons. 80 num. 7. eod. lib. 7. Hippol. in practica criminali*, §. *postea quam*, n. 25.

9 *Gargiar. patrocinio. 93. num. 1.* Et † ideo sit cautus ille, qui vult se iuuare ex confessione aduersarij, vt si ambigua sit, petat per partem declarari, ne aliàs in dubio contra eum fiat interpretatio, *tradit glos. cap. ex litteris, de sponsal.*

10 *Alex. cons. 171. num. 14. lib. 6.* Et † pari ratione supplicatio ambigua, accipietur in fauorem supplicantis. *Imol. con-*

11 *sil. 146. num. 5.* & † denique impetratio ambigua accipietur in fauorem impetrantis, *Cassad. decis. 6. n. 4. de rescript.* circa quæ videndus est Barr. *in tract. de ordine iudicij, num. 15.*

12 Vlterius † pro declaratione literæ videndum est: *quanam dicatur intentio,*

13 *vel oratio ambigua?* Et † est respondendum, quòd licèt *glos. 2. leg. veteribus, supra de pact.* constituat differentiam inter orationem ambiguam, & obscuram: quasi ambiguitas referatur ad totam orationẽ, & obscuritas ad particulatem dictionem orationis: tamen

14 † verius est, quòd in materia huius textus ambiguitas latiùs accipiatur, vt generaliter quamcunque ambiguitatem comprehendat, vt est de mente glos. *hic in secundo intellectu*, & communiter Doctorum, & exempla inuenies apud glossam primam *l. quoties in stipulationibus*, 80. *infra de reg. iur.* quam extollit *hic in principio.*

Vltimò † restat explicare ea verba 15 huius text. (quod est vtilius, est accipiendum) & dicendum est significare, vt iudex accipiat id, quod parti est vtilius, præcedente scilicet declaratione ipsius partis, & ita Bart. *l. naturaliter.* § *nihil commune, num. 13. inf. de acquir. possess.* quem defendunt Alexan. *ibi num. 51. Decius n. 81. & Ripa n. 137.* & iuxta hanc interpretationem is textus vulgò citatur, quasi probet, † quòd 16 verba libelli ambigua debent accipi secundùm declarationem actoris, & ita Cathelian. *in memorabilibus verb. libellus dubius*, *Socin. regul. 237. Nauar. consil. 7. sub titul. de hæreticis, num. 6. &* 8. & probat *l. 3. tit. 33. partit. 7. Antonius Gom. 3. tomo, cap. 11. num. 8.* Obstat † tamen huic communi intellectui, 17 quòd in litera textus, nulla fit mentio de declaratione libellantis, & ideo Bald. *hic 1. lect. in 2. notab.* aduertit textum † istum probare verba ambigua, 18 ex sola interpretatione iuris, absque alia hominis declaratione debere accipi in fauorem proferentis. Neque (secundùm eum) obstat text. *l. Pomponius* §. *fin. supra de rei vend.* vbi requiritur, incertitudinem dispositionis declarari per partem, quia (*secundùm Bald.*) procedit, quando ambiguitas consistit in facto: nãm si consistat in iure, quia scilicet † verbum (*secundùm* 19 *ius*) habet varias significationes, & hac ratione est ambiguum in iure, non est necessaria declaratio partis, quia lex eam facit, in fauorem ipsius partis, *subscribit Socin. d. §. nihil commune, num. 19. & ibi Anton. Rubeus num. 256. Fabius num. 93. Calefatus hic, num. 19. & num. 23. ad finem, Roman. consil. 136. in princip. & consil. 157. ad finem, & consil. 455. n. 4. Alexand. cons. 55. num. 16*

num.16.lib.5. Decius l.edita,n.50.in fine C. de edendo, & ibi Cagnol. num.145. & num.57. quibus adde Paul. Castr.*consil.138. num.3. lib.2. & consil.376.col.1. ante fi.lib.1.& cons.204.col.2.ad medium, lib.2. Panormit.cap.cùm venissent n.10.de restitutione in integrum. And. Gail. practicarum lib.1.obseru.66.num.9. ad finem, notab. Purpurat. l. postquam liti,num.24.* rationem assignans *C.de pact.*consonat
20 † ea vulgaris traditio, quòd verba libelli sunt latissimè accipienda, vt videntur concludere intentionem libellantis, *Alex.cons.127.n.4.lib.6.Panorm. cons.77.ad finem lib.2.Andr.Gail.practic.*
21 *obseruat.61.num.16.* Et † quòd debent accipi grosso modo,vt intentio libellantis saluetur Cagnol. *l. si quis maior n.134. C. de transactionibus Gail. pract. obseruat. lib.1. obseruat.66. num.7.*

22 Poterunt † tamen concordari opiniones, vt si pars aduersa petat,vt iudex cogat partem declarare intentionem suam ambiguam, debeat iudex id iubere, *Corn. cons.130. num.5. lib.1.* si verò nihil petat, tunc iudex ex officio poterit eam declarare in fauorem libellantis, vt in simili distinguitur *l.fin. Cod. de annali exceptione.* Et fundatur hæc iudicis interpretatio in verisimili,quia verisimile est, quòd pars esset declaratura in proprium fauorem,*argum.l.1.inf. de solutio.*& ita concordat, & resoluit Socin. *d. §. nihil commune, num.19. ad finem, Purpurat. l.edita,num.99.Cod.de edendo.*Et hac ra-
23 tione pro regula constituitur, quòd † iudex semper debet interpretari verba ambigua in fauorem libellantis,*Iason l. perscriptione,num.21. Cod. si contra ius, & l. omnes populi,num. vigesimoquarto & num.27. supra de iustitia, & iure.* Cùm
24 † autem ex prædictis constet regulam huius textus niti in verisimilitudine deducta ex mente partis, illi lo-
25 cus non erit, si vel † ex deductis in processu, vel aliunde, verisimilius contrarium esse videatur: cùm semper fortior præsumptio præferatur *l. diuus supr. de in integ. restit.* & in terminis tradit Bart. *d. §. nihil commune, num.12. in fine, & ibi Socin.num.19. Ripa num.138.* Neque etiam † procedet 26
in casibus cumulatis per Alexand.*cons. 55. num.13.lib.5. Angusola cons.19. n.1. lib.1. & notab. Purpurat. l. petens n.50. Cod. de pact.*

His † ita explicatis ex isto textu 27
colligenda est notabilis conclusio. Quòd verba ambigua prolata in iudicio semper accipiuntur in fauorem proferentis, & concordat *l. 3. tit.33. part.7.Exornat Ioan.de Neuisan.consil.4. num.8. Anton. Gom.3. tom. cap.11. numero 8. ad finem*, & hanc regulam deductam ex isto textu probat Bart. *rep. l. de quibus, num.9. supra de legibus, & l. omnes populi, num. quinquagesimosexto supra de iustitia & iure.*

Sed in † contrarium videtur vrge- 28
re regula *l. veteribus, supra de pactis*, quòd verba in dubio debent accipi contra proferentem, qui legem apertiùs non dixit: quod etiam probat *l. si emptione in princip. & l. Labeo scribit, infra de contrahen. emptione & l. stipulatio ista § alteri vers.in stipulationibus infra de verbor. oblig.* Sed † huic diffi- 29
cultati respondet gl. *hic ad finem*,contraria procedere, in verbis prolatis in contractu, in nostro autem textu, in verbis prolatis in iudicio. Sequitur
† Bart. hîc inquiens, rationem hu- 30
ius differentiæ colligi, *ex l. inter stipulantem §.1.infra de verborum obligat.* vbi similis differentia constituitur inter contractus & iudicia, addita etiam ratione, quia si in iudiciis staretur declarationi rei, sæpius actor excluderetur à iudicio & hanc esse communem rationem regulæ huius textus, asserit Curt. Iun. *hic,num.1.* Est † 31
tamen aduertendum *d.l. inter stipulantem §.1.* non loqui in terminis huius

textus, sed quando inter actorem & reum mouetur controuersia, de qua re actum sit: Nam in his terminis stabitur declarationi actoris, etiam inuito reo: propter rationem ibi expressam. Nos autem agimus, quando ambiguitas tantùm est in verbis proferentis: in quibus terminis non militat ratio expressa *d. inter stipulantem* §.1. Et patet ex eo, quia textus ille probat in illis terminis nunquam esse standum declarationi rei, & tamen in terminis huius textus statur declarationi rei, si ambiguitas versetur circa eius exceptionem *vt hic per glossam, & Doctores*:
32 Neque † satisfacit responsio Curt. Iun. *hic, num. 2. & numero 11. ad finem*, quòd reus in exceptione, censetur actor *l. 1. infra de exceptio.* Nam replicatur, quòd censetur actor, quoad effectum, vt plenè teneatur probare exceptionem, eo modo, quo actor debet probare suam intentionem *l. in except. infra de probat.* Sed quoad alios effectus reus minimè censetur actor quoad exceptionem.

33 Aliam † igitur rationem prædictæ differentiæ, assignat Curt. Iun. *hic, num. 13.* & aliam Calefatus *num. 8.* sed nulla videtur esse concludens: & ideo tutior ratio est, quòd contractus pendente à duorum consensu, & sic nulla est ratio ob quam magis debeat stari declarationi vnius, quàm alterius, & ideo lex facit interpretationem, contra eum qui fundat se in verbis, & legem apertiùs non dixit, *d. l. veteribus, supra de pact.* quæ ratio adiuuatur ex regula *l. si repetenti, C. de conditio. ob causam*, sed libellus vel exceptio pendent ex solo facto & voluntate proferentis, & ideo æquum est stare eius declarationi, vt expressè tradit Nauar. *consf. 7. n. 5. sub. rub de haret.* quam considerationem in simili facit Bart. *L ita stipulatus num. 8. infr. de verb. oblig.* & videnda est *l. 3. tit. 33. part. 7.*

Ex qua † ratione ita comprobata 34
infertur primò regulam huius text. sibi etiam locum vendicare, in causa criminali, quia in ea procedit etiam prædicta ratio, & ita clarè Bart. *l. libellorum, n. 15. infra de accusat. Alexan. l. diuortio in princip. num. 11. & ibi Soc. num. 15. infra solut. matrim. Ripa. d. §. nihil commune, num. 163. Iacobin. hic, num. 8. & Curt. Iun. n. 3. Socin. reg. 237, Cagnol. l. edita num. 158. Cod. de edend. Catelian. in memorabilibus verb. libellus ambiguus Gregor. l. 14. tit. 1. part. 7. verb. elluguar*, & ampliat Ant. Gom. 3. *tom. c. 11. num. 7.*

Est † tamen aduertendum, quòd 35
ab hac illatione recedit Roman. *d. l. diuortio, in principio, num. 23. infra soluto matrimonio*, per ea, quæ scribit Bald. *ibi col. 2. vers. item nota*, dum allegat *l. si præses infra de pœnis*, sed non est recedendum à communi opinione, quam probat Bald. *d. l. diuortio, col. final. ad finem.* Neque † obstat regula *d. l. si Præ-* 36
ses, infra de pœnis, quia loquitur in verbis ambiguis iudicis, nos autem agimus de verbis ambiguis partis. Vel est dicendum cum Dec. *in rub. ad finem, Cod. de edendo*, quòd stabitur interpretationi accusatoris, quoad hoc, vt libellus accusatorius procedat, & saluetur iuxta regulā huius textus, sed quoad alia fiet interpretatio in mitiorem partem, *d. l. si Præses, infra de pœnis.*

Infertur † secundò, quòd si libellans 37
velit interpretari verba tertij, & non sua, non habebit locum regula huius textus: quia cessat ratio, de qua supra, & † ideo actor non potest in- 38
terpretari verba ambigua testium, imo probatio dubia interpretari debet in præiudicium illius qui probare debebat, *cap. in præsentia de probatio. Bart. hic, col. 2. & communiter Doctores, vt asserit Curt. Iun. num. 15.* & hac etiam ratione procedit *l. idem Pomponius §. final. supra de rei vendic.* secundum intellectum Bart. *ibi num. 2.* Addo Bart. *l. inter*

l.inter stipulantem §.1. num. 6. infra de
39 verb.oblig.resoluentem,quòd † vt am-
biguitas respicit substantialia iudi-
cij, statur declarationi libellantis, sed
quoad alia non statur eius interpre-
tationi, sed potius obseruabitur re-
gula capitis in præsentia de probat. sub-
40 scribit Iason ibi num.8. Quæ † tamen
ita declaranda sunt, vt si verba libelli
clara sint, verba ambigua testium ab
illis debeant recipere declarationem
iuxta regulam l. si defensor §.1. infra de
interrogator. actio. tradit Bald.l. sed etsi
possessori §. item si iurauero, ad medium,
infra de iureiur. Angel. Aretin. §. si de
certa numero 2. Inst.de inutil. stipulat. &
41 † è contra si verba libelli sint ambi-
gua, & verba testium sint clara: ex
illis recipient interpretationem ver-
42 ba libelli ambigua, quia † probatio-
nes declarant libellum, Innoc.cap.cum
dilectus,de ordine cognit.& in specie Bart.
hic, numero 1.ad finem, Bald. dict. col. ad
finem Ful. numero 3. Ang. Aret. d. §. de
certa,num.2.Marian.cap.2. num.31. ex
n.33.de libelli oblatione. Alexand. dict.§.
nihil commune, num.51. & ibi Decius
43 num.81. Quòd† si libellus sit incertus,
& etiam dicta testium sint ambigua,
obtinebit locum regul. d.cap.in præsen-
tia,ex Bart.hic,num.1.ad finem,Lancelot.
44 Dec.in fine Hippol. sing.267. Quare †
cùm declaratio libelli ambigui possit
fieri vsque ad conclusionem in causa,
Iacobin. hic,num. 13. Dec.l. edita 47. &
ibi Cagnol.nu.143.de edendo,facta etiam
tempore declarationis libelli, semper
secundùm eam interpretabuntur di-
cta testium ambigua, vt supra dictũ est.

45 Conclusionem † huius textus ita
explicatam limitabis primò, vt tan-
tùm libellanti sit permissum, verba
ambigua sui libelli declarare,non au-
tem alteri, etiamsi hæres sit libellan-
tis.glos.penult.l.idem Pomponius §.fin. su-
pra de rei vendicat. per quam ita con-
cludit Bart. hic, n.3. Fulg.n.2. & Paul.
Castr. num.2. Alber.hic circa finem, qui
pro hac opinione allegat bonum
text.l.generaliter,post principium C.de re-
bus creditis, & iureiur. ibi (cùm multum
discrepet iuramentum) & illis consen-
tiunt Bald.hic, 1.lect.2.notab. Cur.Iun.
n.15 & idem tradit Bart. d.§.nihil com-
mune,n.13.& d.l.edita num.9. & l. inter
stipulantem §.1.n.9. infra de verb. obligat.
& esse receptum fatetur Ias. l. quic-
quid astringendæ nu.8.infr. de verb. oblig.
Felin.c.2.n.15. ad finem de libelli oblatione
Ripa dict.§.nihil commune num.139.Cag.
dict.l. edita num.147. Consonat tradi-
tio gl.hic,quòd † ei, qui aliquid dicit 46
in iudicio, licitum est interpretari
suum dictum, & sic sentit, quòd non
licebit idem facere ei; qui nihil dixit
in iudicio, vt hîc expendit Angel.n.4.
inquiens, rationem esse, quia † in- 47
terpretatio nihil aliud est, quàm de-
claratio absconditæ voluntatis, quæ
abscondita voluntas soli Deo est no-
ta,vel ei, qui dixit in iudicio, gl.§ sed
aliæ Instit. de action. ex hoc inferens,
quod † dominus non potest declarare 48
verba ambigua procuratoris, neque è
contra,subscribunt Paul.hic,num.2.Curt.
num.16. Fulgos.l. idem Pomponius §. fin.
post princip. supra de rei vendicat. Felin.
cap.2.num.15. in fine, de libelli oblatione,
Dec.cap.cùm venissent,num.4.de iud.adde
Bart.l.inter stipulantem §.1. num.9.& ibi
Alexand. num.9. infra de verbor. obligat.
& alij plures quos refert Anton. Gabriel.
lib.6. communium tit. iur. conclus.3. num.
8.& videtur text.l.certissimis §. final.in-
fra de verb.obligat.& ibi notat Ias.nu.12.
Alciat.num.11.

Sed † subsistendum est, quia con- 49
trariam opinionem, imò quòd sal-
tem hæres defuncti possit declarare
verba ambigua libelli producti per
defunctum, defendit Ias. l.inter stipu-
lantem §.1.n.7.infra.de verb.obligat.Dec.
l. edita num.50. & ibi Purpur. num.97.
C.de edendo, Lancelot. Dec.l.si quis à filio

50 §.1. *infra de leg*. 1. Mouentur, quia † hæres & defunctus censentur eadem persona, *auth. de iureiurand. à moriente præstito collat*. 5. Ergo hæres poterit facere eam declarationem, quam poterat defunctus: & hac ratione *l. si quis à filio §. si quis plures infra de leg*. 1. pro-
51 bat † hæredem posse declarare voluntatem defuncti incertam, quia verisimiliter ei magis nota, *vt ibi tradunt gloss. & Bart. & tradit idem Bart. l. gerit, num*. 17. *infra de acquir. hered. & l. si sic. §. fin. num*. 1. *infra de verb. oblig*. Et pro eadem opinione vrget *l. si stipulatus fuerim illud aut illud, infra de verb. oblig*. vbi ius eligendi dependens à declaratione voluntatis, transit in dominum serui, vt est ratio secundùm Bart. *ibi num*. 3. quòd prout obligatio alternatiua transit in dominum, ita
52 & electio illi annexa: Ergo † ita etiam in nostro casu, prout instantia transit in hæredem *l. si petitor. supra eodem l. si eum hominem infra de fideiussor*. Ita etiam debet transire declaratio libelli ambigui, prædictæ instantiæ annexa, denique cessante declaratione partis, lex ipsa declarat verba ambigua in fauorem libellantis, *vt supra probauimus*. Ergo nulla est ratio, cur hæc etiam interpretatio fieri non debeat in fauorem hæredis, *vt aduertit Rip. d. §. nihil commune, num*. 140.

53 Et † qui hanc vellet defendere opinionem, facilè ad rationes magis communis opinionis respondere poterit: nam ad primum de authoritate gl. penult. *l. idem Pomponius §. final. supra de rei vendicat*. respondetur, quòd
54 † quamuis recepta sit, vt asserit Crotus *l. nemo potest, n*. 61. *ad finem infra de leg*. 1. *Exea de pact. n*. 175. *Tiraq. l. si vnquam, verbo reuertatur n*. 302. *C. de reuocand. donationibus. Anton. Gabriel. lib*. 6. *communium tit. de reg. iur. conclus*. 3. *n*. 74. *Gama decis*. 18. *ad finem*, & illius rationem reddat Bald. *l. liberti n*. 9. *C. de oper. libert*. tamen † non videbitur vera, neque iure probari, *vt ostendit Ias. d. l. inter stipulantem §. 1. num*. 7. Neque enim pro ea facit *d. l. idem Pomponius §. final. supra de rei vēd*. nā tātùm probat quòd si ambiguitas, vel incertitudo rei petitæ, perseueret vsque ad sententiam, non potest sequi condemnatio significans declarationem ambiguitatis, vel incertitudinis, fieri non posse, nisi vsque ad conclusionem in causa *vt supra diximus*. Non autem negat, quòd si hæres ante conclusionem in causa declarasset, non posset sequi condemnatio, iuxta illius declarationem, imò magis significat contrarium, aduertit Purpuratus *dict. l. edita, num*. 97. *& ibi Cagnol. numerò* 150. *Codic. de edend*. & videtur text. *l. si quis à filio. §. si quis plures, infra de leg*. 1. 55

Item † respondeo, quòd & admissa pro vera opinione prædictæ glossæ, adhuc non facit pro magis communi opinione, quam impugnamus: si aduertas *d. l. idem Pomponius §. fin. supra de rei vendic*. agere de incertitudine ratione rei petitæ, quæ magis factum videtur respicere *l. duo sunt Titij, infra de testamentaria tutel*. ad quam incertitudinē † tollendam, necessaria est hominis declaratio congruo tempore facta, vt in specie probat *l. inter stipulantem. §. 1. infra de verborum obligatio*. ea autem cessante certa sententia ferri non potest, *d. l. idem Pomponius §. fin*. quia † lex non potest se intromittere ad declarandum, quid vtilius sit petenti, cùm incerta sit de his, quæ in facto consistunt *l. cùm ex pluribus, infra de manumissis testam*. Vnde † ex glos. penult: *dict. l. idem Pomponius §. fin*. relata ad textum, illud tantùm colligi potest, quòd si ambiguitas vel incertitudo respiciat factū, lex nō intromittit se ad hanc incertitudinem declarandam, sed oportet, quòd hæc declaratio fiat per partē, vt hîc aduertit Bald.

Bald. 1. *lect. 2. notab.* quem probat Alex. *cons. 55. num. 16. lib. 5. Dec. cap. consuluit, el 2. col. 2. de appellat. & l. edita, num. 50. ad fin. C. de edendo. Dec. dict. §. nihil commune, num.* 28. nos autem agimus de ambiguitate circa verba, quorum interpretatio magis respicit ius, & ideò lex potuit se intromittere ad declarandum, cessante declaratione partis, etiamsi hæc interpretatio tendat in fauorem hæredis, vt aduertit Rip. *dict. §. nihil commune, num. 140. Calefatus hic, num. 25. ad finem l. non idcircò C. de iuris & facti ignorantia.*

60 Neque † etiam obstat *l. generaliter in princip. Cod. de rebus cred. & iureiurand.* quia loquitur in iuramento delato per hominem, non autem procedet in iuramento delato per legem: nā hoc hæres debet & potest subire, vt eleganter probat Roman. (rationem differentiæ assignans) *l. penult. §. hoc interdictum, num. 6. & 7. supra ne qui eum quis in ius vocatus est, & ibi Alexand.* Sed declaratio libelli ambigui in defectu partis, fit per legem, *vt supr. dictum est*, ergo debet etiam prodesse hæredi, vt aduertit Dec. *l. edita, nu. 50. ad finem C. de edend.*

61 Denique † obstat *l. centesimus §. fin. infra de verborum oblig.* (quia vltra Ias. *dict. l. inter stipulantes §. 1. num. 7.*) ego respondeo, in hac materia recurrendum esse ad doctrinam Bart. *d. l. inter stipulantem §. 1. num. 12.* communiter receptam, vt ibi asserit Alciat. *num. 22. Anton. Gabr. lib. 6. communium tit. de regul. iur. conclus. 3. num. 85. Cagnol. dict. l. edita, num.* 156. quòd aut declaratio pendet à sola, & mera voluntate declarare debentis, & procedit *d. l. cen-*
62 *tesimus §. final.* aut † hæc declaratio inducenda est, ex verisimilibus coniecturis præcedentibus, *iuxta regul. l. semper in stipulationibus. infra de reg. iur.* & hæc fieri potest per hæredem, *dict. l. si quis à filio §. si quis plures infr. de leg. 1.* & vtique declaratio libelli ambigui, debet fieri præcedentibus legitimis coniecturis, adeò quòd si fortiores coniecturæ vrgeant in contrariū, non sit admittenda prædicta declaratio, *Bart. d. §. nihil commune, num. 12. in fine, & Soc. num. 19. Alex. cons. 55. num. 17. lib. 5. & supra diximus*, imò † neque ad 63 mittetur, si verbis expressis minimè conueniat, *l. item veniunt § prat. in fine supra de pet. hæred. l. quicquid astringenda*, secūdùm communem intellectum, *infra de verb. oblig. tradunt Ang. num. 4. Felin. c. exhibita, col. fin. ante medium de iud. & cap. 2. num. 15. ad medium de libelli oblatione. Tiraq. l. si vnquam verb. libertis, num. 13. Ant. Gab. lib. 6. communium tit. de reg. iur. concl. 3. num.* 87. ad quem modum explicandus est Alex. *in l. diuortio in princ. num. 12. infra solut. matr. & Curt. Iun. hic, num. 15.* vt in terminis admonet Purpuratus *l. edita, num. 100. C. de edend.* Ergo etiam in nostris terminis debet admitti declaratio hæredis qualificata, vt supra.

Quare † & in terminis *d. l. Pompo-* 64 *nius, §. fin.* si hæres ante conclusum in causa declarasset, de quo seruo intellexerit defunctus & eius declaratio adiuuaretur verisimilibus coniecturis, vtique obseruanda esset, *l. si quis à filio, §. si quis plures. infra de legat. 1.* quod in eleganti casu tradit Palat. *l. Tauri 45. num. 17.* & Molina *lib. 1. de primogen. cap. 8. num.* 38.

Item † & secundò respondeo ad 65 dict. *l. centesimis, §. final.* quòd in specie illius textus, stipulatio fuit concepta sub conditione (*cùm voluero*) si ergo promissor moriatur, antequam promissor declararet se velle, quasi deficiente conditione defecit stipulatio principalis, & consequenter declaratio voluntatis illi annexa per mortem actoris, non † extinguitur iudi- 66 cium cœptū cum defuncto *l. si cùm hominem, infr. de fideiuss.* Ergo prout trāsit

in

in hæredem iudicium, ita etiam ad eum debet transire ius declarandi libellum ambiguum illi annexum, *l. si stipulatus fuerim illud aut illud, infr. de verb.oblig.*& quod ibi Bart.*num.3.*& in simili casu tradit Panorm. *cons.*80. *nu.* 4.*lib.2. Anton. Gabr. lib. 5. communium tit.de reg.iuris. conclus.3.nu.79.* Eo ma-
67 ximè, quia † cùm hoc casu adhuc durer iudicium inceptum, declaratio magis videtur respicere illius effe-ctum, & executionem, in quibus terminis non procedit conclusio glossæ penultim.*d. l. idem Pomponius*, §.*fin.* vt eleganter probat Iason. videndus. *l. post dotem, num.*51. *infr. soluto matrimonio. Alciat.l. inter stipulantem,*§.1.*nu.* 18. *infra de verborum obligat.*
68 Videntur † tamen concordandæ opiniones, quòd aut declaratio respicit aliquid futurum, aut respicit præ-
69 teritum, & iam factum. Primo † casu declaratio non transit ad hæredem, *d.l. centesimis*, §.*fin.infr.de verborum obli-*
70 *gat.* quia † voluntas per se simpliciter considerata, non est transmissibilis ad alium, *Bart. l. 1.num.5.infr.de condit. inst.Bald.l. liberti, num.9 Cod.de oper. liberto. & l. captatorias, num.7.Cod.de te-*
71 *st.in. milit.* In † secundo autem casu cùm agatur de declaranda re, iam inesse producta:per hæredem fieri poterit,& illi stabitur,si modò verisimilibus coniecturis fulciatur. *l. quem hæredi,infr. de reb.dubiis.l. si quis à filio*, §.*si quis plures*, *infr. de leg.*1. Et iuxta hæc accipienda est traditio Bald. *l.fin.num.*
72 4.*Cod.de reuocand donat.* quòd † si emphyteuta incidat in commissum, & dominus decedat, antequam declararet velle, quòd emphyteuta amittat emphyteusim, hæres eius non poterit facere hanc declarationem,aduersus emphyteuram, quia cùm hæc declaratio pendeat à voluntate domini, *l.2 Codic.de iure emphyt.* & respiciat quid futurum, non transibit ad hæ-redem, *d.l. centesimis*, §. *final.* & asserit receptum Iason. *l. omnimodo, num.* 10. *C.de inoffic.testam.Cassador. decis.3. de locato,Gigas de pension.quæst.77.num.23.*

Ex † quibus ita explicatis infertur 73
annotatio ad tradita *per Angelum hic, num.*4. quòd procurator non potest declarare libellum productum à domino,vel è cōtra.Nam quamuis istud dictum Angel. approbetur per supra allegatos, & per Angel.Aretin. §*si de alia re, num.2. instit. de inutil. stipul. Cagnol. dict.l.edita,num.*155. Tamen con-
trarium † videtur verius: imò quòd 74
procurator potest declarare libellum productum à domino, vel è contra, quia credendum est,de hoc prædictos bene fuisse instructos, & ita in terminis Iason *dict.l.inter stipulātem*,§.1.*nu.9. & ibi Alciat.num.*17. *Calefatus,hic,num.* 25.& pro cōstanti præsupponit Paul. Castrens. *cons.* 199. *in fine lib.* 2. *Purpurat. dict. l. edita. num.* 97. & omnino probandum est, retenta opinione, quàm supra defendimus, quòd hæres potest declarare libellum à defuncto productum, si declaratio aliquibus coniecturis fulciatur.

Limita † secundò conclusionem 75
huius textus, vt declaratio hæc libelli ambigui semel tantùm fieri possit, vt expresè tenet *gl.ff.3.quicquid astringenda, infra de verb. oblig.* communiter recepta ex Iasone, *ibi num.* 8. elegantem rationem assignans Cumanus, & tradit idem Iason, *l. quòd iussit,num.* 45 *infr. de re iudicata*, *Dec. cap. cùm venissent,num.4.de iudiciis,Hippolyt. singul* 213. & extoilūt Angel.*hic, nu.*4. *Paul. num.3.Curt. Iun. num.*21. *Purpurat. dict. l. edita*, *num.* 101. *latè Anton. Gabr. lib.6. communium tit.de regul.iuris, conclus.3 num.* 91.quibus adde Mathesilan.*sing.*171.*& ibi lat. additio num.*4.

Hanc † tamen communem limi- 76
tationem impugnat Mathesil. *singul. pen.per textum l. qui ex plurib.* 106. *infra*
de

de verborum obligat. adiuncta glos. fin. de quo textu opponit etiam Curtius Iun. *hic,num.*21.& illi non respondet.

77 Sed † non est recedendum à communi traditione,cui minimè obstat dict. *l. qui ex pluribus*, quia aduertendum est, in hac materia duos casus esse di-
78 stinguendos. Primus † est, quando partes senserunt de certo fundo, & non constat de quo, & hoc casu propriè videtur agi de declaratione, & non de electione *l. si quis à fundo*, §. *si*
79 *quis plures,& ibi gl. inf. de leg.*1. Et † in his terminis locum sibi vendicat traditio glos.3.*dict.l.quicquid astringendæ.*
80 Secundus † casus est, quando partes non senserunt de aliquo certo fundo, sed generaliter de vno fundo ex certis,quo casu non videtur agi de declaratione, sed potius de electione, quæ hoc casu videtur competere debitori, iuxta regulam *legis plerumque* §.*fin.inf. de iure dotium.* Cùm igitur agatur de electione ratione contractus compe-
81 tente, succedit † regula quòd in contractibus,in quibus competit electio, licita est variatio *l.eum,qui certarum*,§.
82 *fin. inf. de verb.obl.* & in terminis † loquitur & procedit *l.qui ex pluribus inf. de verborum obligationibus. iuncta gl. fin. & ibi notant Bart.& Iaſ.n.*3.*Alciat.n.*4.
83 Limita † tertiam conclusionem huius text. quando ambiguitas non consistit in verbis libelli,sed potius in causa,ex qua actum est: hoc enim casu non stabitur interpretationi libellantis, sed potius aduersus eum fiet interpretatio *l. duobus* §. *igitur,infra de iureiur. & ibi notat Bart. num.*2. *subscribit Aret. l. si quis à filio* §. *si quis plures col.* 2. *infra de legat.*1. *Lancelot. Dec. & Curt. Iun. hic,num.*6.
84 Quæ † tamen limitatio non est tuta propter generalitatem huius textus,& quia vtroque casu eadem videtur militare ratio: vt aduertit Aret. *d.* §. *nihil commun. col.*8. *ad finem, & ibi Iaſ. num.*95. *infra de acquir. possess.* Neque † contrarium probat *d.l.duobus* §. 85
*igitur,*quia imprimis respondetur procedere in iuramento delato per partem, in quo principaliter habetur respectus ad intentionem deferentis *l.*3. §. *fin. infra de iureiurando.* Et † ideo 86
quoad interpretationem iuramenti delati, non stabitur interpretationi iurantis,sed ad intentionem deferentis iuramentum, & ita respondet Iaſ. *d.*§.*nihil commune, n.*95. *ad finem, & ibi Fabius num.*94 Sed non † videtur tuta 87
hæc responsio, quia etiam in iuramento delato per partem, statur declarationi iurantis *l. duobus* §.1.*vers. ei qui infra de iureiurand.*& ideo † melius 88
respondetur, quòd in specie *d.*§.*igitur* causa fuit decisa per iuramentum *l.*2. *supra de iureiurand.* & post conclusum in causa, vel post eam decisam, non est locus regulæ huius textus *l. idem Pomponius* §.*fin. supra de rei vendicat.& supra diximus.* Et † ideo post causam 89
iuramento decisam, non potest iurans, declarare suum iuramentum ad propriam vtilitatem, licèt ad vtilitatem alterius cogatur illud declarare *d.l.duobus* §.1.*vers.ei qui infra de iureiur. & tradit Bart. d.*§. *igitur,n.*2. *Aret.d.*§. *nihil commune,col.*8.*ad finem,num.*95.vbi etiam Dec. *num.*76.*& Ripa. num.*137. *ad finem*, aliter respondent.

His ita explicatis restat agere de veritate quorundam dictorum, quæ ponit glos.hic.Dicit † igitur gl.quòd 90
& Princeps potest declarare suam intentionem ambiguam, *l. Neratius infra de reg. iur.l.*4. *tit.*33. *part.*7. circa † 91
quod est elegans traditio Paul. Castr. *l. hæredes palam* §. 1. *num.*4. *infra de testament.* quod aliquando Papa facit declarationes circa gratias factas per eum,& hæ declarationes præiudicant his,quibus antea videbatur ius quæsitum. Nam cùm † declaratio à princi- 92
pio videatur inesse concessioni, *dict.*

l. haeredes palam §. 1. ea adhibita apparet nullum ius fuisse parti quaesitum *subscribit Felin. cap. quali. er, el 1. num. 29. de accusatio.* & plures relati per Aymon. *de antiqui tempor. pag. 15. à n. 28.* & in notabili casu tradit Socin. Iun. *cons. 95. num. 76. lib. 3.* exornat Menoch. *de arbit. 1. quaest. 73. à num. 16.* Neque
93 † huiusmodi declaratio vnquam censetur exclusa Boer. *decis. 172. à num. 23.*
94 Quod sanè † intelligendum est, quando declaratio fit, circa verba vel orationem ambiguam: nam si sit clara non est locus declarationi, *l. ille aut ille §. cum in verb. infra de leg. 3.* Sed magis dicetur noua dispositio, quàm declaratio, ac proinde per illam non poterit tolli ius parti quaesitum, *Paul. d. l. haeredes palam. §. 1. num. 4. ad finem & latè Mandosius regula 17. Cancellaria, de non tollendo iure quaesito, q. 6. n. 2. & Menoch. lib. 1. de arbitrariis. q. 73. à num. 23. Tiraq. l. si vnquam, verbo libertis, num. 15. Cagnol. l. edita, num. 145. Cod. de edendo,* quibus adde Bart. *l. ab executore, num. 7. ad finem infra de appell. Ancharan. cons.*
95 398. Quinimo † vt propria declaratio locum habeat, debet esse verisimilis, *vt hic tradit Bald. Alex. cons. 55. num. 17.*
96 *lib. 5.* Et † ideo si exurgentibus praesumptionibus colligatur ex gratia factam fuisse, non habet vim declarationis, sed potius nouae dispositionis, *Mandos. vbi supra q. 6. num. 4.*
97 Quod † tamen limitandum est, non procedere in his, quae ad libitum per
98 principem mutari possunt. Nam † in his stabitur eius declarationi, etiamsi non conueniat verbis, sed magis videatur corrigere, vel modificare di-
99 spositionem antea factam, & ideo † cùm Papa de beneficiis possit ad libitum disponere, *cap. 2. de praeb. in 6.* indistinctè in illis obseruanda est Papae declaratio Dec. *l. edita, num. 94. C. de edend. notab. Calder. cons. 12. de rescript.* & quamuis contrarium teneant multi, quos refert, & sequitur Aymon. *tract. de antiquitat. tempor. pag. 15. n. 32.* tamen opinio Decij magis communiter recepta est, *vt asserit Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 73. num. 27.* Et colligitur ex doctrina Bart. *l. ab executore, num. 7. infra de appellat.* quod † Princeps po- 100
test declarare corrigendo *l. 1. §. fin. infra de quaest.* dummodo constet de eius voluntate, nam in dubio non est credendum voluisse alicui tertio praeiudicare *l. 2. §. merito, infra ne quid in loco publico*, & subscribit Dominicus *cons. 11. num. 3.*

In eo † tamen est differentia inter 101
praedictos casus: quia quando Princeps, tantùm declarat verba ambigua concessionis, non est necessaria citatio partis, quia declarando praedictam ambiguitatem, constat sciuisse tenorem concessionis, & † tamen ex certa 102
scientia fecisse praedictam declarationem, & sic non fuit necessaria citatio partis, *cap. olim. tibi & ibi Innocent. de verbor. signif.* & in terminis tradit Ang. *hic, num. 4. Decius cap. cùm venissent n. 3. de iud.* Sed † si non sit propria decla- 103
ratio, sed potius correctio, siue modificatio praecedentis dispositionis, requiritur citatio partis, de cuius praeiudicio manifestè agitur, *l. 2. infra de natal. restit. l. nam ita diuus supra de adoptio. Bart. l. 2. num. 3. Cod. de temporibus appellatio.* & in specie tradit Calcaneus *cons. 60. n. 40. Alex. cons. 11. à num. 15. lib. 7.*

Addit † praeterea glos. hîc quòd 104
iudex potest declarare sententiam suam, quamuis enim eam mutare vel reuocare non possit, *l. iudex posteaquam infra de re iudicata*, potest tamen eam declarare, *l. in conuentionalibus, infra de verborum obligat.* tradit Bart. *l. ab executore, num. 7. infra de appellat. & l. haeredes palam §. 1. num. 6. infra de testam.* vbi
† Bald. *n. 2.* addit, iudicem hoc posse 105
facere §. *interuallo*, post iam prolatam

senten

ſententiam, quod & tradit Roman. *conſ.45.num.1. latè Felin. c. qualiter,el 1. num. 23. de accuſat.* probat ordinatio Portugalliæ *lib.3. tit.61. §. fin. & hodie lib.3.tit.66.§.6.noua recopilationis.* Qui-
106 nimò † poteſt facere prædictam declarationem, poſtquam de eius ſententia fuerit appellatum: *Guid. Papa*
107 *ſingul.349.in fine*: quæ † omnia videntur intelligenda in iudice ordinario habente merum, & mixtũ imperium, quia alij iudici, non eſt licitum interpretari ſententiam à ſe latam, *l.ab executore,& ibi Bart.num.6.infra de apellat. idem l.2. Cod. de ſententijs ex breuiloq. recitand. Panorm. cap.1.num.22. de poſtul. Prælatorum probat l. 3. ad finem tit.33. part.7. & ibi notat Greg.*
108 Contrarium † tamen, imò quemlibet iudicem poſſe declarare verba ambiguæ ſuæ ſententiæ, iuxta rationem generalem *l.hæredes palam §.1.infra de teſtam. poſt alios tenet Felin.c.qualiter,el 1.num.24.ad finem de accuſat. Caleſat.hic, num.27. And. Gail. practic. ob-*
109 *ſeruat.lib.2.obſeruat.1.num 6.* quorum † opinionem probauit ordinatio Portugalliæ *lib.3. tit.61. §. fin. & hodie lib.3. tit.66. §.6. nouæ recopilationis.*
110 Arbiter † ſanè, qui nullam habet iuriſdictionem, non poteſt declarare ſententiam ſuam *Panorm. c. cùm olim, n.1.de arbitr.& c.1.n.23.de poſtul. Prælatorum Cuman. conſ.143. num.1. Alex. conſ.18.num.2.lib.7. Curt. Iun. hic,num. fin. Caleſatus n.32. & notab. proſequitur Theſaur. deciſ. Pedemontan.253. num.1.*
111 Vnde † cauendum eſt à Felin.*in c.qualiter 1.n.28. de accuſat.* qui contrarium ſecurè dicit, transferendo verba Alex. *in additio. ad Bart.l. ab executore ſub litera (A) infra de appellat.* ſed vtique tam Alex. quàm Felin. apertè falluntur, quia allegant Specul. *tit. de arbitrar.§. ſequitur*, qui tamen *num 64.* apertè probat communem, quòd arbiter non poteſt declarare verba ambigua ſuæ ſententiæ, *vt aduertit Ant.Blanc.de compromiſſ.q.9.num.64. ad finem.* Quinimo licèt Spec.*tit.de arbitr. §.ſequitur,n.62.* dicat quòd arbiter in continenti poteſt declarare ſuam ſententiam, & idem teneat Henriq. *d.c. cùm olim,n.2. de arbitr.* Tamen † verius eſt, quòd ne- 112
que incontinenti poſſit prędictam declarationem facere, *vt eleganter probat Ant. Blanc. de compromiſſo q.9.n.63.* vbi tamen ſaluat Speculatorem. Limitabis † tamen prædicta, vt eleganter per 113
Cardinal.*cap.cùm olim ad finem de arbitris*, cui addendus eſt Ant. *cap.cùm dilectus,in fine de arbitris, & Fulgoſ.l.quid tamen §.fin.ſupra de receptis arbitris.* Item
† quòd licèt non poſſit facere prædi- 114
ctam declarationem tanquam iudex, poterit tamen eam facere tanquam teſtis, vt quia † ordinarius, qui exe- 115
quitur ſententiam arbitri, & qui ob id poteſt declarare ſententiam arbitri, *Panor.cap.cùm olim,num.1.de arbitr.* eum interrogabit tanquam teſtem, vt declaret, quid ſenſerit in prædicta ſententia cuius declarationi magna fides adhibebitur *Bald. l. ne in arbitris num.11. C. de arbitris Dec. conſ.43.n.3.* qui explicat, vtrum ſoli eius dicto fides adhibenda ſit, & tenebitur in dicto ſuo cauſam addere, per quam veriſimilis reddatur eius declaratio. *Felin.cap. cùm à nobis,n.10. de teſt* & vide Fulgoſ. *conſ.142. num.1.*

Ad † complementum autem prædi- 116
ctorum videndum eſt, quando iudex declarat ſuam ſententiam, vtrum citanda ſit pars, quæ lædi poſſit per interpretationem? Et † Bart. *l.ab execu-* 117
tore,n.8. infra de appell. exiſtimat. citari debere & probat Ang.*hic,nu.4. Iacob.n.7.Curt.Iun.n.20.* In contrarium † 118
tamen vrget traditio eiuſdem Bart. *l. hæredes palam §.1.in fine infra de teſt.* & ibi Paul. *n.4.* Bald.*n.1.* dum † dicunt, 119
teſtem poſſe declarare dictum ſuum, ambiguũ abſque nouo iuramento, &

120 absque citatione partium: nam † qui declarat, nihil nouum dicit, sed tantùm explicat id, quod iam dixerat citata parte, quod & tenet Bal. *auth. hoc sacramentum, num.* 1. *C. de iureiuran. propter calumniam dando. Dec. l. 2. §. creditum, num.* 10. *& ibi Purpur. n. 62. infra si cert. pet. Curt. Iun. hic, n.* 18. *Soc. conf.* 214. *n. 7. lib.* 2. declarando tamen vt per Alex. *l. qui bona. §. si quis stipulatus in fine infr. de damno infecto.* Ergo idem recipiendum est, quando iudex declarat sententiam suam, quia eadem videtur militare ratio.

121 Sed his † non obstantibus, non est recedendum à magis recepta opinio-
122 ne. Quia † inter prædictos casus manifesta est ratio differentiæ, quia testis ex se, vel ad petitionem partis, non
123 potest † declarare dictum suum ex interuallo *vt infra dicemus.* Sed tantùm iudex id potest iubere ex officio ad veritatem indagandam, *gl. auth. de test §. quia vero verb. non habebit, collat.* 7. bonus textus *in cap. cum clamor de testibus, & ibi notat gloss. fin. c. cum Ioannes de fide instrumentorum, & ibi gl. verb. post quam Bart. hic, num. 4. Fulg. num. 3. Curt. Iun. num. 17. post Bart. l. repet. infra de q. Alexand. l. 4 §. hoc autem iudicium n.* 14.
124 *infra de damn. infect.* Cùm † igitur declaratio testis, tendat ad hoc, vt iudici concludat, non requiritur partis citatio, iuxta dictum Bald. *l. certum n. 5.*
125 *C. vnde legitimi*, item † quia licèt pars debeat videre iurare testes deponentes *cap. 2. de testibus*, non tamen debet audire illorum dicta, *glos. l. si quando verb. voluerunt. C. de testibus* Ergo frustra citaretur ad vidẽdam declarationem testis, quam audire non debet, vt aduertit Bald. *d. auth. hoc sacramentum, num. 1. Cod. de iureiur. propter calumniam dando*, quæ quidem rationes cessant in iudice declarante, qui ex se, vel ad requisitionem partis potest facere declarationem, quæ multum lædat partem, ac † ob id licitum sit 126
parti à prædicta declaratione appellare *l. ab executione infra de appellat. Ordin. Portugalliæ lib. 3. tit. 61. § fin. & hodie lib. 3. tit. 66. §. 6. noua recopilationis.* Ergo necessaria est partis citatio *l. nam ita diuus supra de adoptio. expressè Decius conf. 534. in fine.*

Quod † tamen videtur limitandum, 127
quando iudex fundaret suam declarationem, in actis processus: nam cùm ex illis videatur de declaratione euidenter cõstare, non est necessaria partis citatio, *c. euidentia de accusat. Calcaneus conf. 16. num. 43. Ruin. conf. 38. num. 12. lib. 1.* prout diximus, quòd † iu- 128
dex potest declarare sententiam prædecessoris sui, *Bart. l. ab executore, num. 9. infra de appellat. Hieronymus Verius l. ex facto, numero 32. infra de vulg.* quam vtique facere potest absque citatione partium, si modò ea declaratio fiat verisimilis ex deductis in actis publicis, *Alex. l. inter stipulantem §. 1. nu. 10. infra de verborum obligatio.* huiusmodi enim declaratio, cuilibet permittitur *l. voluntatis, cum ibi notatis. Cod. de fideicommissis, subscribit Calefatus hic, num. 28. Felin. cap qualiter, el 1. numero 27. de accusat. Auiles de prætoribus in proœmio pag. 19. numero 20. notab. And. Sicul. conf. 83. col. penult. lib. 3. latè Anton. Gabr. lib. 6. communium, tit. de reg. iur. conclus. 3. numero 85. Cagnol. dict. l. edita, numero 156. Cod. de edendo.* Similiter † iudex, 129
qui aliquem condemnauit de vi commissa, declarabit sententiam, de qua vi intellexerit, deducendo prædictam declarationem ex deductis in actis, vel verisimilem illam reddendo per dicta testium, vel aliis modis, *Bart. d. l. ab executore, n. 7. Alex. l. a secunda n. 7. infra de liberis, & posthumis Calefatus hic, n.* 30. conferuntur tradita per Dec. *l. 1. in princ. n. 29. infra de acquir. possess.*

Hanc † tamen declarationem iu- 130
dex semel tantùm facere potest, *glos. 3.*

communiter

communiter recepta l. quicquid astringendæ, inf. a de verb. oblig. Bald.l.2. ad finem C.d. sententijs ex breuiloco recitand. Felin. c.qualiter, el 1. num.27. de accusat. Dec.l. edita,n.13.C.de edend. & supra diximus, declarando tamen *vt per Felin.d.c.qua-*
131 *liter, el 1.n.17.* Item † & illud certum est, quòd si ex declaratione facta per iudicem, nulla pars læditur, euidentius redditur ad eam faciendam, non fuisse necessariam citationem partis. *Andr.Sicul.cons.18.col.9.lib.1.Rip.c.cum M.n.106.in fine de constitut.*

132 Vltimò † quærit glos. *hic ad finem,* vtrum actor inuitus cogatur declarare libellum suum ambiguum? Et concludit cogendum esse, arg. *l.1.§. quia autem infra quorum legato.* quod Bart. *hic,n.2* dicit procedere, quando adhuc
133 lis non erat contestata: nam † tunc cogetur actor declarare libellũ suum: vt videat reus vtrum debeat cedere, vel contendere, *l.1.supra de edendo l. si defensor.§.illud, infra de interrogat. actio. subscribit Angel. hic, num.2. Greg.l.3.tit. 33.part.7. in glos.1.* Post litem autem cõtestatã necessarium est actori quid certum & determinatũ probare, quia alias dubia probatio nihil ei proderit, *cap. in præsentia, de probatio.* quasi dicat Barr. quòd post litem contestatam cessat quæstio: neque enim est verisimile, quòd reus petat hanc declarationem fieri, cùm intersit eius, ne fiat, quia si probatio fuerit etiam ambigua, interpretabitur cõtra actorem, *d.cap. in præsentia*, quamuis si testes clarè deponant, per eorum dicta, declarabitur libellus ambiguus, *Bart. hic,num.1 .ad finem, Bald.col.1. ad finem,* & communiter alij *vt per Curt.Iun.hic,*
134 *num.15. & supra diximus.* Quando † enim verba testium sunt clara, non est admittenda alia interpretatio *Soc. l.sedet in illo.§ final.n.3.infra de reb.dub.*

135 Expeditis † glos. quæstionibus restat agere de quæstionibus Bart. *in præsenti,* qui *num.3.* quærit *vtrum hæres possit declarare verba ambigua libelli, productis per defunctum?* Et concludit non posse per doctrinam *gl. idem Pomponius §.final.supra de rei vendicat.* quam quæstionem omittimus, quia illam supra latè tractauimus.

Quærit † vlterius Bart *vtrum testis* 136
possit declarare dictum suum ambiguum, prolatum in iudicio. Et respondet *num. 4.* iudicem hoc posse concedere, si viderit expedire. In quod Barr. sentit, quod testis ex se non potest hoc facere, quod est limitandum nisi incontinenti se declararet: nam tunc poterit etiam corrigere dictum suum *c.Præterea, de testib. cogen. latè Tiraquel. lib.2.retractuum §.glos.5.num.18.* Ex interuallo autem non poterit id facere absque licentia iudicis, propter timorem subordinationis, declarando vt per *Ias.l.quicquid astringendæ n.10. infra de verb.obligat. Hippol.singul.305.& probat. l.30. ad finem tit.16. part.3.* sentit etiam Barr. *dict.n.4.* Quod neque † ad 137
requisitionem partis testis ex interuallo potest declarare dictum suum, quod tenuit gl. *auth.de testib.§.quia vero, verb.non habebit, ad medium, collat.7.* asserit receptum Curt.Iun. *hic,num.17.* & videndus est Gregor. *l.30. ad finem tit.16.part.3.in glos. penult. & final.* Denique sentit Bart. quòd † neque iudex 138
potest declarare dictum testis ambiguum, quia esset declarare dictum alienum, quod non est licitum, *Bald.l. ea quæ n.2. Cod.cominatio, vel epistolas & alij relati per Ant.Gab.lib.6. communium titul.de reg.iur.concluf.3. numero 21.* Iudex † igitur tantùm potest repetere 139
ex interuallo, vt declaret dictũ suum, si id viderit expedire ad indagandam veritatem, quia tunc cessat timor subordinationis, *gl. d.§ quia vero, verb.non habebit, ad medium, gl.fin.c.cùm clamor de testibus,* quæ ratio euincit id procedere, etiam post didicita & publicata

140 testimonia, quia † in iudice semper cessat timor subornationis, *Bart. l. produci, inf. de testib. Alex. cons.* 147. *num. fin. lib. 2. & l. 4. §. hoc autem, num.* 14. *infra de damno infecto*, probat *l. 30. ad fin. tit. 16. partit. 3.* & ibi notat Gregor. in
141 gloss. fin. Quinimo † non solùm iudex potest testem repetere, vt declarer dictum suum ambiguum, sed etiam vt aliquid addat priori dicto, de quo postea magis certificatus fuit, *testis, Felin. c. clamor, n. 5. de testibus*, prout
142 † iudex post conclusum in causa, potest interrogare partem, non solùm, vt declaret, sed vt addat *Alex. d. l. 4 §. hoc autem, num.* 18. *infra de damno in-*
143 *fecto, Decius cap. 1. num. 9. de iudicijs*, in † declaratione autem illa quam testis facit ex iudicis præcepto, non requiritur, quòd de nouo iuret, vel quòd citetur pars, *vt supra diximus*, addunt Curr. Iun. *hic, n.* 18. *Calefatus, num.* 40.
144 quod † testis non debet declarare dictum suum, nisi iterum sibi legatur, allegat Bald. *l. fin. C. plus valere quod agitur*, qui tamen illud tantùm dicit, quòd quis non debet subscribere alicui scripturæ, nisi prius eam legat, ne alias facilè decipiatur.
145 Vltimò † quærit Bart. *hic, num. 5.* si intentio actoris & rei sint ambiguæ, quid sit faciendum? Et resoluit, quòd si intentio actoris sit certa, & responsio rei ambigua, debet declarari iuxta claram interrogationem præcedentem *l. si defensor, §. 1. infra de interrogator. act.* si verò vtraque sit ambigua, tunc quilibet potest declarare intentionem suam subscribit Alex. *consil.* 115. *num. 2. lib. 3. & consil. 80 num. 7. lib. 7. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 44. num. 8.* Quòd si non sit facta declaratio, vel adhuc duret dubietas: tunc ea fiet interpretatio, vt id quod minus est, videatur comprehensum, quia id fauorabilius est reo: cui in dubio est fauendum, *cap. ex litteris, de probat. l. fauorabiliores, infra, de reg. iuris, & hic expressit Angel. numero 2. Paul. Castrens. numero 6. Calefatus numero 41. Roman. consil. 455. num. 4. sentiunt Curt. iun. hic numero 19. Socin. l. postquam liti, num. 7. Cod. de pactis, & l. 1. num. 15. ad finem, infra de except.* declarãdo vt per Alexan. *consil. 171. num. 14. lib. 6.* & videndus est Greg. *l. 3. titul. 33. partit. 7. in gloss. 1.*

L. Ad peremptorium, 67. cum ll. sequentib. ff. de iudic.

SVMMARIA.

1 *Agit de citatione absentium, quæ fit per edicta, quæ iure ciuili in multis casibus inuenitur permissa.*

2 *Pro declaratione materiæ præmittit, quòd si lite nondum contestata Actor, vel Reus non adfuerint in iudicio, non potest perueniri ad sententiam diffinitiuam.*

3 *Limitat dictam regulã in instantia appellationis, in qua vna ex partibus præsente, appellatio terminari potest.*

4 *Probat, dictam regulam etiam iure Canonico locum habere.*

5 *Si post citatum Reum Actor non compareat, circumducitur edictum citationis, & impetrabit reus, vt ab ea citatione absoluatur.*

6 *Impetrata absolutione, perinde habetur, ac si reus nunquã fuisset citatus.*

7 *Ad faciendam prædictam absolutionem à citatione, non est necessarium, actorẽ non cõparentẽ de nouo citare.*

8 *Vtrum iudex actorem non cõparentem in termino possit expectare, per aliquod temporis spatium, remissiuè.*

9 *Quando actor nõ solùm citauit reum, sed & contra eũ præsentauit libellũ, & postea in termino nõ comparet in iudicio, tunc etiam non potest perueniri ad sententiam diffinitiuam, sed tantùm potest petere reus, vt absoluatur ab illa conuentione.*

10 Si

10 *Si actor post datum libellum se absentauit, potest reus petere, vt in causa procedatur, & in ea sententia diffinitiua feratur.*

11 *Notat hic esse casum, in quo iure ciuili lite non contestata, potest perueniri ad sententiam diffinitiuam.*

12 *Dilationes, de quib. in auth. qui semel, C. quomodo & quãdo iudex consuetudine sunt abrogatae, & tantùm assignãtur dilationes arbitrio iudicis.*

13 *Declarat, non esse precisè necessarium reum petere, vt perueniatur ad diffinitiuã, sed in electione rei est, vel petere, quòd absoluatur à conuentione, vel quòd procedatur ad diffinitiuã.*

14 *Ostendit dict. auth. qui semel, in reo locum non habere, & quòd etiam actore petente non potest perueniri ad diffinitiuam.*

15 *Assignat rationem differẽtiae remissiuè.*

16 *Colligit, quòd grauius punitur contumacia actoris, quàm rei.*

17 *Tradit, quòd differentia, de qua num. 14. in Hispania non obseruatur.*

18 *Si reus citatus non compareat in iudicio, siue ante datum libellum, siue postea, peruenitur contra eum ad sententiã diffinitiuã, quia in odium contumaciae lex habet litẽ pro cõtestata.*

19 *Declarat, quòd in Florentia idem obseruatur.*

20 *Idem etiam obseruatur in Camera Imperiali.*

21 *Item & in regno Franciae.*

22 *Declarat differentiam, quae in hoc articulo versatur inter legem Castellae & Portugalliae.*

23 *In regno Portugalliae in nullo casu est in vsu primũ & secundũ decretum.*

24 *In causa beneficiali etiam non est locus primo & secundo decreto.*

25 *Quae supradicta sunt de iure communi, procedunt, quando actor se absentat ante litem contestatam, si verò post tria tẽpora, distinguũt Doctores.*

26 *Declarat, primum tempus esse ius digestorum, secundum quòd tãtùm circunducebatur edictũ peremptorium, & non poterat perueniri ad sententiam diffinitiuam, neque ad liquidationem causae.*

27 *Iure digestorũ reus non poterat absolui ab instantia iudicij, nisi ipso reo petente iudex expressim id concederet.*

28 *Declarat, quo pacto illo iure melioris conditionis esset actor, quàm reus.*

29 *Tradit, quid iure Codicis in hoc articulo constitutum fuit.*

30 *Refert, quid iure authenticorum in hoc articulo constitutum sit.*

31 *Impugnat resoluta in hoc articulo de tempore digestorum de quo num. 27.*

32 *Respondet ad textum in l. & post edictum, §. 1. quem ad id latè expendit.*

33 *Index potest expectare actorem per aliquod tempus, antequam circundatur edictum.*

34 *Tradit replicationem ad explicationem tex. eam tamen resoluit.*

35 *Declarat, qua ratione vtilius sit circumduci edictum, quam vti remedio d. §. etsi quidem.*

36 *Tradit aliam vtilitatem, quae versatur inter eosdem terminos.*

37 *Expendit d. §. & siquidem, circa communem resolutionẽ supra traditam.*

38 *Declarat, reum esse absoluẽdum, etiamsi actori assignata sit probatio, si ipse intra illam non probauit.*

39 *Ostendit, proximè dicta procedere, etiam stante dispositione noua dict. auth. qui semel.*

40 *Declarat proximè resoluta approbari per ordin. lib. 3. tit. 14. §. 1. ad finem.*

41 *Si reus se absentat ante litem contestatam, non potest aduersus eam procedi ad sententiam diffinitiuam.*

42 *Probat d. auth. qui semel procedere specialiter in actore.*

43 *Aduersus reum contumacem ante litem contestatã tantum actor petere potest, vt aduersus eum procedatur ad primum & secundum decretum.*

44 *Quando*

44 *Quando res petitur per actionem personalem, iure antiquo per primum decretum actor mittebatur in possessionem omnium bonorum rei contumacis, hodie autem tantum pro quantitate debiti.*

45 *Si agatur hypothecaria actione, etiam hodie mittetur creditor in possessionem omniũ bonorũ hypothecatorum.*

46 *Aduertit, quòd hoc primum decretum non debet interponi ad simplicem requisitionem creditoris, sed prius debet constare iudici id, quod actor petit cum effectu, ei deberi præmissa summaria informatione, vel saltem interueniente iuramento creditoris.*

47 *Tradit, quòd de iure cõmuni in hoc articulo varia erãt Doctorũ opiniones.*

48 *Item in hoc decreto debet procedere citatio peremptoria absentis, qua moneatur citatus, quòd si non compareat in termino, aduersus eum procedatur ad missionem bonorum.*

49 *De contumacia debet constare ex actis publicis, aliàs nec primum decretum, nec omnia alia facta aduersus contumacem valebunt.*

50 *Docet, quòd illo iure, interposito primo decreto, solemniter missus tantum per illud consequebatur simpliciter detentationem bonorum.*

51 *Ex missione primi decreti missus, non consequebatur aliquod ius, nullo cursu temporis, nisi impetrasset secundum decretum, & eo impetrato, consequebatur possessionem dictorum bonorum.*

52 *Quando ratione actionis personalis fit missio in bona ex primo decreto, quocunque tempore cõpareat reus contumax, & reficiat expensas, liberam recuperabit bonorum suorum possessionem & administrationem.*

53 *Declarat, quòd in regno Castellæ operetur missio in possessionem ex primo decreto, & quomodo in eo regno procedatur in eo decreto.*

54 *Tradit, quòd in eo regno ad consequendam veram possessionem prædictorum bonorum, non sit necessarium impetrare secundum decretum, prout iure communi requirebatur.*

55 *Lex ipsa Castellæ transacto prædicto tempore tribuit misso vim & effectum secundi decreti.*

56 *Declarat formam & modum, per quem de iure communi deueniebatur ad consequendum decretum.*

57 *Secundum decretum non statim interponebatur post primum, sed aliquo interuallo opus erat.*

58 *Declarat, quantum deberet esse hoc interuallum, quod iudici arbitrarium erat.*

59 *Impetrato secundo decreto, obtinebit creditor, vel quòd bona debitoris contumacis vendantur, vel etiam iudex aliud statuet, quòd sibi videbitur magis conducere, vt creditor citius debitum consequatur.*

60 *Declarat, qua ratione, & ad quid sit necessarium in regno Castellæ secundum decretum.*

61 *Tradit, quòd ad interpositionem huius secundi decreti necessarium est, quod contumax peremptoriè citetur.*

62 *Item, quòd constet plenius de debito, quam constitit, quando interponitur primum, quia in secundo agitur de maiori præiudicio.*

63 *Tradit notabilem differentiam inter positionem primi & secundi decreti.*

64 *Secundum decretum non interponitur, nisi aduersus latitantem, hoc est, turpiter se occultantem in fraudem creditorum.*

65 *Si constiterit, non in fraudem creditorum, debitorem se occultare, sed ob aliam causam, non poterit aduersus eum procedi ad secundum decretum.*

66 *Tradit, quo casu, etiam primum decretum concedatur, non possit perueniri ad secundum decretum.*

67 *De*

67 Declarat, quomodo procedatur ad missionem primi decreti, quando reus conuenitur actione reali.
68 Missus in possessionem ex primo decreto ante annum, non est ullo modo possessor, sed detentator.
69 Tradit contrariam opinionem, imò missum ex primo decreto statim esse possessorem, reuocabiliter tamen, si contumax compareat intra annum.
70 Declarat, opinionem Canonistarum veriorem esse, quam expressè probant leges Castellæ ibi relatæ.
71 Tradit, quod tempus necessarium est, vt in regno Castellæ missus efficiatur possessor.
72 Respondet ad legem si quis emptionis, §. penult.
73 Iure communi non erat necessarium, actorem expectare annum, sed antea poterat impetrare veram possessionem.
74 Declarat, quòd etiam illo iure poterat iudex, si sibi videretur addicere actori, imposito perpetuo silentio contumaci, si id in termino peremptorio fuisset declaratum.
75 Vt in actione reali secundum decretum imponatur, necessarium est, quòd in peremptorio fiat prædicta comminatio.
76 Reprobat glos. l. iubere cauere, supra de iurisdictione omnium iudicum.
77 Declarat, in quo consistat specialitas primi & secundi decreti in causa noxali & damni infecti.
78 Tradit etiam secundam specialitatem causæ noxalis & damni infecti.
79 Declarat tertiam specialitatem dictarum causarum.
80 Tradit remissiuè rationem specialitatis.
81 Declarat, quòd ad interpositionẽ primi decreti nusquã requiritur latitatio.
82 Docet, quòd in hac materia tam primum quàm secundum decretum censetur sententia interlocutoria, & poterit reuocari per iudicem, antequam sit mandata executioni.
83 Decretum interpositum ex falsa causa, censebitur nullum.
84 Si reus post litem contestatam se absentet, & nõ compareat in iudicio, in termino assignato duo aduersus eum inueniũtur prodita remedia in iure.
85 Tradit primum remedium, quòd scilicet missus in possessionem statim efficiatur possessor, ita vt neque reus postea comparens in iudicio illam recuperare possit.
86 Declarat conclusionem procedere, etiam quando se absentat, postquã lis habetur pro cõtestata ex dispositione legis.
87 Exponit præcipuam differentiam inter primum decretum interpositum aduersus cõtumacem absentem & conuentum per actionem personalem, vel conuentum per actionem realem.
88 Declarat quòd in primo casu actor non facit fructus suos, eos autem faciet in secundo.
89 Tradit secundum remedium, quòd scilicet actor petat negotium liquidari, & sententiam ferri diffinitiuam super causa principali.
90 Declarat, quòd si actor hoc remedio vtatur, poterit obtinere vt declaretur dominus rei petitæ.
91 Si reus ante litem contestatam se absentaret, actor hoc remedium obtinere non posset.
92 Si actor remedium elegerit, & tamen nihil probet, licèt reus veniat absoluendus, non absoluetur diffinitiuè, sed tantùm ab obseruatione iudicij.
93 Refert qui contrariam opinionẽ tenent.
94 Tradit cõcordiam ad dictas opiniones.
95 Docet, quòd vltra citationem generalem, quæ fit ad causam principalem, requiritur etiam specialis citatio ad audiendam sententiam, & sine citatione sententia nulla esse censebitur.
96 Nec sufficit simplex citatio, sed requiritur peremptoria.
97 Declarat proximè dicta non esse necessaria

saria in regno Portugalliæ, sufficit enim vnica citatio generalis ad totã causam, & ex ea valida sententia profertur absque alia citatione.

98 *Tradit ex Afflict. idem obseruari in regno Neapolitano.*

99 *Vbi persona est certa, & locus certus, in quo ille resideat citandus est absens personaliter, & per litteras directas ad iudicem in cuius territorio degit absens, vt scilicet eum iubeat citare.*

100 *Si quis à principio fuerit personaliter citatus ad iudiciũ & non compareat, & iudex velit procedere ad actus vlteriores non sufficit citatio per edicta, nec consuetudo contraria illam roborare potest.*

101 *Citatio per edictum tantùm admittitur, quando persona citanda est incerta, vel quando locus, in quo residet, est incertus.*

102 *Item quando locus, in quo degit, citandus non est tutus citanti, vel missis ab eo, vel etiam ille non vult sui copiam facere, vt citari possit.*

103 *Colligit ex text. notabilem conclusionem, quod ad edictum peremptorium peruenitur.*

104 *Mouet difficultatem contra conclusionem ex eo, quia tex. præsupponit citationem per edicta regulariter valere, cùm contrarium sit verius.*

105 *Respondet ad difficultatem, & ostendit text. non probare, quod proximè dictum est.*

106 *Expendit pro hac responsione l. contumacia, infra de re iudicata.*

107 *Agit de corruptione litteræ dict. l. contumacia, & veram litterã assignat.*

108 *Tradit autor nouam interpretationem ad dict. l. contumacia.*

109 *Declarat probare text. iuxta proximam interpretationem, quod ibi fit mentio citati per edictum, debemus intelligere de eo, de quo nescitur locus certus, in quo degat.*

110 *Tradit, quòd vt contra aliquem possit procedere tanquam contra contumacem, requiritur, quòd ter sit citatus per edicta, vel litteris iudicis sit euocatus.*

111 *Quamuis ad quemlibet actum iudicialem sufficiat vnica citatio, quæ semper peremptoria censetur, tamen vt quis censeatur contumax, trina monitio est necessaria.*

112 *Tradit pro declaratione eorũ quæ proximè resoluta sunt elegantem resolutionem Bart. dict. l. consentaneũ, n. 7.*

113 *Opponit contra resolutionem Bart. quæ cõmunis est de dicta l. cõtumacia §. 1.*

114 *Pro concordia distinguit duos casus, primus, quod vt quis dicatur contumax, tres citationes requiruntur.*

115 *Si agatur contra aliquem ad pœnas iure impositas contumaci, semper oportet præcedere trinam citationem, aliàs processus factus tanquam contra contumacem non valebit.*

116 *Refert secundum casum, quando non prætenditur, absentem esse contumacem, sed aduersus eum proceditur tanquam contra absentem.*

117 *Declarat in hoc casu sequendam esse resolutionem Bart. de qua n. 112.*

118 *Qui non comparet in iudicio nõ potest dici præsens, nec etiam potest dici contumax, cùm trina citatio non præcesserit.*

119 *Refert, quòd vt quis censeatur verus contumax, requiritur, vt vltra tres citationes per edicta interponatur quartum edictum, quod appellatur peremptorium.*

120 *Opponit contradictum notabile ex l. tres denunciationes C. quomodo & quando iudex.*

121 *Defendit dictum notabile, & respondet ad primam difficultatem.*

122 *Hoc quartũ edictum, quod appellatur peremptoriũ, non interponitur ex necessitate, se ex sola benignitate iuris.*

123 *Reijcit communem traditionem.*

124 *Assignat aliam responsionem ad dictam*

ctam l. tres denunciationes.

125 *Contumacia praesentis & non comparentis, magis odiosa est, & minus excusabilis.*

126 *Explicat d.l.cōtum.§.1.inf.de re iud.*

127 *Explicat etiam dict. l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex.*

128 *Tradit intellectum ad illa verba dict. l. consentaneum.ibi impleta iuris solemnitate.*

129 *Explicat etiam dictam leg. consentaneum, dum addit, quod si successor primi iudicis absentem ter citauerit, poterit aduersus absentem procedere ad diffinitiuam.*

130 *Tres citationes per denunciationem habent vim peremptorij.*

131 *Explicat text. in l. 2. C. quomodo & quando iudex.*

132 *Declarat, quod obseruata forma, de qua hic,in his casib.censebitur verus cōtumax,cui denegāda sit appellatio.*

133 *Respondet ad difficultatem motam ex l. & post edictum infra eodem.*

134 *Quartum edictum non interponitur ex necessitate, sed ex benignitate iudicis, & tunc dicitur peremptorium solemnissimum.*

135 *De aequitate Canonica post edictum peremptorium alia solet fieri citatio.*

136 *Amplectitur autor explicationem Duar. lib.1. disputat. cap.7.*

137 *De stylo curiae post peremptorium expectatur citatus per triduum,tam in regno Portugalliae, quàm Neapolis.*

138 *Verbum citari propriè significat citationem, quae fit voce praeconis.*

139 *Vt procedatur aduersus absentem contumacem, debet alia pars accusare absentiam & contumaciam partis absentis, & petere, quod aduersus eum procedatur.*

140 *Quando vtraque pars est praesens, potest iudex ferre sententiam, illis non petentibus.*

141 *Quando altera pars est absens, oportet quod praesens accuset, & petat contra absentem procedi.*

142 *Si constet,partem non accusasse absentiam absentis, sententia lata aduersus absentem erit nulla.*

143 *Item debet iudici constare de contumacia absentis ex actis.*

144 *Si vtraque pars sit absens, ita vt non sit, qui possit accusare contumaciam absentis non poterit ferri sententia, imo edictum peremptorium censebitur circumductum.*

145 *Si altera pars sit praesens, & tamen non accusee absentiam aduersarij, neque petat contra eum procedi ad sententiam, si nihilominus iudex sententiam ferat, non valebit.*

146 *Assignat notabilem limitationem ex Bar.l.si tutor,n.1.C.interdict.matr.*

147 *Quando absens habetur pro cōfesso ex dispositione legis seu statuti,nō requiritur partis praesentia, neque petitio, quod absens habeatur pro confesso.*

148 *Refert contrariam opinionem contra Bald.limitationem, quam veriorem declarat, & ad argumenta in contrarium adducta respondet.*

149 *Respondet ad rationem Baldi.*

150 *Quando dispositio legis seu statuti tendit in fauorem alicuius, intelligitur tacita conditio, si ille eo fauore voluerit vti.*

151 *Resoluit, quod vt sit locus statuto, de quo per Bald. oportet, quod elapso termino,praesens compareat,& accuset contumaciam actoris.*

152 *Declarat, quod vnumquodque edictum debet continere interuallum decem dierum, vt absens compareat.*

153 *Terminus positus in edicto censetur peremptorius.*

154 *Ostendit dictam auth. qui semel non innouasse aliquid circa terminos decem dierum in Reo procedit non actore absente.*

155 *Colligit,quod in perēptorio debet iudex comminare,quod si absens non compareat,possit ipse de causa cognoscere.*

156 *Tradit ex Paul. Castrens. non esse necessariam illam comminationē, cùm in verbo peremptoriè includatur.*

157 *Assignat veram resolutionem ad hunc articulum & ostendit, quòd quartum edictum ex sua natura continet verbum peremptoriè, etsi non exprimatur.*

158 *In quarto edicto oportet nihilominus fieri prædicta comminatio, & ibi rationem tradit.*

159 *Quando quis citatur ad vnū actum, ex quo redditur contumax, non potest aduersus eum procedi ad alium diuersum actum, nisi id fuerit iudex comminatus.*

160 *Tradit, quòd si prima edicta continerent vocationem generalem, etiam ad audiendam sententiam, non esset necessaria prædicta comminatio.*

161 *Colligit ex l. nonnunquam infra eodem in arbitrio iudicis esse moderare numerum edictorum, ita vt possit proponere vnum pro tribus.*

162 *Agit de intellectu dict. l. nonnunquam.*

163 *Reprobat opinionem illorum, qui tenent, quòd si vnum pro tribus edictis proponatur, debet continere terminum trium edictorum.*

164 *Declarat in terminis iuris communis non esse licitum iudici hanc moderationem facere, nisi ex iusta causa, vel vrgente necessitate.*

165 *Admonet iudices, quod quādo prædictam moderationē fecerint, sēper in ea exprimant causā, ne alias tribuāt partibus iustam causam appellandi.*

166 *Quæ sint iustæ causæ moderandi edictum, tradit remissiuè.*

167 *Declarat, quòd vbi vnum edictum proponitur pro tribus, debet in eo exprimi verbum peremptoriè aliàs non habebit vim peremptorij.*

168 *Declarat, etiam quod sufficiet exprimere verbum æquipollens.*

169 *Tradit remissiuè, esse nonnullos casus, in quibus iudex non potest moderare edicta, neque spatia dierum, quæ debent continere.*

170 *Docet, quòd hodie ex consuetudine generali propositio edictorum & spatium in illis assignandum est iudici arbitrarium, qui ad libitum potest illam mutare, & moderare.*

171 *Nota etiam, quòd hodie ex consuetudine generali sufficit vnica citatio ad determinationem totius causæ, siue citatio fiat per edictum, siue alio modo, & etiamsi non sit expressum verbum peremptoriè.*

172 *Declarat dictam consuetudinem obseruari in regno Neapolitano, & in regno Franciæ.*

173 *Item in regno Portugalliæ.*

174 *Declarat, quid in hoc articul. in regno Castellæ obseruetur.*

175 *In regno Neapolitano omnes causæ sunt summariæ.*

176 *In causis summarijs non requiritur expressio verbi peremptoriè.*

177 *Tradit Doctores, qui tenent contrarium in dicto regno Neapolis obseruari, & vnde vera resolutio colligatur remissiuè.*

178 *Ostendit in regno Portugallia vnicam tantùm citationem sufficere etiamsi verbum peremptoriè nō exprimatur.*

179 *Item in Curia Romana obseruatur.*

180 *Aduertit, quod dict. Ord. Portug. in hac materia citationis multa innouat contra receptas traditiones iuris communis.*

181 *Primum, quòd in regno sufficiat vnica citatio ad totam causam, siue pars sit præsens, siue absens in longinquis locis.*

182 *Item quod non est necessarium, quòd in citatione exprimatur, quod sit ad totam causam, secus de iure cōmuni,*

183 *Declarat, in quo casu de iure communi tantùm admittebatur vnica citatio ad totam causam.*

184 *Declarat modum, de quo iure cōmuni procedebatur facta generali citatione.*

185 *Ostendit*

185 *Ostendit etiam comminationem, qua in communi necessaria erat, reijci per prædictam ordinat.*

186 *Item in alio emendat dict. ord. ius commune, quod admittit prædictam citationem, etiamsi adhuc lis contestata non sit.*

187 *In regno Portugalliæ etiam lite non contestata proceditur ad sententiam diffinitiuam aduersus absentem.*

188 *Aduertit prædictas ordinationes esse intelligendas, quando quis fuit citatus personaliter, alias illa generalis citatio nihil operabitur.*

189 *Item nec contra absentem procedetur per edicta, nisi concurrant ea, de quibus Clement. 1. de iudicijs.*

190 *Tradit stylum Curiæ Romanæ circa hunc articulum.*

1 AGITUR in hoc textu † de citatione absentium, quæ fit per edicta, quę iure ciuili in multis casibus inueni-
2 tur permissa. Ad † declarationem autem materiæ, tria præmittenda sunt. Primò, regulam esse iuris ciuilis, & Canonici receptissimam, quòd si lite nondum contestata actor vel reus non ad fuerint in iudicio, non potest perueniri ad sententiam diffinitiuam, *l. properandum §. & si quidem Cod. de iudicijs l. final. §. illud C. de tempor. appellat.*
3 Vbi † tamen hoc limitatur in instantia appellationis, in qua vna ex partibus præsente, appellatio terminari potest.
4 Prædictam † autem regulam etiam iure Canonico locum obtinere con-
5 stat ex *c. 1. & 2. vt lite non contest.* Si † igitur post citatum reum, actor non compareat in iudicio, circunducitur edictum citationis *l. & post edictum §. 1. inf. eodem* & impetrabit reus vt ab ea citatione absoluatur *auth. quod fieri Codic. de dilatio. Ordin. Portugallia lib. 3. titulo tertio in principio, & hodie lib. 3. titul. 14. in princ. noua recopilationis & cap. 1. de dolo & contumacia lib. 6.* Qua † 6
impetrata absolutione, perinde habetur, ac si reus nunquam fuisset citatus *Bart. l. & post edictum, n. 3. ad medium inf. eod. & l. si finita §. Iulianus, n. 11. infra de damno infecto Iason. §. pœnales, n. 130. inst. de actionibus Purpur. l. edita, nu. 148. Cod. de edendo notab. Soares de pace in praxi iudiciaria 2. tom. cap. 3. à num. 7. pag. 17.* Ad † prædictam autem abso- 7
lutionem faciendã à citatione non est necessarium actorem non comparentem de nouo citare *Innocent. cap. consuluit, n. 1. & ibi Panorm. n. 8. Felin. num. 7. de officio deleg. Azeued. l. 5. titul. 3. num. 2. lib. 4. ordinam.* Vtrum † autem iudex 8
actorem non comparentem in termino possit expectare per aliquod temporis spatium? videndus est textus *cap. consuluit de officio delegati, & ibi Decius num. 5. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs cap. 45.* Si † autem actor non so- 9
lùm citauit reum, sed & contra eum præsentauit libellum, & postea in termino non comparet in iudicio, tunc etiam non potest perueniri ad sententiam diffinitiuam, sed tantùm potest petere reus, vt absoluatur ab illa conuentione: nam petere quod absoluatur ab instantia, ineptè peteret, cùm ante litem contestatam nulla detur instantia, vt colligitur ex *l. properandum §. etsi quidem Codic. de iudic.* quod tamen hodie immutatum fuit per auth. *qui semel Codic. quomodo & quando iudex*, per † quam constituitur, quòd 10
si actor post datum libellum se absentauit citatus per modum ibi præscriptum non compareat, potest reus petere, vt in causa procedatur, & in ea sententia diffinitiua feratur, &
† sic est casus, in quo iure ciuili, lite 11
non contestata potest perueniri ad sententiam diffinitiuam, concordat *c. 3. de dolo, & contumac. ordinatio lib. 3. titul. 13. §. 1. hodie lib. 3. tit. 14 §. 1.*

Ad † perfectam autem explicatio- 12

nem illius auth.tria considerāda sunt.
Primum est,quòd licèt vt procedatur
ad sententiam in ea longè dentur di-
lationes actori absenti, & non com-
parenti, vt in ea exprimitur, tamen
illæ dilationes consuetudine sunt
abrogatæ, & tantùm assignantur di-
lationes arbitrio iudicis, *gl. dict. auth.*
qui semel verb.per interualla, *& ibi Bart.*
13 *n.*14.Item†& secundum consideran-
dum est,non esse præcisè necessarium
reum petere, vt perueniatur ad diffi-
nitiuam sententiam, sed in electione
rei est, vel petere quod absoluatur à
conuētione *vt supra diximus* vel quod
procedatur ad diffinitiuam. Nam
dict.auth. *qui semel*, concedit quidem
nouum remedium, non autem abro-
gat remedium iure antiquo conces-
sum, & ita Bart. auth. *quod fieri in fine,*
C.de dilatio. Paul.l.properandū §.& siqui-
dem in fine C.de iudic. Feli.n.c consuluit, n.
7.de offic.deleg.ordin.Portugalliæ lib.3. tit.
13.§.2.hodie lib.3.tit.14.§ 2. noua recop.
14 Præterea † & tertium consideran-
dum est, quòd dict. *auth.qui semel,* lo-
quitur in actore non comparente in
iudicio, & absentante se post datum
libellum, sed si reus se absentet, lite
adhuc non contestata, non poterit
procedi ad diffinitiuam, etiamsi actor
id petat, sed obseruabitur regula ge-
neralis, quòd si reus absentet se ante
litem contestatam, non peruenitur
ad diffinitiuam, & ita glos.dict.auth.
qui semel, verb.locum, & ibi Bartol. num.
18. Paul. Cast. num.12. Iacobin. l. pro-
perandum §. & siquidem,num.14. Codic.
de iudic.& asserit receptum Curt.Iun.
l.& post edictum,in fine infra,eodem Boer.
l.consentaneum,num.29.Cod. quomodo &
15 *quando iudex.* Rationem † autem hu-
ius differentiæ assignat Pan.*c.3. n.15.*
de dolo, & contumacia, ex qua colligi-
tur, grauius puniri contumaciam
actoris quàm rei, *notat Paul. Castr. in*
l. & post edictum §.1.n.4. & inf. eodem,
quia † actoris contumacia, magis vi- 16
detur qualificata, *Bart.l.hac conditio la*
secunda in fine inf.de conditio, & demonst.
Tiraq.l.1.retract.§.8.gl.2.num.12.

Est † tamen aduertendum, quòd 17
hæc differentia in Hispania non ob-
seruatur:nam si reus citatus non com-
pareat in iudicio,†siue ante datum li- 18
bellum, siue postea, peruenitur con-
tra eum ad sententiam diffinitiuam,
quia in odium contumacis lex habet
litem pro contestata, vt in regno Ca-
stellæ disponit *l.1.tit.11. lib.4. ordina-*
menti, & in regno Portugalliæ ordinatio
lib.3. titul.14. & hodie lib.3. titul.15. in
principio nouæ recopilationis. Quod † & 19
Florētiæ obseruari asserit Auendanus
tract.primi & secundi decreti, prima par-
te, n.3.ad finem, & † etiam in Camera 20
Imperiali obseruatur,vt testatur Min-
singer. in *decisione Cameræ, centuria 4.*
obseruation. 66. & etiam † in Francia 21
Boer. dict.*l.consentaneum,n.33.ad finem*
Cod.quomodo & quando iudex.

Notabis † tamen in hoc articulo 22
eam esse differentiam inter legem
Castellæ & Portugalliæ, quòd lex
Castellæ *1.tit.11.lib.4.ordinamenti* reli-
quit in potestate actoris, vel petere,
quòd procedatur ad diffinitiuam sen-
tentiam, vel quòd procedatur ad pri-
mum & secundum decretum:quæ lex
ortum videtur habuisse à traditis per
Alexandrum *l. si finita §. Iulianus,n.96.*
infra de damno infecto, & Decius conf.
12.n.3.& Boer.dict.l.consentaneum,n.83.
Sed†lex Portugalliæ *dict. lib.3. tit.14.* 23
disponit posse procedi ad diffiniti-
uam, negat † autem actori recursum 24
ad primum & secundum decretum,
ita vt in eo regno non sit in vsu pri-
mum, & secundum decretum, prout
neque in causa beneficiali illis locus
est,*c.vnico, de eo qui mittitur in possessio-*
nem causa rei seruandæ lib.6.

Procedunt † autem supra tradita, 25
quando actor se absentat ante litem
contesta

conteſtatam:nam ſi poſt litem conte-
ſtatã ſe abſentet,dicunt Doctores,di-
ſtinguenda eſſe tria tempora.Primum
26 † eſt ius ff. ſecundùm quòd tantùm
circũducebatur edictum peremptо-
rium,non poterat autem perueniri ad
ſententiam diffinitiuam, neque ad li-
27 quidationem cauſæ. Quinimò † ne-
que reus abſoluebatur ab inſtantia
iudicij,niſi ipſo reo petente iudex ex-
preſſim id concederet, vt colligitur
ex l. poſt edictum §. 1. *iuncta gloſſ. verb.*
28 *inſtantia, infra eodem*,& † ſic conuenie-
bat, quòd melioris eſſet conditionis
actor contumax quàm reus,quia acto-
re contumace poſt litem conteſta-
tam, non poterat contra eum pro-
cedi ad liquidationem cauſæ,ad quam
tamen poterat procedi, ſi reus poſt li-
tem conteſtatam ſe abſentaret *l. con-*
ſentaneum Cod. quomodo & quando iudex
cap. prout de dolo & contumacia; ſed
quia hoc videbatur abſurdum, quia
grauior cenſetur contumacia actoris,
quàm rei,*vt ſupra diximus*: ſuperuenit
29 ius Codicis;quod † conſtituit, quòd
ſi actor abſentaret ſe à iudicio poſt li-
tem conteſtatam, & poſtquam iam
conſtabat de meritis cauſæ,tunc con-
tra abſentem & contumacem per-
ueniretur ad ſententiam diffinitiuam,
aliàs tantùm reus abſolueretur ab in-
ſtantia iudicij & actor condemnare-
tur in expenſis *l. properandum §. & ſi-*
quidem C.de iudic. ſed quia per hoc re-
mediũ non videretur ſufficienter cau-
tum reo ſuperuenit dict.*auth.qui ſemel*,
30 conſtituens quòd † reo petente in hoc
caſu indiſtinctè procederetur ad li-
quidationem cauſæ, & ad ferendam
ſententiam diffinitiuam:nam cùm il-
lud diſponat quando actor ſe abſenta-
uit poſt datũ libellum,à fortiori idem
recipietur, quando ſe abſentauit poſt
litem conteſtatam, vt aduertit Paul.
Caſtrenſ.*d.§.& ſiquidem ad finem*, *& l.*
& poſt edictum §. 1. *num*.4. *infra eod. &*
ibi Curt.Iun.num.10. *Bart.dict.auth. qui*
ſemel, num.17. *& ibi Paul.num*. 1. *Alex-*
xand. l. ſi finita §. Iulianus num. 93. *in-*
fra de damno infecto Iaſon d.§.& ſiquidem
num.13.

Sed † circa hanc reſolutionem com- 31
muniter receptam, imprimis eſt ad-
uertendum, quòd dum habet iure ff.
actore abſente, tantùm circumdu-
ci edictum, etiamſi actor ſe abſenta-
uerit poſt litem conteſtatam, non vi-
detur verum, quia imò eo iure in
prædicto caſu obſeruabatur idem,
quòd poſtea clarius expreſſum eſt *d.*
l. properandum §. & ſiquidem. Neque
† repugnat textus *l. & poſt edictum* §. 32
1. quia licèt text. dicat, quòd peten-
te reo circumducitur edictum, ac ſi
nulla citatio interueniſſet *vt ſupra tra-*
didimus,& tradit Tiraquell.lib. 1. *retract.*
§. 8. *gloſſ*.2. *num*. 8. tamen ſi reus ma-
gis petat cauſam determinari obſer-
uata diſtinctione *dict*. §. *ſi quidem*, id
obtinebit, vt ſentit *dict. l. & poſt edi-*
ctũ in princip.nam † licèt textus ille di- 33
cat ſimpliciter, reo non comparente
circumduci edictum, non tamen ne-
gat, iudicem poſſe expectare actorem
per aliquod tempus, antequam cir-
cumducatur † edictum, *vt tradit Dec*. 34
cap. conſuluit,num. 5. *de offic. delegat. &*
Menoch. lib. 2. *de arbitr. caſu* 45. *num*.2.
Et † ſi replices, ineptè eo caſu vide- 35
ri reum petere,vt circumducatur edi-
ctum,cùm poſſit vti remedio *dict*.§ *&*
ſiquidem. Reſpondebitur enim primò
facilè poſſe contingere, vt vtilius ſit
circumduci edictum, quàm vti re-
medio *dict*. §. *& ſiquidem*, nam in re-
medio *dict*. §. *& ſiquidem*, debet cita-
ri actor abſens, & ei debet aſſignari
dilatio ad comparendum in iudicio,
vt ibi exprimitur, & tamen ſi petatur
circumduci edictum, non eſt neceſ-
ſaria citatio actoris abſentis; & con-
ſequenter neque eſt neceſſaria dilatio
ad comparendum, *Innoc. cap. conſuluit,*
num. 1.

num.1.de offic.delegat.& ibi Panormitan. num.8. Felin.num.7. Bart. l. & post edictum ad finem infr.eodem, & ibi Iacob.nu. 5.Curt.Iun.num.4.Paul. Castr.dict. §. & siquidem nu.4 quam vtilitatem in terminis considerat Bart. *auth. qui semel num.13. Cod. quomodo & quando iudex, Ordinatio Portugalliæ lib.3.cap. 14. §. 2.*
36 *nouæ recopilationis*.Adde † & aliam vtilitatem,quòd vbi circumducitur edictum,si postea super eadem causa iterum procedatur, non est necessaria noua litis contestatio, neque nouus processus, cùm circumducto edicto citatorio, alia salua permaneant, & diuersum est, si absoluatur ab instantia iudicij iuxta terminos *dict. §. & siquidem*, nam tunc nouus processus, & noua litis contestatio est necessaria *vt tradit gloss.d.l.& post edictum §.1.verb. instantia infra eodem, Paul.Castrensl.l. Iulian.num.8. infra de condict.indeb.*

37 Item & † secundò circa prædictam communem resolutionem est aduertendum, quòd dum supra allegati dicunt, quòd in terminis *d. §. & siquidem*, si liquebat iam de causa tempore, quo actor se absentauit, ferenda est sententia diffinitiua, & aliàs absoluendus est reus ab instantia iudicij, id ita interpretandum est, quòd si quidem actor se absentauit post litem contestatam,& tamen antequam ei assignaretur dilatio ad probãdum, procedet *d. §. & siquidem.* Caterùm si se absentauit, postquam ei fuerat concessa dilatio ad probandum, tunc reus non absoluetur ab instantia iudicij, sed est absoluendus diffinitiuè, etiamsi ex parte actoris, nulla sit
38 facta probatio. Nam prout † si actor fuisset præsens, & nihil probaret,reus esset diffinitiuè absoluendus *l. qui accusare Cod.de edendo l. argentarius §. cum autem supra de edendo. gloss. recepta dict. authent. qui semel verb. locum in fine*, idem recipiendum est, quando actor data dilatione ad probandum, se absentauit, & nihil probauit, neque enim debet esse melioris conditionis contumax, quàm obediens, *cap. contingit, de dolo, & contumacia l. Seruius infra quòd vi aut clam, tradit Bartol. l. admonendi num.13. infra de iurerando.* & asserit receptum Iason *dict. §. & siquidem, num. 15. Couar. resolut. lib. primo, capite 1. num. 8. Menoch. de recuper.possess.primo remedio num.179.* Quod † procedit, etiam stante noua dispositione dict. *Authen. qui semel.* Nam 39 licèt in terminis illius textus: si actor se absentauit, & à fortiori post litem contestatam, possit reus petere, quòd cognoscatur de meritis causæ, & feratur sententia diffinitiua dict.*authen. qui semel*, tamen dicendum est, quòd si petatur,postquã actori fuit assignata dilatio ad probandum, etsi nihil probauerit ex parte sua, tamen venit diffinitiuè absoluẽdus,*iuxta supra tradita*, & tamen si actor se absentauit antequam ei data esset dilatio, ad probandum, tunc si reus nihil probauit ex parte sua, tantum venit absoluendus ab instantia iudicij, iuxta dispositionem *dict. §. & siquidem*, quæ in his terminis non inuenitur correcta ex mente supra allegatorum, & probat ordinatio † Portugalliæ *lib.* 40
3. *titul.* 14. §. 1. *ad finem noua recopilationis*, quicquid hoc etiam casu reum esse diffinitiuè absoluendum teneat Innoc.*cap. prout in fine de dolo & contumac.* & quicquid opinionem Innocent.in praxi esse receptam dicat Couar.*resolut. lib.1.cap.1. num.8. ad finem*, & hæc de actore contumace, & non comparente in iudicio.

Videndum igitur restat, quid dicendum est, quando reus contumax est? Et pro regula constituendum est, † quòd si reus se absentat ante li- 41
tem contestatam:non potest aduersus eum procedi, ad sententiam diffini-

uam

42 tiuam, quia licèt † *dict. auth. qui semel*, permittat ad sententiam diffinitiuam procedi posse, si actor post datum libellum se absentauit, id tamen specialiter inductum est in actore absente, non autem in reo absente, *vt supra probauimus*, quia in hoc obseruanda est regula generalis *cap. 1. vt lite non con-*
43 *testata*. Aduersus † igitur reum contumacem ante litem contestatam, tantùm actor petere potest, vt aduersus eum procedatur ad primum, & secundum decretum *l. 3. §. fin. infra de acquirenda possess.* quibus remediis propriè est locus, quando reus est contumax ante litem contestatam, *vt tradit Boerius l. consentaneum, num. 189. post med.*
44 *Cod. quomodo & quando iudex.* Circa † quod tamen duo casus necessariò distinguendi sunt, nam aut res petitur per actionem personalem, vel per actionem realem. Primo casu iure antiquo per primum decretum actor mittebatur in possessionem omnium bonorum rei contumacis *l. hæres absens §. 1. infra eodem l. cùm proponas Cod. de bonis author. iudicis* hodie autem tantum pro quantitate debiti, *Auth. & qui iurat Codic. de bonis author. indicis, cap. quoniam frequenter §. in alijs, vt lite non contestata tradit Bart. l. si finita §. Iulianus, num. 23. infra de damno infecto.*
45 Quòd † si agatur de Hypothecaria actione, etiam hodie mittetur creditor in possessionem omnium bonorum hypothecatorum cùm verum sit, omnia bona pariter esse hypothecata, & creditor velit esse in possessione omnium bonorum illorum pro securitate sui debiti, *glos. penultim. l. eum qui Cod. de procurat. & glos. dict. Auth. & qui iurat. Bart. l. Fulcinius §. nunc videamus, in fine inf. quibus ex causis in possess. eatur. Auendan. tract. 1. & 2. decreti 3. parte num. 11. ad finem.*
46 Est † tamen sanè aduertendum, quòd hoc primum decretum non debet interponi ad simplicem requisitionem creditoris, sed prius debet constare iudici id, quod actor petit, cum effectu ei deberi præmissa summaria informatione, *glos. leg. cùm proponas Cod. de bonis authorit. iudicis*, vel saltem interueniente iuramento creditoris, *leg. 2. tit. 8. partit. 3.* Quamuis iure † communi in hoc articulo va- 47
riæ essent Doctorum opiniones, *vt ibi notat Greg. verb. à lomenos & Boer. d. l. consentaneum, n. 36. & Auendanus tractatu primi, & secundi decreti 2. parte n. 10.* Item † debet præcedere citatio perem- 48
ptoria absentis, qua moneatur citatus, quòd si non compareat in termino, aduersus eum procedetur ad missionem bonorum, *glos. & Bartol. n. 3. dict. §. Iulianus Panorm. consil. 84. post principium lib. 2.* Præterea † & contu- 49
macia debet constare ex actis publicis, aliàs nec primum decretum, nec omnia alia facta aduersus contumacem valebunt, *leg. hæc autem §. 1. infra quibus ex causis in possessionem eatur, Bartol. receptus d. §. Iulianus, num. 8.* Interposito † autem solemniter primo de- 50
creto, missus tantùm consequebatur per illud, simplicem detentationem bonorũ *leg. 3. §. fin. inf. de acquirend. possessione*, adeò † quòd nullo cursu tem- 51
poris consequetur aliquod ius in prædictis bonis, nisi impetrasset secundum decretum, nam eo impetrato consequeretur possessionem prædictorum bonorum, vt clarè significat *dict. l. 3. §. fin. infra de acquirenda possessione*, & ideo † receptum est, quòd 52
quando ratione actionis personalis, fit missio in bona ex primo decreto, quocunque tempore compareat reus contumax, & reficiat expensas, liberam recuperabit bonorum suorum possessionem & administrationem, vt clarè probat *cap. quoniam frequenter §. in alijs in fine, vt lite non contestata, & ibi notat Panorm. num. 40. & notab. Boer.*

*dict. l. consentaneum,num.*192. In regno
53 † autem Castellæ, si missus in posses-
sionem ex primo decreto, sit in deten-
tatione bonorum per quatuor men-
ses, ex detentatore efficitur possessor,
leg.6. titul.8. partit.3. & ibi notat Grego-
rius verb. quarto. Quinimo per *leg.*1.
*tit.*11. *lib.*4 *ordinamenti* constitutum
est, quòd si reus contumax in actione
personali, & intra mensem refectis
expensis non recuperet liberam bo-
norum administrationem, & posses-
sionem, missus in detentationem illo-
rum ex primo decreto, verus illorum
54 efficietur possessor, ita vt † in regno ad
consequendam veram possessionem
prædictorum bonorum, non sit neces-
sarium impetrare secundum decre-
tum, provt iure communi requireba-
tur *d.l. si finita* §. *Iulianus inf. de damno*
*infecto d.l.*3. §. *fin. de acquirend possess.* Sed
55 † ipsa lex transacto prædicto tempore
tribuit misso vim & effectum secundi
decreti, & notab. prosequitur Auen-
danus *tractatu primi & secundi decreti* 3.
*parte, num.*9.
56 Sed † redeundo ad dispositionem
iuris communis, cùm per primum de-
cretum missus tantùm detentationem
bonorum acquireret, *d.l.*3. §. *fin. infra*
de acquirenda possessione, vt is efficere-
tur possessor, vel aliquod ius pin-
guius consequeretur in bonis rei con-
tumacis, debebat actor impetrare se-
57 cundum † decretum, quod quidem
non statim interponebatur post pri-
mum, sed aliquo interuallo opus erat,
leg. si finita §. *non autem, infra damno in-*
fecto l. cùm proponas in fine Cod. de bonis
58 *auth. iudicis.* Quantum autem † debe-
ret esse hoc interuallum, controuer-
sum erat apud Doctores? Nam textus
capitis *quoniam frequenter* §. *in alijs in*
fine vt lite non contestat. videtur proba-
re, expectandum esse annum, & si in
eo reus contumax non compareat,
tunc propter nimiam contumaciam
procedetur aduersus eum ad secun-
dum decretum, *vt ibi expendit Panorm.*
*num.*36. *ad finem Decius cap. consulta-*
*tionibus, num.*7. *de offic. delegati*, sed ve-
rius & receptius est id esse iudici ar-
bitrarium, iuxta regulam *l.* 1. *infra de*
iure deliberandi, *vt tenet glos. dict. l. cùm*
proponas. Bart. dict. §. *Iulianus, num.*39.
quamuis si nulla causa vrgens aliud
suadeat, iudex non debet procedere
ad secundum decretum, nisi transacto
anno contumaciæ, vt videtur expres-
sum, *dict.* §. *in alijs in fine, vt ibi expen-*
*dit Panormitan. num.*36. *ad finem De-*
*cius cap. consultationibus, num.*7. *de offic.*
delegati. Impetrato † autem secundo 59
decreto obtinebit creditor, vel quod
bona debitoris contumacis vendan-
tur *dict.l. cùm proponas in fine*, vel etiam
iudex aliud statuet, quod sibi videbi-
tur magis conducere, vt creditor ci-
tius debitum consequatur, *Bart. dict.*
§. *Iulianus, num.*54. *Panormitan. dict.* §.
*in alijs, num.*37. *& num.*40. *Idem cap.*
contingit, num. 10. *de dolo, & contumacia*
*Boer. d.l. consentaneum, num.*191. Quod
† secundum decretum etiam in regno 60
Castellæ vtile & necessarium erit,
quia licèt in regno missus ex primo
decreto efficiatur possessor in actio-
ne reali, si contumax non purgaue-
rit moram, *vt supra diximus*, tamen
si vlterius prætendat bona debitoris
contumacis vendi debere, vel ali-
quid aliud noui fieri, debet id impe-
trare à iudice, & sic secundum decre-
tum ei necessarium est, *leg.*1. *tit.* 11.
*lib.*4. *ordinam. tradit Auendanus in tra-*
ctatu primi, & secundi decreti 3. *parte*
num. 20. ad † interpositionem autem 61
istius secundi decreti necessarium est,
quòd de nouo contumax perempto-
riè citetur *leg.*4. §. *si fortè, infra de damno*
infecto, Bart. dict. §. *Iulianus, num.*27. *&*
*ibi Michaël Vlcurrus, num.*128. Item † 62
quòd constet de debito plenius, quàm
constitit, quando interponitur pri-
mum;

mum: quia in secundo agitur de maiori præiudicio, *Bartol. l. Fulcinius §. cum hoc, num. 5. infra ex quibus causis in possess. & dict. §. Iulianus, num. 36.* & in specie Greg. *l. 6. titul. 11. p. 3. verb. deuelo fazer.*

63 Et est † notandum, differentiam esse, inter interpositionem primi decreti, & secundi, quòd primum interponitur aduersus absentem, etiam ex iusta causa, quia propter modicum præiudicium, satis est vocatum non comparere, *leg. ignorare. Codic. de test. militum. Bart. dict. §. Iulianus, num. 30.* quicquid contradicat Decius *cap. consuluit, num. 6. de officio delegat.* Sed se-
64 cundum † non interponitur, nisi aduersus latitantem, hoc est turpiter se occultantem in fraudem creditorum *leg. Fulcinius §. 1. infra quibus ex causis in possessionem eatur*, siue de hoc verè constet, siue præsumptiuè, vt decla-
65 rat Bartol. *dict. §. Iulianus, n. 30.* Si † igitur constet non in fraudem creditorum se occultare, sed ob aliam causam, non poterit aduersus eum procedi ad secundum decretum: *vt in notabili causa tradit Panormit. consil. 84.*
66 *num. 3. lib. 2.* Item † quòd interposito primo decreto, non semper deuenitur ad secundum: nam si quis citatus ad locum contractus non compareat, poterit quidem aduersus eum procedi ad primum decretum, non autem ad secundum, *l. heres absens §. 1. supra eodem, & ibi diximus.* Et hæc de reo absente ante litem contestatam, & conuento per actionem personalem.

67 Si autem reus sit † conuentus per actionem realem rei vendicationis. & quidem si ante litem contestatam reus se absentauerit, tunc actor mittetur in possessionem rei petitæ ex primo decreto, & post annum, si reus non compareat missus ex primo decreto efficitur possessor. *cap. quoniam frequenter §. in alijs, vt lite non contestata.* In † 68
quo inuenitur, quòd missus in possessionem, ante annum transactum, non est vllo modo possessor, sed tantùm detentator *l. 3. §. fin. infra de acquirenda possessione* & tenent communiter Canonistæ *dict. §. in alijs, vt ibi per Panormitan. num. 14. & n. 20. & cap. contingit num. 5. de dolo & contumacia*, extollit Romanus *sing. 406. Dec. cap. consultationibus, num. 11. de officio delegati.* Contrariam † tamen opinionem, imò in his 69
terminis missum statim esse possessorem, reuocabiliter tamen, si contumax compareat intra annum: videtur probare textus, *leg. si quis emptionis §. penultim. Cod. de præscript. 30. anno.* & est magis communis opinio Legistarum, vt asserit Decius *dicto. cap. consultationibus, num. 11. Iason. l. 3 §. fin. num. 20. infra de acquirenda possess. Alexand. l. si finita §. Iulianus, num. 104. & ibi Bolognin. num. 181. infra de damno infecto.* Sed † 70
opinio Canonistarum longè verior est, quam expresè probauit *lex 6. tit. 8. partit. 3. & l. 1. tit. 11. lib. 4. ordinamenti, vt latiùs expendit Auendan. in tractatu primi & secundi decreti 3. part. n. 4.* In † quo etiam regno Castellæ (*vt supra diximus*) vt missus efficiatur possessor, non requiritur annus, sed iure partitarum sufficiebant sex menses *l. 6. tit. 8. partit. 3.* & iure nouissimo duo menses in conuento actione reali, *l. 1. tit. 11. lib. 4. ordinam.* 71

Neque † repugnat dicta *lex si quis emptionis. §. penultim.* quia illi defendendo communem opinionem Canonistarum, eleganter respondet Aretinus *leg. 3. §. final. colum. 3. ad finem infra de acquirend. possessione & Bologn. dicto §. Iulianus, num. 181.* quinimo † & iure com- 72
muni non erat necessarium, actorem expectare annum, sed & ante poterat impetrare veram possessionem bonorum sibi concedi, quòd iudex adhibita causæ cognitione iubere poterat 73

terat. *l.4.§.si fortè, infra damno infecto & supra diximus*, quicquid contrarium teneat Imol. *consil.97. numero 6.* Pote-
74 rat † etiam iudex si sibi videretur, rem addicere actori, imposito perpetuo silentio contumaci, si id in peremptorio fuisset declaratum, quod compareat ad docendum de iure suo, & dominio intra certum tempus, quo trãsacto amplius super illis non audietur, *argum. l. diffamari Cod. de ingen. & manu. tradit Bar. d. §. Iulian. num.54. & ibi defendit Alex. num.117.* & Michaël Vlcurrus *num.251.* asserit ita esse receptum: quib. adde Pan. *d. §. in aliis n. 41. Bart. l. consentaneum, n.14. & ibi Beor.*
75 *n.189. ad finem.* Nam † vt in actione reali secundum decretum interponatur, necessarium est, quòd in peremptorio fiat prędicta comminatio, *Imol. consi.97. n.5.* & videtur text. *l. à quo fundus 45. inf. de damn. infect. & ibi not. Bar.*
76 Ex quibus † cauendum est, à gloss. *leg. iubere cauere, supra de iurisdictione omnium iudicum*, dum tenet, quòd in actione reali non est locus secundo decreto, per quod dominium addicatur actori, præterquam in causa damni infecti, vel in causa noxali, quod etiam tenet gl. *dict. §. Iulianus & glos. final. capit. contingat de dolo & contu-*
77 *macia.* Nam † ex prædictis constat, verius esse, quòd in omnibus causis sit locus secundo decreto, & specialitas in causa damni infecti, & in causa noxali, in eo tantùm consistit, quòd in illis per secundum decretum conceditur res actori propter solam rei contumaciam, non habita consideratione ad veram rei æstimationem, vt probatur *dict. §. Iulian.* sed in aliis causis non adiicitur dominium actori, sed tantùm imponitur perpetuum silentium parti, ne amplius audiatur super dominio, *Bartol. dict. §. Iulianus num.42. Maranta in praxi pag.298. ante finem, Negusantius de pignor. 2. membr. 3. part. numero 9.* Item † consistit specia- 78
litas in eo, quòd in aliis causis oportet, quòd in peremptorio fiat comminatio, quòd si contumax non compareat, non audietur amplius, super dominio, *vt supr. diximus*, & tamen in illis duabus causis non requiritur ea comminatio, quia ex natura prędictarum actionum semper tacitè videtur contineri, vt colligitur *ex dict. §. Iulianus.* Denique † in eo consistit prædi- 79
cta specialitas, quòd in illis duabus causis non requiritur latitatio, vt perueniatur ad secundum decretum, *l. si finita §. si fortè & ibi Bart. nu.1. infra de damno infecto, idem dict. §. Iulian. num.29.* In aliis autem causis requiritur latitatio absentis, vt contra eum perueniatur ad secundum decretum, vt dictum est, & tradit Alciatus *l. si prius, numero 41. infra de noui operis, Bologn. dict. §. Iulianus, numero 11.* Et † 80
rationem huius specialitatis reddit Bart. *l.4. §. prætor ait, n.21. infra de damno infecto.* Quinimo, & vt interponatur primum decretum, conuentum rei vẽdicatione, requiri latitationem, quia videtur agi de magno præiudicio, concludit Bald. *auth. & qui iurat. n.33. vers. caue C. de bonis auth. iudicis possidendis.* Sed † falsum est, quia ad in- 81
terponẽdum primum decretum, nusquam requiritur latitatio, vt resoluit Alexand. *dict. §. Iulianus, num.56. & l. si prius, n.15. infra de noui oper. nunciat.* & tenebis † mente in hac materia, 82
quod tam primum quàm secundum decretum censeatur sententia interlocutoria, *l.2. tit.8. partit.3. & ibi notat Gregorius, verb. interlocutoria*, & ideo reuocari potest per iudicem, antequam sit perfectè mandata executioni, *glo. recepta l.1. §. final. infra de prætoriis stipulat. tradit Panor. consil.43. colum. fin. lib.2.* & pariter † interposita ex falsa 83
causa censebitur nulla, iuxta regulam *leg.1. §. hæc verba infra ne vis fiat ei, &*

& l. cum vero §. subuentum infra de fidei-commiss. libertatibus, prosequitur Michaël Vlcurrus omnino videndus *d. §. Iulianus, numero* 254. Et hæc quando reus conuentus per rei vendicationem se absentat ante litem contestatam.

84 Si autem † post litem contestatam se absentet, & non compareat in iudicio in termino assignato, duo aduersus eum inueniuntur prædita re-
85 media in iure. Primum † est, quòd missus in possessionem statim efficiatur possessor, ita vt neque reus postea comparens in iudicio illam recuperare possit, *leg. properandum §. fin autem reus Cod. de iudicijs l. consentaneum C. quomodo & quando iudex, & ibi tradit Bart. numero* 14. *Paul. numero*.7. *Innocent. cap. prout numero* 2. *de dolo & contumacia.*
86 Quod procedit † etiam quando se absentat, postquam lis habetur pro contestata ex dispositione legis, *leg. secunda, Cod. vbi in rem actio. cap. quoniam frequenter §. in alijs vt lite non contestat.*
87 Quæ † vtique differentia præcipua est inter primum decretum interpositum aduersus contumacem absentem, & conuentum per actionem personalem, vel conuentum per actionem realem: nam primo casu per primum decretum cõceditur actori bonorum detentatio, etiamsi reus se absentet post litem contestatam. *leg.* 3. *§ fin. infra de acquirend. possessione.* Quæ in his terminis non inuenitur correcta *Bartol. leg. consentaneum, n.* 14. *& ibi Paulus Castrens. num.* 1. *& num.* 7. Quòd si primum decretum interponatur, contra conuentum actione reali, missus in possessionem in prædictis terminis, statim efficitur possessor, *vt su-*
88 *pra diximus*, ac ita actor † in primo casu non faciet fructus suos: quos tamen faciet, in secundo, vt resoluit Alex. *§. Iulianus num.* 110.
89 Secundum † autem remedium, quod in prædicto casu proditum est, contra reum contumacem illud est: quod actor petat negotium liquidari, & sententiam ferri diffinitiuam super causa principali. vt probat *dict. §. fin autem reus & dict. l. consentaneum & capit. prout. de dolo & contumacia*, ac ita
vsus † actor hoc remedio, poterit ob- 90
tinere, vt declaretur dominus rei petitæ: vt tradit Bald. *dict. l. consentaneum, numero* 48. Quod tamen obtinere non potest, si reus † ante litem conte- 91
statam, se absentaret: neque enim tunc aduersus eum, posset procedi ad diffinitiuam, *supr. diximus.* Quòd † 92
si actor hoc remedium eligat; & tamen nihil probet, licèt reus veniat absoluendus. *leg. fin. Codic. de rei vend.* tamen non absoluetur diffinitiuè, sed tantùm ab obseruatione iudicij Innocent *cap prout in fine de dolo & contumacia Ripa l. admonendi, num.* 77. *infra de iureiurando, & nos supra probauimus* quicquid † contrarium defendat Hip- 93
polytus respondens contrariis *sing.* 169. & contrarium in praxi esse receptum asserat Couar. *resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. poterunt † tamen concordari 94
opiniones, *vt per Pacian. de probatio. lib.* 1. *cap.* 67. *n.* 39. quòd si actor plenè probauerit intentionem suam, pro eo ferenda est sententia, & vtrum tunc reus absens possit rem recuperare explicat Boër. *d. l. consentaneum, num.* 191.
His ita † explicatis vlterius præ- 95
mittendum est, quòd vltra citationem generalem, quæ fit ad causam principalem requiritur etiam specialis citatio ad audiendam sententiam, adeò quòd si ea non præmissa, sententia pronuncietur propter hunc defectum censeatur esse nulla. *leg. prima, §. cùm ex edicto infra quæ sententia sine appellat. rescindant. capit. resoluit. de offic. delegat. capit. secundo, & ibi glo. verb. audiendum de dolo & contumacia. lib.* 6.
Nec † sufficit simplex citatio sed re- 96

quiritur citatio peremptoria *Clement. sæpe ad finem de verbor. signif. per locum à speciali, & ibi notat glo. verb. non peremptoriè glos. d. cap. consuluit, verb. terminum, & ibi Felin. num. 8. Mathesilan. sing. 8. Bern. Dias reg. 82. ampliando vt per Vantium de nullitate ex defectu citationis nu.*
97 *57. pag.* 420. Istud † tamen in regno Portugalliæ non est necessarium, sufficit enim vnica citatio generalis ad totam causam, & ex ea validè sententia profertur absque alia speciali citatione, *ordinatio lib. 3. tit. 1. §. 13. veteris*
98 *& noua impressionis*, quod & de † stylo Curiæ obseruari in regno Neapolitan. asserit Afflictus *decis. 283. num. 6.* de quo inferius latiùs agemus.

99 Vltimò † & propius accedendo ad materiam istius textus, præmittendum est: quòd vbi persona est certa, & etiam locus sit certus in quo illa resideat, citandus est personaliter, & per litteras directas ad iudicem, in cuius territorio degit absens, vt scilicet, eum iubeat citari, *Authent. vt nulli iudicium §. si quis vero comprehensorum collat. 9. ordinat. lib. 3. titul. 1. §. 3. noua re-*
100 *copilationis*, adeò † quòd si quis à principio fuerit personaliter citatus ad iudicium & citatus non compareat, & iudex velit procedere ad actus vlteriores, non sufficit eum ad eos actus citari per edicta, sed debet ad id personaliter citari, aliàs non valebit citatio, neque consuetudo contraria illam confirmare aut corroborare poterit, *vt tradit Hippolyt. sing. 260.* Regula enim est generalis, quòd vbi persona est certa, & certus etiam sit locus, in quo resideat, personaliter est citandus, neq; admittitur citatio per edicta, *Oldradus consi. 43. num. 7. Felinus c. cognoscentes, num. 8. de constitut. Ias. consil. 86. num. 12. in fine lib. 3. Boer. dict. l. consentaneum, num. 52. Menoch. de recuperand. possessione 8. remedio n. 11. Soar. à Paz in praxi 2. tom. pag. 15. num. 10. & n. 11.* Tantùm † igitur citatio per edictum admittitur, quando persona citanda est incerta, *leg. si eo tempore. Cod. de remissio. pignor.* vel etiam, quando locus, in quo resider, sit incertus, *cap. quæ in princ. de clericis non resident. & ibi Panormitan. num. 4. Oldrad. consil. 43. num. 6.* vel † quando locus, in quo degit citandus, non est tutus citanti, vel missis ab eo, vel etiam ille non vult sui copiam facere, vt citari possit, *Clem. 1. de iudic. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. per. edictum, num. 2. & 3. Boer. dict. l. consentaneum, n. 49.* & prosequuntur Iacobin. *hic, num. & Curt. Iun. num. 10. Menoch. de recuperand. possess. remed. 8. n. 113.* vbi multas alias assignat limitationes. 101 102

His ita præmissis † ex littera huius 103
textus colligēda est notabilis conclusio quod ad edictum peremptorium peruenitur modo hîc expresso, est † 104
tamen aduertendum, textum istum præsupponere regulariter quem citari posse per edictum, & valere huiusmodi citationem, ita vt comparens censeatur esse contumax, quod tamen verum esse non potest, cùm citatio per edicta regulariter sit probibita, & ideo non valet, nisi in certis casibus supra expressis. Sed respondendum † 105
est, textum istum non probare, quòd semper valeat citatio per edictum, sed potius, quòd in illis casibus, in quibus permittit fieri citationem per edicta, quos congerit Marant. *in praxi 6. p. tit. de citatio. à num. 93. pagin. 372. & Menoch. de recuperand. possess. 8. remedio à numero 114.* quòd in illis debet procedi modo hîc expresso. Primo ad quod expendo textum † *l. contumacia* 106
infra de re iudicata, dum diffinit, contumacem esse qui tribus modis è dictis euocatus, vel vno pro tribus litteris euocatus, præsentiam sui facere contemnit, cuius quidem litera † vi- 107
detur corrupta, & debet ita emendari (vel

(*vel vno pro tribus, vel litteris euocatus*) vt colligitur ex Paul. *Iureconſ.lib.5.recepta. ſententiarum tit.5.* & expreſsè admonet Cuiac. *lib. 18. obſeruat. cap. 30.* ſecundum hanc litteram idem Cuiac. *in notis ad Paul. Iureconſ. d. lib. 5. receptarum ſententiarum cap. 5.* ita exponit verb. *dict. l. contumacia*, vt abſens edictis videatur vocatus, quando litteræ iudicis ad citandum diriguntur. Reuardus autem *lib. ſing. pro tribunali. cap.3.* exponit quòd quis dicatur litteris euocatus, quando abeſt à Roma. Cæterùm ſi Romæ ſit, & tamen latitet, neque ſui copiam faciat, tunc edictis ſit euocandus.

108 Ego autem † interpretor *in d.l.contumacia* §.1. duos aſſignari modos, quibus abſentes euocari & non comparentes, reputantur contumaces. Primus eſt, quando euocatur ille, qui eſt abſens, & ignoratur locus certus, in quo reſideat. Nam ſi his tribus edictis ſit euocatus vel vno pro tribus (quod peremptorium dicitur) ſi non compareat in iudicio contumax cenſebitur, vel ſi ſciatur locus certus, in quo reſideat, tūc ſi litteris euocatus directis ad iudicem, in cuius territorio degit abſens, *auth.vt nulli iudicum* §.*ſi quis verò comprehenſorum collat. 9.* non compareat in iudicio, is etiam contumax reputabitur, & iuxta hanc interpretationem probabit textus, quòd

109 † vbi ſit mentio citati per edicta, debemus intelligere de eo, de quo neſcitur locus certus, in quo degat: nam aliàs non per edicta, ſed per litteras iudicis eſt euocandus.

110 Quamobrem † aptiùs ex iſto noſtro textu colligitur, quòd vt contra aliquem poſſit procedi tanquam contra contumacem, requiritur quòd ter ſit citatus per edicta, vel litteris iudidis ſit euocatus: concordat *l. contumacia* §. 1. *infra de re iud & l. properandum* §. *etſi quidem C. de iudic. & l. conſentaneum C. quomodo & quando index tradit Plotus conſil. 3. num. 19. lib. 2. criminal.*

Quamuis † igitur ad quemlibet actum 111 iudicialem ſufficiat vnica citatio, quæ ſemper peremptoria cenſetur *l. final. ſupra de feriis l. ſi quando. Cod. de teſtib. Alexand. l. de vnoquoque* §. 1. *num. 2. infra de re iudic.* tamen vt quis cenſeatur contumax, & vt tanquam contra contumacem procedi poſſit, trina citatio eſt neceſſaria: Inuenio † tamen 112 quod Bartol. *d. l. conſentaneum, num.7.* magiſtraliter reſoluit quòd vbi quis citatur ad audiendam ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam reſpicientem primum & ſecundum decrecretum, vel etiam ad audiendam aliquam interlocutoriam, quæ ferè exhauriat vires negotij principalis, trina requiritur citatio, & in his terminis accipienda ſunt iura ſupra citata: ſi verò citetur ad actum non ita præiudicialem, vt ſi citetur ad videndum iurare teſtes, vel ad eorū publicationem vnica ſufficiet citatio. *l. ſi quando C. de teſtibus ſubſcribitur Boerius d.l. conſentaneum, num.114. Iacobi.hic,num.4.& Cur.Iun.num.8. Paul.Caſtr.l.2.nu.4.Cod. quomodo, & quando index, Matheſ. ſing. 132.* & aſſerit receptum Alex.*l.de vnoquoque* §.1.*num.2. infra de re indicata* & Socin.*conſ.10.num.8.lib.4.*

Cæterùm huic communi † reſolu- 113 tioni nimis videtur obſtare *d.l. contumacia* §. 1. dum generaliter requirit trinam citationē vt quis dicatur contumax, *notat Panor.conſ.84.num.1.lib.2.* Ergo cùm antea non reputetur contumax eo abſente, nihil determinari poteſt, *l.de vnoquoque in princ. infr. de re ind.* Pro concordia † dicendū eſt, in hac 114 materia duos caſus eſſe diſtinguendos. Primus eſt, quot citationes requirantur, vt quis dicatur contumax, & in eo dicendū eſt tres citationes requiri, *iuxta text.& d.l.contumacia* §.1. Si igitur † procedatur cōtra aliquē tan- 115 quam

quam contra contumacem ad pœnas iure impositas contumaci, de quibus agit Marant. *in praxi tit. de contumacia a num.9. pag.387.* semper oportet præcedere trinam citationem, aliàs processus factus tanquam contra contumacem non valebit, *Panormit. consil. 84. num.1. lib.2. & c. quoniam frequenter § in aliis, num.45. vt lite non contestat. post Bartol. dict. l. consentaneum, num. 5. & l. proponas, num.3. Cod. de bon. authent. iu-*
116 *dic.* Secundus † casus est, quando non prætenditur, absentem esse contumacem, sed aduersus eum prætenditur, tanquam contra absentem, & non comparentem in iudicio: licèt contumax forsan non sit, *iuxta l. ignorare C.*
117 *de restitut. milit.* & tunc † tenenda est Bart. resolutio supra relata, vt si agatur de actu non multum præiudiciali, sufficiat vnica citatio, licèt propriè non censeatur contumax *l. si quando C. de testibus.* Si verò agatur de actu nimis præiudiciali, necessaria sit trina citatio, quia ad hunc actum non potest procedi, nisi aduersus præsentem vel contumacem, qui pro præsente habetur *leg. de vnoquoque infra de re iu-*
118 *dicata,* qui † autem non comparet in iudicio, non potest dici præsens, neq; etiam potest dici contumax, cùm trina citatio non præcesserit, & ita colligitur ex Bartol. *l. leg. si finita §. Iulianus, num. nono infra de damno infecto,* quicquid inuoluat Deci. *cap. consuluit, num.9. de officio delegati.*

Vlterius est isto textu iuncta *lege*
119 *seq.* colligẽdum est, quòd † vt quis censeatur verus contumax, & vt contra eum procedi possit tanquam contra verum contumacem, non solùm requiratur, quòd ter sit citatus per edicta, sed etiam quòd post trinam citationem interponatur quartum edictum, quod appellatur peremptorium: quia non patitur contumacem tergiuersari: *notat Bart. d. l. cõsentaneum, num.122.* Sed † aduersus hoc notabi- 120
le vrget lex *tres denunciationes C. quomodo & quando iudex,* quæ probat tres denunciationes habere vim peremptorij, vt etiam insinuat *l. contumacia §. 1. infra de re iudicata.* Item vrget in contrarium *l. & post edictum in princip. infra eodem,* vbi & post edictum peremptorium requiritur aliud edictum, & sic quintum, *notat Bart. l. si finita §. Iulian. num.26. infra de damno infecto.*

Sed defendendo † nostrum notab. 121
ad primam difficultatem respõdetur, quòd vt contrahatur vera contumacia vltra tres citationes, requiritur edictum peremptorium. Interuenientibus autem tribus citationibus tantum, contracta quidem videtur contumacia non vera sed ficta, inducta per dispositionem legis, quæ licèt habeat vim peremptorij, regulariter tamen quoad aliqua minus operatur, quàm vera, *vt infra dicemus.* Et ita respondent Paul. Castrens. & Iacobin. *hic in princip. Curt. Iun. num.2. Alexand. l. contumacia, num. 16. infra de re iudicata,* quibus adde Paul. Castrens. *l. 2. num.3. Codic. quomodo & quando iudex,* ex qua responsione necessariò † infer- 122
tur, hoc quartum, quod appellatur peremptorium, non interponi ex necessitate; sed ex sola benignitate iuris, cùm solæ tres denũciationes eundem effectum habeant, & ita Salyc. *dict. leg. tres denunciationes in principio Curt. Iun. hic, num. 6. Alexand l. si finita §. Iulian. num. 22. ad finem infra de damno infecto,* vbi vide Vlcurrum *num. 48. & à num. 70. Boerius dict. l. consentaneum, num. 64.* & latiùs comprobat Boerius *cap. quoniam contra, num. 144. de probat.* Vbi etiam nouam addit explicationem, † sed non placet hæc com- 123
munis traditio, quia imò cũ per solas tres citationes inducatur ficta contumacia, quæ multum differt à vera *iuxta notata l. ex consensu §. final. infra de*

de appellat. & vera inducatur exigitur edictum peremptorium, vt clarè sentit noster textus *cum l. sequenti.*

124 Potest † igitur aliter responderi ad dictam *l. tres denunciationes*, quod loquitur in citationibus, quæ fiunt per denunciationem, quas differre ab illis, quæ fiunt per edicta, apertè insinuat Paul. Iureconf. *lib. 5. receptarum sententiarum cap. 5.* vbi Cuiacius declarat, citationem fieri per denunciationem, quando citandus est præsens in loco, & admonetur per nuntium vel executorem, vt compareat in iudicio. *l. absentem §. aduersus eum glos. infra de pœn. l. 2. Cod. quomodo & quando iudex.* Tres igitur citationes factæ per denunciationem habent vim peremptorij, *dict. l. tres denunciationes*, quia contumacia

125 præsentis, & non † comparentis magis odiosa est, & non minus excusabilis, *vt tradit Aretinus l. final. §. final. num. 16. Codic. de iureiurando propter calumniam dando:* Sed si citatio absentis fiat per edictum, vel per litteras, vltra tres citationes requiritur peremptorium, quia cùm citatus maiorem habeat difficultatem ad conuincendam absentis contumaciam, quartum hoc interponitur edictum, *Salycet. dict. l. tres denunciationes ad finem*, quicquid controuertat Michaël Vlcurrus *dict. l. si finita §. Iulian. num. 78.*

126 Et ex his † subinfertur explicatio ad *dict. l. contumacia §. 1. infra de re iudicata*, dum diffinit, contumacem esse qui tribus edictis, vel litteris euocatus non comparet in iudicio: nam dicendum est, illud quidem in se verum esse. Cæterùm si aduersus contumacem, iudex velit procedere ad aliquam pœnam contumacibus perimpositam, prius debet interponere quartùm edictum, quod peremptorium appellatur, vt probat is textus, & aduertit Michaël Vlcurrus *d. §. Iulianus, num. 77.*

127 Subinfertur etiam † explicatio ad *leg. consentaneum, Codic. quomodo & quando iudex*, dum videtur probare, aduersus citatum per tria edicta, vel per litteras procedi posse ad probationem sententiæ diffinitiuæ, quod repugnat supra traditis; dicendum enim est, quòd in eo textu adduntur illa † verba 128 (*impleta iuris solemnitate*) quod ego intelligo de solemnitate in hoc textu expressa, vt post citationes interponatur edictum peremptorium, *argum. l. si prætor 75. infra eodem, & l. edictum infra eodem*, licèt *glossa* & Doctores *d. l. consentaneum*, aliter prædicta verba interpretentur, & minus obstat, quod *d. l. consentaneum*, addit, quòd si successor primi iudicis absentem ter citauerit, potest aduersus absentem procedere ad diffinitiuam. Nam intelligendum est, hoc procedere, quando prædecessor ter non citauit absentem, & cùm in casu, quo successor ter citauit, non exprimat modum citationis, debet intelligi de citationibus, quæ fiunt per denunciationem. Nam tunc tres † citationes habent 129 vim peremptorij, *dict. l. tres denunciationes*, & supra diximus, quicquid litteram emendet Cuiat. *lib. 18. obseruat. cap. 30.*

Denique † iuxta prædicta venit in- 130 telligendus textus *l. 2. Cod. quomodo & quando iudex.* Nam vel potest intelligi de trina monitione, quæ habet vim peremptorij *vt dictum est*, & ibi expressit Bolognet. *in nouis interpretationibus*, vel potest intelligi de denunciatione facta per iudicem parti præsenti, tunc enim ad inducendam contumaciam, vnica sufficit denunciatio, quia grauior & magis exosa est contumacia illius, qui præsens iudici non obtemperauerit *l. contumacia in principio, infra de re iudicata*, & ita eam intelligunt Bald. *dict. l. 2. num. 2. & ibi Paul. n. 14. & Salicet. Bart. l. si finita §. Iulian. num. 4. infra de damno infecto, Iacobin. hic, num. 2.*

Iason. in rub. num. 5. *Cod. de in ius vocando. Felin. cap. consuluit, num.* 12. *de offic. delegat. Alexand. l. contumacia, num.* 6. *infra de re iudicata*, *Aret. l. final.* §. *final. num.* 16. *Cod. de iureiurand. propter calumniam dando*, *notab. Mathes. singul.* 131. *Boer. dict. l. consentaneum, n.* 110. *&* 116. *Paz in praxi* 2. *tom. in* 2. *part.* §. *vnic. num.* 27. *pag.* 33. Et idem erit si denunciatio fiat parti præsenti de mandato iudicis, *arg. l. si procuratori præsentis infra de verborum obligat. tradit Bald. d. l.* 2. *n.* 2. *ad finem Cod. quomodo, & quando iudex, Felin. cap. pastoralis in princip. de iudic. Catelia in memorabilibus verb. peremptorij*

131 *vim ad finem*, ac proinde † censebitur in his casibus verus contumax, cui deneganda sit appellatio, *iuxta reg. l. ex consensu* §. *fin. infra de appellat. & l. & post edictum* 73. §. *fin. infra eodem, tradit glos. in fine d. l.* 2. *C. quomodo & quando iudex, & ibi Ang. num.* 5. Et hæc de prima difficultate mota contra notabile desumptum ex hoc textu.

133 Neque † etiam prædicto notabili obstat alia difficultas mota ex *l. & post*
134 *edictum post princip. infra eod.* quia † respondent Paul. Castr. Iacobin. & Curt. Iun. *hic in princip.* illud quartum edictum non interponi ex necessitate, sed ex benignitate iudicis, & dicitur tunc peremptorium solemnissimum, & ita etiam Paul. *l.* 2. *num.* 3. *Cod. quomodo & quando iudex, Boer. d. l. consentaneum, num.* 64. quibus addenda est glos. *cap. de illicita verb. peremptorio* 24. *q.* 3.

135 Nam † & videmus, quòd de æquitate Canonica post edictum peremptorium, alia solet fieri citatio, *Panorm. cap. cùm dilecti, num.* 18. *de dolo & contumacia. Beroi. cap. quoniam contra, n.* 143. *de probat.*

136 Sed † mihi magis placet explicatio Duaren. *lib.* 1. *disput. cap.* 7. quòd textus non tractet de quinto edicto, sed tantùm de citatione, quæ fit voce præconis, vtrum citatus per edictum peremptorium præsens sit? vt vulgo in iudiciis fieri videmus, & prosequitur Paz *in praxi* 2. *tom. in* 2. *p.* §. *vnico, n.* 25.
pag. 33. Adde † quòd de stylo Curiæ, 137
post peremptorium expectatur citatus per triduum, tam in regno Portugalliæ, *ord. lib.* 3. *tit.* 15. *in princ. nouæ recopilationis*, quam Neapolis *Afflict. lib.* 1. *const. rub.* 96. *num.* 27. notabilem circa hoc proponens quæstionem, & videndus est etiam Iul. Clar. *in prax. crimin.* §. *fin. q.* 44. *num.* 14. Et hac ratione *in d. l. & post edictum*, vtitur Iureconsult. verb. (*citari*) quod propriè † 138
significat citationem, quæ fit voce præconis, *l. diuus supra de rest. in integr. & ibi not. Aguinar. Baro. & insistit Rober. lib.* 3. *sent. cap.* 7. *ad finem.*

Vlterius † ex isto textu ibi (*vt primo quis petat*) colligendum est, quòd 139
vt procedatur aduersus absentē contumacem, debet alia pars accusare absentiam, & contumaciam partis absentis, & petere, quod aduersus eum procedatur. Quod etiam probat *l. properandum* §. *etsi quidem C. de iudic. & ibi notat Bart. num.* 4. Quod etiam probat auth. *qui semel C. quomodo, & quando iudex tradit Bart. auth. ei qui ad finem C. de temporibus appellat. & l. si finita* §. *Iulia. n.* 5. *inf. de damno infecto. cum similibus*, de quibus per Ias. *l. qui ante num.* 6. *vers.* 4. *fallit infra de verbor. oblig. Rebuf. videndus* 3. *tom. ad ll. Gallicas tit. de contumacia art.* 3. *glos. vnica à num.* 2. *Hippol. tract. bannitorum* §. 5. *n.* 78. *Azeued. l.* 5. *tit.* 3. *lib.* 4. *ordin. num.* 2. Vnde licèt † 140
quando vtraque pars est præsens, possit iudex ferre sententiam illis non petentibus *l. de vnoquoque in princip. infra de re iudic.* Tamen quando † altera 141
pars est absens, oportet quòd præsens accuset, & petat aduersus absentem procedi, vt probant iura supra citata, & tradit Felin. *cap. pen. num.* 20. *de iud.* Ita † vt si constet partem non accusasse 142
absentiam absentis, sententia lata aduersus

uersus absentem, erit nulla *l. 1. §. item cùm ex edicto, infra quæ sententiæ sine appellatione rescindant.* & asserit receptum Alex. *l. vnica, num. 10. C. vt quæ desunt aduocatis Ias. d. 6. etsi quidem, n. 5.* Item
143 † debet iudici constare ex actis de contumacia absentis, *l. hæc autem §. non defendi infra quibus ex causis in possess. eatur Roman. cons. 354. num. 14. Beroius cap. quoniam contra, num. 145. de probat.*
144 *& Neuizan. cons. 61. à n. 26.* Ex † quibus infertur, quòd si vtraque pars sit absens, ita vt non sit, qui possit accusare contumaciam absentis, non poterit ferri sententia, imo edictum peremptorium cēsebitur circumductum, *& l. post edictum §. 1. infra eod. notat*
145 *Roman. cons. 354. num. 13.* Infertur † etiam quòd si altera pars sit præsens, & tamen non accuset absentiam aduersarij, neque petat contra eum procedi ad sententiam, si nihilominus iudex sententiam ferat, non valebit quia deficiunt requisita, de quibus supra.
146 Habet † tamen hæc conclusio aliquas limitationes, de quibus per Cur. Iun. *hic, num. 5.* & Iason. dict. *§. etsi quidem, num. 6.* & vltra eas ea est notabilior quam assignat Bald. *l. si tutor. n. 1. C. de interdict. matrim.* quòd stante statuto, quòd non comparens in termino assignato, habeatur pro confesso, transacto termino contumax habebitur pro confesso, etiamsi præsens non accuset absentiam contumacis, nec petat declarari, quod pro confesso
147 habeatur. Nam cùm illud, quòd † absens habeatur pro confesso, procedit ex dispositione legis, siue statuti, non requiritur partis præsentia, nec petitio, quod absens habeatur pro confesso, *argumen. l. quæ sub conditione, §. fin. infra de conditio. instit. l. 2. cum ibi notatis C. de pactis, & ibi latè defendit* Neuizanis *consil. 60. à num. 2. & latiùs* Pomand. *consil. 90. à num. 16. lib. 3.*

Contrariam † tamen opinionem: 148
imò statutum esse intelligendum secundùm ius commune, & sic si pars præsens accuset absentiam aduersarij, & petat declarari habendum esse pro confesso tenet Ancharan. *consil. 97. in quæstione, nu. 5. Anton. Natta consil. 364. stante à num. 2. lib. 2. Octauian. decis. Pedemont. 3. à num. 4. Thesaur. decision. Pedemontan. 19. num. 1. ad finem*, quibus adde Ripa. *cap. 1. num. 30. ad finem iudic. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de contumacia, articul. 3. gl. vnica à num. 11.* & videtur verius. Neque † obstat ra- 149
tio Baldi, quia cùm dispositio statuti sit facta in fauorem † præsentis, in- 150
telligitur tacita conditio, si ille eo fauore voluerit vti, *l. 1. §. inde quæritur infra de noui oper. nunciat. l. scimus in principio cum glos. Codic. de inofficioso testament. l. 2. Cod. de iure emphyteut. tradit Cumanus l. nemo potest, num. 7. infra de legatis 1.* & qui nihil petit, videtur nolle eo fauore vti, *arg. l. commissoria C. de pactis inter † emptorem & l. voluntaria C.* 151
de excusat. tutorum. Oportet igitur, quòd elapso termino, præsens compareat, & accuset contumaciam actoris, vt prædicto statuto sit locus, *Bart. d. l. si finita §. Iulianus, num. 31. Auend. tract. primi & secundi decreti 1. part. num. 7. ad finem,* declarando tamen vt per Thesaurum *decis. Pedemontan. 190. num. 2.* & vide glos. notabilem *cap. de illicita verb. peremptorio 24. q. 3. Hippol. tract. bannitorum §. 5. num. 77.*

Vlterius † ex isto textu annotan- 152
dum est, quòd vnumquodque edictum debet continere interuallum decem dierum, vt absens compareat. Concordat *l. properandum §. etsi quidem C. de iudiciis* ampliando per Panor. *c. 1. num. 7. de dilatio.* & aliter per Menoch. *lib. 2. de arbitr. casu 52. num. 2.* & colligitur, in citatione debere præfigi terminum, intra quem citatus compareat *l. 11. titul. 7. partit. 7. & ibi Gregor.*

153 *videndus in glos.* 1 Qui † quidem terminus censetur peremptorius *Panor. cap. sæpè, num.* 12. *de appellat. & Paul. Castrens. hic, num.* 1. neque est omittendum, quòd glos. *l. per interuallum infra eodem*, existimat hoc hodie correctum esse per dispositionem auth. *qui semel. Cod. quomodo & quando iudex*, quæ probat vnumquodque edictum debere habere interuallum 30. dierum *& subscribit Afflict. lib.* 1. *cōstitut. rub.* 96. *num.* 1. *Boer. d. l. consentaneum, num.* 50. *C.*
154 *quomodo & quando iudex.* Sed † in contrarium est veritas, quia d. auth *qui semel.* loquitur in actore absente, aduersus quem multa de nouo induxit, & ideo ei maiora interualla dierum concessit ad comparendum: Sed in reo absente obseruanda est decisio nostri text. *vt tradit Bart. d. auth. qui semel, num.* 7. *Iacobin. hic, num.* 16. *& Curt. Iun. num.* 12. de initio concedendi hoc interuallum decem dierum audiendus est Cuiat. *lib.* 20. *obseruat. c.* 11. Item adde, quòd poterit ferri sententia in vltimo die peremptorij, *Bart. l. si finita §. Iulian. numero* 26. *infra damno infecto.*

155 Præterea † & ex *l. peremptorio infra eodem*, colligendum est, quòd in peremptorio debet iudex comminare, quòd si absens non compareat, ipse iudex de causa cognoscet, & pronunciabit, & sic videtur textus innuere, quòd in termino vltimo non solùm debet exprimi verbum (*peremptoriè*) sed etiam debet fieri comminatio, de qua supra. Paul. tamen Castr. *d. l.*
156 *in peremptorio* existimat, illam † comminationem non esse necessariam, quando in vltimo edicto exprimitur verbum (*peremptoriè*) in quo virtualiter videtur contineri prædicta comminatio *subscribit Iacobin. hic, num.* 12. *Curt. Iun. num.* 7. *Soar. pace in prax.* 2. *tom. in* 2. *p. §. vnico, num.* 24. *pag.* 33. Sed repugnat huic declarationi, generalitas *d. l. in peremptorio*, quæ † indistinctè requirit illam comminationem. Sed 157
pro vera resolutione aduertendum est, quod licèt Bart. *l. si finita §. Iulian. num.* 9. *infra de damno infecto*, & Boer. *d. l. consentaneum, n.* 109. *& n.* 112. *Marant. in prax.* 6. *p. tit. de citat. n.* 72. *pag.* 170. & Curt. Iun. *hic, num.* 7. existiment, quod etiam, quando interponitur quartum edictum, est necessarium exprimi verbum (*peremptoriè*) tamen verius est contrarium. Nam quartum edictum ex suaptè natura videtur continere verbum (*peremptoriè*) etsi non exprimatur, vt apertè colligitur *ex l. & tertium infra eod.* Oportet † nihilominus 158
in eo fieri prædictam comminationem, quia per prima edicta, absens tantum fuit vocatus ad defendendam causam, & ideo virtute illius ad prolationē sententię procedi non poterit. Nam † quando quis citatur ad vnum 159
actum, in quo redditur cōtumax, non potest aduersus eum procedi ad alium diuersum actum, nisi id fuerit iudex comminatus, *Bart. l.* 3. *§. Stychus annua, infr. de statu lib.* Et ideo in quarto edicto requiritur, quòd fiat prædicta comminatio. Quare † si prima edicta 160
continerent vocationem generalem, etiam ad audiendam sententiam, non esset necessaria prædicta comminatio, vt explicat Panor. *cap. causam quæ de rescript. num.* 4. & insistit Michaël Vlcurrus *d. §. Iulian. num.* 45. habet tamen hæc conclusio aliquas limitationes, de quibus agit Iacobin. *hic, num.* 5.

Vltimò † ex *l. nonnunquam, infra eodem*, colligendum est, in arbitrio iudicis esse moderare numerum edictorum, ita vt possit proponere vnum pro tribus. Concordat *l. contumacia infra de re iudicata, & l. consentaneum Cod. quomodo & quando iudex*, sed † circa 161 162
intellectum *dict. l. nonnunquam*, aduertendum est, quòd Panormitan. *cap.* 1. *num.* 9.

num. 9. de dilatio. existimat, quòd quando vnum edictum proponitur pro tribus, debet continere spatium 30. dierum, ita vt illud vnum edictum habeat illud spatium dierum, quod
163 tria habere debuisset. Sed † cauendum est, quia licèt ea opinio Panormitan. fuerit quorundam antiquorum, quos refert glos. *dict. l. nonnunquam verb. vnum*, tamen glos. fin. ibidem clarè sentit, etiam iudicem posse moderate spatium dierum, vt ibi clarius Paul. Castres. & Afflict. *lib. 1. constitut. rub. 96. num. 18. Iacobin. hic, n. 13.* quia aliàs arbitrium moderandi edictum concessum iudici, parum aut nihil operaretur. Item est aduertendum, quod licèt Curt. Iun. *hic numero 6.* afferat receptum, iudicem posse facere hanc moderationem pro libito absque iusta causa, tamen verius est,
164 quòd † in terminis iuris communis id iudex non possit facere, nisi ex iusta causa, *argument. l. 2. infra de re iudicata*, & in terminis probat *dict. l. nonnunquam*, siue ex vrgente necessitate, vt inquit textus *cap. 1. de dilationibus, tradit glos. cap. de illicita. verb. peremptoriè 24. quaest. 3. notab. Alexand. l. 2. num. 13. ad finem infra de re iudicata, Dec. cap. consuluit num. 11. de offic. delegat. Boer. dict. l. consentaneum, num. 19. Menoch. lib. 2. de arbit. casu 52.*
165 *numero* 3. Et † ideo glos. *dict. cap. 1. de dilationibus*, admonet, quòd quando iudex praedictam moderationem faciet, semper in ea exprimat causam, ne aliàs partibus tribuat iustam causam appellandi, & ibi sequitur Panor. *num. 10. Felin. cap. cùm sit, num. 9. & ibi Dec. num. 25. de appellat. Dec. l. 1. num. 7.*
166 *Cod. de edend.* Iustas † autem causas moderandi, enumerat, *Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 52. à num. 10.* & vide ad quid istum text. inducat Barr. *repet. l. de quibus, num. 17. supra de legib.*
167 Et † addendum est praedictis, quòd vbi vnum edictum proponitur pro tribus, debet in eo exprimi verbum (*peremptoriè*) quia aliàs vnum tantum edictum non potest habere vim peremptorij, & ita colligitur *ex l. contumacia infra de re iudicata, & ex d. l. consentaneum, & ibi tradit Boer. num. 25. Afflict. lib. 1. constitut. rub. 96. n. 15. Curt. Iun. hic ad finem, Hippol. tractatu bannitorum, verb. sententia §. 5. num. 77. Vantius de nullitate ex defectu citationis, num. 102. pag. 443.* resoluens, quòd vbi vnum edictum proponitur pro tribus, debet † in eo exprimi verbum 168
(*peremptoriè*) aliàs non valebit sentententia. Sufficiet tamen exprimere verbum aequipollens, vt si in edicto exprimatur comminatio, de qua supra *Bart. l. si finita §. Iulian. numero 4. & ibi Alex. num. 12. infra de damno infecto*, vbi videndus est Vlcurrus *num. 45.* quibus adde Paul. Castr. *l. in peremptorio, infra eodem. Felin. c. causam de rescript. n. 3. post. Panor. ibi n. 4. Curt. Iun. hic n. 7. Afflict. lib. 1. constit. rub. 69. num. 2. Boer. d. l. consentaneum, n. 116. Menoch. cons. 100. n. 171. lib. 1.* Sunt † tamen non- 169
nulli casus, in quibus iudex non potest moderare edicta, neq; spatia dierum, quae debent continere, quos refert Panor. *c. ex tua, n. 4. de clericis non residentibus, & latius Ale. l. contumacia à n. 11. infra de re iud. Felin. cap. causam quae n. 2. de rescript. & cap. consuluit à n. 13. de off. delegat. & c. quoniam frequenter §. porrò, n. 32. vt lite non contestata. Soc. reg. 51. & Bern. Diaz. reg.* 81. & in notabili casu tradit Auend. *tract. primi & secundi decreti 1. par. n. 9. ad medium & num. 11.*

Postremò in hac † materia illud est 170
sciendum, quòd hodie ex consuetudine generali propositio edictorum, & spatium in illis assignandum, est iudici arbitrarium, qui ad libitum potest illa mutare & moderare, *vt tradit Bart. auth. qui semel. num. 14. Cod. quomodo, & quando iudex, Boerius*

*dict.l.consentaneum, num.*31. *Panor.cap.* 1.*num.*7. *& num.*10. *de dilatio. Vantius de nullitate ex defectu citationis, num.*70. Quinimo dicit Paul. Castrens. *l. tres denunciationes ad finem. Codic. quomo-*
171 *do & quando iudex.* quòd hodie † ex consuetudine generali sufficit vnica citatio ad determinationem totius causæ, siue citatio fiat per edictum, siue alio modo, & etiamsi non sit expressum verbum *(peremptoriè)* circa quæ Pauli dicta, in primis est aduertendum, quod vnam citationem
172 sufficere ad determinationem † totius causæ asserit in regno Neap. obseruari Afflict.*lib.*1.*constit.rub.*96.*n.*16. & idem etiam obseruari in regno Franciæ, & in multis aliis orbis partibus asserit Iul. Clar.*in prax.crim.*§.*fin. q.*44.*n.*13. *Menoch. conf.*100.*num.*172.
173 *lib.*1.Quod † in regno Portug.obseruatur: nam sufficit vnica citatio, vt cõtra absentem lis habeatur pro contestata, & vt procedatur ad sententiam diffinitiuã, vt disponit ordinat. Portugalliæ *lib.*3.*tit.*14. *& hodie lib.*3. *tit.*15.*noue recopilationis.* Licèt quoad
174 hunc effectum in regno Castellæ † tres requirantur citationes *l.* 1. *tit.*11. *lib.*4 *ord.*Quod verò Paul.Castr.addit in hac vna citatione nõ requiri quòd exprimatur verbum (*peremptoriè*) vel æquipollens, id vtique ita obseruatur in regno Neap. vt testatur Marant. *in praxi 6.p.tit.de citatio. num.*72.
175 *pag.*376.quia † in eo regno omnes causæ sunt summariæ, in causis summa-
176 riis non † requiritur expressio verbi *(peremptoriè)Clem.sæpè ad finem de verb. signific.* Contrarium tamen, imo in eo
177 regno necessarium esse † expressionem verbi (*peremptoriè*) & alias non ligare eam citationem,post Andream de Ysernia resoluit Afflict.*lib.*1.*constit. rub.*96.*num.*15.sed vera resolutio colligitur ex traditis per Vantium *de nullitate ex defectu citationis n.*105.

In regno sanè † Portugalliæ obseruatur generalis consuetudo, cuius Paulus Castrensis meminit: sufficit enim in eo regno vnica citatio & si non exprimatur verbum *(peremptoriè)* 178
vt disponit † ordinat. *lib.*3.*tit.*1. §.13. 179
in vtraque copilatione, & idem in Curia Romana obseruari asserit Paul. Castrẽs. *hic,nu.*6. *Soares de pact in praxi* 2.*tom.pag.*15.*num.*8.

Postremò annotabis, quòd † ordi- 180
dinat. Portugalliæ*dict.lib.*3. *tit.*1.§.13. in hac materia citationis, multa innouat contra receptas traditiones iuris communis. Prima, quòd † in eo 181
regno sufficiat vnica citatio ad totam causam,siue pars sit præsẽs,siue etiam absens in longinquis locis.Item quòd non est necessarium, quòd in citatione † exprimatur, quod sit ad totam 182
causam, quia id tacitè intelligitur ex dispositione illius ordinationis, & tamen iure cõmuni non admittebatur citatio ad totam causam, nisi quando pars resideat in longinquis partibus, ita vt valde laboriosum esset, eum citare ad singulos actus iudiciales. In hoc enim casu tantum † iure commu- 183
ni admitebatur vnica citatio ad totam causam.*c.tum ex litteris ad finem de restit. in integrum c. cùm olim de dolo & contumacia tradit Paul.hic,nu.*6. *Iacob.n.* 8.*idem Iac.l.si pretor in princ.nu.*21.*infra eodem Ias.l.nec quicquam* §. *vbi dec. num.* 37.*supra de offic. proconf. Alex. l.qui ante n.*11.*& ibi Aretin.n.*7.*infra de verb.oblig. not.Boer.d.l.cõsentaneum,n.*81. *Maranta in praxi in* 6 *tit.de citatio.n.*118.*pag.*378. Præterea & iure communi facta prædicta generali † citatione, si citatus 184
comparebat in iudicio, extincta censebatur prædicta generalis citatio, & oportebat, quòd vbi comparuit postea ad singulos actus iudiciarios specialiter citaretur, *vt post Innoc. & alios resoluit Alex. d.l. qui ante, n.*12. *infra de verb.obl.Iaco.si prat.in prin.nu.*3. *inf.eod.*

Neuzan.

Nenizan.conſ.20.num.16. Circa quod tamen eſt videndus Rom. *l.1.num.14. ſupra de recept. arbitris*, *& Marant. in prax. 6.part.tit. de citationib. num.* 118. *pag.* 378. *Vantius de nullitate ex defectu citationis,num.*98.*pag.*439.

185 Prætereà † & iure communi erat neceſſarium, quòd in ea citatione fieret comminatio,quòd ſi non comparuerit procedetur aduerſus eum ad ſententiam diffinitiuam, *Bart.l.* 3. *§. Stychus annua infra de ſtatu liber.*quæ tamen omnia corriguntur per prædi-
186 ctam ordinationem. Quinimò † & in alio prædicta ordinatio emendat ius commune,ſcilicet quòd admittit prędictam citationem, etiamſi adhuc lis conteſtata non ſit: & tamen iure communi ea non admittebatur, niſi poſt litem cõteſtatam,quia antea inepta & impoſſibilis videbatur prædicta citatio, vt ſcilicet lite non conteſtata poſſet procedi ad ſententiam diffinitiuam,*vt tradit Bald.conſ.* 4.*quidam num.*2.*lib.*5.*& Marant. in prax.6.part. tit.de citatio. num.* 118.*pag.* 378. quòd nihilominus prædicta ordinatio ex ea
187 ratione, quia † in eo regno etiam lite non conteſtata proceditur ad ſententiam diffinitiuam aduerſus abſentem, vt diſponit ordinatio, *lib.3.tit.15.nouæ recopilationis.*

Aduerte tamen prædictas ordinationes eſſe intelligendas,quando quis fuit citatus perſonaliter, vt quia eſſet locus certus, in quo citandus reſideret: aliàs enim ea generalis citatio nihil operabitur cõtra abſentem,procedetur per edicta,niſi concurrant ea, de quibus Clement. 1. *de iudiciis*, *vt poſt Paulum Caſtr.tradit Iacob.hic, nu.* 8. & apertè ſentit ordinatio Portugalliæ *lib.3. tit.1.§.8.nouæ recopilationis*, de ſtylo autem Romæ Curiæ, vbi quis ſemel citatus fuit perſonaliter,quoad alios actus iudiciarios, admittitur citatio per edicta, vt proſequitur Vantius *de nullitate ex defectu citationis à nu.90.pag.*441.& hæc ſatis in materia.

L.Si prętor,75.in princ.ff.de Iud.

SVMMARIA.

1 *Colligit ex text. quòd ſufficit, iudicem pronunciare quem eſſe debitorem,vt ille condemnatus videatur, licèt iudex id non expreſſerit.*
2 *Iudex executor quando poſſit cognoſcere de validitate ſententiæ.*
3 *Iudicum executorum duæ ſpecies.*
4 *Meri executores qui.*
5 *Declarat, quòd ij executores debent tantùm tractare de executione ſententiæ, neque de iuſtitia illius poſſunt ſe vllo modo intromittere.*
6 *Declarat,quòd de his executoribus loquitur is textus,& iura ſimilia.*
7 *Mixti executores qui.*
8 *Declarat, quòd ij executores apparente contradictore, tenentur partes iudicis ſubire, etſi de validitate conceſſionis, quæ ſibi exequenda commiſſa eſt, & de eius validitate pronunciare.*
9 *Mixtus executor qui.*
10 *Proxima dicta impugnantur.*
11 *Refert concordiam ad dictas opiniones.*
12 *Vt quis omni reſpectu dicatur merus executor oportet quòd ſolenniter de cauſa principali ſit cognitum, & etiam de cauſa executionis.*
13 *Colligit ex text.quòd ille cui committitur executio ſententiæ non poteſt de ſententia principali cognoſcere, hoc eſt, de iniquitate vel iniuſtitia illius.*
14 *Sententia etiam iniuſtè lata contra ius partis,tranſit in rem iudicatam vnde amplius de eius iniuſtitia tractari non poteſt.*
15 *Comprobat concluſionem, de qua num.* 13.*& eam latè ampliat.*
16 *Reprobat tradita per Ang. hic ad fin.*
17 *Reſpondet ad doctrinam Innoc.1. nu. 2.de offic.ord.*

18 *Iudex*

18 *Iudex par non potest infringere sententiam*

19 *Si mandata sit executio alicuius rei factæ extra iudicium, tunc si executor par sit, & suspicetur de iniustitia rei exequendæ poterit in executione supersedere.*

20 *Declarat regulā huius text. procedere, etsi ille, cui mandata sit executio, sit æqualis in iurisdictione cū mādante.*

21 *Colligit etiam regulam huius text. non procedere, quando mandata est executio rei, de qua iudicialiter cognitum non est, & ibi ratio traditur.*

22 *Infert conclusionem huius text. procedere, etiam si de iniustitia sententiæ constet manifestè ex actis, vel incontinenti ostendi possit.*

23 *Licèt sententia sit lata contra ius, & is error possit colligi ex actis, tamen si is error non sit expressus in sententia, valet sententia, & transit in rem iudicatam.*

24 *Arguit contra proximam cōclusionem ex cap. inter cæteras, de re iud. Quod ad id expendit, & adducit pro hac sententia multos doctores.*

25 *Approbat illationem, de qua num. 22. & respondet ad dict. cap. inter cæteras, de re iud.*

26 *Tradit autor nouam interpretationem ad dict. cap. inter cæteras.*

27 *Quando causa committitur appellatione remota, à sententia iniqua appellari potest, quamuis tunc appellatio tantum operetur effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum propter prædictam causam.*

28 *Proponit secundum casum, quando sententia continet manifestam iniquitatem, quo casu dicit text. sententiæ non esse standum.*

29 *Nouè interpretatur Auctor dict. verba, & resoluit, quòd nō obstante clausula, appellatione remota, appellatio in hoc casu inducat effectū suspēsiuū.*

30 *Clausula, appellatione remota, non censetur excludere appellationē, quæ interponitur à manifesto grauamine.*

31 *Retorquet dict. cap. inter cæteras, aduersus communem sententiam.*

32 *Licèt sententia sit notoriè iniusta, tamen mero iure valet, & necessaria est appellatio.*

33 *Declarat, quem effectum operabitur, quando constat, quòd sententia sit manifestè iniusta.*

34 *Resoluit communem opinionem tantum admitti posse, quando ex sententia iniusta resultat error intolerabilis.*

35 *Quando dicatur error intolerabilis remissiuè.*

36 *Reijcit concordiam, quam ad has opiniones assignat Antonius Gabr. loco hic, relato.*

37 *Ostendit verius esse, quòd etsi ex ipsa sententia constare possit de iniquitate, tamen mero iure valebit, & transibit in rem iudicatam, si ab ea non appelletur.*

38 *Ostendit veram esse decis. in hac materia, inter sententiam latam contra legem, vel contra ius partis.*

39 *Sententia lata contra legem non valet, si iudex se referat ad certam partem actorum, ex qua adiuncta sententia constet, ipsam sententiam fuisse latam contra legem.*

40 *Si iudex dicat in sententia, quia per Seium & Mæuium probatum est debitum, condemno reum, & ex actis constet, hos nihil probasse, nihilominùs valebit mero iure sententia.*

41 *Si coram executore opponatur exceptio quòd sententia exequenda sit ipso iure nulla, de hac exceptione iudex executor cognoscere potest.*

42 *Sententia nulla non meretur nomen sententiæ, & ob id executioni mandari non debet.*

43 *Declarat cōclusionem nu. 41. quādo de nullitate constat ex actis, vel in continenti probari potest, aliàs secus.*

44 *Exceptio nullitatis, quæ corā iudice qui tulit*

tulit sententiam, opponitur, vel ex actis debet constare, vel incontinenti probari debet, aliàs tanquam proposita ad differendam executionem explodenda est.

45 *Declarat, executorem posse de prædicta exceptione cognoscere, ad effectum, vt si videat calumniosè opponi, debeat eam reijcere, & ea reiecta procedere in executione.*

46 *Declarat, quomodo iudex debet procedere, si credat sententiam reuera esse nullam, vel dubitet.*

47 *Si nullitas euidēs sit ex ipso tenore sententiæ, cùm tunc ipsa sententia videatur se infringere, executor poterit super ea pronunciare.*

48 *Declarat differentiam, quæ versatur inter nullitatem, quæ ex actis colligitur, vel incontinenti probari potest, & inter eam, quæ colligitur ex ipsa contextura sententiæ.*

49 *Tradit, quòd primo casu non potest pronunciare executor super nullitate, sed debet remittere exceptionem nullitatis ad iudicem, qui tulit sententiam.*

50 *In secundo casu de ipsa nullitate executor pronunciare potest: tunc enim executor non infringit sententiam, sed ipsa semet infringit.*

51 *Contra tres sententias conformes, non admittitur exceptio nullitatis, quamuis ex actis colligi possit, vel etiam incontinenti probare.*

52 *Exceptio nullitatis notoria de qua apparet ex contextura ipsius sententiæ, contra tres sententias conformes admittitur.*

53 *De omnibus exceptionibus respicientibus ipsam exceptionem, compatientibus se cum ipsa sententia principali, poterit executor cognoscere, & pronunciare.*

54 *Agit de intellectu & explicatione legis penult. infra de confessis.*

55 *Exceptio impugnãs sentētiã, quæ transiuit in rem iudicatã nō admittitur.*

56 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam, sed illius executionem moderatur, admittitur.*

57 *Refert Doctores, qui illam rationem differentiæ impugnant & argumenta eorum adducit.*

58 *Si bona hereditaria non sufficiunt ad soluendum fideicommissum, illud ipso iure non debetur.*

59 *Ostendit quo pacto communis ratio differentiæ ab argumento contrariæ opinionis defendi possit.*

60 *Declarat multum interesse in allegatione ad declarandam dispositionem, vel ad eam omnino perimendam.*

61 *Resoluit hanc esse veram explicationem dict. l. penult. de confess.*

62 *Docet, iuxta prædictam distinctionem esse explicandam Ordin. Portugalliæ lib. 3. tit. 86. §. 3. & tit. 87. § fin.*

63 *Quando iudex executor habet iurisdictionem ordinariam inter eas partes, de nullitate sententiæ inter eas cognoscere poterit.*

64 *Explicat rem: ssiuè illud, quod text. dicit, decreta Prætoris non debent esse illusoria.*

ANTEQVAM ad explicationem † materiæ huius text. 1 deueniamus, ex litera illius colligendum est, cum Bart. *hic, num. 2.* quòd sufficit iudicem pronunciare, quem esse debitorem, vt ille condemnatus videtur, licèt id non expresserit. Idem tradit Bart. *l. 1. num 4. infra de re iudicata, Paul. Castrens. consil. 275. col. 1. ad finem lib. 2. Bungella leg. si is cui, num. 22. infra de verborum obligationibus.* Quo præmisso deueniendo ad materiam colligenda est ex isto textu notabilis conclusio: Quòd † iudex executor non potest 2 cognoscere de validitate sententiæ, cuius executio rei tantùm fuit commissa. Concordat *cap. de cætero de re iudicata. cap. pastoralis § quia vero de*

officio delegati. l. à Diuo Pio §.1. infra de re iudicata.

3 Ad cuius † tamen materiæ veram explicationem præmittendum est, iudicum executorum duas esse species.
4 Quidam † enim dicuntur executores meri, quidam verò mixti: meri dicuntur, quibus est commissa exe-
5 cutio sententiæ, quæ † lata fuit causa cognita, & hi tantùm debent tractare de executione sententiæ, neque de iustitia illius possunt se vllo modo intromittere, *l. ab executore, Codic. quorum appellationes non recipiantur.*
6 Et † de his executoribus loquitur is textus, & iura similia. Mixti autem
7 † executores dicuntur, qui concessionem factam per Principem causa non cognita, & sibi commissam exe-
8 quuntur: hi enim apparente † contradictore, tenentur partes veri iudicis subire, & sic de validitate concessionis prædictæ, quæ sibi exequenda commissa est, & de eius validitate pronunciare, & ideo mixti executores appellantur, *l. etsi non cognitio C. si contra ius, cap. exhibita de iudic.* Et hanc distinctionem assignauit glos. 1. *cap. pastoralis §. quia vero, de officio delegati, quam ibi extollit Andr. Sicul. numero* 5. & ea non relata, eandem distinctionem posuit Paul. Castrens. *hic, num.8. Iacobin. num.1. Baptista Fer-*
9 *retus consil.53. num.1.* Adde quod † & mixtus executor dicitur, quando procedit aduersus eum, qui est in rei possessione, nam tenetur tunc executor assumere partes veri iudicis ex ratione legis final. *Codic. si per vim,* vel alio modo, & est doctrina Innoc. *capit. 1. num. 5. de concessione prabend. lib.6.* & de ea notab. agit Nauar. *cap. cùm contingat.7. causa nullitatis de rescriptis.*

10 Sed vrget aduersus † hanc receptam distinctionem, quòd is dicitur merus executor, qui tantùm de executione cognoscere potest, neque vllam exceptionem debet admittere, *l. si vt proponis, & l. executorem Cod. de executione rei iudicat.* Executor autem, de quo agit is textus, multas exceptiones partis admittere tenetur, vt statim dicemus: Ergo magis debet appellari executor mixtus: quòd ita sentit Bart. *l. à Diuo Pio in principio num.10. infra de re iudicata, Panorm. cap. pastoralis §. quia vero, colum.2. ad medium de officio delegati, & cap. de cætero num.4. de re iudicata.*

Pro concordia † dicendum est, 11
quòd si consideres, executorem, ratione causæ principalis, merus dicetur, quia contra sententiam principalem, nihil admittere potest, vt de eo cognoscat *d. cap. pastoralis §. quia vero,* & probat is textus. Si verò eum consideres habito respectu ad ipsam executionem sibi commissam, mixtus executor appellare potest: quia debet admittere & cognoscere de exceptionibus respicientibus executionem, *vt infra dicemus*: Vt igitur quis
† omni respectu dicatur merus exe- 12
cutor, oportet quòd solemniter de causa principali sit cognitum, & etiam de causa executionis. Is enim propriè merus dicetur executor: quia hoc casu exceptiones etiam respicientes executionem admittere non potest, cùm præsupponamus, & de ipsa executione cognitum fuisse, & ita glos. *cap. super quæstionum, in principio, verb. executore, de officio delegati, & ibi Panormitan. num.10. Iason. l. à Diuo Pio in principio, num.14. infra. de re iudicata.*

His ita præmissis, redeundo ad interpretationem huius textus ex eo (*vt diximus in principio*) colligendum est,
† quòd ille, cui committitur execu- 13
tio sententiæ, non potest de sententia principali cognoscere, hoc est de iniquitate, vel iniustitia sententiæ,

vt

vt hîc exprimit gl. *ver. cognoſcere*, quam
probat Bart. Bald. Paul. Caſtrenſ. &
Iacobin. *hic*, *num.*7. & pro illis eſt
textus clarus *dict. cap. paſtoralis* §. *quia*
14 *vero*. Et eſt ratio, quia † ſententia
etiam iniuſtè lata contra ius partis
tranſit in rem iudicatam, *iuxta no-
tata l. cum prolatis infra de re iudicata.*
Vnde amplius de eius iniuſtitia tra-
ctari non poteſt *l. poſt rem indicatam,
infra de re iudicata*, & imputet ſibi pars,
quæ ab ea non appellauit, *l. ab eo Co-
dic. quomodo & quando iudex*, *capit.
quoad conſultationem*, *de re iudicata*, *&
aduertit Bald. hic*, *Imol. conſil.*127. *nu-
15 mero* 2. Ex quo conſequitur, † quòd
ſi coram iudice executionis oppo-
natur exceptio, quòd ſententia exe-
quenda eſt iniuſta, non debet iu-
dex eam admittere, neque ratione
illius debet in executione ſuperſe-
dere, etiamſi ſciat, illam re vera eſſe
iniuſtam: nam ſatis eſt, quòd ius fe-
cerit inter partes, ex quo tranſiuit
in rem iudicatam, *l. res iudicata infra
de regulis iuris*, & ita apertè colligi-
tur ex iſto textu, & ex *dict. cap. pa-
ſtoralis* §. *quia vero*, *tradit Panormi-
tan. cap. de cætero, num.*4. *in fine de re iu-
dicata.*
16 Vnde cauendum † eſt ab Angelo,
hic ad finem, dum dicit, quòd ſi iu-
dex executor eſt par in iuriſdictione
cum eo, qui mandauit executionem
fieri, & intelligit, vel probabiliter
ſuſpicatur, ſententiam exequendam,
eſſe iniuſtam, debet ſuperſedere in
illius executione, allegat Innoc. *cap.* 1.
*num.*2. *de offic. ordinar.* & ſubſcribunt
Paul. *hic*, *num.*2. *& Iacob. num.*8. ſed
apertè confunditur ex ſupra tradi-
17 tis. Neque † repugnat doctrina In-
noc. dict. *cap.*1. *num.*2. *de offic. ordi-
nar.* quia licèt referat opinionem,
quam ei tribuit Angelus: tamen po-
ſtea ab ea recedit, concludens, quòd
ſi de cauſa iudicialiter cognitum fuit,
quòd tunc executor etiam æqualis
illi, qui mandauit executionem fie-
ri, indiſtinctè tenetur exequi ſen-
tentiam: quia par non † poteſt in- 18
fringere ſententiam paris, *l. nam ma-
giſtratus ſupra de receptis arbitr.* & ex-
plicat Imol. *dict. cap.*1. *num.*15. *de offi-
cio ordinar.* Quòd † ſi mandata ſit exe- 19
cutio alicuius rei factæ extra iudi-
cium, tunc ſi executor par ſit, & ſu-
ſpicetur de iniuſtitia rei exequendæ,
poterit in executione ſuperſedere, *vt
tradit Innocent. vbi ſupra*, *& Franciſcus
Marcus deciſ.*269. *num.*1. *in prima par-
te*, *& prius Alexand. conſil.*130. *num.*3.
*lib.*4. *Probus cap.*1. *num.*26. *de ſtatu re-
gul. lib.*6. & aſſerit receptum Nau. *cap.
cùm contingat*, *pag.*18. *de reſcriptis*. Ex
qua recepta explicatione apertè colli-
gitur, regulam huius † textus proce- 20
dere, etſi ille, cui mandata ſit execu-
tio, ſit æqualis in iuriſdictione cum
mandante, iuxta terminos *l. à Diuo Pio*
§.1. *infra de re iudicata.* Nam neque is
poteſt cognoſcere de iniuſtitia ſen-
tentiæ principalis *vt dictum eſt.* Colli-
gitur † etiam, regulam huius textus 21
non procedere, quando mandata eſt
executio rei, de qua iudicialiter co-
gnitum non eſt: Nam cùm hoc caſu
executor non conſideretur tanquam
merus, ſed tanquam mixtus *l. etſi non
cognitio C. ſi contra ius*, poteſt ſuperſede-
re in executione, donec cognoſcat
de iuſtitia rei ſibi commiſſæ, *per ſupra
tradita.*
Secundò † principaliter ex iſto tex- 22
tu infertur, concluſionem huius tex-
tus procedere, etiamſi de iniuſtitia
ſententiæ conſtet manifeſtè ex actis,
vel incontinenti oſtendi poſſit: quia
adhuc militat ratio ſupra aſſignata.
Et patet ex eo, quòd † licèt ſen- 23
tentia ſit lata contra ius, & is er-
ror poſſit colligi ex actis, tamen ſi is
error non ſit expreſſus in ſenten-
tia, valet ſententia, & tranſit in

rem iudicatam, si ab ea non appelletur, *l. præses infra de re iudicata, & ibi notant Alexand. n. 2. Iason. num. 1.* Ergo à fortiori debet valere, & trāsire in rem iudicatam, etiamsi ex actis possit constare eam fuisse latam contra ius partis, & in specie probat *l. non videtur 4. Codic. de muner. patrim. lib. 10.* & tenet Afflict. *decis. 28. num. 8. & decis. 39. n. 7.* asserens ita fuisse iudicatum.

24 Sed aduersus † hanc illationem nimis videtur vrgere *cap. inter cæteras, de re iudicata*, Quod videtur probare, quòd si constet ex actis de notoria iniustitia sententiæ, talis sententia censetur nulla, quia idem est, iniustitiam exprimi in sententia, vel illam posse colligi ex actis, *vt ibi notat Panormitan. numero 10. & latius Felinus, num. 10.* & esse magis receptum asserit idem Felin. *cap. quoniam contra, numero 26. & ibi Decius num. 26. de probationibus. Guilhelmus cap. Raynutius verbo mortuo itaque el 1. num. 211. Horoscius. l. si feriatis, num. 3. supra de ferijs*, & plures quos refert Vantius *de nullitate ex defectu processus, num. 127. pag. 539. Antonius Gabr. lib. 2. communium, titul. de sententijs, conclusio. 10. in principio*, & secundùm istam opinionem cōsuluit Alex. *consil. 77. num. 3. lib. 3. Socin. consil. 134. numero 1. lib. 1. Roland. consil. 6. à num. 3.* Ergo executor debet cognoscere de huiusmodi exceptione, prout & debet cognoscere de nullitate sententiæ exequendæ, *vt statim dicemus.*

25 Sed his † non obstantibus nostra illatio verior est ex supra traditis. Nec obstat cap. *inter cæteras, de re indicata*, quia si bene aduertas, textus ille proponit casum, quando committitur cognitio causæ cum clausula (appellatione remota) & distinguit duos casus. Primus est, quando sententia iniqua est euacuanda, scilicet per superiorem ad quem habetur recursus mediante appellatione. Quod ego † ita interpretor, quod non obstante clausula *(appellatione remota)* tamen † à sententia iniqua appellari possit, quamuis tunc appellatio tantum operetur effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, propter prædictam clausulam, *cap. pastoralis, iunctis ibi traditis per Panor. num. 15. de appellat.* Secundus † casus est, quando sententia continet manifesti antiquitatem, & in isto casu dicit d. cap. *inter cæteras in fine*, quòd illi sententiæ non est standum. Quòd † ego ita interpretor, vt non obstante clausula *(appellatione remota)* appellatio in hoc casu † inducat etiam effectum suspensiuum, quia prædicta clausula non censetur excludere appellationem, quæ interponitur à manifesto grauamine, *glos. recepta cap. ex conquestione de restitutione spoliat.* & in terminis Panor. *cap. pastoralis in principio, numero 14. de appellat.* & iuxta † hanc interpretationem retorquebitur dict. *cap. inter cæteras*, aduersus communem sententiam sentit enim, quod † licèt sententia sit notoriè iniusta, tamen mero iure valet, & necessaria est appellatio, vt etiam probat *l. non videtur 4. Codic. de munerib. patrimonialibus lib. 10.* Quòd † igitur iniustitia sit manifesta, illum tantùm operabitur effectum, vt appellatio habeat effectum suspensiuum, non obstante clausula (*appellatione remota*) vt dictum est. Tantùm igitur † communis opinio admitti poterit, quando ex sententia iniusta resultat error intolerabilis: nam tunc sententia censebitur nulla ipso iure, *cap. cùm contingat, de offic. delegati, cap. per tuas de sententia excommunic. cap. solet, & cap. venerabilis §. penultim. de sententia excom. in 6.* & quando † dicatur error intolerabilis, explicat Innocent. *cap. cùm nostris, num. 2. de concess. prebend.*

Ex

36 Ex his cauendum † est à concordia, quam inter prædictas opiniones assignat Anton.Gabr. *lib.2.titul. de sententiis conclus.* 10. *num* 4. quòd sententia continens manifestam iniquitatem, tunc demum censebitur nulla, quando ea iniquitas fuerit expressa in ipsa sententia, allegat Clement.*pastoralis* §. *Pisana infra de re iudicata.* Nam si de iniquitate tantùm ex actis constare potest, sententia mero iure valebit, & necessaria erit appellatio, prout & valet sententia lata contra ius, si error in ea non fuerit expressus, quantumcunque ex actis de eo possit constare, *l. præses infra de re iudicata. & supra diximus.*

37 Verius enim est, quòd † etsi ex ipsa sententia constare possit de iniquitate, tamen mero iure valebit, & transibit in rem iudicatam, si ab ea non appelletur, *vt supra probauimus.* Et

38 patet ex eo, quòd † in hac materia iura distinguunt inter sententiam latam contra legem, vel contra ius partis *l.1.§.1.infra quæ sententiæ sine appellat. rescind.l. seruo inuito §.cùm prætor infra ad Trebellian.c.cùm inter,de re iudicata,* quæ differentia verò non esset, nisi intelligamus sententiam latam contra ius partis valere, licèt de iniquitate constet ex ipsa sententia, & ideo ab ea erit appellandum.

39 Quare licèt sententia † lata contra legem non valeat, si iudex se referat ad certam partem actorum, ex qua adiuncta sententia constet, ipsam sententiam fuisse latam cótra legem, quia tunc perinde est: ac si error in ipsa sententia fuisset expressus *l. ait prætor §.1. infra de re iudicata. l. asse toto infra de heredib. instituendis, & tradit Alexand.l.rei iudicatæ §.final. num.6. infra soluto matrimonio, Afflictis decis.47. num.3.& plures,* quos refert Antonius Gab. *dict. conclus.10. numero 6.* tamen aliud erit in sententia lata contra ius partis. Vnde † si iudex dicat in sententia: quia per Scium & Mæuium probatum est debitum, condemno reum, & ex actis constet, hos nihil probasse, nihilominus valebit mero iure sententia, & ab ea oportet appellare, *iuxta supra tradita, & tenet Afflict. decis.28.num.8.* quicquid hanc sententiam esse nullam ipso iure resoluat Vantius *de nullitate ex defectu processus num.129.pag.540.* 40

His ita explicatis, conclusionem huius textus † primò limitabis non 41 procedere: si coram executore opponatur exceptio, quòd sententia exequenda sit ipso iure nulla: nam de hac exceptione iudex executor cognoscere potest, & debet, *glos.c. pastoralis §. quia vero,de officio delegati,* quam asserit receptam Felin. *cap. de cætero, num.4. de re iudicata. Nauar. cap. cùm contingat pag.147. ad finem de rescriptis, tradit Guid. Papæ decis.574. num.1.* Et pro illis videtur textus in præsenti ibi *(ordine edictorum peracto)* quasi si ordo edictorum non fuerit obseruatus, & sic sententia sit nulla *l.1. §. item cùm ex edicto infra quæ sententiæ sine appellatione rescindantur,* possit executor de hac nullitate cognoscere, vt hîc expendunt Bald. & Fulgos. Et est ratio, quia † sententia nulla non me- 42 retur nomen sententiæ, ac ob id executioni mandari non debet, *l.4.§.condemnatum infra de re iudicata, tradit Hippol. conf.111. à numero 21.* Cùm igitur negetur, sententiam propter nullitatem mereri executionem, de hac exceptione executor cognoscere debet: Quòd sane † intelligendum 43 est, quando de hac nullitate constat ex actis, vel incontinenti, probari potest, àliàs secus: Nam † prout co- 44 ram iudice, qui tulit sententiam, exceptio nullitatis in illis tantùm casibus admittitur, *Bart. & alij dict. §. condemnatum,* & aliàs tanquam proposita

posita ad differendam executionem
explodenda est *l. 2. Codic. ad l. Cornel. de falsis*, multò minus extra prædictos
casus executor exceptionem nullitatis admittere debet, quod sentiunt
Bart. & Fulgos. *hic* & expressit Paul. *num. 3.*

45 Item † est intelligendum, quòd executor potest de prædicta exceptione cognoscere ad effectum, vt si videat calumniosè opponi, debeat eam reiicere, & ea reiecta procedere in executione, iuxta doctrinam glos. *l. qui cùm natu maior verb. vel calumnio-*
46 *sam infra de bon. liberto.* Si autem † credat, sententiam reuera esse nullam, vel dubitet, nihil debet pronunciare super nullitate, sed tantùm supersedere in execurione, & exceptionem remittere ad iudicem, qui tulit sententiam, vt ille super nullitate diffinitiuè pronunciet, vt colligitur ex cap. *super eo, de crimine falsi, adiuncto cap. de cætero, de re iudicata,* & probat *§. final. infra hac l. secundum vnum intellectum, & tradit Bart. l. à Diuo Pio in principio num. 9. infra de re iudicata,* & ibi asserit receptum Iason *numero 12. Panor. cap. de cætero, numero 4. de re iudicata. Card. Clem. 1. §. penult. numero. 5. ad finem de foro competenti. Guid. Papa decis. 574. num. 1. & Socin. consil. 83. numero 20. lib. 4. Baptista Ferretus consil. 13. num. 2. & alij relati per Vantium de nullitate pag. 44. numero 22.* quibus adde Baldum *c. cùm in iure, numero 8. in fine de offic. delegati. Gam. 6. decis. 207. num. 6.* Nisi nullitas
47 † euidens sit ex ipso tenore sententiæ. Nam cùm tunc ipsa sententia videatur se infringere *l. si quis legatum infra de falsis*, executor poterit super ea pronunciare, *Bald. l. aduersus, num. 1. Cod. si aduersus. Card. Clement. 1. §. penult. ad finem de foro competenti. Roman. consil. 51. n. 4. Imol. cons. 127. num. 3. Felin. cap. postulasti num. 11. ad finem, de foro competenti, & dict. cap. de cætero, numero 4. de re iudicata. Socin. consil. 83. numero 23. lib. 4. Gigas de pensionibus quæst. vltim. num. 22. & alij relati per Vantium de nullitate pag. 37. num. 13.* & in his terminis accipiendus est Guid. Papę *decis. 574. num. 1.* dum dixit, executorem super nullitate pronunciare posse.

Ex quibus † in hac materia colli- 48
ges notabilem differentiam inter nullitatem, quæ ex actis colligitur, vel incontinenti probari potest, & inter eam quæ colligitur ex ipsa contextura sententiæ. Nam primo casu
executor non potest † pronunciare 49
super nullitate, sed debet remittere exceptionem nullitatis ad iudicem qui tulit sententiam, *vt supra diximus, numero 46.* Sed in secundo casu,
de ipsa † nullitate pronunciare po- 50
test, quia tunc executor non infringit sententiam, sed ipsasemet infringit, *argum. legis veteres in fine. infra de itinere actuque priuato, Gigas de pensionibus quæst. 70.* Nam & videmus, quòd contra tres sententias confor-
mes, † non admittitur exceptio nul- 51
litatis quamuis ex actis colligi possit, vel etiam in continenti probari possit, iuxta generalitatem Clement. 1. *de re iudicata.* & resoluit Alexand. *dict. §. condemnatum, n. 7. Corn. cons. 208. nu. 2. lib. 3. Couar. practicarum, cap. 25. num. 2.*

Et tamen contra † tres sententias 52
conformes admittitur exceptio nullitatis notoriæ, de qua appareat ex contextura ipsius sententiæ, *vt resoluit Alex. d. §. condemnatum, num. 7. & consil. 77. num. 12. lib. 2. Iacobin. §. final. num. 7. in fine infra hac lege.*

Secundò principaliter limita, conclusionem huius textus non procedere in omnibus exceptionibus respi-
cientibus † ipsam executionem & 53
compatientibus se cum ipsa sententia principali: nam de his poterit executor cognoscere & pronunciare,

nunciare, vt probat is tex. *l. pen. infr. de*
54 *confess.* Ad † cuius explicationem aduertendum est, quòd in eo textu proponitur casus, in quo fideicommissarius petit ab hærede fideicommissum sibi relictum per testatorem: hæres autem in iudicio confessus est, se fideicommissum debere, & datus fuit executor, qui comperit postea legatario nullum fuisse relictum fideicommissum per testatorem, & consequenter erroneam fuisse confessionem hæredis factam in iudicio.

Quæro, *vtrùm is executor hæredem per errorem confessum, possit absoluere à præstatione prædicti fideicommissi re vera non relicti?* Et distinguit Iureconsultus, quòd si eo prætextu prætendatur absolutio, quòd nullum fideicommissum in testamento fuerit relictum legatario, non debet executor de hac exceptione cognoscere, & pronunciare, sed debet causam remittere ad iudicem, coram quo facta fuit confessio erronea: si verò eo prætextu prętendatur absolutio, quòd licèt fideicommissum fuerit in testamento relictum, tamen quòd æs alienum absumpsit totam hæreditatem, & sic non supersunt bona hæreditaria, ex quibus fideicommissum solui possit, de hac exceptione executor cognoscere & pronunciare potest. Ratio autem huius distinctionis est, quia primo casu impugnatur directò confessio facta per hæredem in iudicio, & ideò de hac exceptione impugnat confessionem, quæ pro condemnatione habetur, *l. vnica Cod. de confess.* executor cognoscere non potest, *iuxta regulam huius textus.* Sed in secundo casu non impugnatur confessio, imò confessus fatetur, eam fuisse veram, sed tantùm opponit propter æs alienum superueniens, non superesse bona, ex quibus soluatur fideicommissum: & ideò de hac exceptione respiciente principaliter executionem, executor cognoscere poterit, prout in simili videmus, quòd † exceptio impugnans 55
sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non admittitur, *l. peremptorias. Codic. sententiam rescindi non posse*, & tamen † admittitur ea, quæ 56
non impugnat sententiam, sed illius executionem moderatur, *l. Nesennius §. final. infra de re iudicata:* quam rationem differentiæ assignauit Bartol. *leg. à Diuo Pio in principio, numero octauo, infra de re iudicata. Angelus, Aretinus §. appellantur, numero vndecimo, Institut. de exceptio. Felin. capit. pastoralis §. quia verò, num. 16. de officio delegati, Menochius lib. 1. de arbitrariis quæst. 38. num. 10. Gama decis. 207. num. 6. ad finem.*

Inuenio tamen, † quòd hanc ratio- 57
nem differentiæ impugnat Cumanus, *dict. leg. penultim. num. 4. ad finem infra de confessis*, ea ratione quia quando allegatur propter æs alienum, nulla superesse bona, ex quibus fideicommissum relictum solui possit, in effectu impugnatur sententia, vel confessio facta in iudicio, quia † 58
si bona hæreditaria non sufficiunt ad soluendum fideicommissum, illud ipso iure non debetur. *leg. si vniuersa Cod. de legat. l. 1. §. si quis infra ad Trebellianum:* à † quo tamen argu- 59
mento, facilè communis ratio differentiæ defendi potest ex mente Paul. Castrens. *d. l. pen. infra de confessis.* considerando, quòd quando hæres confitetur, se debere fideicommissum, & postea allegat, illud non fuisse relictum in testamento, directò impugnat confessionem, neque enim vllo modo potest dici deberi illud, quod nunquam fuit relictum: sed quando allegat non superesse bona ex quibus soluatur fideicommissum, non impugnatur confessio, imò fatetur,

excipiens

excipiens se illud debere mero iure, & naturaliter attenta voluntate testatoris, & tantùm iure ciuili non deberi, ex regula *l. si vniuersa Cod. de*
60 *leg*. Planè † multum interest, allegare quid ad declarandam dispositionem, vel eam omnino perimere, *cap. cùm dilecti, de accusationib.* Et hæc est vera explicatio dict. *l. penult.* Quam-
61 uis † alias assignet Bald. *l. vnica, num. 50. Cod. de confessis*, & iuxta prædictam explicationem *dict. l. penult. infra de confessis*, clarè probat, quòd executor non potest determinare exceptionem, quæ directò impugnat sententiam exequendam, vel confessionem factam in iudicio, & tamen poterit cognoscere de exceptione, quæ tantùm respiciat,
62 & moderetur executionem † faciendam. Iuxta quam distinctionem videtur explicanda ordinatio Portugalliæ *lib. 3. titul. 71. §. 1. & §. 28. & hodie lib. 3. tit. 86. §. 3. & titul. 87. §. final. noua recopilationis*. dum videtur concedere executori cognitionem, & pronunciationem super exceptione coram eo proposita, vel remittere eam ad iudicem, qui tulit sententiam. Nam est intelligenda, quando exceptio respicit executionem & moderationem illius, non autem quando per eam directò impugnatur sentẽtia principalis, *iuxta supra tradita*, vel etiam procedere,
63 † quando iudex executor habet iurisdictionem ordinariam inter eas partes, nam tunc de nullitate sententiæ inter eas cognoscere poterit *ex traditis per Baptistam Ferretum consil. 53.*
64 *numero secundo*. † Denique dum is textus probat, quòd decreta prætoris non debent esse elusoria, vide glossam *authent. de hered. & falcidia §. si quis autem, verb. admonitus, in fine collat. 1. & Mantuan. hic latè exornantem, & Curt. Iun. consil. 59. in principio & consil. 68. numero 4.*

L. Si prætor, 75. §. Marcellus. ff. de Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Tradit iureconsultos solitos fuisse ad libros aliorũ Iurisconsultorũ notas addere per quas, vel eos reprehendebant, vel declarabant, vel limitabãt.*

2 *Declarat in hoc textu contineri limitationem dicti Iuliani, relatam in principio huius legis, vt scilicet locũ non habeat in casibus, in hoc §. expressis.*

3 *Refert collectionem, qua ex hoc text. fieri potest.*

4 *Exceptio debet esse de regula.*

5 *Reprobat prædictam collectionem.*

6 *Declarat ideò admitti hoc casu exceptionem, quia per illam constat sententiam esse nullam.*

7 *Explicat proximè dicta, vt scilicet executor possit admittere querelam condemnati, quando allegat sententiam esse nullam quoad effectum, vt se informet & supersedeat in executione, non autem quoad effectum, vt pronunciare possit, sententiam esse nullam, hoc enim debet remittere ad iudicem, qui tulit sententiam.*

8 *Tradit differentiam inter exceptionem, quòd sententia sit nulla, vel sit iniusta: nam primam admittere potest executor declarãdo, vt supra: secundã autẽ admittere nullo modo debet.*

9 *Ostendit tex. istum non facere pro opinione Decij.*

10 *Respondet ad inductionem Decij supra relatam, & ostendit, quo casu procedere possit.*

11 *Declarat tradita per glossam in principio huius legis verb. agnoscere.*

12 *Executor debet admittere eã exceptionem, quòd sententia fuerit lata per falsas probationes scienter factas.*

13 *Impugnat hanc conclusionem ex l. Diuus in fine, infra de re iudicata, quam ad id expendit.*

14 *Executor ideo non potest cognoscere de iniustitia sententiæ, quia aequalis non potest infringere factum paris.*

15 *Iudex par non potest concedere restitutionem aduersus factum paris.*

16 *Iudex executor censetur minor respectu executionis, quàm sit ille, qui ei commisit executionem.*

17 *Minor iudex non potest concedere restitutionem aduersus sententiam maioris iudicis.*

18 *Refert communẽ concordiam, & tradit differentiam, quæ versatur, quando sententia per falsos testes fertur contra præsentem, vel contra absentem.*

19 *Executor de omni exceptione nullitatis cognoscere potest.*

20 *Refert Doctores, qui prad. communem concordiam impugnant, & eorum fundamenta.*

21 *Querela præsupponit actum fuisse validum, & tantum postea rescindi.*

22 *Refert absurdum, quod ex contraria opinione sequeretur.*

23 *Communem concordiam amplectitur, & ad argumenta pro contraria opinione adducta respondet.*

24 *Respondet ad primam rationem deductam ex hoc textu.*

25 *Querela est verbum generale, quod verificatur etiam in querela, per quam prætenditur actum esse nullum, & iniustè executioni mandari.*

26 *Expendit tex. dum requirit sententiam latam contra absentem fuisse latam per falsos testes scienter productos.*

27 *Ex eo solùm, quòd scientia lata fuisset propter falsos testes, venit rescindenda per restitutionem in integrum.*

28 *Respondet ad secundam rationem.*

29 *Contumacia, quæ non est ordinata ad casum, quo actor per falsos testes scienter productos falsò probauit intentionem suam, quoad hunc casum contumacia non nocebit.*

30 *In iure sæpius inuenitur expressum, contumacem melioris esse conditionis, quàm obedientem.*

31 *Refert particularẽ rationẽ, quare absẽs sit melioris conditionis in hoc casu.*

32 *Absens habetur pro præsente mediante præsentia iudicis, qui absentis vicem supplet.*

33 *Si debitor ante pendentiam litis aliquid alienet in fraudem creditorum, & emptor fraudem participauerit, necessaria est actio rescissoria ad reuocandam alienationem.*

34 *Si iam pendente lite fiat alienatio in tertium participem fraudis, non est necessaria reuocatoria, sed directo contra emptorem participem fraudis fiet executio.*

35 *Tradit rationem huius proximæ conclusionis, quia hoc casu per alienationem offenditur authoritas iudicis, qui de causa cognoscebat.*

36 *In beneficialibus spoliatus petens restitutionem, debet probare, se cum titulo colorato, saltem beneficium possedisse.*

37 *Quando in beneficialibus agitur remedio attentatorum, restituetur spoliatus etiam non colorato titulo, quia tunc iudicis authoritas principaliter videtur læsa.*

38 *Tradit, quòd si in specie huius textus non probetur per dolum actoris istos testes fuisse productos sententia mero iure valebit, ita vt ad eam rescindendam necessaria sit restitutio, & consequenter executor de ea non poterit cognoscere.*

39 *De dolo debet constare per claras probationes, neque sufficit si per præsumptiones probetur.*

40 *Examinat id, quod Doctores tradunt, quòd cessante dolo actoris propter solos falsos testes, debeat rescindi sententia, & ad id adducit Fulgos. contra tenentem, & eius fundamenta.*

41 *Læsa culpa sua nõ cõceditur restitutio.*

42 *Cõtumaci denegatur remediũ appellãdi.*

43 *Amplectitur opinionem num 38. & ad argumenta Fulgos. respondet.*

44 *Respondet ad primam rationē Fulgos.*
45 *Culpa quæ non est ordinata ad casum, non solet nocere.*
46 *Respondet ad secundā rationem Fulgos.*
47 *Qui appellat, in effectu allegat, iudicē à quo iudicasse iniquè & iniustè, quam allegationem ius prohibet admitti in punitionē cōtumaciæ partis.*
48 *Declarat, quòd vt primus casus in tex. expresso locum habeat, tria copulatiuè requiruntur, scilicet, quòd sententia feratur contra absentem: secundò, quòd testes sint falsi: tertiò, quòd scienter, & sic per dolū fuerint producti.*
49 *Si actor nil falsum allegauit, nec probauit, sed tantùm omisit allegare ea, quæ reo absenti sciebat prodesse, sententia valebit mero iure, & absenti contra eam restitutio nō conceditur.*
50 *Aliud est aliquid falsum allegare & probare, vel aliquid omittere, quod sciebat pro contumace facere.*
51 *In tacente dolum hoc casu considerari non potest.*
52 *Nemo tenetur contra se allegare.*
53 *Qui vtitur legis permissione, non potest videri dolum commisisse.*
54 *Reijcit considerationē Iacobini hic, n. 9.*
55 *Examinat cap. si duobus, de appellat.*
56 *Testis nō potest tacere veritatem, quam scit, aliàs punietur de falso.*
57 *Iudex tenetur inquirere veritatem, & eam propalare, & ideo non obstante scādalo, vel alia quacūque causa, sēper veritas debet apud eū preualere.*
58 *Pars non tenetur propalare veritatem in sui præiudicium.*
59 *Si pars sciuit iurisdictionem iudici eo casu non competere, & tacuit, valebit quidē processus, & sententia cōtumaciæ punitiua: sententia verò lata super causa principali non valebit, tanquā lata per iudicem incompetentem.*
60 *Si in ipso iudice detur scientia defectus iurisdictionis, non valebit sententia etiam contumaciæ punitiua.*
61 *Idem erit si iudex dubitet de sua iurisdictione.*
62 *Assignat rationem, quare in hac specie huius text. iudex executor potest cognoscere de sententia.*
63 *Declarat, quòd iudex executor potest cognoscere de causa nullitatis per viam informationis, & tamen non potest pronunciare, sententiam esse nullam, sed hanc pronunciationem debet remittere ad iudicem, qui tulit sententiam, secus si nullitas colligitur ex ipso tenore sententiæ.*
64 *Resoluit, quòd iudex executor poterit etiam cognoscere de exceptione, quod absens fuit tāquā contumax cōdemnatus, cùm tamē eo tempore esset infirmus, vel abesset causa reipub. his enim casib. sētētia erit ipso iure nulla.*
65 *Argumentatur contra proximam conclusionem ex leg. quia absente Cod. de procuratoribus.*
66 *Argumentatur item, quòd sententia lata contra infirmum mero iure valet.*
67 *Adducit ad resolutionem difficultatum communem resolutionem gl. in dict. l. quæsitum verb. iudicata, vbi distinguit, quando iudex sciuit impedimentum, & quando ignorauit.*
68 *Tradit prædictam resolutionem approbasse Ord. Portug. lib. 3. tit. 9. §. 10.*
69 *Adducit argumentum Fulgos. hic, n. 8. contra dictam communem.*
70 *Ad defensionem communis opinionis duo casus distinguit.*
71 *Primus, quòd aut iudex scit impedimentū, & tamē illud corā eo nō allegatur, nec impedimēti exceptio opponitur, & tunc sine scrupulo procedit.*
72 *Secundus, quòd exceptio fuit opposita per defensorem, & nihilominus iudex eum reijcit tacitè vel expressè, & est necessaria appellatio, aliàs inducetur l. libero §. fi. supra de negot. gest.*
73 *Impugnat dictam communem resolutionem, alio fundamento vltra tradita à Fulgosio.*
74 *Refert in hac materia resolutionē Bar. l. fin.*

l. fin. n. 10. supra de in integr. restit.

75 Reijcit prædictam resolutionem Bart. & ponderat textum in præsenti.

76 Refert ad resolutionem materiæ considerationē Angeli loco vbi relato, vbi distinguit inter absentē ex causa voluntaria, vel probabili, & de absēti ex causa probabili simul & necessaria.

77 Reprobat proximam traditionem Angeli, & ostendit subsistere non posse.

78 Ad veram resolutionem difficultatis ponderat tex. hunc relatum ad principium legis, & in quo casu loquatur declarat.

79 Quādo prætor probabiliter potuit ignorare impedimentum absentiæ, regulariter mero iure valet sententia.

80 Declarat, speciale esse in eo, qui est absens causa reipub. vel etiam infirmus, vt si vocati per edicta non comparuerint, etiamsi iudex ignorauerit impedimentū, sententia sit ipso iure nulla.

81 Citatus per edicta nō potest venire contra sententiam, etiamsi alleget, & probet, eam sententiam nunquam peruenisse ad eius notitiam.

82 Si citatus per edicta probet ante latam sententiam iudicē sciuisse prædictam citationem ad citati notitiam non peruenisse, tunc sententia ipso iure non valebit.

83 Si absens causa reipub. vel infirmitatis probauerit citationem per edicta, nunquam peruenisse ad eius notitiam, & ideo non comparuisset, sententia censebitur nulla.

84 Declarat, quòd extra hos casus speciales sententia valebit mero iure, & ad eam rescindendam necessaria est restitutio in integrum.

85 Tradit prædictos casus æquiparare l. 10. tit. 23. partit. 3.

86 Tradit declarationem ad alternatiuam huius text.

87 Si iudex sciuit impedimentum, sententia est nulla, & sic ex eo tanquam nulla non datur actio iudicati.

88 Si iudex ignorauit impedimentum, valebit sententia mero iure, & tamen executioni non mandabitur impetrata scilicet aduersus eam restitutione in integrum.

89 Tradit ex Bart. quòd non solùm executio sententiæ impeditur, quando principaliter petitur restitutio aduersus sententiam, sed etiam quando de ea opponitur per viam exceptionis.

90 Reijcit prædictam exceptionem.

91 Explicat secundo loco ex mente Bart. & aliorum Doctorum, quos refert textum hunc insinuare duos modos diuersos, quibus sententiæ mandantur executioni.

92 Refert primum modum, quando scilicet intentatur actio iudicati, quæ in factum dicitur.

93 Refert secundū, quādo scilicet imploratur officiū iudicis, qui tulit sententiā.

94 Victor actionem iudicati potest vbique intentare.

95 Officium iudicis non potest implorari, nisi coram iudice, qui tulit sententiam, vel coram alio, cum litteris tamen requisitorijs iudicis, qui tulit sententiam.

96 Quando imploratur officium iudicis, non est dandus libellus, nec lis contestanda, sed proceditur via executiua, nec admittuntur exceptiones altiorem requirentes indaginem.

97 Quando intentatur actio iudicati ordinariè proceditur, & nō executiuè.

98 Contra actionem iudicati non possunt opponi exceptiones peremptoriæ, vel aliæ, quæ prohibentur opponi post sententiam.

99 Allegat Soares loco hîc relato, qui tenet in actione iudicati procedendum esse via executiua, quem tamē reprobat.

100 Respondet ad fundamenta Soares.

101 Refert concordiam ad has opiniones.

102 Declarat, quomodo sit interpretanda alternatiua, de qua in text.

103 Reijcit prædictā cōmunē explicationē.

104 *Assignat veram interpretationem nostri text. & quæstionem circa alternatiuam determinat.*

1 AD explicationem † huius textus præmittendum est, solitos fuisse Iureconsultos, ad libros aliorum Iureconsultorum notas addere, per quas vel eos reprehendebant, vel declarabant, vel limitabant *l. 1. §. sed neque Codic. de veteri iure enucleando, tradit Antonius Augustin. lib. 1. emendation.*
2 *cap. 6.* Quare † dictum Iuliani relatum *in principio huius legis Marcellus*, & Paulus Iureconsulti per suas notas limitarunt, vt eius generalitas locum non haberet in casibus in hoc §. expressis, vt est de mente *gl. hic, verb. Marcellus & verb. Paulus*, ad quarum tamen limitationum explicationem, aduertendum est, quòd cùm hæ ex-
3 ceptiones fiant à regula generali, † posita in principio huius legis, scilicet quòd executor non potest cognoscere de iniustitia sententię, & ex-
4 ceptio debeat esse † de regula, *Dynus in rub. de reg. iuris in 6.* vt hæ exceptiones videantur de regula, intelligendum videtur in illis executorem posse cognoscere de iniustitia sententiæ principalis: vnde consequi videtur, quòd in casibus hîc expressis sententia non est nulla, sed iniusta & aduertit Decius *cap. cùm venerabilis, num. 32. de exceptio. & cap. licèt causam, n. 21. de probat.*

5 Sed falsa est † hæc collectio: nam in nullo casu executor cognoscere potest de iniquitate sententiæ principalis, vt probauimus *in principio legis.* Magis ergo dicendum est, ideo
6 admitti hoc † casu exceptionem, quia per illam constat sententiam esse nullam, & executor licèt non possit admittere exceptionem, quæ arguat iniustitiam sententiæ, admittet tamen eam, quæ arguat illius nullitatem *glos. 1. cap. pastoralis §. quia vero, de offic. delegati*, & in terminis admittit Socinus *l. qui agnitis, numero 11. infra de exceptionibus.* Quod tamen ita † explicandum est, vt executor pos- 7
sit admittere querelam condemnati, quando allegat sententiam esse nullam, vt probat is textus *in principio*, scilicet quoad effectum, vt se informet, & supersedeat in executione, non autem quoad effectum, vt pronunciare possit, sententiam esse nullam: nam hoc debet remittere ad iudicem, qui tulit sententiam, vt sentit is textus *in fine*, & declarat Panormitan. *dict. §. quia vero, num. 3. post medium. Bart. l. à Diuo Pio, in principio num. 9. & ibi Alexand. num. 11. infr. de re iudicata, & nos diximus in principio huius legis*, quicquid aliter explicet Angelus *repet. l. qui Romæ §. duo fratres, num. 4. ad finem, infra de verborum obligat. & statim latius dicemus*, ita vt hæc differentia sit † inter exceptionem, 8
quòd sentẽtia sit nulla, vel sit iniusta: nam primam admittere potest executor, declarando, vt *supra*: secundam autem admittere nullo † modo de- 9
bet. Neque is textus facit pro opinione Decij, quia est aduertendum, quòd Iulianus *in principio legis* non dicat, executorem non posse cognoscere de iniquitate sententiæ principalis, vt malè intellexit glos. hic verbo *cognoscere*, sed generaliter dixerat, non posse cognoscere de sententia principali: quæ verba generalia videntur importare, vt neque de iniustitia, neque de nullitate sententiæ, possit cognoscere. Hanc igitur generalitatem notantes Marcellus & Paulus Iureconsulti addiderunt *in hoc §.* duos casus, in quibus de sententia principali executor possit cognoscere, quia scilicet in illis sententia censetur esse nulla: & sic in

in effectu volunt, quòd generalitas
dicti Iuliani, quòd executor non pos-
sit cognoscere de sententia, proce-
dat respectu iniustitiæ: nam vtique
de eius nullitate cognoscere poterit
declarando, vt *supra*, & ita in effectu
Angel. *rep. l. qui Roma §. duo fratres, n. 4.
infra de verborum obligat.*

10 Ex † qua explicatione facilè tolli-
tur inductio Decij *supra* relata: nam
procederet, si Iulianus dixisset, exe-
cutorem non posse cognoscere de in-
iustitia sententiæ principalis, sed cùm
ipse verbis generalibus vsus magis in-
tellexerit, executorem de sententia
principali cognoscere generaliter non
posse, limitationes positæ in hoc §.
satis videntur esse de regula generali,
quantumcumque in illis dicamus,
sententiam fuisse nullam.

11 Infertur etiam annotatio † ad glos-
sã *in principio huius legis verbo, cognosce-
re*, dum exponit dictum Iuliani, quòd
executor nõ possit cognoscere de in-
iustitia sententiæ principalis: nam
ex prædictis dicendum est, hanc non
fuisse mentem Iuliani, sed potius ge-
neraliter voluisse, executorem de sen-
tentia principali cognoscere non pos-
se, & tamen eius dictum generale,
propter notas Marcelli, & Pauli
in effectu reduci ad expositionem
glossæ.

Quibus ita præmissis ex isto text.
colligendum est, executorem eam de-
12 bere † admittere exceptionem: quòd
sententia fuerit lata per falsas pro-
bationes, scienter factas, & sic dolo-
sè concordat *l. 33. titul. 14. partit. 5.* &
ibi notat Gregor. *verbo allegationes, &
tradit idem Gregorius l. 1. tit. 26. partit. 26.
partit. 3. in verb. se puede.*

13 Sed obstat † huic conclusioni *l. diuus
in fine infra de re iudicata*, vbi senten-
tia lata per falsos testes, & pecuniâ
corruptos, valere mero iure, & ad eam
rescindendum necessaria est restitu-
tio in integrum, *vt ibi notat l. fin nu-
mero 30.* & probat *l. 1. titul. 26. partit. 3.*
Ergo de hac exceptione, executor
cognoscere non potest *iuxta supra
tradita.* Et † quia ideo executor non 14
potest cognoscere de iniustitia sen-
tentiæ, quia æqualis non potest in-
fringere factum paris *l. nam magistra-
tus supra de receptis arbitris*, Bartol.
*receptus l. à Diuo Pio in principio nu-
mero 9. infra de re iudicata*, quæ ratio
pariter militat, quando petitur re-
stitutio, aduersus sententiam paris.
Neque † enim par potest concede- 15
re restitutionem aduersus factum pa-
ris, *Albericus l. in causa la secunda §.
fin. post principium, supra de minoribus.*
Et † confirmatur, quia iudex exe- 16
cutor respectu executionis, censetur
minor, quàm sit ille, qui ei commi-
sit executionem, *cap. pastoralis §. quia
vero de officio delegati l. à Diuo Pio §.
1. infra de re iudicata, tradit Cynus l. pro-
perandum §. sin autem reus, quæstion. 8.
Codic. de iudic. Bart. l. penultim. in fine
principij supra de iurisdictione omnium
iudicum*, & minor iudex non po-
test concedere restitutionem aduer-
sus sententiam maioris iudicis, *l. mi-
nor autem 19. supra de minoribus.* Et † 17
in specie est textus *l. penultim. iuncta
gloss. final. infra de concessis*, vbi exe-
cutor non cognoscit de sententia,
vel confessione iudiciali per errorem
facta quantumcunque probato erro-
re ea veniat rescindenda per restitu-
tionem in integrum.

Propter hanc difficultatem variant
Doctores in intellectu huius textus,
vt latè refert Alexand. *l. qui Roma §.
duo fratres à numero 41. infra de verbo-
rum obligat. Vitalis tractatu clausula-
rum, pagin. 363. à numero 16.* Commu-
nis tamen concordia est *l. diuus*, pro-
cedere † in sententia per falsos testes 18
contra præsentem: hæc enim sententia
mero iure valet, & ad eam rescinden-

dam necessaria est restitutione in integrum, & ideo executor huiusmodi exceptionem admittere non debet *l.pen. iuncta gloss.fin.infr. de confessis.* Sed si sententia lata sit per falsos testes contra absentem, sententia est nulla ipso iure, vt contra Innocent. resoluit Bald. *cap. cum in iure, numero 7. de officio delegati*, & ideo executor hanc exceptionem admittere potest,

19 quia † de omni exceptione nullitatis sententiæ executor cognoscere potest. *glos.1.capit. pastoralis, § quia verò de officio delegati, Bartol. leg. à Diuo Pio in principio, numero 9. infra de re iudicata, & supra diximus*, & ita hanc concordiam inter prædicta iura, in terminis assignauit glos. *hic verb. sciens, & Bartol. numero 2. & alij communiter, Bartol. dicta l. diuus, numero 1. Alexandr.dict.§. duo fratres. numero 43. Vitalis vbi supra numerò 18. Capella Tholosa. 281. Guid. Papa consil. 119. numero 3. Angel. Aretin.§. appellantur, numero 10. instit. de except. Iason. dict.l.diuus, numero 4. infra de re iudicata, & l. si is ad quem, numero 6. infra de acquirenda hereditate, Felin.cap.sicut, numero 23. de re iudicata. Soc. regul.364, & regula 367.* & defendit idem Socin.*l.qui agnitis,n. 11. infra de exceptionibus Paris.c cum venerabilis, numero 71. de exceptionibus*, & probat. *l.1.tit.26.part.3. adiuncta l. 33. tit.14.part.5.*

20 Sed † est aduertendum, quòd hanc communem concordiam impugnarunt antiqui Doctores, quos refert Alberic. *hic, numero 3.* contendentes, etiam in terminis huius textus, sententiam non esse nullam, sed venire rescindendam per restitutionem in integrum iuxta *l. diuus*, quam opinionem vti veriorem admisit Fulgos. *hic, numero 3. & l.2. à num. 2. Codic. si ex falsis instrumentis* & eam in puncto iuris esse veriorem fatetur Aretin.*dict. l.si is ad quem.*& defendit Decius *c.licèt causam,n.21. de probationibus, & cap. cum venerabilis n.22. de excep.* expendentes hunc textum in *verb. (querela)* quòd † præsupponit actum esse validum, & 21
tantùm postea rescindendum *l.1. supra de inofficioso testamento*, & quia ex contraria opinione illud sequeretur absurdum, quòd † magis faueatur 22
absenti & contumaci, quàm præsenti & obedienti, contra reg.*l.5. Seruius infra, quod vi aut clam, & in auth. vt omnes obediant iudicib. §. si vero neque, collat. 5. & c. contingit, de dolo & contumacia.*

Sed † his non obstantibus non est 23
recedendum à communi concordia, quia ex contraria opinione sequeretur, executorem posse cognoscere de restitutione, per quam venit rescindenda sententia, quod tamen esset contra textum *l. penul. iuncta gl. final. inf. de confessis & supr. probauimus.* Neque † obstant rationes contrariæ opi- 24
nionis: nam ad primam de isto textu verb. *(querela)* respondetur, † illud esse 25
generale verbum, quod verificatur etiam in querela, per quam prætenditur, actum esse nullum, & iniustè executioni mandati, *l. querela, Codic. ad l.Cornel. de falsis*, ad † quod ex- 26
pendo istum textum, dum requirit, sententiam latam contra absentem, fuisse latam per falsos testes scienter productos: Nam si Iureconsultus sentiret, propter hunc defectum sententiam non esse nullam, sed venire rescindendam per restitutioné in integrum, frustrà requireret falsos testes scienter fuisse productos. Nam etsi scienter non essent producti, tamen † sententia ex eo solo, quòd lata 27
fuisset propter falsos testes, veniret rescindenda per restitutionem in integrum, *gl.hic, verb. sciens.* & probat Vitalis *in tract. clausular. um pag. 368.n.17.* & infra latiùs probabimus.

Non † obstat secunda ratio, quia 28
cùm is textus loquitur de absente, verum

verum est, loqui de eo absente, qui citatus solemniter per edicta, non comparuit, vt colligitur ex isto textu
29 iuncto principio huius l. & † tamen quia ea contumacia non erat ordinata ad casum, quo actor per falsos testes scienter productos falsò probauit intentionem suam, quoad hunc casum contumacia ei non nocet, *l. non omne infr. de statu lib. & infra latius dice-*
30 *mus.* Et † confirmatur quia sæpius in iure inuenitur expressum, contumacem melioris esse conditionis, quàm obedientem propter aliquam particularem rationem, quæ id suadeat vt multis exemplis ostendit Mathes. *singul.* 17. *Imol. l. eum qui in fine infra de vsucap. Iason. l. furioso, num. 7. infra de*
31 *re iudicata.* In † nostro autem casu ea particularis ratio id suadet, quia si pars sit præsens, ea principaliter circumuenitur *l. diuus infra de re iudicata,* sed quando quis est absens & contumax, quamuis iuris interpretatione habeatur pro præsente, *authent. qua in prouincia Codic. vbi de crimine*
32 *agi oporteat*, id est † intelligendum, mediante scilicet præsentia iudicis, qui absentis vicem supplet *l. ampliorem in principio, & ibi Bartol. Codic. de appellation. l. properandum §. si autem reus Codic. de iudic. & ibi Baldus num.* 4. Quare in hoc casu ipse iudex principaliter videtur circumuentus, & ideò duriùs proceditur contra eum: qui in effectu iudicem decepit *l. debuit* 17. *supra de his qui notantur infamia, capite primo in fine de appellation. in* 6. Vn-
33 de † videmus, quòd si debitor ante pendentiam litis, aliquid alienet in fraudem creditorum, & emptor fraudem participauerit, tamen necessaria est actio rescissoria ad reuocandam alienationem, §. *item si quis in fraudem instiut. de actio. Bartol. l. à Diuo Pio §. si super rebus ad finem infra*
34 *de re iudicata*, & † tamen si iam pendente lite, fiat prædicta alienatio in tertium participem fraudis, non est necessaria reuocatoria, sed † directò 35
contra emptorem participem fraudis fiat executio: quia hoc secundo casu per alienationem offenditur authoritas iudicis, qui de causa cognoscebat, *Cygnus lib. 1. quæst. 9. Cod. de alienatio. iudicij mutandi causa, Vincent. dict. §. si super rebus, num. 47. Couar. practicarum quæstionum, cap. 17. num. 5. vers. imò.* Deni-
que † quamuis in beneficialibus spoliatus petens restitutionem, debeat probare, se cum titulo colorato beneficium possedisse, *gloss. fin. Clem. vnic. de causa possess.* tamen † si agatur reme- 37
dio attentatorum, restituetur etiam non colorato titulo, quia cùm tunc iudicis authoritas principaliter videatur læsa, duriùs proceditur cõtra spoliatorem, vt resoluit Nauarrus. *cap. acceptæ opposit. 10. num. 6. de restit. spoliatorum, Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 4.*

Et † ex hac ratione ita cõprobata in- 38
fertur, quòd in specie huius textus nõ probetur, per dolũ actoris, istos testes falsos fuisse productos, sententia non erit nulla, sed mero iure valebit, ita vt ad eam rescindendã necessaria sit restitutio, *dict. l. diuus, infr. de re iudicata,* & consequenter executor de ea non poterit cognoscere, *per sup. tradita*, quod sentit id tex. ibi (sciens) à cõtrario sensu, & hîc notat gloss. *verb. & Iacobin. nu. 7. Bart. l. qui Romæ §. duo fratres, nu. 8. infr. de verb. oblig. Rom. cons.* 454. *num.* 11. *Math. singul.* 17. *nu.* 4. *Aret. si is ad quem n.* 3. *inf. de acq. hæred.* & tanquã receptũ defendit Soc. *l. qui agnitis nu.* 12. *infr. de except.* Quinimò videtur probare is textus, in verb. (liquido) de † prædicto 39
dolo debere constare) per claras probationes, neque sufficere si per præsumptiones probetur vt expêdit Angelus Aret. *§. appellantur, num.* 11. *inst. de except.* circa quòd vidẽdus est Robertus *lib. 3. sententiar. c. 2.* Est tamẽ aduertendum,

tendum, quod licèt data sciẽtia actoris, quòd testes essent falsi, sententia fuit ipso iure nulla, vt *probat is textus secundum communem intellectum*, tamen
40 dum prædicti sentiunt, quòd † cessante dolo actoris propter solos falsos testes, debeat rescindi sententia per restitutionem in integrum, quòd id impugnat Fulgos. hic *num.4. & l.2.nu. 3.*
41 *C. si ex falsis instrumentis*, & † ad id expendit istum textum, dum loquitur in absente cõtumace, qui præcipuè propter contumaciam videtur condemnatus *l. si ideò infra de euictio.* Læso autem culpa sua non conceditur restitutio. *l. ab hostibus §. fin. cum l. supra quib.*
42 *ex causis maiores*, item † quia cùm contumaci denegetur remedium ordinarium appellandi *l. & post edictum. §. fin. supr. eod. l. ex consensu §. final. de appellat.* à fortiori remedium restitutionis debet censeri denegatum, quod extraor-
43 dinarium censetur, sed † non est recedendum à prima opinione magis communiter recepta, quæ bene deducitur ex mente huius textus explicati vt supra.

44 Neque † obstant rationes Fulgos. quia ad primum respondetur, culpam contumaciæ ad hoc esse ordinatam, vt procedatur contra absentem contumacem, tanquam contra præsentem, *l. de vnoquoque § fin. infr. de re iudicata, auth. qui in prouincia C. vbi de crimine agi oporteat*, si ergo contumax velit restitui eo prętextu quòd fuerit absens & non præsens, nõ audietur. Cæterùm culpa contumaciæ, non est ad hoc ordinata, vt aduersarius etiam per falsos testes obtineret victoriam contra contumacem, & culpa quæ
45 non est ordinata ad casum non † solet nocere, *l. is qui ex stipulatione, infr. de actio. & obligat. l. non omne, infr. de statu lib.* & in terminis aduertit Purpur. *l. 2. num.74. Cod. de edendo.*

46 Non † obstat etiã secunda Fulgos. ratio, quia contumaci ideò denegatur remedium appellandi, quia † qui appellat, in effectu allegat iudicẽ à quo 47
iniquè & iniustè iudicasse *l.1. infra de appellat.* quam allegationem ius prohibet admitti, in punitionem contumaciæ partis, quæ iudicis præcepto non paruit *l. contumacia infra, de re iudicata l. properandum § sin autem reus, Cod. de iudicus.* Sed qui petit restitutionem, non cõqueritur de iudice, sed de parte quæ illum circumuenit, quã querelam ius admittit *l. diuus infra de re iudicata*, ne aliàs pars delinquens ex sua malitia commodum reportet, contra regulam *cap. ex tenore de rescriptis*, ac ita ex prædictis apertè colligitur, quòd † 48
vt is primus casus in text. expresso locum habeat, tria copulatiuè debent interuenire, scilicet quòd sententia feratur contra absentem: Secundò, quòd testes sint falsi: Tertiò, quòd scienter, & sic per dolum fuerint producti, & tradit Batt. *dict. §. duo fratres num.8. Gregor. l.1. tit.26. part.3. verb. si puede notab. Bald. cap. contingit, num.14. de dolo & contumacia, Panorm. cap. cum delicta, num. 7. de rescript. Capella Tholos. quæst.282.* & ad hunc modum sunt explicandi Ias. *l. 2. num.7. Cod. de edendo & l.1. §. edenda, num.7. supra de edendo, & Bellamera decis.217.*

Vlterius † ex supra dictis colligitur, 49
quòd si actor nihil falsum allegauit, neq; etiam probauit, sed tantum omisit allegare ea, quæ reo absenti sciebat prodesse, nihilominus valebit sententia mero iure, ita vt absenti cõtra eam non concedatur restitutio, quia † aliud 50
est aliquid falsum allegare & probare, vel aliquid omittere, quod sciebat pro eo contumace facere, *iuxta notat. Clem. constitutionem, de electio.* & in specie videtur textus *cap. si duobus de appellat & ibi notant. Innoc. Ioan. Andr. & Dec. nu.9. Bart. l. vnica, num.12. in fin. C. de satisd. Mat hesil. singul.18. Alex. d. §. duo fratres num.44.*

num.44.Felin.c.ſicut,num.13. de re iudic. Vitalis tractatu clauſularum,pag.365.nu.
51 19. Quinimo † dici poteſt,in tacente dolum hoc caſu conſiderari non poſſe, quia cùm nemo teneatur contra ſe allegare, *c.1. de probat. & ibi Ant.3.no-*
52 *tab.* qui† vtitur legis permiſſione,non
53 † poteſt videri dolum commiſiſſe,*arg. l.iniuriarum actio.infra de iniur.& l.Grachus Cod. de adulter.*

54 Ex † quibus venit reiicienda conſideratio Iacobin. *hic, num.9.*dum limitat prædictam concluſionem non procedere, quando actor ſciens iudicem in ea cauſa iuriſdictionem non habere,vel etiam actionem actori non competere, id non declarauit iudici: nam tunc ſententia lata per illum iudicem, in eius fauorem non valebit, quia is non ſolùm commiſit dolum, tacendo ius aduerſarij,ſed etiam commiſit dolum faciendo actus iudiciales coram illo, cui ſciebat illo caſu iuriſdictionem non competere, & ideo talis proceſſus non valebit, allegat Innoc.*cap.fin.de accuſat.*Cæterùm hæc limitatio apertè confunditur ex pro-
55 ximè dictis & † maximè ex *cap. ſi duobus. de appellat.* Nam in eo textu pars ſciebat, illum iudicem, quem adiuerat ex cauſa appellationis, nullam habere iuriſdictionem in ea cauſa, quia altera pars appellauerat ad Papam, & tamen nihilominus valet iudicium,& proceſſus. Et eſt ratio,quia
56 † licèt teſtis non poſſit tacere veritatem, quam ſcit, & aliàs puniatur de falſo,*cap.de crimine falſi,cap.quiſquis 11. q.3. presbyteri, & ibi Bald.4. notab. C.de Epiſc.& cler.* & etiam iudex,qui tene-
57 tur † inquirere veritatem & eam propalare,& ideo non obſtante ſcandalo, vel alia quacunque cauſa, ſemper veritas debeat apud eum præualere,*cap. qui ſcandalizauerit cum gloſ. fin. de reg.*
58 *iur.* Tamen†prædicta locum non poſſunt habere in ipſa parte, qui non tenetur propalare veritatem in ſui præiudicium, *cap.1. de probat.l.nimis graue C.de teſtibus* bonus text.*cap.offic.de pœnitentijs & remiſſio.* Verius † igitur Iacob. docuiſſet, quòd ſi pars ſciuit iuriſdictionem iudici eo caſu non competere, & tacuit,valebit quidem proceſſus,& ſententia contumaciæ punitiua *d. cap.ſi duobus*, tamen ſententia lata ſuper cauſa principali non valebit tanquam lata per iudicem incompetentem, cuius non fuit prorogata iuriſdictio, *vt ibi tradit Panor. num.14.* 59
Si autem † in ipſo iudice detur ſcientia defectus iuriſdictionis, non valebit ſententia, etiam contumaciæ punitiua,vt ſentit *d.cap.ſi duobus*,& idem 60
ſi iudex † dubitet de ſua iuriſdictione, iuxta receptam doctrinam Bart. *l. multum intereſt, infra de conditionibus & demonſtrat.* 61

His ita explicatis, & redeundo ad hanc primam principalem concluſionem huius text. dicendum eſt, quòd in † hac ſpecie ideo cognoſcere poteſt executor de ſententia, quia pars, 62
quæ de ea querelam proponit,in effectu allegat eam eſſe nullam, & ideo de ea cognoſcet executor, intelligendo tamen, quando ea nullitas eſt notoria,vel incontinenti probari poteſt, aliàs executor non debet eam admittere, neque ſuperſedere in executione, & ita expreſsè Bart. *l.4. §. condemnatum, num.3. infra de re indicata,& ibi Alex. num.21. Rip. num.26. Alex. d. §. duo fratres,num.42.*

Item † intelligendum eſt, quòd 63
executor poteſt cognoſcere de hac cauſa nullitatis,per viam informationis, tamen non poteſt pronunciare ſententiam eſſe nullam, ſed hanc pronunciationem debet remittere ad iudicem,qui tulit ſentētiam, vt ſentit is textus *in fine*, quem eleganter inducit Bart. *l. à Diuo Pio in princ.num 9.infra de re indicata,* & ſubſcribunt Ang.

*hic,n.*3. *Iacobin.nu.*5.& alij quos refert Gama *decis.*207.*n.*6.nisi nullitas colligatur ex ipso tenore sententiæ. Nam tunc potest executor de ea nullitate cognoscere,& pronunciare,quia tunc ipsa se infringit, *vt diximus in princip. huius legis*. Et hæc de prima conclusione huius §.

64 Succedit † igitur secunda principalis conclusio huius textus, quòd executor poterit etiam cognoscere de ea exceptione, quòd absens fuit tanquam contumax condemnatus, cùm tamen eo tempore esset infirmus, vel abesset causa reipublicæ : nam his etiam casibus sententia erit ipso iure nulla: vnde de ea exceptione poterit executor cognoscere & pronunciare, *iuxta supra tradita*, & ita intelligunt communiter Doctores *hic Salyc. l.* 1. *num.*8. *Codic. de condict. indeb. Ang.* §. *appellantur,n.*10.*ad finem, Instit. de except.*

65 Sed † huic conclusioni nimis videtur obstare,quòd sententia lata contra absentem causa reip. mero iure valet, & ad eam rescindendam,oportet impetrare restitutionem in integrum, *l. quia absente adiuncta glos.*1.*C. de procurat. l.*1.*C.quibus ex causis maiores.* Simi-

66 liter † & sententia lata contra infirmum mero iure valet, *gl.recepta l.quæsitum verb. iudicata infra de re iud.* Ergo falsò præsupponitur, sententiam his casibus esse ipso iure nullam.

67 Communiter † tamen approbatur resolutio glos. *d. l. quæsitum verb. iudicata*,quòd aut iudex erat certus de his impedimentis, & nihilominus processit contra absentes, tanquam contra contumaces, & non valebit ipso iure sententia *d. l. quæsitum & l. contra pupillum* 54. *infra de re iudicata*, aut iudex ignorauit prædicta impedimenta, & sententia valebit mero iure, & ad eam rescindendam necessaria est restitutio, *l.* 1. *C. quibus ex causis maiores*, & ita resoluit Bart. *hic,num.*3. *& l. fin. num.*4. *& ibi Fulgos. num.* 2. *supra de in integrum restit. Paul. Castrens. l. quia absente in fine C de procurator.idem l. ea quæ C.quomodo & quando iudex Salic.l.*1.*n.*8. *C. de conditio. indebiti.* Probat † ordinatio Portugalliæ *lib.*3. *tit.*8. § *& se allegum, & hodie lib* 3.*tit.*9.§.10. *noua recopilationis*. Et probat etiam *l.*10. *tit.*23. *part.*3. *iunctis traditis ibi per Greg. verb. nole empeceria.* 68

Non † est tamen omittendum,quòd aduersus hanc communem resolutionem arguit Fulgos. *hic,num.*8. quòd si iudex sciuit impedimentum,& nihilominus processit in causa, tanquam contra contumacem, tacitè videtur allegationem impedimenti reiicere *l. à procedente Cod.de dilatio.*Ergo ratione prædictæ allegationis, non debuit irritari sententia ipso iure, imò nec beneficio restitutionis debuit rescindi, vt videtur expressum *l.liberto* 32.§. *fin. supra de negot. gestis.* 69

Sed † ad defensionem communis opinionis, distinguendi sunt duo casus: Aut enim † iudex scit impedimentum, & tamen illud coram eo non allegatur, neque impedimenti exceptio opponitur & sine scrupulo procedit quòd is textus sentit secundum communem intellectum, *& d. l. quæsitum.* Cùm † enim nulla sit opposita exceptio : non potest dici, quòd tacitè fuerit reiecta: aut verò exceptio fuit opposita per defensorem, & nihilominus iudex eam reiicit tacitè, vel expressim,& est necessaria appellatio, aliàs inducetur *l. liberto* §. *fin. supra de negot. gestis.* 70 71 72

Sed † licèt ab argumentis Fulgos. *hic* communis resolutio defendi possit,ex alio tamen non placet,quia præsupponit in terminis huius textus prætorem sciuisse impedimentum, & tamen textus magis significat, illud ignorasse dum subdit, quòd prætor, comperta 73

comperta veritate debet denegare actionem iudicati: ergo antea ignorauit veritatem. Neque enim est verisimile, quòd processisset scienter ad ferendam sententiam, ex qua comperta veritate, debuit denegare actionem
74 iudicati. Quare † Batt. *l. fin. num.* 10. *supra de in integrum restit.* aliter resoluit hanc materiam, sententiam his casibus semper valere mero iure, nisi lata sit contra non legitimè citatum. Nam tunc erit nulla *l. ea quæ C. quomodo, & quando iudex l.* 1. *§. item cum ex edicto, infra quæ sententiæ sine appellatione rescindantur* & satis sentit *l.* 10. *tit.* 23.
75 *part.* 3. Sed † etiam non placet, quia is textus relatus ad principium, apertè loquitur in eo, qui fuit citatus obseruato solemni ordine edictorum, & nihilominus probat, his casibus sententiam esse nullam ipso iure, quod etiam videtur probare textus *l. contra pupillum* 54. *infra de re iud.* Et ideo Ang. repet. *l. qui Romæ §. duo fratres, num.* 4. *ad finem infra de verb. oblig.* considerat,
76 text. † istum duas habere partes, in prima agere de absente ex causa voluntaria, vel etiam probabili, item quando per dolum aduersarij sententia lata est per falsas probationes: nam his concurrentibus sententia erit nulla, vt disponit *l.* 11. *tit.* 23. *part.* 3. de qua vtrique nullitate poterit executor se informare ad effectum supersedendi in executione, non autem quoad effectum pronunciandi super nullitate: Hanc enim pronunciationem debet remittere ad iudicem, qui tulit sententiam, *vt dictum est.* In secundo autem casu agitur de absente ex causa probabili simul & necessaria, & in hoc casu probat textus adeò sententiam esse nullam, vt executor non solùm possit de ea cognoscere, quoad effectum supersedēdi: sed etiam quoad effectum pronunciandi super nullitate, quia absenti ex causa probabili & necessaria magis succurrendum est, *cap. fin. de foro competenti*, quam Ang. resolutionem probauit Ang. Aret. *§. appellantur, num.* 10. *ad finem, Inst. de except.*

Quæ † tamen traditio placere non 77
debet, quia in ea præsupponitur, in hac secunda parte etiam latam fuisse sentētiam aduersus absentem ex causa necessaria, & hoc per dolum aduersarij, quod tamen ex littera text. non constat. Item præsupponit, in hac secunda parte executorem posse pronunciare super nullitate sententiæ, quod tamen iure non probatur, & ita contrarium in hoc probat Alexand. *l. à Diuo Pio, in principio, num.* 11. *infra de re iudicat. & dict. §. duo fratres, n.* 43. *Vitalis tractatu clausularum, pag.* 364. *num.* 18. *& Menoch. lib.* 1. *de arbit. q.* 38. *num.* 18. Et † ideo ad veram resolutio 78
nem huius difficultatis sciendum est, quòd is textus facta relatione ad principium legis, loquitur in eo, qui citatus per edicta, non comparuit, & sic propriè videtur loqui, quando prætor probabiliter † potuit ignorare im 79
pedimentum absentis, quo casu licèt regulariter valeat sententia mero iure, *gl. recepta, d. l. quæsitum, verb. iudicata, inf. de re iudicata*, & † dictum est, tamen 80
speciale est in eo, qui est absens causa reipub. vel etiam est infirmus, ac ita vocatus, per edicta, non potuit venire ad iudicium, his enim casibus speciale est, vt etiamsi iudex ignorauerit impedimentum, tamen sententia sit ipso iure nulla: vt colligitur ex isto textu, & ex mente Doctorum: Similiter licèt receptum sit, quòd citatus per edicta non possit venire contra sententiam, etiamsi † alleget, & probet, 81
eam citationem nunquam peruenisse ad eius notitiam, *glos. l.* 1. *§. item cum ex edicto, verb. notitia, infra quæ sententiæ sine appellat. rescindantur, Bart. l. & post edictum, num.* 2. *infra eod. Afflict. lib.* 1.

consil. rub. 96. §. 1. n. 11. & latè Tiraqu. l. lib. 1. retract. §. 9. g. 2. num. 39. nisi pro-
82 bet, ante † latam sententiam iudicem sciuisse prædictam citationem ad citatum per edicta, notitiam non peruenisse, quia tunc non valeret sententia ipso iure, Bart. in extrauag. ad reprim. verb. neglexerit, n. 2. in quibus terminis debet accipi id, quod insinuat d. l. §. item eum ex edicto, infr. quæ sententia sine appellatione rescindatur, tamen
83 † si absens causa Reip. vel infirmitatis probauerit eam citationem per edicta nunquam peruenisse ad eius notitiam, & ideo non comparuisse, sententia censebitur nulla, vt colligitur
84 ex mente huius text. extra † tamen hos casus speciales, sententia valebit mero iure, & ad eam rescindendam necessaria est restitutio in integrũ, l. 1. C. quib. ex caus. maior. quomodo accipiẽdus est text. l. contumacia, § pœnam, infr.
85 de re iud. Quãuis † omnes prędictos casus æquipararet l. 10. tit. 23. partit. 3.

Vltimò ex isto textu in fine annotandum est, quòd prætor in casibus hîc propositis, non debet victori dare actionem iudicati, vel sententiam
86 mandare executioni: quam † alternatiuam huius textus hoc modo explicant Bart. Angel. & Paul. Cast. hic omnes,
87 num. 3. & Iacob. num. 4. scilicet, quòd si iudex sciuit impedimentum, senten-
88 tia est nulla: & † sic ex ea tanquam nulla, non datur actio iudicati. Si autem ignorauit impedimentum, valebit sententia mero iure, & tamen executioni non mandabitur, impetrata scil. aduersus eam restitutione in integrum, & subscribunt Imol. & Alexan. num. 41. ad fin. l. qui Romæ, §. duo fratres, infr. de verb. oblig. Salyc. l. 1. n. 8 C. de cond. indeb. Vitalis tract. clausularum, pag. 365. n. 18. Ex quibus colligunt Bart. hic
89 ad fin. & Fulgos. n. 5. Quòd † non solùm executio sententiæ impeditur, quando principaliter petitur restitutio aduersus sententiam, l. vnica, Cod. in integr. restit. postulata. sed etiam quando de ea opponitur per viam exceptionis. Sed † non placet prædicta explica- 90
tio, quia in hoc textu nulla fit mentio restitutionis in integrum, & alternatiua, quam expressit is textus, solum videtur referri ad sententiam, quæ dicitur nulla.

Vnde † secundo loco ex mente 91
Bart. & Pauli Castrens. hic, num. 3. Iacobin. num. 7. Vital. tract. clausularum, pag. 365. n. 18. ad fin. Alex. §. duo fratres, nu. 41. ad fin. Angel. Aretin. §. appellantur, n. 10. ad finem, instit. de except. interpretandum est, textum insinuare duos modos diuersos, quibus sententiæ mandantur executioni, scilicet intentata actione † iudicati, l. miles, §. fin. & ibi no 92
tat Paul. n. 2. infra de re iudicata, quę alio nomine appellatur actio in factum, l. actori, C. de reb. creditis & iureiur. vel † 93
implorando officium iudicis, qui tulit sententiam, Bart. l. intra dies, inf. de re iud. Inter quos † modos ea est dif- 94
ferentia, quòd victor actionem iudicati potest vbicunque intentare, iuxta regulam l. si. C. de prescr. longi temporis, sed officium † iudicis non potest im- 95
plorare, nisi coram iudice, qui tulit sententiam vel coram alio, cum litteris tamen requisitoriis iudicis, qui tulit sententiam, l. à Diuo Pio, §. 1. infra de re iudic. & ibi not. Bart. n. 1. notab. Paul. Castr. l. 4. §. ait prætor, n. 2. infr. de re iudicata, Ang. l. qui inofficioso, n. 7. & ibi Paul. Castr. n. 8. supra de inofficioso testam. Ias. l. properandum, §. sin autem reus, n. 3. C. de iudicijs, & rationem huius differentiæ assignat Bart. dict. l. à Diuo Pio, §. 1. n. 2.

Est † & alia differentia inter præ- 96
dictos casus, quia quando imploratur officium iudicis, non est dandus libellus, neque lis contestanda, sed proceditur via executiua, neque admittuntur exceptiones altiorẽ requirentes indaginẽ, l. à Diuo Pio, §. si super rebus,

97 *rebus, inf. de re iudicata.* Sed † quando intentatur actio iudicati, est dandus libellus, & lis est contestanda, & denique ordinariè proceditur, & non executiuè *l. item veniunt, §. idem rectè, & ibi Bart. in fine, infra de petit. hered. Bart. l. intra dies, num. 1. & ibi Iason. n. 3. asserit receptum, infra de re iudicata.* Quamuis
98 non possint † opponi exceptiones peremptoriæ vel aliæ, quæ prohibentur opponi post sententiam *l. peremptorias, C. sententiam rescindi non posse, & tradit Paul. Castr. l. 4. §. prætor ait, nu. 2. infra de re iudicata*, quicquid Imol. &
99 Alex. *n. 6. d. l. intra dies, &* † *Soares l. post rē iudicatam, 2. not. n. 9. infra de re iudic.* contēdat, quòd etiam intentata actione iudicati, sit procedendum executiuè, allegantes authoritatem gl. *l. qui de inofficioso supr. de inofficioso testam. & gl.*
100 *fin. ad finem l. 1. Cod. de iudicijs*, quibus † tamen facilè respondetur, illas gloss. tantùm dicere, actionem iudicati esse exequendam, non tamen dicunt, in ea executione non esse procedendum via ordinaria, sed via executiua,
101 & summariè, vel † pro concordia videtur posse dici, quòd licèt in actione iudicati sit dandus libellus, & lis sit contestanda, tamen non sunt necessariæ nouæ probationes, sed sufficiet ostendere super ea causa ita iudicatum fuisse, *Bart. d. l. à Diuo Pio, §. 1. n. 2. in fine, inf. de re iudicata.* Et hoc respectu dicetur in dicta actione iu-
102 dicati, modo executiuo procedi. Ad † hunc igitur modum est explicanda alternatiua posita in hoc textu, vt propter nullitatem sententiæ, neque ex ea detur actio iudicati, neque possit implorari officium iudicis pro executione illius sententiæ.

103 Cæterùm † hæc communis explicatio admittenda non est, quia ea admissa Iureconsul. non debuit vti alternatiua, sed potius copulatiua. Aliam igitur interpretationem assignauit Fulgos. *hic, num. 9.* quæ etiam placere non potest.

Et † ideò ad veram explicationem 104
aduertendum est, quod verba huius text. apertè referuntur ad prætorem, qui tulit sententiam, & vult, quòd si ad eū fuerit remissa exceptio nullitatis, super qua regulariter executor pronunciare non potest, sed eam pronunciationem debet remittere ad iudicem, qui tulit sententiam, *vt dictum est, & tradit Bart. l. à Diuo Pio in principio, num. 2. ad finem, infra de re iudic.* prætor tunc comperta veritate, & doctus de nullitate sententiæ, vel debet denegare actionem iudicati, si adhuc executionem alteri iudici executori non commiserat, vel si eam alteri commiserat, debet scribere ad prædictum executorem, quòd in executione vlterius non procedat. Et ita in effectu Menoch. *lib. 1. de arbitrarijs, quæst. 38. numero 18. ad fin.* & videndus est Bart. *l. 4. §. condemnatum, num. 3. infra de re indicata.* Et hæc satis in hac materia.

L. Proponebatur, 76. ff. de Iud.

SVMMARIA.

1 *Proponit quæstionem, vtrum mutatis partibus, & manente eadem forma, dicatur eadem res vel diuersa.*
2 *Refert responsionem Iurisconsul. ad quæstionem.*
3 *Si plures dati sint iudices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes mutati fuerunt, nihilominus eadem dicetur causa.*
4 *Causa est origo & materia ipsius iudicij.*
5 *Idem potest dici attēto genere, siue specie, licèt non idē sit attenta substātia.*
6 *Si iudicium ex ordinario fiat summarium, non dicitur idem iudicium, cùm eius forma sit mutata.*

7 *Quando*

7 *Quando dicitur idem iudicium, mutatis partibus non debet formari nouum processus, sed iudices substituti loco deficientium debent assumere causam in eo statu, in quo priores iudices eam reliquerunt.*

8 *Quando censetur diuersum iudicium, necessariò nouus processus est formandus, & noua lis inchoanda.*

9 *Opponit contra primam conclusionem de l. properandum, §. sin autem vtraque ad medium C. de iudicijs.*

10 *Tradit responsionem Fulgos. ad primam difficultatem.*

11 *Reycit explicationem Fulgos.*

12 *Assignat veriorem responsionem.*

13 *Tradit axioma supra positum non solùm locum habere in iudicijs, sed in omnibus similibus casibus.*

14 *Refert contrariam opinionem, imò propter prædictas mutationes, nō censeri eandē rem, sed omnino diuersam.*

15 *Tradit responsionem, quam adhuc sex. assignant Doctores, qui hanc contrariam opinionem sequuntur.*

16 *Reijcit prædictas responsiones.*

17 *Eadem dicitur legio, etiamsi omnes eius milites mutentur, vel intereant, & alij eorum loco substituantur.*

18 *Idē dicitur populus, licèt ab his, qui ab hinc centum annis fuerunt, nullus superfit.*

19 *Idem dicitur collegium, licèt mutentur collegiati.*

20 *Eadem dicitur Ecclesia, licèt Clerici mutentur.*

21 *Eadem dicitur Canonia, licèt mutentur Canonici.*

22 *Homagium præstitum per Vniuersitatem ligat omnes præsētes & futuros.*

23 *Priuilegia concessa ciuitatibus censentur realia & perpetua.*

24 *Tradit rationem horum similium, quia prædicta censentur esse quadam corpora ficta, quæ comprehendunt subiecta, tanquā membra illius corporis.*

25 *Ciuitas vel collegiū nil aliud est, quàm homines præsentes, vel qui loco præsentium subrogantur.*

26 *Illa dicuntur eadem, in quibus forma non mutatur, licèt aliqua qualitas, vel accidens alteretur.*

27 *Ciues omnes censentur præsentes, licèt in veritate aliqui sint absentes.*

28 *Refert ex Guid. Papa, quod sententia lata contra ciues vel homines alicuius loci, nocebit omnibus sequētibus, etsi nō fuerint heredes cōdemnatorū.*

29 *Limitat conclusionem, si in ciuitate, vel in populo mutetur gubernandi forma, tunc enim iam non dicetur idem populus, vel eadem ciuitas.*

30 *Limitationem impugnat, & refert contraria opinionis fundamenta & authores.*

31 *Tradit, verius esse eandem esse ciuitatem, & tamen eandem esse rempublicam propter mutatam gubernandi formam.*

32 *Limitat secundò in his, quæ singulorum personis cohærent, ita vt ab illis separari non possint.*

33 *Proponit proxime limitationis exēplū.*

34 *Iuramentum ita cohæret personæ, vt ad aliam non transeat.*

35 *Si populus aliquid occupauit mala fide, quandiu aliquis superest ex his, qui malam fidem habuit, non procedet præscriptio, sed illis omnibus extinctis incipiet currere præscriptio.*

36 *Mala fides propriè respicit animam, & ideo populus, qui successit, cùm non habeat eandem animam, non censetur esse in mala fide.*

37 *Proponit secundum exemplum in naui, vtpote si nauis particulariter sit refecta, ita vt nulla tabula in ea sit, quæ non sit noua, & tamen eadem nauis est, & dicitur.*

38 *Expendit, quare Iurecōsultus tradiderit exemplum, quando nauis sæpius refecta est, & sic per partes.*

39 *Si nauis simul destructa sit, & postea reficiatur ex eisdem tabulis, noua nauis*

nauis esse censetur, nisi de mente domini aliud constet.

40 *Tradit rationem differentiæ.*

41 *Addit, quòd etiamsi nauis ita reficiatur, vt etiã carina mutata sit, & refecta: si enim salua sit carina, etiãsi in totum destruatur, vel reficiatur, indistinctè eadem nauis esse cẽsetur.*

42 *Tradit rationem proximæ conclusionis.*

43 *Recenset vltimũ exemplum à toto indiuiduali, vtpote homine, in quo certũ est, partes deficere, & intrinsecus alias suppleri, quæ succedunt loco deperditorũ, & semper idem homo est.*

44 *Homo comedit & bibit, vt per hoc partes, quæ defiiũt, restaurẽtur in nobis.*

45 *Adducit traditionem D. Thom. part. 1. quæst. 116. artic. 1. in respons. ad secundum argumentum.*

46 *Declarat, qua ratione venit explodenda opinio Heraclij Philosophi.*

1 RACTAT † Iurisconsultus Alphenus, in hoc contextu controuersam quæstionẽ apud Philosophos, vtrum mutatis partibus, & manente eadem forma dicatur eadem res vel diuersa? Et ita illi Iureconsultus respondet; vt omnes Philosophi viui eam responsionem cõponere hoc modo nescirent, vt asserit Cagnol. *l. 2. nu. 257. Cod. de pact. inter emptorem & venditorem*, & tamen Iureconsul. in fine

2 determinat, quòd † cuius rei species, hoc est forma, eadem est, *vt hîc exponit gloss. fin.* eadem res esse censetur, quantumcunque circa ipsam materiam ali-

3 qua mutatio cõtigerit. Et iuxta † hanc conclusionem infert Iureconsultus, quòd si plures dati sunt iudices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes mutati fuerunt, nihilominus eadem dicetur causa, *extollit Milanensis decis. Siliciæ 2. num. 27. & num. 29. & Felix Phebeus cons. 118. num. 2. lib. 2. cri-*

4 *minalium*. Et † est ratio, quia causa est origo & materia ipsius iudicij, *cap. forus, de verb. signif.* Cùm igitur non sit mutatum id, quod quodammodo est forma iudicij, licèt quoad alias partes aliqua contigerit mutatio, meritò adhuc censetur esse idem iudicium: nam † idem potest dici attento 5 genere siue specie, licèt non idem sit attenta substantia, *Bart. l. 2. num. 1. ad fin. Cod. de act. & oblig.* Quare † si for 6 ma iudicij mutetur, vt quia ex ordinario redditur summarium, non dicetur idem iudicium, cùm eius forma mutata sit, *l. penult. infr. iudicatum solui*, & ex mente Aristotelis explicat Alciat. *lib. 6. Parergon. c. 17.* & effectus † 7 erit, quia quando dicitur idem iudicium, mutatis partibus non debet formari nouus processus, sed iudices substituti loco deficientium, debent assumere causam in eo statu, in quo priores iudices eam reliquerunt, *l. mortuo supr. eodem*, & † declarant Paul. *hic, num.* 8 *3. & Iacob. num. 1.* Quando autem censetur diuersum iudicium, necessariò nouus processus est formandus, & nouale est inchoanda.

Sed aduersus † hanc primam Iure- 9 consulti conclusionem opponitur de *l. properandum, §. sin autem vtraque ad medium. Codic. de iudic.* quæ probat, mutato iudice, mutatum videri iudicium. Cui tamen difficultati respondet gloss. *hic verb. permaneret*, sed insufficienter. Et † ideò Fulgos. *hic ad* 10 *finem* respondet, quòd dict. *l. properandum, §. sin autẽ vtraque*, procedit, quando vnus tantùm iudex datus est: qui postea moritur, vel etiam quando plures dati sunt, qui omnes mortui sunt ante finitã litem, quia tunc dicetur mutari iudicium, sed extra hos casus mutatos iudice & alio dato eius loco, non dicetur mutari iudicium iuxta istum textum. Sed † neque hæc 11 explicatio Fulgosij tollit difficultatem, quia confunditur per istum textum

tum *l.edictum*, 55. *& l.mortuo*, 60. *supra eod.* & aduertit Panorm.*cap.licet*, *nu*.8.
12 *de accusat.* Veriùs ergo † respondetur, quòd textus *d.§. fin autem vtraque*, non dicit simpliciter, mutari iudicium, sed tantùm quòd habito respectu ad personam iudicis mortui, nouum censetur iudicium. Cæterùm ipsum iudicium per se consideratum, semper idem dicetur iudicium, quantumcumque mutatus sit primus iudex, vt probat is textus.

13 Secundò † ex isto textu colligendum est quòd axioma supra propositum, non solùm locum habet in iudiciis, sed & in omnibus similibus casibus, quando opinionem probarunt Aristoteles & multi alij, & elegantibus rationibus comprobat Plutarch. *in libello de sera numinis vindicta pag.mihi*.197.& explicat Alciatus *lib.6. parergon. cap*.17.& Cagnol. *l.2.nu*.257. *Cod.de pactis inter emptorem.*

14 Contrariam † nihilominus opinionem, imò propter prædictas mutationes, non censeri eandẽ rem, sed omnino diuersam probauit Heraclius Philosophus, & defendit Petrarcha *lib. 3. rerum memorandarum, cap*.50. & Hermolaus Barbarus apud Alexandrum ab Alexandro, *lib. 3. genialium dierum, cap*.1. quem refert, & non improbat Menoch. *de recuperãda possess.6.remedio*,
15 *num*.9. qui † respondent ad istum textum, tantùm procedere in casibus hîc expressis, non autem in aliis similibus: item quòd procedit attẽta mente disponentis, non autem attenta veritate
16 & rerum natura, quæ † tamen responsiones futiles sunt, & illis apertè repugnat littera huius text. qui apertè sentit, hoc idem procedere in similibus casibus, & attenta veritate, & rerum natura, & notat Bart.*l.ab executore, nu. 9. infr. de appellat.* Id autem quòd Iureconsf. tandem concludit, comprobat tribus similibus in littera expressis, circa quorum explicationem nobis insistendum est.

Primum ergo simile, quòd Ireconsf. adducit ad comprobandã prædictam conclusionem, deducitur ex toto vniuersali, quòd † eadem dicitur legio, 17
etsi omnes milites mutẽtur, vel etiam intereant, & alij loco illorum subrogentur. Item † & dicitur idem popu- 18
lus, licèt ex his, qui ab hinc centũ annis fuerunt nullus supersit, quod latè exornat Niconic.*in rubr.à num*.14.*infr. de noui oper.nunciat.* Denique idem dicitur collegium, † quamuis mutentur 19
collegiati, *Mandosius consf*.91. *num*.5 *& nu*.8.& † eadẽ dicitur Ecclesia, quam- 20
uis clerici mutentur, *Aluarot.cap*.1.§. 1.*nu*.1.*ad fin.de alienat feud.*& † eadem 21
dicitur Canonia, licèt mutentur Canonici, *Bald.c.publicato, num*.12.*de elect. & in notab. casu notat Emmanuel Rodriquez in quæst.reg.q*.26. *art*.1.*ad fin.* & † 22
Homagium præstitum per vniuersitatem ligat omnes præsentes & futuros, vt probat *l.5.tit*.15.*part.2.& ibi elegan-ter Gregor.verb.son viuos*, & † priuilegia 23
concessa ciuitatibus censentur realia & perpetua, *l.forma, §.quamquam, infra de censibus, tradit Gregor. l.27.tit. 9.part. 6.gloss.* 1. Et † prædictorum omnium 24
ratio est, quia prædicta censentur esse esse quædam corpora ficta, quæ comprehendunt subiecta, tanquam membra illius corporis ficti, *l.mortuo, infr.de fideiussorib. Bart.l.aut facta, § fin.num. 3. infr.de pœnis.* Quandiu igitur superest forma illius corporis ficti, censebitur idem corpus, licèt partes mutentur, vt dictũ est, & probat *l.grege, & l. etsi grege, infr.de leg*.1. Ex quibus meritò colligit Roman.*consf*.436.*num*.8 quòd † ci- 25
uitas vel collegiũ nihil aliud est, quàm homines præsentes, vel qui loco præsentium subrogantur. Et idem Rom. *consf*.198.*num*.1.collegit, quòd † illa di- 26
cuntur eadẽ, in quibus forma nõ mutatur, licèt aliqua qualitas vel accidẽs alteretur.

27 alteretur. Et hac † etiam ratione ciues omnes præsentes, licèt in veritate aliqui sint absentes, *Bart. rep. l. de quibus, n. 14. sup. de legibus, & l. 1. n. 9. ad medium, sup. de iurisdictione omnium iudicum*, & pariter dicuntur scientes, *Corne. consil.*
28 *268. à n. 15. ante fin. lib. 4.* Denique † infert Guid. Papæ *decis. 279.* quòd sententia lata contra ciues, vel homines alicuius loci, nocebit omnibus sequétibus, etsi non fuerint hæredes condemnatorum, quia satis est, quod videantur iidem ciues siue homines, iuxta hunc text. de quo notab. agit Anton. Natta *cons. 589. à num. 16. lib. 3.* & probat *l. 5. tit. 15. part. 2. & ibi notat Gregor. verbo son viuos.*

29 Hanc conclusionem † ita explicatam limitabis primò, vt licèt semper censeatur idem populus, & iidem ciues, tamen non dicetur eadem ciuitas, si in ea mutetur gubernandi forma: Ná si ciuitas nihil aliud est, quàm societas quædam ciuium, variata societatis ratione, consequens est & ipsam rem variari. Quod ex Aristot. tradit Alciat. *lib. 6. parer. cap. 17. & Menoch. consil. 219. n. 16. lib. 3.* & subscribit Vacon. *in iuris decl. 21. n. 12.* inquiens, quòd licèt populus Rom. sit hodie idem qui fuit olim, tamen non dicetur eadem ciuitas, cùm mutata fuerit gu-
30 bernandi forma. Sed † subsistendum est: nam imò eadem ratione qua iidem videntur ciues, eadem etiam, ciuitatem semper videri eandem pro constanti tenet Plutarc. *in libell. de sera numinis vindicta, pag. 197.* & videtur probare text. *l. 2. §. nouissimè, suprà de origine*
31 *iuris.* Verius † igitur est, eandem esse ciuitatem, & tamen non eandem esse rempub. propter mutatam gubernandi formam, vt aduertit Vacon. *declarat. iuris 21. num. 14.*

32 Limita † secundò prędicta non procedere in his, quę singulorum personis cohærent, ita vt ab illis separari non possint: nam † quoad illa, non idem po- 33
pulus censebitur. Exemplũ erit, si vniuersitas iurauerit, nam eo casu populus, qui iurauit vinculo iuramenti tenebitur, non autem populus, qui † pri- 34
mò successit, quia iuramentum ita cohæret personæ, vt ad alium transeat, *c. veritatis, de iureiur. Paulus hic, n. 9. ante fin. de foro compet. Alciat. lib. 6. parer. c. 17. & notab. Gregor. l. 5. tit. 5. part. 2. verb. son viuos qui videndus est, & Paul. de Cuandinis, tract. de iure patronatus causa acquirendi ius patronatus, à n. 11.* Qua † ratio- 35
ne si populus aliquid occupauit mala fide, quandiu aliquis superest ex his, qui malam fidem habuit, nõ procedet præscriptio, *c. fin. de praescript.* Sed † illis 36
omnibus extinctis incipiet currere præscriptio, quia mala fides propriè respicit animam, & ideo populus, qui successit, nõ censetur esse in mala fide, quia licèt idem populus sit, tamẽ non habet eandem animam, *Ymol. l. mortuo, in fin. inf. de fideiuss.* & consequenter neque eãdem malam fidem habet, & ita Bart. *l. potest, inf. de vsucap.* & contra Corneum resoluit receptum Balb. *de praescript. 2. part. 3. principalis q. 17.* & conferunt bene tradita per Felin. *c. cam te, n. 14. vers. 2. declarat. de rescriptis.*

Visa explicatione primi exempli restat agere de secundo exemplo, quo Iureconsultus probat suam principalem conclusionem, quòd vtique desumitur à toto integrali, vtpote si nauis particulariter † sit refecta, ita vt nulla 37
tabula in ea sit, quæ non sit noua, & tamen eadem nauis est, & dicitur, *extollit Felin. c. consuluit, n. 1. de Iud.* Et aduertendum † est, Iureconsul. cum mysterio 38
posuisse exemplum, quando nauis sæpius refecta est, & sic per partes, nam tunc eadem nauis esse censetur, vt est expressum *l. quid tamen, §. 1. supra quibus modis vsufructus amittatur, & l. si ita legatum, §. fin. inf. de leg. 1.* Nam † si simul 39
destructa sit, & postea reficiatur, etiam

 ex

ex iisdem tabulis,noua nauis esse censetur, & probant iura allegata, nisi constiterit, quòd dominus destruxerit totam nauem, vt ex eisdem tabulis eam construeret: nam tunc propter mentem domini eadem nauis esse censetur, vt est expressum *l. inter stipulantem, §. sacram, inf. de verb. obli. & l. qui*
40 *res, §. aream, inf. de solut.* Et est † ratio huius differentiæ, quia quando nauis particulariter reficitur, semper forma nauis permanet, & ideo licèt tabulæ mutatæ sint, & earum loco aliæ fuerunt subrogatæ, meritò eadem nauis appellatur, quia habet locum regula proposita per Iureconsult. in hoc textu.

41 Et † addendum est, prædicta procedere, etiamsi nauis reficiatur, vt etiam carina mutata sit, & refecta: nam si salua sit carina, etiamsi in totum destruatur, vel reficiatur, indistinctè eadem nauis esse censetur, vt est expressum *l. quod in rerum, §. fin. & ibi glos. &*
42 *Ias. n. 5. inf. de leg. 1.* Et † est ratio, quia *vt ex Aristot. refert Cagnol. l. 2. n. 257. C. de pactis inter emptorem*, ad identitatem rei sufficit idētitas maioris partis, vel principalioris, vel formalioris, neque ad quarumcunque partium defluxarum deperditionem, & aliarum integrationem, sequitur identitatis mutatio. Cùm igitur carina sit principaliter pars nauis, & formalior, dum ea salua manet, semper principalior pars nauis salua est, ideo non obstante mutatione aliarum partium, semper eadem nauis esse censetur, facit *l. cum in diuersis, infra de religiosis, & sumptibus funerum, & l. quæritur sup. de statu hominum*, & in materia insinuat *l. qui res, §. aream, ante finem, inf. de solutionibus.*

43 Vltimum † exemplum Iureconsf. desumitur à toto indiuiduali, vtpote in homine certum est partes deficere, & extrinsecus alias supplet, quæ succedunt loco deperditarum, & tamen semper idem homo est, circa quod exemplum notandum est, quod hac præcipua ratione homo comedit, & bibit, vt per hoc partes, quę deficiunt, restaurentur in nobis, *vt hic notant Bal. & Paul. in fine, & idem Paul. Castr. notab. consf. 389. col. 2. post princip. lib. 1.* adde D. Thom. 1. *part. q. 119. art. 1. in respons. ad secundum argumentum*, tradente, quòd cùm id, quod ex alimento generatur, adiungatur corpori nutrito per modum mixtionis, non potest esse alia natura eius quod conuenit, & eius cui aduenit, cùm sint iam factum vnum per veram mixtionem, addens, quod hæc consideratio locum habet in eadem carne, secundùm diuersas considerationes. Si enim consideretur caro secundùm speciem, hoc est secundùm id, quod est formale in ipsa, semper manet natura carnis, & dispositio naturalis ipsius, sed si consideretur caro secundùm materiam, vtique non semper manet, sed paulatim consumitur, & restauratur. Cùm igitur siue homo consideretur secundùm formam, semper idem maneat, siue secundùm materiam, cùm loco deperditarum partium aliæ substituantur, quæ miscentur cum ipsa carne & corpore: meritò idem homo est, & dicitur, quod in similibus casibus recipiendum est.

Et † hac ratione venit explodenda 44
opinio Heraclij Philosophi, qui dicebat, quòd equus non ingrediebatur bis eundem fluuium, quia partes materiales fluuij defluxerunt: Nam cùm nihilominus eadem forma fluuij maneat, idem fluuius erit. Item licèt consideretur secundùm materiam, cùm loco defluxarum aliæ incontinenti substituantur idem fluuius erit, *iuxta supra tradita*, & ita opinionem Heraclij deridet Plutarch. *in tractatu de certa numinis vindicta, Cagnol. l. 2. num. 257. de pact. inter emptorem, &*

& Menoch. conf.219.num.14.lib.3. Et hæc satis ad explicationem huius text.

L. Eum qui temerè, 79. in princip. ff. de Iudic.

SVMMARIA.

1 *Refert Doctores, qui agunt de materia expensarum litis, de qua in hoc textu agitur.*

2 *Colligit primo ex textu, quòd ille qui temere vocauit alium ad iudicium, est condemnandus in viaticis & sumptibus litis.*

3 *Verbum temerè non præsupponit dolum, neque malitiam, sed quandam facilitatem, & incuriam, siue incogitantiam.*

4 *Vbi si: act u notoriè nullus, non præsumitur dolus, sed temeritas.*

5 *Qui inconsulto calore, & non adhibita sufficienti diligentia aliquid facit, fatuè & stultè dicitur facere.*

6 *Inconsultè & stultè agere idem est.*

7 *Temeritas strictè sumpta significat aliquid fieri, sine prudentia, & inconsideratè, & sine consilio.*

8 *Victus est condemnandus in expensis, si sola temeritate, & inconsideratione iniustè litigauit, etiamsi nulla illius malita interuenerit.*

9 *In re dubia non vult ius, quòd quis alteri litem moueat, sed potius sibi silentium imponat.*

10 *Si quis datum libellum emendauerit, condemnabitur in expensis.*

11 *Si quis intentato petitorio illud suspendat, intentato possessorio, quasi temerè intentauerit petitorium, condemnabitur in expensis.*

12 *Si quis vocauerit ad iudicium personas, de quibus in l. generaliter, supra de in ius vocand. sine venia condemnabitur in expensis.*

13 *Tradit & enumerat multos Doctores, ex quibus alia exempla huius conclusionis colligi possunt.*

14 *Examinat illam quæstionem, vtrum si actor iuret de calumnia, prout tenetur, & sententia contra illum lata sit, debeat in expensis condemnari.*

15 *Refert iura, quæ partem affirmatiuam tenent.*

16 *Iuramentum calumniæ excludit præsumptam calumniam.*

17 *Refert contrariam opinionem, & Doctores, qui illam sequuntur.*

18 *Tradit hanc cõtrariam opinionem consuetudine totius orbis obseruari.*

19 *Proponit concordiam ad has opiniones, & veram resolutionem quæstionis assignat.*

20 *Declarat, quòd licèt quis soleat condemnari in expensis, vel propter temeritatem, vel propter calumniam, hoc casu tantùm ob temeritatem condemnabitur.*

21 *Examinat quæstionem, vtrum actor, qui non probauit intentionem suam, & ideo fuit condemnatus in expensis, an videatur condemnatus propter temeritatem, vel propter præsumptam calumniam.*

22 *Refert, qui tenent propter præsumptam calumniam, & sic durius condemnari.*

23 *Ille, qui non probauit id, quod deduxit in iudicio, præsumitur calumniator.*

24 *Idem dicendum est, si id, quod deduxit, non probauit, sed aliud diuersum.*

25 *Refert contrariam opinionem, & eius authores.*

26 *Dolus vel calumnia præsumi non debet, nisi clarè probetur.*

27 *Refert concordiam ad has opiniones.*

28 *Aliam concordiam assignat.*

29 *Qui semplenè probauit non solùm non videtur litigasse per calumniam, imò nec per temeritatem, ac ideo à condemnatione expensarum videtur excusandus.*

30 *Defendendo communem, de qua n.18. huic difficultati respondet.*

31 In semiplenè nõ probante, licèt non detur malitia, datur tamen temeritas.

32 Si actor est dubius, vtrum in causa obtinere possit, debuit sibi silentium imponere.

33 Refert cõcordiã Socin. ad has opiniones.

34 Reijcit concordiam Socin.

35 Veriorem concordiam assignat.

36 Propter semiplenam probationem excusatur quis à præsumpta calũnia.

37 Sed nõ liberabitur à præsũpta temeritate, & ob id in expẽsis cõdẽnabitur.

38 Declarat, non esse nouum, quem liberari à præsumpta calumnia, & tanquam temerarium litigatorem condemnari in expensis.

39 Declarat item, non esse simpliciter verum, quod semiplenè probans tanquam temerarius litigator, semper sit condemnandus in expensis, & distinguendo procedit.

40 Qui semiplenè probauit facta comparatione ad plenam probationem rei, perinde habetur, ac si nil probasset.

41 Declarat quid dicendum, quando vterque semiplenè probauit, & vni tantum delatum est iuramentum.

42 Qui in vno grauatur, in alio est releuandus.

43 Declarat, quod vt semiplenè probans releuetur ab expensis, duo copulatiuè requiruntur, & ibi ea specificat.

44 Resoluit, quòd si actor nil omnino probauit, & aduersarius semiplenè probauit, & ei delatum fuit iuramentum actoris, tanquã temerarius litigator condemnabitur in expensis.

45 Refert Doctores, qui tenent, quòd vbi delatum est iuramentum suppletorium, nunquam victus condemnabitur in expensis.

46 Reprobat proximam Doctorum traditionem, & optimo argumento contrarium confirmat.

47 Refert casum, quo actor excusabitur ab expensis, etiamsi victus sit.

48 Tradit alium casum, in quo etiam actor ab expensis excusabitur.

49 Quando quis condemnatur in expensis, propter præsumptam calũniam, si non habet in bonis, luet in corpore.

50 Quando propter temeritatem condemnatur, si bona habeat cedendo bonis, liberabitur.

51 Vt quis condemnetur in expensis, debet saltem esse temerarius litigator, vnde si habuerit iustam causam litigandi, quæ excludat temeritatem, non condemnabitur.

52 Addit, quòd non requiritur iusta causa in veritate, sed sufficit causa, quæ reputabatur iusta.

53 Causas, propter quas victus debeat excusari ab expensis, tradit ex multis Doctoribus remissiuè.

54 Proponit causam, qua victus secundum Hostiens. releuatur ab expẽsis.

55 Reijcit proximam limitationem ab Hostiense traditam, & rationi Hostiensis respondet.

56 Præsumptio, quæ colligitur ex qualitate personæ est generalis.

57 Præsumptio, quæ colligitur ex sententia lata contra victum est specialis, & ideo præferri debet.

58 Neque mulier, neque rusticus, excusantur à condemnatione expẽsarum.

59 Sanctitas litigantis tantùm excludit præsumptionem calumniæ, non autem temeritatis.

60 Vir sanctus facilè temeritatem incurrere potest, & ibi exemplificat.

61 Declarat ex Rebuff. dictum Hostiens. de quo num. 34.

62 In Romana Curia semper fit condẽnatio in expensis processus, etiamsi victus habuerit iustã causam litigãdi.

63 Stylum Romanæ Curiæ probauit Ordinatio Portugalliæ.

64 Proponit author contra multos stylum Romanæ Curiæ, ex mente iuris communis fuisse inductum.

65 Sententia lata contra victum multum elidit præsumptionem, quod victus habuerit

habuerit causam litigandi.

66 *Expendit pro hac sententia text.in l. qui solidum,80.§.etiam inf.de leg.2.*

67 *Declarat communem traditionem, quòd iusta causa excusat à condemnatione expensarum, vt non procedat in expensis processus.*

68 *Respondet ad rationes dict.communis opinionis,& ad primã de isto textu.*

69 *Ad condemnationem expensarum processus non exigitur temeritas, sed sufficit victoria.*

70 *Respõdet ad l.qui solidũ,80.inf.de l.2.*

71 *Administratores,vel alij, qui in vtilitatem alterius litem mouent, sumptus imputabunt illi, in cuius vtilitatem litem mouerunt,si iusta causa litigandi fuerit,alias secus.*

72 *Respondet ad auth.de iudicibus,§.sed oportet,vers.si tamen,collat.6.*

73 *Explicat Ord.Portug.lib.3.tit.51. in principio, & in §.3.*

74 *Proponit differentiam, quam circa expensas litis d.Ord.facit, in sta ratione carere.*

75 *In hac materia actor, & reus à pari iudicantur*

76 *In actore iustior causa requiritur, vt excusetur ab expensis quàm in reo, qui non debet ius suum in defensum relinquere.*

77 *Refert prædictam differentiam tanquam iniustam emendasse Ord. Portugal.lib.3.titul.67.in princip.*

78 *Limitat dict. Ordin.non procedere, si causa litigandi fuerit iustissima, & euidenter apparens.*

79 *Iusta causa, propter quam victus fuit excusatus à condemnatione expensarum, debet exprimi in sententia, aliàs iudex facit litem suam.*

80 *Explicat l.vnicam,tit.46.lib.2.constitutionum Regni Neapol.*

81 *Explicat l.1.tit.22.lib.4.Ordinamenti Castellæ.*

82 *Tradit, quòd in regno Castellæ in prima instantia non est facienda condemnatio expensarum.*

83 *Tradit etiam, consuetudine multorum locorum obseruari, vt non fiat condemnatio expensarum, nisi in instantia appellationis.*

84 *Item, quòd in regno Neapolitano redacta est res ad terminos iuris communis, vt etiam in prima instantia fiat condemnatio in expensis litis.*

85 *Idem etiã approbauit Ordin. Portug.*

86 *Declarat d.l. Castell.de qua num.81. dum iubet,vt in causa appellationis condẽnatio fiat expensarũ,debere intelligi de expensis vtriusq; instantiæ.*

87 *Idem obseruatur in Francia.*

88 *Idem Tholosæ obseruatur.*

89 *Declarat, quòd si in causa appellationis fiat simpliciter condemnatio in expensis, debet intelligi de expensis vtriusque instantiæ, etiamsi id non sit expressum.*

90 *Explicat dict.l. Castell.vt intelligi possit, quòd non excludat expensas primæ instantiæ.*

91 *In prima instantia minor iusta causa sufficit, vt quis excusetur à condemnatione expensarum.*

92 *Tradit prædictam l. Castell.se restrinxisse ad causã appellationis,vt ostenderet, in eo casu semper esse faciendam condemnationem expensarum, non obstante iustą causa.*

93 *Colligit ex dict.l.Castell. quod in causa appellationis debet fieri condemnatio expensarum, quod non obseruari in tribunalibus superioribus refert ex Azeuedo.*

94 *Examinat vtrum ea l.Cast.sit generaliter intelligenda, vel sit limitanda, nisi iusta causa litigandi, vel appellandi abfuerit.*

95 *Refert Doctores, qui tenent, limitandam esse, nisi iusta causa litigandi, vel appellandi abfuerit.*

96 *Refert contrariam opinionem, & eius authores, quòd scilicet dicta lex sit generaliter intelligenda.*

97 *Tradit rationem & fundamentum prædicta opinionis.*
98 *Resoluit primam opinionem num. 94. veriorem esse.*
99 *Leges Castellæ non facilè recedunt à dispositione iuris communis.*
100 *Respondet ad rationem Parladori.*
101 *Iura limitatoria recipiunt extensionem ex identitate rationis.*
102 *Si appellans tam in prima, quàm in secunda instantia succubuit, etiam in causa appellationis indistinctè condemnandus est.*
103 *In causa appellationis ad excusãdum ab expẽsis, causa debet esse iustissima.*
104 *In causa appellationis circa has expensas debet obseruari id, quod obseruatur in Francia.*
105 *Explicat d. l. Castellæ circa exceptiones, quæ in ea exprimuntur, à regula generali.*
106 *Prima exceptio est, nisi vicinus in causa appellationis in prima instantia pro se obtinuerit sententiam.*
107 *Declarat hanc conclusionem in terminis iuris communis obseruasse multos Doctores quos ibi tradit.*
108 *Refert contrariæ opinionis authores, & eius fundamenta.*
109 *Tradit communem resolutionem, quæ in hoc articulo assignatur.*
110 *Assignat limitationem ad hanc communem resolutionem ex Mynsing. loco ibi relato.*
111 *Adducit opinionem illorum, qui tenent, quòd si ex nouiter productis sententia primæ instantiæ reuocata sit, nullus condemnabitur in expẽsis.*
112 *Tradit verius esse, quòd prædict. expensarum debeat fieri condemnatio, & postea inter partes debeat fieri compensatio.*
113 *Declarat, quomodo sit intelligenda prima exceptio l. 1 tit. 22. lib. 4. ordinamenti.*
114 *Distinctio, de qua hic, seruatur in Curia Romana.*
115 *Item seruatur in Francia.*
116 *Tradit secundam exceptionem, quæ exprimitur in dict. l. Castellæ.*
117 *Declarat, quomodo intelligenda sit dicta exceptio.*
118 *Quando actor in parte vincit, & in parte victus est, tunc quilibet pro parte, in qua victus est, condemnabitur in expensis.*
119 *Respondet ad dictum Baldi, de quo in l. eos, §. cautione, n. de appellat.*
120 *Resoluit in arbitrio iudicis esse, vel non condemnare in expensis, facta compensatione in sententia, vel condemnare quemlibet pro parte.*
121 *Si fuerit æqualis calumnia, vel temeritas, vel etiamsi simus in dubio, proportione numeri fiet compensatio.*
122 *Addit, quòd prædicta procedunt in expensis, quæ debentur ex dispositione legis, mediante officio iudicis secus si debeantur ex promissione facta inter partes.*
123 *Declarat ad hos terminos reducendam esse gloss. l. 3. §. si rem, verb. fortassis, in fine, infra de legatis 3.*
124 *Ostendit doctrinam dict. gloss. intelligendam esse procedere in expensis debitis iure actionis præcedentis, ex conuentione partium.*
125 *Expensæ factæ extra iudicium, & sic extra causam litis, quãuis tunc iure actionis peti possint, tamẽ iusta causa ab illarum excusatione excusabit.*
126 *Si expensæ promissæ sint in iudicio, iusta causa ab illis excusabit.*
127 *Proponit quæstionem, vtrum stante statuto, quod victus victori condemnetur in expensis, debeat in illis condemnari etiamsi iustam causam litigando habuerint.*
128 *Refert noua & Doctores, qui tenent, iustam causam ab illis non excusare.*
129 *Tradit, qui contrariam opinionem sequuntur.*
130 *Declarat primam opinionem n. 127. veriorem esse in puncto iuris.*

131 *Respon*

131 *Respondet ad fundamentum contraria opinionis.*
132 *Pro expensis factis in iudicio solùm competit officium iudicis, & illo extincto amplius peti non possunt.*
133 *Propter dispositionem statuti competit condictio ex statuto, & quamuis expiret officium iudicis, adhuc expensa iure actionis peti poterunt.*
134 *Refert difficultatē contra proximā resolutionem ex Mathes. singul. 80.*
135 *Respondet ad dictam difficultatem, quòd cùm verba statuti directo non referantur ad iudicem, & impetratiuo modo prolata sint, ex illis ius agendi non competet victori.*
136 *Cùm verba impersonaliter sint prolata, actionem inducunt.*
137 *Resolnit, quòd pro eo tempore, quo quis habuit iustam causam litigandi, liberabitur ab expensis, & pro alio tempore condemnabitur in illis.*
138 *Adducit declarationem ad proximam conclusionē ex Guid. Papa dec. 178.*
139 *Reprobat declarationem Guid. Papæ.*
140 *Respondet ad fundamentum contrariæ opinionis.*
141 *Si victor diu distulit præsentare instrumentum, ex quo de iustitia causa constabat, quod tamen non produxit, vt aduersarium fatigaret, est condemnandus in expensis factis ante productionem instrumenti.*
141 *Explicat traditionem gloss. cap. præsentiā, verb. sigillatim, de testib. in 6.*
142 *Refert contrariam opinionem d. gloss. & declarat, quomodo hoc casu expensæ diuidi debent.*
143 *Declarant veriorem esse hanc vltimam opinionem.*
144 *Respōdet ad rationē cōtrariæ opinionis.*
145 *Quando petitio plus debito consistit in quantitate, non potest reus iustè negare totum.*
146 *Declarat, quo casu potest admitti contraria opinio, de qua num. 141.*
147 *Reiicit concordiā, quam ad has opiniones assignat Vincētius loco hîc relato.*
148 *Actor plus petens excusabitur ab expensis si vtatur cautela, de qua per Boërium decis. 74. num. 2. & alios de quibus hîc.*
149 *Reus simpliciter totum negans, excusabitur ab expēsis, si vtatur cautela, de qua per Paris. consi. 104. num. 16. lib. 3.*
150 *Colligit ex text. quòd actor temerarius condemnatur in expensis litis.*
151 *Tradit remissiuè, quæ dicantur expensæ litis.*
152 *In sententia interlocutoria debet fieri condemnatio expensarum, quas victus statim soluet, non expectata sententia diffinitiua.*
153 *Declarat effectus conclusionis.*
154 *Quando interlocutoria fertur super quæstione facti, procedet dictus effectus, si verò fiat super quæstione iuris, cessat condemnatio expensarum.*
155 *Condemnatio expensarum ante diffinitiuā, censetur esse sententia interlocutoria, & ideò per iudicem mutari aut suppleri potest.*
156 *In causa criminali victus condemnabitur in expensis, sicut fit in causa ciuili, ad cuius similitudinem proceditur in criminali.*
157 *Conclusio supra proxima expresiè est approbata per ordinationes Portugalliæ hîc relatas.*
158 *Impugnat conclusionem ex l. non ignorat, C. de fruct. & litium expens. quam ad id expendit.*
159 *Communē resolutionē amplectitur, & respōdet ad dictam legē, non ignorat.*
160 *Reprobat Carauittam, dum tenet, quod in regno Neapolitano non fit condemnatio in expensis, in causa criminali, & resoluit, verius esse cōtrariū.*
161 *Tradit, hanc ampliationem non solùm procedere in accusatore succumbente, sed etiam in denunciatore, nam etiam is condemnabitur in expensis.*
162 *Idem recipietur in reo, se defendente in causa*

causa criminali.

163 *Refert Bald. contrarium tenentem, & eius fundamentum.*

164 *Respondet ad legem primam infra de his, qui mortem sibi consciuerunt.*

165 *In causa criminali præstatur iuramentum de calumnia.*

166 *Licèt per delictum bona confiscentur, expensæ tamen soluendæ sunt accusatori.*

167 *Hæ expensæ solo officio iudicis debentur, & post latam sententiam in causa criminali, sine condemnatione expensarum amplius peti non possunt.*

168 *Si procedatur per viam Inquisitionis, tunc semper fiet condemnatio in expensis.*

169 *Si accusator habuerit iustam causam accusandi, excusabitur ab expensis.*

170 *Si iudex victum non condemnauit in expẽsis, ex suo tenetur victori soluere.*

171 *Declarat, expensarum condemnationem fieri non debere per iudicem, nisi pars in libello id petat.*

172 *Obligatio, quam habet iudex ad condemnationem expensarum, inest sub tacita conditione, si pars id petierit.*

173 *Tradit in multis partibus, consuetudine seruari, vt fiat condemnatio in expensis, etiamsi à partibus petita non sint.*

174 *Declarat, quòd si pars expensas non petat, non poterit iudex, etiamsi velit victum in expensis condemnare.*

175 *In expensis factis post litem contestatam poterit iudex victum condemnare, etiamsi pars eas non petat.*

176 *Si iudex post litẽ contestatã in expensis victũ non condẽnet, non tenebitur.*

177 *Potest iudex omissam condemnationem expensarum eadem die supplere, & non postea.*

178 *Reprobat Couar. & alios, dum tenent, proximè dicta in practica nõ recipi.*

179 *Declarat modũ procedendi, quãdo iudex victũ absoluit ab expẽsis, vel eũ condemnauit in minori quantitate.*

180 *Agit de intellectu l. fin. Cod. quando prouocare non est necesse.*

181 *Reprobat intellectum proximè traditum ad d. l. fin.*

182 *Tradit veriorem intellectũ ad d. l. fin.*

183 *Declarat, quòd pars ratione erit necessaria appellatio victoris, quando victus appellans limitatiuè à sententia principali appellauit, quatenus contra se erat lata.*

184 *Si victor non appellauit à condemnatione expensarum, eum posset, ita sibi praiudicat, vt neque contra iudicem in sindicatu possit habere recursum, quòd ex Rebuff. tradit.*

185 *Reprobat proximè tradita & ostendit quòd praiudicans sibi in appellatione non excluditur à remedio iuris, quòd ei conceditur contra iudicem.*

186 *Declarat, quo casu tradita à Rebuff. admitti non possint.*

187 *Declarat etiam decisionem dict. leg. fin. C. quãdo prouocare non est necesse, non obseruari in Curiis Franciæ.*

188 *Si actor liti renunciauerit, adhuc condemnabitur in expensis, ac si per sententiam victus esset.*

189 *In iudicio nulla admittitur pœnitentia, quo ad restitutionem expẽsarum.*

190 *Quando pars renunciat liti, quia de nouo cognouit se iniustè litigare, excusabitur ab expensis: secus si causa erat tam antiqua, & quia aderat tempore mota litis.*

191 *Si in transactione expressè expensæ non fuerint remissæ, poterit actor illas petere à reo, si cõstat ideò transegisse, quia bona causam nõ agebat.*

192 *Si instãtia appellationis culpa actoris extincta sit & ille postea impetret restaurationẽ instãtiæ, nõ auditur, nisi prius soluat expensas antea factas.*

193 *Quod procedit etiamsi per principem restauratio facta sit.*

194 *Quando quis appellauit, & eius culpa, & negligentia deserta fuit appellatio, tenebitur expensas soluere.*

195 *Fiscus*

195 *Fiscus victus non condemnabitur in expensis.*
196 *Dispositum in priuatis regulariter obseruatur etiam in fisco.*
197 *Illud quod dictum est, quòd fiscus expensas non soluit, magis ad consuetudinem generalem, quàm ad ius referendum est.*
198 *Contendens cum fisco, & victus expensas non soluit.*
199 *Si procurator fisci aliquem accuset, & non probauit delictum, non condemnabitur in expensis.*
200 *Procurator fisci excusatur à praesumpta calumnia, quia ex necessitate officij accusauit.*
201 *Si pars simul cum procuratore fisci accuset, in expensis condemnabitur, siue tanquam instigator, siue tanquam denunciator procuratori fisci assistit.*
202 *Si ad instantiam partis fiscalis accusauerit, saltem pars condemnabitur in expensis.*
203 *Si clarè constiterit de calumnia procuratoris fisci, & quòd animo vexandi partem accusauit, ac si esset priuatus, cõdemnabitur in expensis.*
204 *Iudex, qui iniustè & malitiosè inquirit contra aliquem ex officio, in expensis condemnabitur.*
205 *Quando sententia fertur in fauorem actoris absentis & contumacis, & contra reum praesentem, non fiet condemnatio expensarum.*
206 *Agit de intellectu l. properandum, §. & siquidem, vers. sin autẽ ex gestis, C. de iud. & intellectũ glos. assignat.*
207 *Tradit alium intellectum ad dictum textum ex Pileo, quem vt veriorem probat.*
208 *Reijcit concordiam, quam ad dictas opiniones assignauit Alexan. dict. §. & siquidem, ad finem, & ostendit procedere non posse.*
209 *Si actor reum non interpellauit extra iudicium, & citatus, & in iudicio comparens non agnoscat bonam fidem, non condemnabitur in expensis citationis.*
210 *Si dies certus fuerit declaratus in obligatione, & sit transactus, etiamsi reus non fuerit interpellatus extra iudicium expensas soluet.*
211 *Quando vna pars propter aliquod priuilegium expensas litis non tenetur soluere, neque aduersarius victus eas soluet.*
212 *Si plures sint consortes eiusdem litis, & simpliciter fuerunt victi, & condemnati, quilibet eorum tenetur pro rata expensarum.*
213 *Victus non solùm debet condemnari in expensis litis siue processus, sed etiam in viaticis.*
214 *Viaticum significat sumptus destinatos ad iter faciendum.*
215 *Tradit textus probare, faciendam quoque esse condemnationem expensarum factarum ante litem contestatam, occasione tamen ipsius litis.*
216 *Ostendit contra decisionem huius text. latum fuisse decretum Senatus Parisiensis.*
217 *In Francia viatica nõ soluũtur victori.*
218 *In Curia Romana viatica etiam non soluuntur.*
219 *In Regno Portugalliae fit condemnatio in viaticis, iuxta istum textum.*
220 *Victori debent solui expensae, quas fecit cum sua persona dum durauit lis.*
221 *Refert declarationem ad proximè dicta, quod ex illis sumptibus debet deduci, quod domi esset consumpturus.*
222 *Reprobat proximam declarationem.*
223 *Testi, qui à domo euocatur ad ferendum testimonium praestatur sumptus itineris, non facta deductione eius, quòd domi esset consumpturus.*
224 *Respondet ad textum l. sed et si haereditas §. 1. infra ad exhibendum.*
225 *Quando seruus iubetur exhiberi, id expensis authoris fieri tamen debet: à quibus deducuntur alimenta, quae*

possessor tenebatur dare illi seruo.

216 Vt verior sit punitio temerè victi, nulla debet fieri deductio.

217 Ex expẽsis, quæ ratione cõtumaciæ debentur, nõ debet fieri prædicta deductio, vt cõtumacia grauius puniatur.

218 Ampliat, vt non solùm fiat condemnatio in viaticis, sed etiam in damnis respicientibus personam victoris, vt quia esset artifex.

219 Deductio eorum, quæ domi consumpturus est, tantùm fit illi, qui ex suo viuit, & non ex operis, quas perdiderunt propter litem.

230 Tradit ex Greg. Lopes in praxi non obseruari, quòd in expensis habeatur ratio interesse, quòd artifex eo prætextu prætendit.

231 Probat attento iure communi, quòd nullus habeatur respectus prædicti interesse, & cõfirmat tradita n.218. & receptissimum esse ostendit.

232 Examinat illam quæstionem, vtrum in terminis huius tex. veniant etiam damna, quæ victor passus est propter litem iniustam.

233 Refert magis communem opinionem temerè, non venire.

234 Sub nomine expensarum non veniunt damna.

235 In expensis ratione victoriæ non veniunt damna, nec interesse.

236 In expensis, quæ veniunt ratione contumaciæ, venit damnũ & interesse.

237 Declarat, in hoc articulo tutiorem esse resolutionem Bart. l.1.n.1. supra de alienat. iudicij.

238 Tradit rationem proximæ distinctionis Bart.

239 Damnum quod aduocatus & similes passi sunt, propter litem eis debetur.

240 Explicat differentiam, quæ versatur inter expensas debitas ratione victoriæ, vel ratione contumaciæ.

241 Tradit, quòd in vtroque casu huius differentiæ non veniunt dãna sub nomine expẽsarũ, sed sub nomine dãni.

242 Refert in hoc articulo aliam distinctionem traditam à Thesaur. decis. Pedemon.67. num.4.

243 Declarat hanc nouam distinctionem iure non probari, verissimam tamen esse.

244 Quoad expensas ratione victoriæ fit differentia inter causam mediatam & immediatam, sed quoad expensas ratione contumaciæ, vel delicti occasio siue causa remota sufficit, vt damna debeantur.

245 In expensis ratione contumaciæ veniunt omnia damna, etiamsi contumacia non fuerit illorum causa immediata, sed mediata.

246 Tradit alias differentias circa prædictas expensas remissiuè.

247 Tenet contra multos Doctores, quòd in expensis ratione victoriæ nõ solùm veniunt expensæ litis, sed etiã damna, quæ victor propter litẽ passus est.

248 Explicat, quòd in multis iuris locis vltra expensas veniunt damna.

249 In Curijs Franciæ etiam in damnis fit condemnatio.

250 Assignat cõcordiam ad has opiniones.

251 Refert distinctionem, quando condemnatio fit propter temeritatem victi.

252 In debitis ratione calumniæ, vel contumaciæ veniunt damna, quorum lis fuit causa etiam immediata.

253 Quid in regno Castellæ in hoc obseruetur, tradit remissiuè.

254 Declarat, quòd vt prædicta locum habeant, oportet quòd expensæ, in quibus fit condemnatio, sint moderatæ.

255 Vbi fit mentio de expensis, debet intelligi de iustis & moderatis.

256 Expensæ non solùm debent esse moderatæ, sed etiam vtiles & necessariæ, ita vt non sufficiat esse vtiles tantùm.

257 Resoluit verius esse, etiam vtiles ad consequendam victoriam esse soluendas, dummodo in illis moderamen fuerit obseruatum.

258 In moderatione semper debet haberi respectus

respectus ad qualitatẽ personarum.

259 *Illa non soluentur, in quibus faciendis culpa victoris non deprehenditur.*

260 *Declarat supra dicta procedere, quando ex suo aliquid expendit: nam quod non expendit, ex suo, non potest petere nomine expensarum.*

261 *Si aduocatus egit causam propriam in qua obtinuit, & aduersarius condemnetur in expensis, nihil petere potest nomine aduocationis.*

262 *Limitat proximam conclusionem, nisi aduocatus assumpserit alium aduocatum in propria causa, tunc enim sub nomine expensarum veniet id quod ex suo dedit alij aduocato.*

263 *Item limitat si pretium suæ aduocationis petat sub nomine damni & interesse.*

264 *Limitat, etiã quòd si aduocatus nihil voluit accipere, propter reuerentiam personæ, non debebuntur illi expensæ, pro quibus nihil ex suo soluit.*

265 *Declarat, quòd si hæc remissio facta sit propter benemerita præterita, vel futura, expensæ debebuntur.*

266 *Tradit expensas, in quibus victus victori condemnatur, taxandas esse ex proprio arbitrio, secundùm qualitatem litigantium.*

267 *Declarat, ad taxationem faciendam citandum esse victum cùm sit diuersa causa à principali.*

268 *Exponit modum taxandi expensas.*

269 *Aduertit, quòd index debet prius taxare secundùm quantitatẽ, & postea iubere partẽ iurare, quòd illas ex suo expendet & tunc in illis condẽnabit.*

270 *Hoc casu non est necessaria alia probatio ex parte victoris, quàm illius iuramentum.*

271 *Refert ex Azeuedo practicam modernam circa hanc taxationem expensarum.*

272 *Hæc practica moderna satis videtur concordare cum praxi, quæ in hac materia obseruatur in Francia.*

273 *In regno Portugalliæ ad hanc taxationem expensarum creatus est officialis, qui de earum liquidatione specialiter cognoscat.*

274 *Quod idem in ducatu Sabaudiæ obseruari dicit Thesaurus.*

275 *Declarat ordinatio Portugalliæ lib. 1. tit. 90. quæ de his expensis loquitur, secutam esse ferè omnes communes traditiones quas in hac materia refert Azeuedus & Rebuf. hic.*

276 *Si taxatio expensarum facta fuerit iniusta, & de excessiua, potest ab ea appellari, vt alia taxatio iusta fiat.*

277 *Licèt iudex in sentẽtia diffinitiua non possit sibi reseruare condemnationem expensarum, potest tamen in ea sibi reseruare taxationem earum.*

278 *Tradit ex Felino valere condemnationem expensarum, antequam fuerint taxata.*

279 *Valet sententia expensarum, etiam incerta, quia poterit postea in executione certificari.*

280 *Intelligit proximè dicta in expensis præteritis, nam pro futuris non poterit fieri condemnatio.*

281 *Probat, quòd de taxatione, vel liquidatione futurarum expensarum agi non poterit, cũ adhuc non debeantur.*

282 *Refert multos Doctores, qui de hac materia expensarum tractant.*

DE materia expensarum † li- 1
tis, de qua in hoc text. agitur vltra Doctores Legistas *in l. properandum §. sin autem alterutra Cod. de iudicijs* & Canonistas *cap. finem litibus, de dolo & contumacia latè agit Hippol. l. patre vel marito à num. 12. infra de quæst. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas tract. de expẽsis Carauita in ritibus Curiæ ritu 297. Andr. Gailius lib. 1. practicarum obseruation. in obseruat. 151. à n. 2. & obseruatione sequenti Couar. pract. q. cap. 27. Azeued. 1. tit. 22. lib. 4. ordinam. à n. 1. & Cumia in ritibus magnæ Curiæ regni Siciliæ*

cap.15. num.48. Ego autem vtiliora
tantùm attingam.

2 Et primò ex isto † textu colligen-
dum est, quòd ille, qui temerè voca-
uit alium ad iudicem, est condem-
nandus in viaticis, & sumptibus
litis. Pro cuius notabilis explicatio-
3 ne, sciendum † est, quòd verbum *(te-
merè)* non præsupponit dolum neque
malitiam, sed quandam facilitatem,
& incuriam, siue incogitantiam, *Io.
Andr. post Ioan. Monachum, cap.1. col.2.
2. ad finem de sententia excommunicat.
in 6. Ancharan cons.271. de tutelis, num.8.*
4 inquiens, quòd † vbi fuit actus noto-
5 riè nullus, non † præsumitur dolus, sed
temeritas: nam qui inconsulto calore,
& non adhibita sufficiente diligentia,
quid facit, fatuè & stultè dicitur fa-
cere, & non dolosè *l.1.§. quæri pos-
sit infra ad Turpil. cap. pen. 30. quæst.5. in
prin. c. isti de pœna temerè litigantium, tra-
dit Lucas de pœna l. magistros. colu.3. C. de
6 † professor. & Medic. lib.10.* siue (quod
idem est) inconsultè, & stultè agere,
*Menoch. de recuperand. possess. 5. remedio n.
72. & cons.145 nu. & lib.2. de arbitrarijs
casu 194. n.29.* similiter inquit Patia-
7 nus *de probat. lib.1. c.45. n.78.* quòd † te-
meritas strictè sumpta, significat ali-
quid fieri sine prudentia & inconsi-
deratè, & sine consilio: iuxta quam ex-
positionem probat is textus, victum
8 † esse condemnandum in expensis, si
sola temeritate, & inconsideratione,
iniustè litigauit: etiamsi nulla illius
malitia interuenerit, *notat Bart. hic
numero 2. & l.1. in principio, num.11. in-
fra ad Turpilianum & in notab. casu Pa-
nor. cons.78. num.2. lib.1. & cap. finem li-
tibus n.21. de dolo & contumacia, & Re-
buf. post alios 3. tom. ad ll. Gallicas, tract. de
expensis art.1. glos.1. à n.7. & art.3. glossa.
1. n.17. Menoch. cons.145. num.13. lib.2.*
& rationem assignat Bald. *cap. final. ad
finem de maiorit. & obedientia:* quod in
re dubia non vult ius, quòd quis
alteri † litem moueat, sed potiùs sibi 9
silentium imponat, *& subscribit decis.
Auenionensis decis.35. num.7.*

Ex quibus infertur primò, quòd † 10
si quis datum libellum emendauerit
iuxta l. edita C. de edendo condemna-
bitur in expensis, quia à principio li-
bellum temerariè formauerit: *vt ibi
tradit Bart. num.30. Bald. cons.3. in fine
lib.2.* pariter † & si quis intentato pe- 11
titorio illud suspendat, intentato pos-
sessorio, *iuxta Clem. vnicam de causa pos-
sess.* quasi temerè prius intentauerit
petitorium, condemnabitur in expen-
sis *Panorm. videndus cap. pastoralis, n.31.
de causa possess.* vel si vocauerit † ad 12
iudicium sine venia iudicis, personas
de quibus *l. generaliter supra de in ius
vocando.* Nam quasi temerarius con-
demnabitur in expensis, *in terminis
Purpuratus † in rub. num.25. C. de in ius* 13
vocando. Et aliud etiam exemplum vi-
de per Bart. *tract. de ordine iudicio. num.
2. post principium & alind per Bal. l.1.
num.8. ad finem C. de procurator.* & aliud
per eundem Baldum *l. non ignorat in
fin. C. de fructibus litium expensis & l. san-
cimus n.5. Cod. de iudicijs* de quo notab.
agit *Greg. l.23. tit.11. part.5. in gl.1.* &
aliud etiã exemplũ inuenies apud Ia-
son. *§. tripli n.16. & n.19. instit. de act.* &
aliud inuenies apud glos. *1. hic vers. sed
pone, & Greg. l.10. tit.3. par.6. gl.2. in fin.*

Secundò principaliter † ex supra 14
traditis infertur resolutio, ad eam
dubiam quæstionem, *vtrum si actor iu-
ret de calumnia, prout tenetur, & nihilo-
minus sententia contra eam lata sit, debeat
in expensis condemnari?* Et glos. auth. *de* † 15
*iudicib. §. oportet collat.6. & glossa l. qui so-
lidum §. etiam infra delegat 2. & gl. cap.
fin. litibus verb. expensas de dolo & contu-
macia,* concludunt, non † debere con- 16
demnari in expensis; quia prædictum
iuramentum excludit præsumptam
calumniam *l.3. vers. proderit supra de iu-
reiurand. l.1. post principium infra si mulier*
ventris

ventris nomine, & in terminis hanc conclusionem probat *l.8.tit.22.part.3.* *& ibi notat Greg.verb. la iura.*

17 Contrariam tamen † opinionem, imò quòd non obstante iuramento calumniæ, victus debeat condemnari in expensis, & ita † consuetudine
18 totius orbis obseruari resoluit Salicet.*l.qui crimen in fine Codic. qui accusare non possunt. Bald. auth. generaliter num. 8. & 9. Codic.de Episc. & clericis Socin. regula 139. in principio eleganter Couar. practicarum quæstio. cap.27. num.1. vers. secunda Seraphinus tract. de iuramenti priuilegijs 13.priuilegio num.3.* quicquid ipse postea distinguat *num.5. ad finem.*

19 Concordandæ tamen † sunt opiniones, quod licèt iuramentum excuset à præsumpta calumnia, non tamen excusat à temeritate, quæ sola sufficit ad condemnationem expensarum, *vt supra dictum est, ita Innoc.cap.final. ad finem de maioritate & obedientia Bart.l.1. in principio numero 11. infr. ad Turpilian.* & in terminis idem Bart. *l.qui solidum §.etiam, num.2. infr. de legat. 2. Alex.l.ait prætor in principio, numero 6. ad finem infra de iureiurando, Greg. l.8. titul.22 partit.3. verb. la iura ad finem.*

20 Ita vt licèt † quis soleat condemnari in expensis, vel propter temeritatem, vel propter præsumptam calumniam, *cap. finem litibus de dolo & contumacia, & ibi Pan.numero 21.* tamen hoc casu tantùm condemnabitur in expensis propter temeritatem, *Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 44. numero 5. & Menoch.consil.145. numero 14.lib.2.& de præsumpt. lib.5. præsumpt. 45.num.4. & decisio. Auenionensis decis. 35.num.7.*

21 Tertiò principaliter infertur † resolutio ad eam dubiam quæstionem, *Resol. num. 28.* *vtrum ille qui alium vocauit ad iudicium, & non probauit intentionem, & ideo fuit condemnatus in expensis, vtrum videatur condemnatus propter temeritatem, vel propter præsumptam calumniam?* Et videtur dicendum, † quòd 22 propter præsumptam calumniam: & sic duriùs condemnabitur, *cap.calumniam de pœnis, & ibi Panor.num.2.* & in terminis ita resoluit Alciat. *de præsumpt. regula 3. præsump.44. numero 5.* facit *leg.de libertate 19. §.1. infra de liberali causa & ratio lex rem non nouam §. fin.Codic.de iudicijs* & quia ille qui non probauit id, † quod deduxit in iudi- 23 cio, præsumitur calumniator, *gloss. l. athletas §.calumniator, verb. ex vtraque supra de his qui notantur infamia, glossa l.3.§.diuus, verb. relegaretur, infra de testibus* & asserit receptum Felin. *cap.2. numero 4.de calumniat.* Et † idem si id, 24 quod deduxit, non probauit, sed aliud diuersum. *Innoc. & Panor. ad finem cap. cum contingat, de officio delegati.*

Contrariam † tamen opinionem, 25 imo quòd ille qui non probauit id, quod deduxit in iudicio, magis per temeritatem, quàm per calumniam videatur iniustè litigasse, resoluit Alciatus *leg. in principio num.136. ad finem, & num.138. infra de noui oper. nunciat.* Neque enim dolus † vel calum- 26 nia præsumi debet, nisi clarè probetur *l.quoties §. qui dolo infra de probatio. l. dolum Cod.de dolo.*

Sed † poterunt concordari opi- 27 niones ex supra traditis, vt si interueniat iuramentum de calumnia, præsumatur temeritas; & non calumnia: poterunt etiam † concordari opi- 28 niones: quod aut victus nihil probauit, & præsumitur per calumniam litigasse, *cap.calumniam de pœnis Speculator tit. de calumnia in fine & Bald. auth. generaliter num.8.& num.9. vers.ex prædictis Codic. de Episc. & cleric.* Si autem semiplenè probauit, tunc non præsumetur calumnia, sed potius temeritas, & ideo tunc propter solam temeritatem videtur condemnatus in expensis, quę cōcordia videtur colligi

ex mente *c.1.§.fin.de elect.in 6.* cui tamen concordiæ illud videtur repu-
29 gnare, † quòd ille,qui semiplenè probauit, non solùm non videtur litigasse per calumniam, imò neque per temeritatem, & ideo ab expensarum condemnatione omnino est excusandus: *Ancharan. consil.248. ad prædicta dubia,num.13.subscribit Alex.l.properandum §. siue autem alterutra, numero 13. & ibi Iason. numero 8. Codic. de iudic. vers.4.conclus. Hippol.l.1.§.patre vel matre, numero 36. infra de quæst. Rebuf. in praxi tomo 3. ad leges Gallicas, tractat.de expens. articul.1. glos. vnica. numero 32. Asinius in prax. §.32. capite 2. in 5. limitat. Menoch. de arbit. lib.2. casu 177. num.8.*

30 Huic † tamen difficultati defendendo communem traditionem, responderi potest, hanc prædictorum opinionem non esse veram: & illi apertè repugnare mentem *cap.1.§. fin. de elect. in 6.* & contrarium expresse sentit Bald.*l.2.num.fin.Cod.de Episc.au-*
31 *dientia:* Nam † licèt non detur malitia, tamen datur temeritas,quia actor non considerauit, vt oportuit ea,quæ necessaria erant, vt in causa mota obtineret, *argumento leg. qui cum alio infra de reg.iuris tradit Bart.l.properandum §. sin autem reus,num.2.Codic.de iud. Purp.*
32 *l. edita, num.240.Codic. de edendo.*& † si dubius esset, vtrum in causa obtinere posset, debuit sibi silentium imponere, aliàs tanquàm temerarius in expensis condemnabitur, *Bal.c. fin. in fin.de maiorit.& ob id.*

33 Non est tamen omittendum, † quod Socin.*reg.139. num.2.* concordat prædictas opiniones, quòd in causis in quibus semiplenè probanti non defertur iuramentum in supplementum probationis: is quasi temerarius litigator condemnabitur in expensis,quia non habens plenas probationes prouocauit ad iudicium: sed in casibus in quibus semiplenè probanti defertur iuramentum in supplementum probationis, excusabitur ab expensis, quia probabiliter potuit sperare quod sibi deferretur iuramentum in supplementum probationis, ac ita plenè videretur probasse intentionem suam: *subscribit Menoch.lib.2.de arbitrarijs,casu 177.n.9.& Mascard.de probat.lib.1.concl.36.n.45.*† 34
Sed non placet hæc concordia, quia adhuc temerarius debet censeri ille litigator, qui sciens se non habere plenas probationes, ac proinde absoluendum esse reum, & si nihil præstiterit *l.qui accusare C.de edendo.l.fin. C.de rei vendicatio.* nihilominus voluit litigare, neque debuit pro certo habere, quòd ei iudex deferret iuramentum in supplementum probationis, cùm relinquantur arbitrio iudicis, cui illud deferat *cap.fi.§.fi.de iuretur.*& vide etiam declarationẽ, quã ad prędictam Socini resolutionem assignat Men.*lib.2.de arbitrarijs,casu 32.num.9.*

Verius igitur † concordabuntur 35
opiniones, quod † propter semiple- 36
nam probationem,excusabitur à præsumpta calumnia, *vt post Speculatorem & alios resoluit Felin.cap.2. col.2.in principio de calumniatoribus Alban. consil.5. num.5. Mascar.de probat. lib.1. conc.36. num.46. Menoch. lib.2. de arbitrar. casu 321.num.7.Seraphinus de iuramento.priuilegio 13.n.11.*non†tamen ob id libe- 37
rabitur à præsumpta temeritate, quia sciens se non habere plenam probationem, nihilominus voluit litiga-
re: & ob † id in expensis condemna- 38
bitur: Nec nouum est, quẽm liberari à præsũpta calumnia,& tamen tanquam temerarium litigatorem condemnari in expensis litis,vt *tradit Panor.consil.78. num.2. lib.1.* cui subscribunt Bossius *in praxi criminali, titul. de accusat. num.28. & Menochius lib.2. de arbit.casu 321.num.34.*

Addendo

39 Addendo tamen non esse † simpliciter verum, quòd semiplenè probans, tanquam temerarius litigator, semper sit condemnatus in expensis, sed potiùs est distinguendum, quòd aut actor semiplenè probauit, & reus accipiens in se onus probandi, *iuxta legem circa, infra de probat.* plenè probauit intentionem suam, & hoc casu actor proculdubiò tanquam temerarius litigator debet in expensis condemnari, *Bald. authent. generaliter, num. 9. versic. ex predictis C. de Episc. & clericis.* Nam qui semiplenè probauit, fa-
40 cta † comparatione ad plenam probationem rei perinde habetur, ac si nihil probasset, *Arch. Ioan. Andr. & Dominic. num. 5. cap. 1. §. fin. de elect. in 6.*
41 quòd † si vterque probauit intentionem suam semiplenè, & tamen quia vni ex illis delatum fuit iuramentum suppletiuum probationis, pro se obtinuit sententiam alter qui semiplenè probauit, & tamen quia non est ei delatum iuramentum suppletiuum, plenè non videtur probasse: est excusandus ab expensis, iuxta eam regu-
42 lam, † quòd qui in vno grauatur, in alio est releuandus *l. eum qui in principio, suprà de iureiurando. & ita Bald. vbi supra Alexand. consil. 183. num. 17. libr. 6.*

43 Aduertendo tamen †, quòd vt semiplenè probans excusetur hoc casu à condemnatione expensarum duo copulatiuè requiruntur, quòd ipse semiplenè probauit, & aduersarius etiam semiplenè probauerit: Item quòd aduersario fuit delatum iuramentum, propter quod suppleta est
44 semiplena eius probatio †, quare si actor nihil omnino probauit & aduersarius semiplenè probauit: & ei fuit delatum iuramentum, actor tanquam temerarius litigator condemnabitur in expensis, *Bald. d. authent. generaliter, num. 8. Alexand. dict. consil. 183. num. 17. lib. 6. Thesaur. decis. Pedemon. 236. ad finem,* licèt Alexand. *dict. §. siue autem alterutra, numero 17.* & ibi Iason *num. 8. vers. quarta,* & Asinius *in prax. §. 32. in 14. limitatione pag. 551.* dicant, quòd † vbi delatum 45 est iuramentum suppletorium, nunquam victus condemnabitur in expensis, & eis subscribat Rebuff. 3. *to. ad ll. Gallicas tract. de expensis, art. 1. gl. vnica, num. 28. & num. 32.* Quod tamen est falsum, quando actor nihil † pro- 46 bauit *ex supra traditis* & constat ex eo, quòd si actor nihil probauit, reus etiam nihil probans absoluendus est, *l. fin. C. de rei vendicat.* & quidem diffinitiuè *gloss. auth. qui semel, C. quomodo & quando iud. verbo locum in fine.* Et consequenter actor debet condemnari in expensis. Ergo à fortiori idem recipietur quando reus semiplenè probauit intentionem suam. Illud sanè verum † videtur, quòd si actor ha- 47 bebat plenam & perfectam probationem tempore incœptæ litis, & propter casum superuenientem diminuta est, tunc quasi iustam causam litigandi habens, excusabitur ab expensis. Exempla proponit gloss. *fin. cap. 1. §. fin. de electio. in 6. Bald. d. auth. generaliter, num. 9. vers. ex prædictis. Asinius in prax. §. cap. 6. in 6. limitatione. Rebuff. 3. tom. tit. de expensis, art. 1. glos. vnica, num. 34.* Et pari ratione, si testes iactabant se scire veritatem, & actor illis credens mouit † litem, qui tamen postea 48 recesserunt à dictis extra iudicium: nam tunc actor propter iustam causam excusabitur ab expensis *Bald. l. non ignorat, num. 8. Cod. de fructibus & litium expensis.*

Et tenebis mente, in hac materia, multum interesse; *vtrum quis condemnetur in expensis, propter præsumptam calumniam, vel propter temeritatem*: Nam † primo casu cùm propter delictum 49 condemnetur, *cap. finem litibus, de dolo*

dolo & contumacia, si non habuerit
in bonis luet in corpore, iuxta re-
gulam l. fin. supra de in ius vocando: in
terminis Thesaur. decis. Pedemon. 182.
num. 5. Cumia. in ritibus regni Siciliæ, cap.
50 73. num. 39. Sed quando † propter te-
meritatem condemnabitur in expen-
sis, si non habeat in bonis, cedendo
illis liberabitur ab expensis & à car-
cere l. 1. qui bonis cedere possunt, & ad
hunc modum est explicandus Specu-
lator tit. de expensis §. postremò, nu. 12. &
vide aliam differentiam per Ordin.
lib. 3. tit. 67. §. 1. noua recopilationis.

51 Vlterius & ex isto † text. 2. princi-
paliter colligendum est, quòd vt quis
condemnetur in expensis, debet sal-
tem esse temerarius litigator. Vnde
si habuerit iustam causam litigandi,
quæ excludat temeritatem, non con-
demnabitur in expensis, gloss. 1. hic in
3. solutione, & Bart. num. 1. qui ad idem
allegant leg. qui solidum 80. §. etiam in-
fra de leg. 2. & ibi gloss. verbo in litis, &
ibi notant Bart. Paul. & Imol. allegant
etiam auth. de iudicibus, §. oportet versic.
si tamen collat. 6. & ibi notat gloss. verb. so-
lo ad medium & ibi Bart. num. fin. Et est
dictum Innoc. cap. fin. in fin. de maiorit.
& obedientia. Bald. auth. generaliter num.
9. vers. ex prædictis apparet Cod. de Epis-
copis & clericis, & consil. 323. quidam
num. 1. ad finem lib. 1. & esse receptis-
simam opinionem asserit Alexand. con-
sil. 115. num. 115. lib. 4. Deci. capit. in-
terposita §. ille num. 2. de appellat. Curt.
Iun. consil. 28. num. 10. & consil. 34. num.
8. Beroius consil. 135. num. 9. lib. 2. latè
Hippolytus leg. patre vel marito à num. 7.
infra de quæst. Caranitta in ritibus magnæ
Curiæ ritu 297. num. 20. Couar. practica-
rum quæstionum, capite vigesimo septimo,
numero tertio probat l. 8. titul. 22. par-
tition. 3. & ibi Gregor. videndus in
gloss. final. addendo, quòd non re-
52 quiritur iusta causa in veritate, † sed
sufficit causa quæ reputabatur iusta
Paul. Castrens. consil. 2. num. 1. lib. 1.

Iustas autem causas † propter quas 53
debeat victus excusari ab expensis,
enumerat Panormitan. in fine cap. fi-
nem litibus, num. 22. de dolo & contu-
macia. Lanfrancus cap. quoniam contra
in tractatu de expensis à num. 2. de probat.
Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallic. tractat. de ex-
pensis, artic. 1. gloss. vnica, num. 30. & Me-
noch. tractatu de arbitr. lib. 2. casu 177.
post Iason. dict. leg. properandum §. siue au-
tem alterutra à num. 8. Hippolytus leg.
patre vel marito à numero 28. infra de
quæstionibus.

Inter quas non est omittenda illa,
† quam proponit Hostiens. dict. cap. fi- 54
nem litibus, quam ibi probant Cano-
nistæ, quando ille, qui victus est,
est persona valdè honesta, & specta-
tæ fidei & sanctitatis: nam hæc per-
sona non præsumetur per calumniam,
vel temeritatem litigasse, sed potius
deceptam per alium eam litem mo-
uisse, iuxta traditionem gloss. cap. ex-
pedit verb. scirent, quæst. 12. & sic ex-
cusabitur à condemnatione expensa-
rum, vt resoluit Iason auth. iubemus
num. 12. Cod. de iudiciis, & alij quos re-
fert Parianus de probatio. lib. primo, cap.
7. num. 30. & Asinius in praxi. §. 32. li-
mitat. 13. pag. 451.

Cæterùm † hæc limitatio non vi- 55
detur tuta: quia iure non probatur.
Nec obstat ratio prædictæ limitatio-
nis, quia præsumptio, quæ † colli- 56
gitur ex qualitate personæ, est gene-
ralis, quæ autem colligitur ex sen-
tentia lata contra victum, † est specia- 57
lis, authent. generaliter & ibi gloss. Cod.
de Episcop. & clericis, & ideò præfer-
ri debet iuxta doctrinam Innoc. cap.
auditis, num. 4. de præscriptionibus, &
in specie colligitur ex generalitate
d. l. properandum §. siue autem alteru-
tra, & dict. cap. finem litibus. Qua ra-
tione neque mulier, neque rusti-
cus † excusantur à condemnatione 58
expen

expensarum, quia creditur temerariè litigasse, *Purpuratus l.edita,n.321.C.de edendo. Menoch.l.2.de arbitrar.casu* 194.
59 *num.*30. Neque sanctitas † litigantis aliquid facit,quia tātùm excludit prę-
60 sumptionem calumniæ, † non autem temeritas,quam vir sanctus facilè incurrere potest, *cap. is autem,vers. nemo* 24. *quest.* 2. Et cùm appareat virum sanctum aliquando approbasse,falsas, aut incognitas res pro veris,insignem dicitur temeritatem commisisse: vt
61 inquit Cicero † *lib.*1. *Academicarum quæstio.ad finem.*& ideo meritò Rebuf. 5. *tomo ad ll. Gallicas tractat. de expensis artic.*1.*glos.vnica,num.*16. existimat,dictum Hostiensis tantùm procedere, quando constat virum sanctum deceptum fuisse ab illo, cui credere debuit, aliàs si non appareat de bona fide, condemnandus est in expensis, iuxta regulam generalem.

62 Et limitabis autem prædicta † non obseruari in Romana Curia. Nam in ea semper fit condemnatio in expensis processus, etiam si iustus habuerit iustam causam litigandi: *vt asserit Gomecius in regula de annali quæst.*41. *& Octauian. de stylo Curiæ lib.*8. *cap.*2. *numero* 20. *& Cassodo. decis.*13. *num.*2. *de rescriptis. & ante eos Speculator tractat. de expensis §. nunc tractemus de expensis num.*4. *ad finem, & Bald. auth. & generaliter,num.*9.*vers.& in curia C.de Episc. & clericis*, & idem in multis aliis locis obseruari asserit Asinius in *praxi* §.32. *cap.*2. *num.*1. *pag.*414. & vtique
63 † hunc stylum Romanæ Curiæ probauit ordinatio Portugalliæ *lib.*3. *tit.* 51. §.3. *& l.*7. *tit.*1. §.41. *lib.*3. *extrauagan. & hodie lib.*3. *tit.*67. *in principio noua recopilationis.* Et quamuis Bald. *leg. properandum §. siue autem alterutra ad finem Codic. de iudicijs & ibi Iason. num.*7. *ad finem* dicant istud tantùm procedere de stylo Romanæ Curiæ, & aliud esse, attenta dispositione iuris communis, & subscribat Beroius *consil.*135.*in fine lib.*2.Tamen ego hunc
† stylum ex mente iuris communis 64
fuisse inductum existimo: Aduerto enim, quòd litigator mouendo litem, fuit causa immediata & finalis, propter quam victor fecit expensas in lite, & ideo æquum & iustum est, quòd illi eas resarciat, *argumento cap. final. de iniurijs.* Quæ ratio cessat in aliis expensis, vel damnis, quorum victus non fuit ita causa finalis, & immediata, *vt est de mente Rebuf.*3.*tom. ad leges Gallicas tractatu de expensis articul.*1.*glos. vnica num.*8. & ideo etiam ex mente iuris faciliùs fit condemnatio in expensis litis, siue processus, *Bald. l.* 1. *§. hoc autem iudicium* 2. *lectura num.*1. *& ibi Iason num.*9. *supra si quis ius dicenti non obtemperauerit*, &
quia sententia lata † contra victum 65
multum elidit præsumptionem,quod victus habuerit iustam causam litigandi, vt colligitur ex *d.l.properandum §. siue autem alterutra & ibi not. Bald. n.*2. *Ias. n.*8. *Salyc. post principium, Menoch. de præsumpt.*84. *n.*1. & ideo non obstante iusta causa, meritò semper fit condemnatio in expensis proces-
sus, prætereà expendo textum *l.* † *qui* 66
solidum 80. §. *etiam inf.d.l.*2.nam in eo textu tantùm erat dubitatio, vtrum administratores Reipub.qui sumptus fecerunt in lite mota contra rempublicam,& victi sunt,*vt ibi per glos.verb. in litis*, possent nihilominus eos sumptus Reipub.imputare? Et respondet Iureconf. non posse, si iusta causa litigandi non fuerit,& à contrario sensu probat, quòd si iusta causa litigandi fuerit, poterūt eos Reip.imputare, & consequenter sentit,quòd licèt iusta causa litigandi fuerit, tamen victus condemnatur in expensis victori, quos tamen eo casu administratores imputabunt Reipub.ob rationem, de qua infra.

67 Neque † obſtat communis illa traditio ſupra firmata, quòd iuſta cauſa excuſat à condemnatione expenſarum: nam non excuſabit tamen ab expenſis proceſſus, *vt dictum eſt.*
68 Neque obſtant † rationes prædictæ communis reſolutionis, quia ad primam de iſto textu reſpondetur, quòd loquitur, quando fit condemnatio in expenſis perſonalibus, vt ex eo conſtat: Ad huiuſmodi enim condemnationem neceſſaria eſt temeritas, *gloſ. hic in* 1. *ſolut.* ſed ad con-
69 demnationem † expenſarum proceſſus, non exigitur temeritas, ſed ſola ſufficit victoria vt illis fiat condemnatio, iuxta generalitatem *d. leg. properandum* §. *ſiue autem alterutra*, & pro conſtanti tenet Theſaur. *deciſ. Pedemon.*67. *num.*5. Et rationem ſupra reddidimus.
70 Non † obſtat de *l. qui ſolidum* 80. *etiam infra de leg.* 2. quia textus ille à contrario ſenſu non probat, quòd iuſta cauſa litigandi excuſet à condemnatione expenſarum, vt ibi falsò collegit gloſſa *verb. litis*, communiter Doctores. Imò ſentit, quòd non obſtante cauſa iuſta fiet condemnatio in expenſis, & illæ ſunt ſoluendæ victori, *vt ſupra diximus.* Tantùm igitur probat, quòd ſi fuerit iuſta cauſa litigandi, adminiſtratores imputant reipub. prædictos ſumptus. Recepta
71 enim eſt reſolutio in hac † materia, quod adminiſtratores ſiue alij, qui in vtilitatem alterius litem mouent, ſumptus imputabunt illi, in cuius vtilitatem litem mouetunt, ſi iuſta cauſa litigandi fuerit, ſecus ſi iniuſta, vt *reſoluit Æmilianus conſil.*15. *num.*8. *& Vincentius de Franchis deciſ.* 394. *num.*3. *& in* 2. *parte & adde Capellam Tholoſanam quæſt.* 40.
72 Denique non † obſtat auth. *de iudicibus* §. *oportet verſ. ſi tamen collat.* 6. quia licèt gloſ. *ibi verb. ſolo ad medium*, & Bart. *num. fin.* colligat ex eo, quòd iuſta cauſa excuſat à condemnatione expenſarum, & idem colligat Iaſon *dict.* §. *ſiue autem alterutra, numero* 3. tamen textus ille hoc non probat, ſed illud tantùm, quòd licèt iudex qui expreſſa quantitate vſque ad quam iuretur, & ſecuto partis iuramento, non poſſit quantitatem iuratam moderari, tamen ſi iuſta cauſa ſuadeat, tantas expenſas non deberi, tunc ex cauſa poterit illas moderari iudex.

Et ex hac opinione † ita defenſa 73
infertur explicatio ad ordinationem Portugalliæ *lib.*3. *titul.*51. *in principio*, dum diſponit, quòd ſi actor habuit iuſtam cauſam litigandi, debet excuſari à viaticis & ſumptibus perſonalibus, non autem ab expenſis proceſſus. In §. autem tertio diſponit, quòd etſi reus habuit iuſtam cauſam litigandi, tamen ſemper condemnabitur in expenſis litis, ſiue proceſſus, & ſic conſtituit differentiam inter actorem & reum, & facilius excuſet actorem ab expenſis litis, quàm reum, quod etiam apertè ſignificat ordinatio Portugaliæ *lib.* 1. *tit.*1. §.87. *in fine*, tamen prædicta differentia, iuſta ratione videtur carere, † quia in hac materia actor, 74
& reus à pari † iudicantur *d. l. prope-* 75
randum §. *ſiue autem alterutra.* Imò iuſtior cauſa requiritur † in actore, vt 76
excuſetur à condemnatione expenſarum, quàm in reo qui non debet ius ſuum in defenſum relinquere *l. illud ſupra de petit. hæred. tradit Bart. hic, n.*2. *Decius l. qui in alterius, num. fin. inf. de reg. iur. & cap. interpoſita* §. *ille, num.*2. *de appellat. & eleganter Paul. Caſtr. l. deſtitiſſe, num.*5. *& ibi Iacobin. n.*7. *inf. eodem Grammatic. deciſ.*83. *n.*1. *Theſaurus deciſ. Pedemon.*73. *n.*1. *Anton. Nat. conſ.* 16. *num.*6. *l.*1. *Purpuratus leg.*2. *num.*47. *C. de edend. Conar. pract. q. c.*27. *num.*3. Et propterea † prædictam differentiam 77
tanquam

tanquam iniustam emendauit *l.7.tit.1. §.41.lib.3.extrauag.* constituens generaliter tam in reo, quàm in actore, quòd semper fiet condemnatio in sumptibus processus, etiamsi victus habuerit iustam causam litigandi, & hodie *lib.3. tit. 67. in principio nouæ recopilationis.*

78 Quam † tamen limitabis non procedere si illa iusta causa litigandi fuerit iustissima, & euidenter apparens: nam tunc propter illam victus etiam excusabitur à sumptibus processus, quod ita in Curia Romana obseruari tradit Speculator *tract. de expensis in §. nunc de expensis n.4.in fine*, & in terminis post Bossium tradit Menoch.*l.2.de arbitr. casu 321.n.34.* Qua ratione resoluendum est, quòd propter iustam causam non excusetur victus à condemnatione expensarum litis,excusabitur tamen ab illis, si causa litigandi fuerit iustissima.& multum apparens, tradit Rebuf.*1.tom.ad ll. Gallic.in præf. n.153. & 3.tom. tract. de expensis art.1. glos. vnica n.49.* Oportet autem hanc

79 iustam causam † exprimi in sententia propter quam victus fuit excusatus à condemnatione expensarum, *auth. de iudicibus §.oportet coll.6.* aliàs iudex faciet litem suam,*d.l.properandum §. sine autem alterutra. & ibi not. Ias. n.10.* de quo tamen videndus est Gail. *practic. obseruationum l.1. obseruat.151.num.23.*

80 Præterea ex supra † dictis infertur explicatio *ad l. vnicam,tit.46.lib.2.constitutionum regni Neapolitani*, ex quo collegit Afflict.*ibi n.4.*in eo regno iustam causam litigandi, non excusare victum à condemnatione expensarum. Nam dicendum est, quòd imò ea constitutio aperte sentit contrarium,quòd victus victori condemnetur in expensis, vt erat de iure communi,nisi quos probabilis causa ignorantiæ excusauerit, quasi dicat, quòd propter iustam causam ignorantiæ, vel similem, non esse victum victori condemnandum in expensis, & sic magis concordat cum iure communi, vt in terminis aduertit Carauit. *in ritu 298. num.23.* Quod ita hodie clarè declaratum fuit in eo regno per pragmaticam regni, incipientem *temeritatem sub rub. de expens. condemnat. pag.422.*

Denique infertur † explicatio ad 81 *l. 1. tit. 22. lib.4. ordinam. Castella*, vbi probatur in causa appellationis semper faciendam esse condemnationem in sumptibus litis, sed quia ea lex obscurè fuit composita,latiùs circa illius interpretationem insistemus. Ex ea igitur lege primò colligendum est, † quòd in regno Castellæ, in prima 82 instantia, non est facienda condemnatio expensarum: nam cùm restringat se ad causam appellationis, tacitè primam instantiam videtur excludere, iuxta regulam legis *cùm prætor supra eodem*, & est de mente Gregorij *l.8. tit.22. partit.3. in glos. final. ad finem & Parladori rerum quotidianarum lib.2. parte 5. §.18. num.7.* Id quod consuetudine multorum † locorum 83 obseruari, vt non fiat condemnatio expensarum, nisi in instantia appellationis, asserit Ioan. Andr. *in additio. ad Specul. titul. de expensis §. nunc de expensis numero 5. vers. alterutra in fine sub littera H.* Quod in regno Neapolitano disponit ritus 297. qui tamen postea fuit correctus per pragmaticam regni, incipit *temeritatem sub rub. de expensarum condemnatione pagin. 422.* Et sic in eo regno deducta est res † ad terminos iuris 84 communis, vt etiam in prima instantia fiat condemnatio in expensis litis, vt probat is textus & tradit Baldus *l. eos §. cautione,numero 4. Codic. de appellat. Grammaticus decision. 83.* & in specie ita declarat Carauitta *ritu 297. numero 3.* quod etiam in † regno 85

Portugalliæ obſeruatur, *vt conſtat ex ordinationibus ſupra allegatis.*

86 Et eſt aduertendum, † quòd id, quod prima facie videtur probare prædicta lex ordinamenti Caſtellæ,ea ratione tolerari poteſt, quia cùm iubeat in cauſa appellationis fieri condemnationem expenſarum, debet intelligi, quod debeat fieri condemnatio in expenſis vtriuſque in-

87 ſtantiæ, † quod ita obſeruari in Francia aſſerit Rebuff.3. *tom.ad leges Gallicas titulo de expenſis, articul.* 1. *gloſſ.*1.

88 *numero* 40. & idem † Tholoſanæ obſeruari tradit Capella Tholoſa. *quæ-*

89 *ſtione* 222. adeò † quòd ſi in cauſa appellationis, fiat ſimpliciter condemnatio in expenſis, debeat intelligi de expenſis vtriuſque inſtantiæ, etiamſi id non ſit expreſſum, *Felin. cap. ſignificauerunt, numero* 7. *de exception. Menoch. de præſumptio.*2.*parte præſumptio.*88.de quo tamen eſt videndus Decius *cap. reprehenſibilis,num.*6.*de appellation. Afflictis lib.*2.*conſtitut. rub.*42. *numero* 6.*Hippolyt. ſingul.*682. *Rebuff.*3. *tom.ad leges Gallicas titul. de appellation. artic.*9.*gloſſ.vnica,num.*29.

90 Adde, quod poterit † etiam intelligi prædicta l. Caſtellæ, vt per illam non excludatur condemnatio expenſarum in prima inſtantia, ſed reſtringendo ſe ad cauſam appellationis, & diſponendo, quòd in cauſa appellationis, ſemper fiat condemnatio expenſarum voluit inſinuare differentiam, quæ eſt inter condemnationem expenſarum in prima inſtantia, vel in cauſa appellationis. Nam mi-

91 nor iuſta cauſa ſufficit, † vt quis in prima inſtantia excuſetur à condemnatione expenſarum, *vt tradit Decius cap. vt debitus, numero* 21. *de appellatio. Couarruu. practicarum quæſtionum, capite* 27. *numero* 3. *Gutier. in practicis ad leges regni,*1.*parte cap.*135.*num.*12.& rationem differentiæ aſſignat gloſſ. *in cap. præſumitur, de regul. iuris in* 6. *& notab. explicat Pan. in cap. finem litibus, num.*25.*de dolo & contumacia, Rebuff.*3. *tom.ad leges Gallicas titul. de appellatio. articul.*9.*gloſſ. vnica, numero* 25. *Andr. Gallius practicarum obſeruationum, lib.*1. *obſeruatione* 152. *à numero* 5. Reſtringit igitur † ſe prædicta l. Caſtellæ ad 92 cauſam appellationis, vt oſtenderet, in ea cauſa ſemper eſſe faciendam condemnationem expenſarum, non obſtante iuſta cauſa litigandi, *vt tradit Hippolyt.l. patre vel marito, num.*31. *infra de quæſtion.* & in prima inſtantia poteſt excuſari victus à condemnatione expenſarum.

Secundò principaliter † ex prædi- 93
cta lege Caſtellæ colligendum eſt quòd in cauſa appellationis debet fieri condemnatio expenſarum. Circa quam concluſionem in primis eſt aduertendum cum Azeued. ibi in *principio*, eam legem in prædicta concluſione, non bene obſeruari: præſertim in tribunalibus ſuperioribus, in quibus etiam in cauſa appellationis non fit condemnatio in expenſis, *vt illa præcipit.* Cui tamen malo dicit medicinam eſſe adhibendam, quia magni momenti res eſt.

Item eſt aduertendum, magnam eſſe controuerſiam apud Doctores Hiſpanos, vtrum ea lex ſit † genera- 94
liter intelligenda, vel ſit limitanda, niſi iuſta cauſa litigandi, & appellandi adfuerit; Nam † Couarr. *practi-* 95
*carum quæſtionum,cap.*27.*n.*4. *verſ. eandemque ſententiam*, reſoluit prædicto modo eſſe limitandam prædictam l.quod probat Gutierrez *in practicis ad legem regni* 1.*parte,quæſt.*135. *num.*8. *verſ.contrariam*, & Azeued. *l.*1. *tit.*22. *lib.*4.*ordinamenti, num.*28.

Contrariam tamen † opinionem, 96
imò quòd ea lex ſit generaliter intelligenda, & tantùm eſſe limitandam in caſibus in ea expreſſis, de quibus ſtatim

ſtatim agemus, defendit Parlado-
97 rus *lib. 2. rerum* † *quotidianarum, 5. part.* §. 18. *num.* 8. Ea ratione, quia cùm prædicta lex generalem regulam conſtituat, & ab ea excipiat tantùm certos caſus, omnes alij in ea non expreſſi debent cenſeri incluſi ſub generalitate regulæ, ita vt nec caſus ab ea excepti debeant extendi ad ſimiles caſus iuxta notab. dictum Bald. *l. 1. §. final. in fine ſupra de ferijs. probatum ab*
98 *Alexand. conſil. 36. num. 7. lib. 2.* Sed † prima opinio verior eſt, quia non eſt credendum leges Caſtellæ facilè recedere à diſpoſitione iuris communis, planè certum eſt iure communi
99 iuſtam cauſam † excuſare à condemnatione expenſarum etiam in cauſa appellationis *Bald. l. eos §. cautione numero 4. Codic. de appellation. Panormitan. cap. finem litibus, numero 25. de dolo & contumacia. Guttierrez practicarum ad ll. regni 1. parte quæſt. 136. n. 2. & Coſmas in pragmatica ſanctione, titul. de friuolis appellat. §. quoq; verb. expenſarum pag. 280.*

100 Neque obſtat † Parladori ratio, quia prædicti caſus in ea l. expreſſi ideò excipiuntur à regula, quia in illis
101 videtur concurrere iuſta cauſa † appellandi, & iura limitatoria recipiunt extenſionem ex idenditate rationis *c. cum dilecta, §. nos igitur, de confirmatio. vtili, vel inutil.*

102 Ad veram tamen † reſolutionem huius articuli conſiderandum eſt, quòd ſi appellans tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda ſuccubuit, is in cauſa appellationis indiſtinctè condemnandus eſt in expenſis: nam tunc euidentius conſtat de præſumpta calumnia, vel temeritate ſuccumbentis *cap. omni modo 2. quæſt. 6.* & probat *l. 27. tit. 23. partit. 3. notab. Bald. final. in fine Cod. quando prouocare non eſt neceſſe.* Et quamuis etiam hoc caſu iuſta cauſa poſſit excuſare victum à
103 condemnatione expenſarum, † tamen non ſufficiet quælibet iuſta cauſa, ſed debet eſſe iuſtiſſima, *vt ſupra tradidimus,* propter rationem gloſſæ *cap. præſumitur de regul. iuris in 6.* & exemplificat Panormitan. *cap. finem litibus, num. 25. de dolo & contumacia, Coſmas in pragmatica ſanctione titul. de friuol. appellat. §. quoque, verb. expenſarum,* ita vt in cauſa appellationis, debeat obſeruari illud, quod † generaliter ob- 104
ſeruari in regno Franciæ aſſerit Rebuf. *1. tom. ad l. Gallicas in proœmio numero 153. & 3. tom. titul. de expenſ. artic. 1. gloſ. vnica, numero 43.* vt in eo regno iuſta cauſa non excuſet à condemnatione expenſarum, ſed oportet eſſe iuſtiſſima, vel euidenter iuſta, *vt aliàs dicit Paul. Caſtrenſ. conſil. 16. n. 9. ad finem lib. 1.*

Explicata ita † principali conclu- 105
ſione *dict. l. 1. titul. 22. lib. 4. ordinamenti*, videndum eſt de exceptionibus, quæ in ea exprimuntur. Excepit ergo lex illa à regula generali, niſi victus in cauſa appellationis in prima inſtantia pro ſe obtinuerit ſententiam: nam tunc excuſabitur à condemnatione expenſarum, quaſi iuſtam cauſam litigandi † habuerit, quam con- 106
cluſionem in terminis iuris communis ob prædictam rationem probarunt poſt Speculator. Alexand. *conſil. 183. numero 18. lib. 6. Anton. Natta conſil. 142. numero 24. lib. 1. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallic. tractatu de expenſis, articul. 1. gloſ. vnica, num. 39.* quibus adde gloſ. (quæ hoc videtur ſentire) *l. generaliter §. 1. verb. diſpendij Codic. de rebus creditis, & iureiurando,* quam ad hoc appellauit ſingularem Paul. Caſtrenſ. *ſingul. 1. & Guid. Papa ſingul. 90.* cum quibus videtur concordare prædicta l. Caſtellæ.

Eſt tamen † aduertendum, quòd 107
multi tenent illum, qui ſuccubit in cauſa appellationis, eſſe condemnandum in expenſis: licèt in prima in-

ſtantia pro ſe ſententiam obtinuerit, inter quas eſt gloſ. *c. finem litibus verb. expenſas*, *ante finem de dolo & contumacia*, quia cùm per ſententiam appellationis reuocata ſit illa, quæ fuit lata in prima inſtantia tanquam iniuſtè lata, detegitur etiam in prima inſtantia iniuſtè litigaſſe, & conſequenter in expenſis in ea factis debere condemnare, quod & probauit gloſ. 1. *in fine cap. qui ſcit 2. quæſt. 6. Capell. Tholoſan. quæſt. 222.*

108 In hoc tamen † articulo, cõmunis reſolutio eſt, quòd ſi ſententia lata in prima inſtantia reuocata ſit ex ipſis actis antiquis, fiet condemnatio etiam in expenſis primæ inſtantiæ, ex ratione de qua ſupra: ſi autem fuerit reuocata per nouas obligationes, & probationes, quæ poſtea fuerunt factæ in cauſa appellationis iuxta regulam *l. per hanc Codic. de tempor. appellatio.* tunc non fiet condemnatio in expenſis primæ inſtantiæ, cùm per ſententiam, quam in ea obtinuit appareat iuſtam cauſam litigandi habuiſſe, & ita reſoluit Speculator *titul. de expenſis §. nunc videndum, num. 4. Bart. l. generaliter §. 1. numero 8. Codic. de rebus credit. & iureiurando. Guid. Papæ deciſion. 137.* & plures refert Andreas Gailus *practicarum obſeruationum lib. 1. obſeruatio. 152. Lancel. titul. de attentatis 3. parte, cap. 31. numero 138.* quibus adde Iaſon. *l. properandum §. ſiue autem alterutra, numero 24. Codic. de iudic. additio Capellæ Tholoſanæ quæſtion. 222. Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de appellation. articul. 9. gloſ. vnica, numero 36.* adde Minſingerum *in deciſ. Cameræ, Centuria 2. obſeruat. 89.* vbi communem probat, limitans tamen ſi reuocata ſit ſententia lata in prima inſtantia ex allegationibus nouis, quæ

109 † tamen pendebant à facto victi, & ſic quarum ipſe veriſimiliter habebat notitiam: nam tunc condemnabitur in expenſis primæ inſtantiæ, *Salicetus l. generaliter §. 1. Codic. de rebus credit. & iureiurando. ſubſcribit Lancelotus ſupra citatus. Carauitta ritu 297. & Azeued. l. 1. titul. 22. lib. 4. ordinament. numero 33.* quibus adde Matheſ. *ſingul. 82. ad finem.* Quòd ſi ex nouiter † productis, ſententia primæ inſtantiæ reuocata ſit, nullus condemnabitur in expenſis: Primus quidem quia pro ſe obtinuit ſententiam in prima inſtantia, quamuis poſtea fuerit reuocata ex nouiter productis, & obtinens in cauſa appellationis, quia fuit victor *gloſ. l. generaliter §. 1. verb. diſpendij Codic. de rebus credit. & iureiurando*, quod probat *l. 27. titul. 23. partit. 3.* Sed † quia huiuſmodi opinio facilè inducere poſſet inæqualitatem inter partes: verius eſt, quod prædictatum expenſarum debeat fieri condemnatio, & poſtea inter partes debeat inuicem fieri compenſatio, vt ſentit etiam gloſ. *dict. l. generaliter §. 1. verb. diſpendij*, quam extollit Paulus Caſtrenſ. *ſingula. 1.* & tradit Franciſcus Marcus *deciſion. 244. in prima parte*, & Theſaurus *deciſion. Pedemontan. 73. ad finem: additio. Matheſ. 82. num. 6.* & ita ſemper vidiſſe obſeruari aſſerit Andreas Gailus *practicarum obſeruat. lib. 1. obſeruat. 152. n. 5. ad medium, & infra dicemus.* 110 111

Et ex his † inferendo ad primam 112 exceptionem expreſſam *dict. l. 1. titulo 22. lib. 4. ordinam.* dicimus eam eſſe intelligendam, iuxta prædictam diſtinctionem, vt in cauſa appellationis ſemper fiat condemnatio expenſarum, etiam factarum in prima inſtantia: non tamen procedat, quando reuocatio primæ ſententiæ fuit facta ex nouiter productis in cauſa appellationis. Nam ſi ex actis antiquis fuit facta reuocatio, tunc victus condemnabitur in expenſis, vtriuſque inſtantiæ, & ita illam interpretatur

pretatur Azeuedus *ibi à num.* 32. & Gutier. *in practicis ad ll. regni* 1. *parte*
113 *cap.* 136. *num.* 1. & hanc † distinctionem obseruari in hac materia in Curia Romana asserit Octauianus *de Stylo Curiæ lib.6.cap.2.num.*40. & ad hunc etiam modum est interpretanda *l.* 27. *tit.* 23. *partit.* 3. & ibi expresè Gregor. *verb. en las costas.* Similiter & ad
114 hunc modum est † explicandum illud, quod in Francia obseruari asserit Rebuff. 3. *tom. ad ll. Gallicas titul. de expensis, artic.* 1. *gloss. vnica, num.* 40. quòd semper in causa appellationis fit condemnatio in expensis vtriusque instantiæ, quod etiam tradit Capella Tholosan. *quæstio.* 222. Nam debet id declarari iuxta prædictam distinctionem, vt expresè tradit idem Rebuff. 3. *tom. tit. de appellation. artic.*9. *gloss. vnica, num.*42.

115 Secunda principalis exceptio, † quæ exprimitur in *dict. l.* 1. illa est, vt si in causa appellationis prima sententia fuit approbata, vel etiam reuocata cum aliquo additamento. Nam tunc quasi in prima instantia habuerit iustam causam litigandi, pro ea parte modificata excusabitur ab expensis, *vt ibi tradit Azeuedus num.* 24. Quod
116 sanè intelligendum est, † quòd pro eo, in quo moderata fuit prima sententia, non soluat expensas propter prædictam rationem: sed pro reliquo eas soluet: quia quoad eas non videtur habuisse iustam causam litigandi, *Bald. l. eos* §. *cautione, num.* 4. *Codic. de appellat.* & sic pro rata inuicem fiat compensatio expensarum, *Panormitan. cap. vnico, num.* 17. *de plus*
117 *petitionibus*, & quando actor in † parte vicit, & in parte victus est, tunc quilibet pro parte, in qua victus est, condemnabitur in expensis, *Rebuff. dict.* 3. *tom. titul. de expensis, articul.* 1. *glossa vnica, num.* 21. *& à num.*23. asserens ita in Curiis Franciæ obseruari, & idem probant plures, quos refert Asinius *in praxi.* §. 31. *cap.* 5. *in principio &* §. 32. *ampliatio.* 71. *pagin.* 541. & probat ordinatio Portugalliæ *lib.* 3. *titul.* 51. §. *& se à Reo, & hodie lib.* 3. *titul.* 67. §. 2. *noua recopilationis.* Neque his † repugnat dictum Baldi 118 *l. eos* §. *cautione num.* 4. *de appellation.* quòd quando quis in parte condemnatur, & in parte absoluitur, non debet fieri condemnatio in expensis, quia hinc inde admittitur compensatio, neque debet haberi respectus ad proportionem numeri, pro quo quis victus est, & vicit, sed quatenus quis habuit iustam causam litigandi, subscribit Galeaul. *l.* 1. §. *si stipulanti in fine infra de verbor. oblig.* & Hieronymus Gabriel. *consil.* 19. *num.* 6. *libro primo, & Franciscus Marcus in decisione* 244. *in prima parte.* Nam ex † prædictis resoluendum est: quòd 119 in arbitrio iudicis est, vel non condemnare in expensis facta compensatione in sententia, vel condemnare quemlibet pro parte, in qua victus est, & postea partes compensabunt, si velint, *Bald. authent. generaliter, num.* 9. *in fine Cod. de Episcopis & clericis, Beroius consil.* 135. *num.* 7. *lib.* 2. *Aymon cons.*473. *num.*6. *lib.*3. *& Thesaur. decis. Pedemontan.* 73. *ad finem*, & ad hæc traducendus est Andr. Gailus *practicarum obseruationum libr.* 1. *obs.* 151. *n.*23. Item neque est verum, quòd Bald. dicit, quòd pro proportione numeri non debeat fieri condemnatio expensarum: nam † si fuerit æqua- 120 lis calumnia, vel temeritas, vel etiam simus in dubio, pro proportione numeri fiet condemnatio, *Panorm. cap. vnico, num.* 17. *de plus petitio. & alij relati per Antonium Gabrielem lib.* 2. *communium tit. de expensis conclus.* 2. *num.*16. *Asinius in praxi* §.32. *cap.* 5. *num.* 1.

His ita explicatis † ad perfectam 121 declarationem huius articuli duo addenda

denda sunt. Primum est, quod prædicta procedunt in expensis, quæ debentur ex dispositione legis mediante officio iudicis: nam si debeantur ex promissione facta inter partes, à condemnatione harum expensarum minimè excusabit iusta causa litigandi, *gloss. authent. de iudicibus*, §. *oportet verb. solo. ad finem collat.* 6. quam singularem appellant relati per Iason. *l. properandum* §. *siue autem alterutra, num.* 3. *Alexand. cons.* 34. *num.* 6. *lib.* 4. *Hippolyt. sing.* 237. *Hippolyt. Rimin. consil.* 255. *num.* 9. *lib.* 3. & ampliat. notab. *Hippolyt. l. patre vel marito, num.* 24. *infra de quæstio. Mascard. de probat.* 1. *parte conclus.* 36. *num.* 49. *Rebuff.* 3. *tom. ad ll. Gallicas titul. de expensis artic.* 1.
122 *gloss. vnica, à num.* 42. & ad † hos terminos reducenda est gloss. *l.* 3. §. *si rem verb. fortassis in fine, infra de leg* 3. *& gloss. final. in fine l. non solum supra de rei vend.* dum dicunt, iustam causam non excusare à condemnatione expensarum debitarum iure actionis, quamuis excuset à debitis officio iudicis, *extollit Iason dict.* §. *siue autem alterutra, num.* 4. *& l. venditores, num.* 1. *infra de verbor. obligat. Afflict. lib.* 2. *con-*
123 *stitut. rub.* 42. *num.* 4. Quod tamen † intelligendum est procedere in expensis debitis iure actionis, ex conuentione partium, in qua se obligarunt contrahentes ad soluendas expensas: nam si condictione ex lege ad illas teneantur, non præcedente conuentione partium, iusta causa ab illatum cōdemnatione excusabit, *Bald. dict. l. eos* §. *cautione, num.* 2. *ad finem*
124 *Codic. de appellat.* Et pari ratione † expensæ factæ extra iudicium, & sic extra causam litis, quamuis hîc iure actionis peti possint, vt declarat Innocentius *cap. sæpè, num.* 1. *de appellatio. communiter receptus ex Hippolyto Riminald. consil.* 303. *à num.* 33. *lib.* 3. tamen iusta causa ab illarum condemnatione excusabit. Quinimò si † 125 expensæ promissæ sint in iudicio, tamen iusta causa ab illis excusabit. Bald. rationem assignans authent. *generaliter, num.* 6. *in fine Cod. de Episc. & cleric. Paul. Castrens. consil.* 16. *num.* 10. *lib.* 1. Circa quod videndus est Iason *l. properandum* §. *siue autem alterutra num.* 4. *Cod. de iudic. & Milanens. decis. Sicilia* 14. *à num.* 91. *& Seraphinus de iuramento priuilegio* 13. *num.* 15.

Et iuxta prædicta venit resoluenda ea dubia quæstio † Doctorum, *verum* 126 *stante statuto, quòd victus victori condemnetur in expensis, debeat in illis condemnari etiamsi iustam causam litigandi habuerit?* In qua † quæstione quidam 127 existimant, iustam causam ab illis non excusare, vt statutum aliquid operetur vltra ius commune, & ita gloss. auth. *de exhibendis reis* §. 1. *verb. causam collat.* 5. quam extollit Cremen. *sing.* 120. *Hippolyt. singul.* 207. *& l. patre vel marito num.* 26. *infra de quæst. Socin. regul.* 140. *num.* 2. & hanc esse magis communem opinionem multis relatis resoluit Antonius Gabr. *lib.* 2. *communium titul. de expens. conclus.* 1. *post principium, & Carauitta in ritibus magnæ Curiæ ritu* 298. *num.* 8. *& latè Seraphinus tractatu de iuramento, priuilegio* 13. *à num.* 16. & *Cumia in ritibus magnæ Curiæ Siciliæ capit.* 73. *num.* 16. *& num.* 28.

Contrariam tamen † opinionem, 128 imò quòd etiam in his terminis iusta causa excuset ab expensarum condemnatione, vt sic statutum recipiat interpretationem à iure communi, tenet Bald. *l. eos* §. *cautione num.* 2. *ante finem Codic. de appellat. Paul. Castrens. notab. consil.* 16. *num.* 9. *ad finem lib.* 1. *Gregorius l.* 8. *titul.* 22. *partit.* 3. *glossa final. ad finem. Alexand. dict. l. properandum* §. *siue autem alterutra, num.* 7. *& ibi Iason num.* 6. *& alij relati per Ant. Gabr. vbi supra ad finem*, & defendit Rebuff.

Rebuff 3. *tom.ad ll. Gallicas titul. de expensis artic.* 1. *glos. vnica,num.*48. *& Couar.practicarum quæst.cap.*27.*num.*3.latè Asinius *in praxi cap.*32. *in* 3. *limitatio. num.*4.*vers.contrariam,pagin.*446.& ibi *num.* 8. asserit magis receptum, de quo quamuis dubitari possit *ex traditis per Cumian. in ritibus Siciliæ,cap.*37. *num.*26. *& Seraphinus de iure priuileg.*
129 13. *à num.*22. Tamen in † puncto iu-
ris verior videtur ex supra traditis
prima opinio.

130 Neque obstat † ratio contrariæ opi-
nionis. Nam respondetur satis ope-
rari statutum,etiamsi intelligatur prę-
131 dicto modo,quia quamuis iure † com-
muni pro expensis factis in iudicio,
solùm competat officium iudicis, &
ideo extincto officio iudicis,illæ am-
plius peti non possunt, *l.* 4. *Cod. depositi, l. terminato Cod. de fructibus & litium expensis* & rationem reddit Hip-
polyt. Riminaldus *consil.*303. *à n.*35.
132 *lib.*3. tamen propter † dispositionem
statuti competet conditio ex statuto
l. vnica, supra de condit.ex lege, & con-
sequenter etiamsi expiret officium iu-
dicis, adhuc iure actionis peti pote-
runt, *Bart. l.*3. §.1. *num.*3. *infra de leg.* 3. *Alex.dict.l properandum §. siue autem altcrutra, num.*7. *& ibi Iason. ad finem. Panorm. cap. vnico, num.*10. *de plus petitio.& dicit receptum Carauitta ritu* 297. *num.*5. *ad medium Hippolyt. Riminald. consil.*303.*n.*31.*lib.*3.*Grauatius ad Octauianum lib.*8. *de stilo Curiæ cap.*2.*nu.*23. *Afflict. lib.*2. *constitutio. rub.*42. *num.*2.
133 Nec debet † difficultatem facere,quòd
Mathes. *sing.*80. contendit,imò etiam
stante prædicto statuto, pro expensis
petendis solùm competere officium
iudicis, iuxta doctrinam gloss. rece-
ptæ *l. si soror Cod. de collat.* & tanquam
verius probet Rebuf.3: *tom. ad ll. Gallicas tit.de expensis art.*1.*glos.vnica,n.*49.
134 *& Coxar.pract.q.c.*27.*n.*4. Tamen † re-
spondetur, quòd cùm verba statuti
directò non referantur ad iudicem,&
imperatiuo modo prolata sint, ex illis
ius agendi competet victori,iuxta do-
ctrinam Bart. *l. vnica,n.*3.*infra. de condictione ex lege*, item † cùm impersona- 135
liter sint prolata actionem inducunt,
*vt ibi per Bart. num.*6. *ad finem*,de quo
tamen est videndus Paul. Castr.*l.*3.§.
*fin. num.*5.*infra de leg.*3 & Cumian. *in ritibus regni Siciliæ cap.*7. *num.*26.

Secundò principaliter supra tradi-
tis addendum est, † quòd si quis ha 136
beat iustam causam litigandi vsque ad
certum tempus, quæ postea redditur
iniusta pro eo tempore,in quo habuit
iustam litigandi causam, liberabitur
ab expensis, & pro alio tempore in
illis condemnabitur, iuxta regulam
legis *quæ de tota, supra de rei vendicat. & §. nihil interest Instit. de fideicommis. hæred.* & deducitur ex *l. destitisse supra eodem, & ibi notant Paulus n.*4: *Iacobin. num.*6.*bonus textus l. si quis inficiatus,& ibi Bart. infra depositi Socin. regul.* 139. *num.*1. *Cagn.l. qui in alterius n.*23.*infra de reg. iuris Rebuf.*3. *tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis artic.*1. *glos. vnica,num.*4. *Gregor.l.*8.*tit.*22.*partit.*3. *in glos. fin.Cumia.in ritibus Siciliæ cap.*73.*à num.*21.*& in notab.casu tradit Rota decis.*11.*num.*2. *de re iudicata, in nouis. Couar. practicar. quæst. cap.*33. *num.*2. *ad finem Ruin.consil.*217.*num.*19.*lib.*1. *Thesaur. decis. Pedem.*73.*num.*1. probat *l.*8.*tit.*22.*partit.* 3. *& ordin. Portugalliæ lib.*3. *tit.*51.§.3.
Quòd tamen † intelligebat Guid. 137
Papæ *decis.* 173. si postquam constitit
agenti de iniustitia causæ, statim ab
ea recessit; Nam si nihilominus in
ea perstitit, in omnibus expensis con-
demnandus est, quia præsumitur,
quòd etsi in principio certus esset de
iniustitia causæ, nihilominus eam
mouisset, & idem probat Dec. *d.l.qui in alterius, num.*7. *& consil.* 241.*n.*3. *& Aymon. consil.*693. *num* 7. *lib.*4. *& cons.* 839. *num.*7. *lib.*5. & hanc opinionem

forensem vsum recepisse asserit Rebuf. *d. tract. de expensis art.1.glos. vnic. num.15.*

138 Sed vtique† hæc declaratio est contra mentem supra allegatorum, & in specie illam improbat Socin.Iun.*l.naturaliter §. nihil commune, num.204. infra de acquirenda possess. Thesaurus decis.*

139 *Pedemont.nu.73. num.2.* Nec † obstat ratio contrariæ opinionis: quia nunquam delictum est præsumendum, *l. merito supra pro socio*, & cùm constet de iusta causa præcedentium initium litis, ei debet cedere quæcunque præsumptio contraria, *cap. veritate 8. distinctio.*

140 Illud sanè † verum est, quòd si victor diu distulit præsentare instrumentum, ex quo de iustitia causæ constabat: quod tamen non produxit, vt aduersarium fatigaret, est condemnandus in expensis factis ante productionem instrumenti, *argum. cap. exceptionem de exceptio.tradit Iason. dict.§.siue autem alterutra,num.12. Hippolytus dict. l. patre vel marito, num.77. infra de quæst. Aymon. consi.693. à n.2. lib.4. & Antonius Natta consil.16. numero 7. lib.1.*

141 Et ex † his infertur annotatio ad traditionem glos. *cap. præsentium,verb. sigillatim de testibus in 6.* quòd vbi actor petit plus debito, poterit reus licitè totum negare, licèt in eo concludatur aliquid, quod ipse re vera debebat: Vnde cùm iustè negauerit totum, actor in omnibus expensis condemnari debet, & ita Bart. *l. qui solidum in principio,num.2.infra de leg.2.& post Salycet. probat Iason dict.§.siue autem alterutra,num.17.Galleaul. l.1.§. si stipulanti in fine infra de verb. obligat. & alij relati per Asinium in praxi. §.32. cap.2. in 10. limitatione & Antonius Gabriel. lib.2. communium tit. de expensis conclus.2. à n.11. & notabiliter tractat Decisio Auenionensis 35.à num.4.*

Resol. n.143.

142 Contrariam autem † opinionem, imò quòd hoc casu actor & reus debeant considerari tanquam personæ, quæ victæ sunt, simul & vicerunt: & consequenter quòd quælibet pars debeat condemnari in sua parte expensarum, *vt supra dictum est*, tenet Salyc. *l.vnica ad finem C.de plus petition.& clarius l.2. §. quod obseruari,n.19. C.de iureiur.propter calumniam dando, Pan.cap. vnico,num.15. de plus petit.& cap. finem litibus,num.27.de dolo & contumacia. Socin. l.1. §. si stipulanti ad finem, infra de verborum obligation.* Quæ opinio † videtur verior, cui nō obstat ratio contrariæ opinionis. 143
Quia † respondetur, 144
quòd quando petitio plus debito † 145
consistit in quantitate: non posse reum iustè negare totum: *vt tenet Bartol.l.1.§. si stipulanti,num.2.infra de verborum oblig.* communiter receptus, *vt ibi asserunt Alex. n.7. & Iason n.19. & notab. Couar. resolut.lib.1.c.2.n.5.* Vnde cùm iniustè totum negauerit, pro ea apertè, quam re vera debebat, & iniustè negauit, condemnandus est in expensis. Tantùm† igitur contraria opi- 146
nio admitti potest, quando reus conuentus excepit de eo, quod plus debito petebatur. Nam cùm tunc tacitè videtur confiteri, id quod re vera debebat, excusabitur ab expēsis, etiamsi non offerat partem debiti quam re vera debebat: quia non est verisimile, quòd eam actor plus petēs acceperit, si id non declarauerit, *arg.l.tutor.§.Lucius infra de vsuris*, & in his terminis loquitur Bart.*dict.l. qui solidum in principio n.2.infra de leg.2.* vt eleganter aduertit Panormitan.*c.vnico,n.15. de plus petition.subscribit Alex.l.1.§.si stipulanti, nu.18. infra de verb. oblig. Antonius Gabriel. lib.2. communium, tit. de expensis conclus.2.n.17.* Ex quibus † venit reii- 147
cienda concordia, quam inter has opiniones assignauit Vincen. dict. *l.1. §. si stipulanti,n.12.* vt prima opinio procedat, quando sententia continet di-

uersa

uersa capitula,& vnus vicit in vno,& victus est in alio diuerso:& aliud erit, si vnum tãtùm fuerit capitulum:nam tunc obtinebit secunda opinio, cui adde Panor. *cap. finem lit. n.27. de dolo & contumacia.* Ratio enim, dè qua supra euincit 2. opinionem procedere, etiamsi vnum tantùm sit capitulum.

148 Illud sanè † verum erit, quòd actor plus petens excusabitur ab expensis,si vtatur cautela, de qua per Boërium *decis.74. num.2. Asin. in praxi §.32. in 63. ampliatione:* vel etiam cautela, de qua per Aymon. *cons.839.num.8.lib.5.*

149 prout † & reus simpliciter totum negans excusabitur ab expensis,si vtatur clausula,de qua per Parisium *cons.140. num.16. lib.3.*

150 His ita expeditis†colligendum est principaliter ex isto text. quòd actor temerarius condemnatur in expen-

151 sis † litis,*concordantes supra adduximus:* Quæ autem dicantur expensæ litis? explicat Speculator tit.*de expensis §.postremo n.7.Albe. l. properandum,n.29.C. de iudic. & eleganter Dominic. cons.48. num.10. & Rebuf.3. tomo ad ll. Gallicas tit. de expensis artic.5.glos. vnica à n.17. Hippolytus Riminald. consil.326. num.9. lib.3. Asin. in prax. §. 32. cap.3. num.2. pag.456. & Andr.Gailius videndus practicar. obseruation. lib.1. obseruat. 151. n.2.* quam vtique conclusionem multipliciter ampliant & limitant Doctores *dict.leg.properandum §. siue autem alterutra. & Rebuff. dict. tract. de expensis,artic.1.glos. vnica, à num.9. & n.25.* & multiplices ampliationes assignat Asinius *in praxi §. 32.cap.1. & multis sequentibus pag.414.* & multas limitationes assignat idem *dict.§.32.cap. expeditis ampliationibus cum multis sequentibus pag.443.* Ego tantùm vtiliora insistam.

152 Prima†igitur ampliatio sit,vt etiam in sententia interlocutoria debeat fieri condemnatio expensarum, quas victus statim soluet etiam non expectata sententia diffinitiua: *l. sancimus & ibi Bart. & Bald. num.4. Cod. de iudicijs l. non ignorat & ibi Bart.C. de fructibus & litium expensis, cap. significauerunt de testibus, tradit Felin. cap.2.n.25. de libelli oblatione. Iason. dict. §. siue autem alterutra,num.19. Couar. practicar. quæst.cap.27.num.2. Asin.in praxi §.32. ampliatio.18.* & multa exempla huius conclusionis proponit Carauitta *ritu 298. num.2.* & illius rationem assignat Rebuf.3. *tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis,artic.2.glossa vnica,à num.3.* Et †effectus huius conclusionis est,quòd 153
licèt victor in interlocutoria, postea sit condemnatus in causa principali per diffinitiuam, tamen expensas, quas habuit ratione victoriæ in interlocutoria, non tenebitur restituere victor in diffinitiua, *Bart. leg. si pignora in principio num.2. infra de pignoratitia actione. & l. damni §.cum parietem in fine infra de damno infecto. Iason dict. §. siue autem alterutra,nu.19. Carauitta dict. ritu 298. num.3. Asin. dict. ampliat.18. num.2.* quod tamen declarabis, quando † interlocutoria 154
fertur super quæstione facti: nam si fiat super quæstione iuris, cessat condemnatio expensarum, Bald. rationem reddens *leg. fin. ante finem Codic. quando prouocare non est necesse, Beroius consil.135. num.8. lib.2. Antonius Natta consil. 422. num.25. lib.1.* quicquid contradicat Alberi. *l. idem erit num.3. supra de statu hominum,* & † te- 155
nebis mente,quòd hæc condemnatio expensarum ante diffinitiuam censetur esse sententia interlocutoria, *Guid. Papa consil.154. num.3,* & ideo per iudicem mutari aut suppleri potest *l. quod iussit infra de re iudic.*& post alios tradit Ias. *dict. §. siue autem alterutra, num.29. Asinius in praxi §.32. in 2. ampliatione.*

Secunda ampliatio † huius con- 156

clusionis sit, eam etiam procedere in causa criminali. Nam & victus condemnabitur in expensis, sicut fit in causa ciuili, ad cuius similitudinem proceditur in criminali *l. absentem infra de pœnis*, & in specie videtur textus secundum vnum intellectum *l. final. C. de fructibus & litium expēsis. & l si postulauerit §. si reus infra ad l. Iuliam de adulterijs, & probat Bart. l. 1. in fine principij infra ad Turpil.* & vsu esse receptum, affirmat Alber. *hic num. 3. Panormit. cap. finem litibus, num. 24. de dolo. & contumacia. Decius consil. 615. n. 11. Hippolytus l. patre vel marito, n. 36. infra de quæst. & cons. 36. Grammatic. decis. 39. num. 4. Francis. Marc. decis. 776. in 1. part. Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis art. 1. glossa vnica, numero 17. Azeued. l. 1. tit. 22. lib. 4. ordinam. num. 5. & latè Hippol. Riminald. cons. 303. à num. 5. lib. 3.* & ante omnes tenuit Speculat. *tit. de expensis §. postremo, num. 13. ad finem. Asin. in praxi. §. 32. cap. 2. in 1. ampliatione. Couar. pract. quæst. cap. 27. n. 2. Gailius pract. obseruat. l. 1. obs. 152. n. 1. & Greg. l. 8. tit. 22. partit. 3. in glos. 1.* quibus adde Seraphin. *tract. de iuramento priuileg. 13. à nu. 12. Cumia. de ritibus regni Sici-*
157 *lia cap. 73. n. 15.* & hanc † conclus. expressè approbat ord. Portug. *lib. 3. tit. Si in principio, & lib. 5. tit. 1. §. & bem assi & tit. 43. in principio.*

158 Non est tamen † omittendum, quòd aduersus hanc ampliationem videtur esse textus *l. non ignorat Cod. de fruct. & litium expensis*, vbi textus agens de expensis litis, ponit, tanquam diuersas, causam criminalem, & ciuilem, *& ibi notat Iacob. Butrigarius, quem sequitur Bald. authent. l. generaliter, nu. 11. C. de Epis. & clericis, & lege qui crimen, num. 22. Cod. qui accusare non possunt. Anani. cap. accedens, numero 11. & ibi Felin. n. 3. de accusation. eleganter Carauitta ritu 297. nu. 4.* & latè distinguit Lucas de Penna *l. vnica quæst. 15. Cod. de sumptuum recuperatione lib. 10.*

Sed non † est recedendum à prima opinione, magis communiter recepta, cui non repugnat text. dict. *l. non ignorat*, quia licèt dicat, in causa criminali victum propter præsumptam calumniam cōdemnandum esse ad pœnam talionis, non ob id negat, etiam condemnari posse in expensis litis, *arg. leg. interdum §. qui furem infra de furtis*, in causa autem ciuili tantùm in expensis condemnatur, & ita in effectu Barr. dict. *l. non ignorat, numero 4. in fine. Fulgos. in fine, & Salycet. num. 2. idem Salycet. l. qui crimen, numero 31. in fine Codic. qui accusar. non poss.* Ex quibus dubium redditur, quod resoluit Carauitta *ritu 297. numero 4.* 159

quòd † in regno Neapolitano de stylo non fit condemnatio in expensis in causa criminali, is enim stylus est contra ius commune, & ideo non est obseruandus, & verius est etiam in eo regno fieri condemnationem expensarum in causa criminali, vt multis rationibus comprobat Thomas Grammat. *decis. 39.* asserens ita fuisse iudicandum, & Hippolyt. Rimin. *cons. 303. num. 6. & num. 9. & 25 lib. 3.* 160

Quinimo hæc † recepta ampliatio non solùm procedit in accusatore & succumbenti, sed etiam in denuntiatore: nam & is condemnabitur in expensis *l. in Senatus §. 1. & ibi. gloss. & Bart. infra ad Turpilian. Salicet. l. ea quidem, num. 28. C. de accusat. & Asin. in praxi. §. 32. cap. 2. in prima ampliatione. Cumia. in ritibus regni Siciliæ cap. 73. à num. 34. & num. 43.* Pariter † & proce- 161 162

dit in reo se defendente in causa criminali, nam & is condemnabitur in expensis, *Riminald. l. transigere col. 2. & ibi Curtius Iun. numero 8. Cod. de transact.* sed † contrarium voluit Bald. *authent. generaliter, num. 11. vers. præterea C. de Epis. & clericis. Anton. Rub. consil. 15. numero 2.* propter rationem textus 163

l. 1.

l.1. infra de his qui mortem sibi consciuerunt: Sed prima † opinio verior est, 164
neque obstat dict. *l.1.* quia licèt sit licitum vnicuique sanguinem suum quocunque modo redimere, non tamen id licitum est, facere per calumniam, vel alium modum illicitum, *gl. 1. l.2. C. de iureiurand. propter calumniam dando, gl. c.1. verb. in criminali de iuramento calumniæ*, & † ideo etiam in causa criminali præstatur iuramentum de calumnia, *c.1. per locum à speciali de iuramento calumniæ, tradit Iulius Clarus in praxi crimin. §. fin. quæst. 17. num. 3.* & 165
166 ideo † licèt propter delictum bona confiscentur, tamen expensæ soluendæ sunt accusatori ex prædictis bonis, iuxta regulam *l. vnica Cod. pœnis fiscalib. lib. 10. l. creditores & leg. non possunt infra de iure fisci.* quicquid contrarium dicat Bald. *d. authen. generaliter nu. 11. ad finem.* Verum est secundum, quòd
167 hæ † expensæ solo officio iudicis debentur, & ideo post latam sententiam in causa criminali sine condemnatione expensarum, amplius peti non possunt *l.4. Cod. deposit. l. terminato Cod. de fructibus & litium expensis. notab. Iason*
168 *consil. 2. numero 3. lib. 1.* Item & illud † verum est, quod si procedatur per viam inquisitionis, tunc fiet condemnatio in expensis, *glos. fin. cap. cum dilecti de dolo. & Anan. & Felin. numero 5. vers. quid autem c. accedens de accusatio. Gratus consil. 72. num. 14. lib. 2. vbi declarat, & consil. 80. à numero. 4. quod lib. 2.* probat ord. Portugalliæ *lib. 3. tit.*
169 *67. §. fin.* Item si accusator † habuerit iustam causam accusandi, etiam excusatur, ab expensis, prout neque tunc fit condemnatio expensarum in causa ciuili, *vt supra dictum est, & ita Iason. conf. 2. num. 5. lib. 1.* exemplum habet *l. fin.* & ibi notat Imol. *infra de hered. inst.*
170 Tertiò † principaliter amplia conclusionem nostri text. si iudex non condemnauerit victum in expensis, ex suo teneatur eas soluere victori, vt probat *l. properandum §. siue autem alterutra, & ibi notant omnes Cod. de iud. Lancelot. de attentatis 3. part. cap. 31. num. 108.* 171 intelligendo † tunc quando victor in libello petiit, vt fieret cõdemnatio in expensis, nam id, quod 172 iudici † faciendum iniungitur, sub ea tacita conditione videtur iniunctum, si pars id petierit *l. vniuersa, cum gl. Cod. de re precibus imperat. offerendis. l. peto §. fratre infra de leg. 2.* & in specie tradit *glos. fin. c. fin. de rescrip.* & post alios resoluit Iason *dict. §. siue autem alterutra num. 31. Rebuff. tractatu de expensis, art. 3. glos. vnica, n. 12. Granatius ad Octauian. de stylo Curiæ lib. 2. cap. 2. num. 17. Carauit. ritu 267. num. 7.* 173 quamuis † in multis partibus consuetudine obtentum sit, vt fiat condemnatio in expensis, etiamsi à parte petitum non sit, nam ita seruari in Curia Delphinali, asserit Guid. *Decis. 45. in fin.* & in Camera Imperiali. Mynsinger. in *decis. Cameræ Centuria 4. obseruat. 55.* & latiùs prosequitur Lancelotus *de attentatis 3. part. c. 31. à num. 111.* sed attento iure communi non procedit, *per supra tradita.* 174 Quinimo etiam si † iudex velit, tamen parte non petente non posset victum in expensis condemnare iuxta regulam *l.4. §. hoc autem iudicium* & ibi expresè Bart. *num. 9. infra de damno infecto. Asinius in praxi, 54. ampliatio. pag. 432.* 175 nisi † sint expensæ factæ post litem contestatam, nam in his poterit victum condemnare, & si pars id non petierit, iuxta distinctionem *l. ædilis §. item sciendum infra ædilitio edicto, tradit glos. c. finem litibus verb. expensas in fine de dolo & contumacia. Decius cap. sæpè, col. vlt. de appellat. Hip. dict. l. patre vel marito, num. 68. Octauian. de stylo Curiæ lib. 8. cap. à num. 7. Carauit. ritu 297. numero 8. Couar. pract. quæst. cap. 27. num. 5. & Gailus pract. obseruation. 151.*

176 Sed si iudex † forsitan id non faciat, non ob id tenebitur parti in aliquo *leg. non quidquid supra eodem. Bart. dict. §. hoc autem, num. 9. & dict. l. properandum §. siue autem alterutra, num. 4. Cod. de iudicijs.* Item potest omissam condem-
177 nationem † expensarum, eadem die, qua lata est sententia supplere, & non postea, *l. Paulus la primera, infra de re indic. Ias. d. §. siue autem alterutra, num. 31. Hip. d. l. patre vel marito, n. 71. Octauian. de stylo Curia lib. 8. cap. 2. n. 9.* quidquid contradicat Rebuff. *d. tract. de expensis art. 3. glos. vnica, num. 14.* & quid-
178 quid † Couarru. *pract. quaestionum, cap. 27. numero 5.* in primo dicat hoc in practica non recipi, nam imò id omnino recipiendum est in praxi, cum hoc expresse disponat *l. 3. tit. 22. part. 3.* vt aduertit Azeued. *l. 2. tit. 22. lib. 4. ordinamenti, num. 14.*

179 Quòd si iudex † absoluit victum ab expensis vel eum condemnauerit in minore quantitate quàm debuerat, habemus text. *l. fin. Cod quando prouocare non est necesse*, in qua probatur, quòd si victus appellet à sententia principali, victor ratione expensarum appellare non potest: & tamen iudex appellationis, ex officio potest tollere grauamen illatum circa expensas, etiamsi victus appellans, postea non prosequatur appellationem, quam
180 singularem reputant Doctores ibi. † Et circa illius intellectum est aduertendum quòd Imol. *cap. significauerunt, num. 3. de exception.* existimat eam legem procedere, quando de condemnatione expensarum, nihil fuit dictum, & non procedere, si victus fuit absolutus ab expensis: nam tunc oportet victorem in causa principali, appellare à sententia absolutoria expensarum: quia aliàs transibit in rē iudicatam & defendit Felin. *ibi n. 2.* & subscribit Catauitta *ritu 297. num. 5. ad finem* & probat Lucas de pœna *l. vnica, quaest. 6. de sumptuum recuperatione lib. 10. Gregor. l. 9. titul. 23. partit. 3. glos. 1. ad finem, & Asinius in praxi §. 32. cap. 20. pag. 466. & Couar. practic. quaest. cap. 27. numero 5. v. caterum*, sed non † 181
placet haec explicatio, quia ei apertè repugnat generalitas *d. l. fin.* quae proprius videtur loqui quando facta est condemnatio expensarum in parua quantitate, vel victus liberatus fuit ab expensis, vt ibi sentiunt Paulus Castrens. & Salicetus *num. 1.* qui dubitant, vtrum ille textus locum habeat, quando fuit omnino omissa condemnatio expensarum, & respondent procedere ex identitate rationis: & sic sentiunt textum illum propriè loqui, quando fuit facta absolutio ab expensis, vel in illis fuit facta condemnatio in parua quantitate, & non quando omnino fuit omissa condemnatio expensarum & agnoscit Panormit. *d. cap. significauerunt, numero 7. de exception.* Verior igitur † de- 182
claratio erit text. *d. l. fin.* non procedere, quando victus appellauit à sententia principali: nam si non appellauit, tunc oportet victorem appellare à sententia lata super expensis, quia in his terminis alio modo victori circa expensas non potest esse consult. & ita omnes ibi *& in cap. significauerunt de exceptionibus, Imol. l. ab executore, columna 2. ad finem infra de appellationibus. Ioannes de amicis consil. 84. numero 11. Carauitta ritu 297. numero 5. ad finem Gama decis. 65. num. 1. quibus adde Lucam de pœna l. vnica, quaest. 5. C. de sumptuum recuperatione lib. 10.* & est text. *l. in bona fidei. C. de vsuris*, & pari † 183
ratione etiam necessaria erit appellatio victoris, quando victus appellans limitatiuè à sententia principali appellauit, quatenus contra se erat lata: nam cùm tunc appellationem à sententia lata pro se quoad expensas, tacitè excluserit, ne-
cessaria

cessaria est appellatio victoris in cau-
sa principali, *Couar. pract. quæst. cap. 27.*
num. 5. ad medium Greg. l. 9. tit. 23. partit.
184 *3. in gloss. 1. in fin.* quòd † si non appella-
uit, cùm posset, ita sibi præiudicat, vt
neque contra iudicem in syndicatu,
possit habere recursum, *Rebuff. 3. to-*
mo ad ll. Gallicas tit. de expensis art. 3.
185 *gloss. vnica, num. 16.* Quæ † tamen opi-
nio non placet: quia præiudicans si-
bi circa appellationem non ob id ex-
cluditur à remedio iuris, quòd ei con-
ceditur contra iudicem malè iudi-
cantem circa expensas: *d. l. properan-*
dum § siue autem alterutra: quod ita te-
net gloss. 2. *l. final. Cod. quando prouo-*
care non est necesse, Bald. cap. fraternita-
tis, num. 7. in fine de testibus Ioannes de
amicis consil. 84. num. 11. Ias. dict. §. si-
186 *ue autem alterutra, num. 26.* & † tantùm
opinio Rebuf. admitti potest, quando
iudex vel absoluit victum ab expensis,
vel eum condemnauit in parua quan-
titate, nam cùm simus extra terminos
d. §. siue autem alterutra imputet sibi,
qui nō appellauit, cùm posset: Vltimò
187 † tenebis mēte, quòd decisio dict. *l. fin.*
C. quando prouocare nō est necesse. nec ob-
seruatur in Curiis Franciæ, in qui-
bus licèt victus appellet, tamen opor-
tet victorem etiam appellare, propter
omissam condemnationem expensa-
rum, aliàs ei non succurritur: *vt te-*
statur Rebuff. ad ll. Gallicas 1. tomo in
præfatio. gloss. 5. num. 94. & 3. tom. tit.
de expensis, artic. 3. gloss. vnica, num. 15.
188 Quartò † & vltimò ampliat con-
clusionem huius textus procedere &
si actor liti renunciauerit: nam ni-
hilominus condemnabitur in expen-
sis, ac si per sententiam victus esset
l. destituisse supra eodem cap. interposita
§. ille de appellation. & ibi Decius in prin-
cipio & in specie tradit Bald. in l. post-
quam liti, num. 12. Cod. de pact. & in au-
thent. contra qui propriam, 2. notab. Cod.
de non num. pecun. Aymon consil. 309.
num. 1. lib. 5. Hieron. Gabr. consil. 19.
num. 5. lib. 1. Cumia in ritibus regni Si-
ciliæ cap. 73. à num. 21. nulla † enim 189
in iudicio admittitur pœnitētia, quo-
ad restitutionem expensarum, *Iason.*
§. sed hæc quidem, num. 7. instu. de actio.
quod † tamen ita explicandum est, 190
quòd si renunciauerit liti, quia de
nouo cognouit, se iniustè litigare, ex-
cusabitur ab expensis pro eodem tem-
pore, quo putabat se habere iustam
causam litigandi, & aliud erit si cau-
sa propter quam renuntiauit liti, erat
antiqua, & quæ iam aderat tempo-
re motæ litis, nam tunc tanquam te-
merarius litigator in omnibus expen-
sis condemnabitur, *Bald. l. postquam*
liti num. 12. Alexand. consil. 47. num.
21. lib. 6. notabiliter. Ruin. consil. 217.
num. 18. lib. 1. Rebuff. 3. tomo tit. de ex-
pensis, artic. 1. glossa vnica, à num. 12.
Azeuedus l. 1. tit. 22. lib. 4. ordinam. à
num. 2. quibus adde Rip. *l. naturali-*
ter §. nihil commune, num. 115. & Ca-
pel. Thol. quæst. 5. cum additione. Et † 191
idem si inter partes transactum sit,
nam nisi specialiter fuerint remissæ
expensæ, poterit actor illas petere à
reo, si constat ideò transegisse, quia
bona causam non agebat *§. fin. Inst. de*
perpet. & temp. act. Capell. Tholos. qu. 5.
& Guid. Pap. decis. 55. Minsing. in de-
cis. Camer. Imper. cent. 4. obseru. 48. Asin.
in prax. §. 32. c. 2. ampliat. 38. pag. 42. &
latius Lancel. de attentatis 3. part. c. 31. à
nu. 117. Et eadē ratione † si instātia ap- 192
pellationis culpa actoris extincta sit,
& ille postea impetret restaurationem
instātiæ: neq; enim audietur, nisi prius
soluat expensas antea factas, *Boer. dec.*
247. nu. 11. Vnde † si instātia prima sit 193
extincta culpa actoris, si per principē
cōcedatur restauratio illius, nō audie-
tur actor nisi refectis expensis, *vt post*
Marant. tradit Rol. consil. 4. nu. 65. lib. 3. &
Menoch. consil. 380. à n. 41. lib. 4. Aym. consil.
833. n. 5. lib. 5. Et idē erit quādo † quis 194
appel

appellauit, & eius culpâ & negligen-
tiâ deserta fuit appellatio, non tene-
bitur expens[illegible] soluere, cap. reprehensi-
bilis, de appell. Ruin. cons. 217. num. 18. lib.
195 Conclusionem † huius text. ita am-
pliatam limitabis primò non proce-
dere: quandò lis agitur cum fisco, ne-
que enim fiscus victus, condemnabi-
tur victori in expensis, vt tanquam
receptum tradit Boer. decis. 324. nu. 1.
Cumia in ritibus Sicil. cap. 73. num. 7. &
pro cõstanti præsupponit Rebuff. d. 3.
tom. tract. de expẽsis art. 1. glos. vnic. nu. 19.
Pereg. de iur. fisci, lib. 7. tit. vlt. num. 14.
Azeued. l. 1. tit. 22. lib. 4. ord. num. 6. quæ
tamen limitatio nõ videtur tuta, quia
196 † dispositum in priuatis regulariter
obseruatur etiam in fisco, gloss. recept.
197 l. 1. C. de pet. hered. Vnde † prædicta li-
mitatio magis ad consuetudinẽ gene-
ralem, quàm ad ius referẽda est, vt fa-
tetur Guil. c. Rayn. verb. mortuo itaque te-
statore, el 1. nu. 169. ad fin. & idem con-
suetudine obseruari in ducatu Medio-
lanẽsi, licèt ex dispositione iuris aliud
esset dicendum, resoluit Iul. Clar. in
prax. crim. §. fin. q. 10. n. 5. & Cumia in ri-
tibus Sicilia c. 73. nu. 1. & ita etiã dispo-
nit Ord. Portug. lib. 3. tit. 51. §. & bem
assi, & hodie lib. 3 tit. 67. §. 3. noua recop.
198 Vnde † pari ratione contendens
cum fisco, & victus, non condemna-
bitur in expensis iuxta regulam. l. fin.
C. de fruct. & litium expensis. Et hac ra-
tione si procurator fisci aliquem ac-
cuset, & non probauit delictum, nun-
199 quam † cõdemnatur in expẽsis, Rebuf.
d. tract. de expensis art. 1. gl. vnica, num. 19.
& probat ordinatio Portug. lib. 3. tit.
15. § fin. & hodie lib. 3. tit. 67. § fin. ita ex-
200 plicandum, vt † procurator fisci excu-
setur à præsumpta calumnia, quia ex
necessitate officij accusauit: vt tradit
Aufrer. in additio. ad Capell. Tholos. qu. 6.
201 Vnde † si pars simul cum procurato-
re fisci accusauit, quia pars volunta-
riè accusauit, in expensis condemna-
bitur, siue tanquã instigator, siue tan-
quam denuntiator, procuratori fisci
assistat, in prædicta accusatione l. 3. §.
incidit & ibi Bart. infra ad Turpilianum
tradit Guilh. c. Raynut. verb. mort. itaque
& l. 1. num. 169. ad fin. Rebuff. d. 3. tom.
art. 1. gloss. vnic. num. 20. notabiliter Gram-
mat. dec. 39. & probat Ord. Portu. lib. 5.
tit. 43. & hodie lib. 52. tit. 8. §. fin. noua
recop. Et pari ratione idem erit reci-
piendum, si † ad instãtiam partis fisca 202
lis aliquem accusauerit, nam tunc sal-
tem pars condemnabitur in expensis,
Beroius cons. 180. num. 5. lib. 3. Et tene-
bis mẽte, quòd licèt † procurator fisci 203
excusetur à præsumpta calũnia, vt supr.
diximus, tamen si clarè constiterit de
eius calũnia, & quòd animo vexandi,
partem accusauerit, ac si esset priuatus
condemnabitur in expensis, l. seueriter,
& ibi Faber & Bald. C. de excus. tut. l. vni-
ca C. de sumptuum recuper. lib. 10. l. 1. ad
fin. principij infra de vacatione munerum,
l. 1. C. de curiosis & station. lib. 12. tradit
Boer. decis. 324. num. 1. Cassan. in consuet.
Burg. rub. 1. §. 4. verb. sin la grace nu. 162.
pag. 230. Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. qu.
10. nu. 5. in fine, nam etiamsi † iudex in- 204
iustè & malitiosè inquirat ex officio
contra aliquem, etiam in expensis
condemnabitur, Paris. de syndic. verb. in-
quisit. cap. 1. nu. 9. pag. 276. & latius pro-
sequitur Asinius in prax. §. 32. cap. 2. am-
pliat. 39. pag. 426. & Andr. Gail. pract.
obseruat. lib. 1. obseruat. 152. num. 2.
Secundò principaliter limita con-
clusionem huius text. non procedere:
quando † sententia fertur in fauorem 205
actoris absentis & contumacis, &
contra reum præsentem: nam tunc
non fiet condemnatio expensarum in
fauorem actoris, & contumacis, vt † 206
probat l. properandum §. & si quidẽ vers.
si autem ex gestis Cod. de iud. ad quem
gloss. ibi verb. excipiendis duos assignat
intellectus: Primus fuit Ioannis, quòd
fiat etiam expensarum condemnatio
in

in fauorem actoris absentis & victo-
ris. Sed quòd reus præsens & victus,
possit deducere ex prædictis expensis
id, quod in ea lite ex suo impendit. Et
hanc opinionem esse communiter re-
ceptam asserit Ias. *ibi ad finem* & Iac.
*num.*16. & eundem intellectum esse
receptum fatetur Panor. *c. calumniam,*
*num.*3. *de pen. & Asinius in prax.* §.32.
*limitatio.*11.*pag* 451. Alius intellectus
207 fuit Pilei, quòd † text. ille probet, quòd
in fauorem absentis & contumacis,
non fiat condemnatio expẽsarum, sed
imò reus præsens & victus, possit de-
ducere ex sorte principali id, quod
impendit in ea causa, quẽ intellectum
probauit ibi Salyc. *in fine*, & videtur
approbasse Ias. *d.*§. *siue autem alterutra,*
*num.*10. *vers. principaliter* & eleganter
defendit Panorm. *cap. calumniam, n.*3.
de pœn. & is intellectus magis videtur
esse de mente *d.*§. *& siquidem vers. sin*
208 *autem ex gestu*, & clarissimè † probatur
d. c. calumniam, in fin. de pœn. Vnde reii-
cienda est concordia, quam post Guil.
inter prædictas opiniones assignauit
Alex. *d.* §. *& siquidem ad finem*, & pro-
bauit Ias. *ibi in fine*, quòd si absens fe-
cit expensas in ea lite, tunc ex expen-
sis, quas ille fecit, debet reus victus,
deducere suas expensas: si verò nul-
las fecit expensas, tunc eas deducet
ex sorte principali: nam cùm ex su-
pra dictis constet in fauorem absentis
nullam condemnationem expensa-
rum fieri debere, inanis redditur præ-
dicta distinctio.
209 Tertiò † limita conclusionem hu-
ius text. non procedere, quando actor
non interpellauit reum, extra iudi-
cium, vt solueret: nam si tunc citatus,
& in iudicio comparens, agnoscat bo-
nam fidem, non condemnabitur in
expensis factis in citatione vel libelli
datione Bald. *auth. contra qui propriam,*
in fine C. de non num. pecun. Ias. *d.* §. *siue*
*autem alterutra, n.*10. *vers. limita* 7. *Hip-*
*polit. d. l. patre vel marito, n.*39. *& nu.*43.
Quod † tamen limitandum est, si dies 210
certus fuerit declaratus in obligatio-
ne: nam cùm dies interpellet pro ho-
mine *l. magnam C. de contrah. & commit.*
stipulatio. etiamsi aliàs non fuerit in-
terpellatus extra iudicium, tamen in-
distinctè condemnabitur in expensis,
vt post Panorm. tradit Hippol. d. l. patre
*vel marito, num.*40. *& subscribit Asinius*
in prax. §.32. *limit.*10. *ad finem pag.*452.
*Rebuf. d.*3. *tom. tract. de expensis artic.*1.
*glos. vnica, num.*27.
Quartò † & vltimò limita conclu- 211
sionem huius text. quando vna pars
expensas litis nõ tenetur soluere, pro-
pter aliquod speciale priuilegiũ: nam
tunc vt seruetur æqualitas, neque ad-
uersarius victus condemnabitur in
expensis, iuxta regulam *l. fin. C. de fruct.*
& litium expens. & in specie est text. *l. in*
*sacris n.*2. *vers. & quoniam C. de proximis*
*sacro Scrinio lib.*12. *& ibi notat Lucas de*
penna, & expressim tradit Ioan. de amicis
*cons.*92. *num.*5. Et † tenebis mente in 212
hac materia: quòd si plures sint con-
sortes eiusdem litis, & simpliciter fue-
runt victi & condemnati, quilibet
illorum tenebitur pro rata expensa-
rum, *Milanensis in decis. Siciliæ* 14. *n.*87.
*& num.*89. de quo videbis etiam Pa-
ris. *cons.*104. *lib.*3.
His ita explicatis, quæ pertinebant
ad hanc materiam expensarum: vlti-
mò ex hoc textu ibi (*viaticis*) colligen-
dum est, quod non † solùm debet con- 213
demnari in expensis litis, siue proces-
sus: sed etiam in viaticis. Ad cuius no-
tabilis † explicationem sciendum est, 214
(*viaticum*) significare, sumptus desti-
natos ad iter faciendum, *Aulus Gellius*
*lib.*17. *noctium Atticarum c.*2. ac ita pro-
bat text. faciendam † quoque esse con- 215
demnationem expensarum factarum
ante litem contestatam, occasione ta-
men ipsius litis, prout cõtingit in via-
ticis: nam viatica expenduntur in mo-

uendo se in actore, de loco in quo est, ad locũ litis, *not at Rebuff. d. tract. de expensis art. 1. gloss. vnic. n. 18. Cumia in ritibus Siciliæ c. 73. n. 28. & ante eos tradit Spec. tit. de expensis §. postremo n. 7. & Alber. l. properandum, n. 29. C. de iud.* ex
216 quo † constat contra decisionem huius text. latum fuisse decretum Senatus Parisiensis relatũ à Costalio *hic in fine*, eas scilicet impensas litis nõ esse computandas, quæ ante litem contestatam essent factæ, quamuis occasione litis,
217 nisi dicas † in Francia viatica nõ solui
218 victori: pro vt nec † in Curia Romana soluuntur, *vt asserit Octauian. de stylo Curiæ lib. 8. c. 2. n. 11.* de quo tamen est videndus Rebuf. *d. 3. tom. tract. de ex-*
219 *pensis, art. 5. glos. vnic. n. 21.* in † Regno autem Portugalliæ fit condemnatio in viaticis iuxta istum text. vt probat Ordin. *lib. 3. tit. 51. & hodie lib. 1. tit. 90. in princ. noua recopilation.*

220 Et † amplia hanc conclusionem, vt pari ratione solui debeant victori expensæ, quas fecit cum sua persona, dum durauit lis, nam si ei debentur viatica, quæ fecit cum persona sua ante litem inchoatam, à fortiori, ei debentur illæ, quas fecit cum sua persona lite iam cœpta, quod tamẽ intellexit glos. *c. statutum § insuper verb. moderatas de rescript. in 6. Bart. hic, n. 3.* quòd
221 † debet ex illis deduci id, quod domi esset consumpturus ex suo, & tantùm illud quod impedit ratione litis, ei exsoluendum est, allegat text. quasi expressum *l. sed & si hæreditas 11. §. 1. infra ad exhibendum*, & subscribit Pan. *c. ad finem litibus, n. 31. de dolo & contumacia Alex. cons. 37. n. 32. ad finem lib. 2. Ias. d. §. siue autem alterutra n. 14. Hippol. d. l. patre vel marito, n. 64.* & dicit receptissimũ Cost. hic Greg. *l. 8. tit. 22. part. 3. gl. 1. ad medium Asinius in praxi §. 32. c. 3. n. 7. & n. 9. pag. 457. & Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 154. n. 3. Cumia in ritibus Siciliæ c. 73. num. 20.*

Quæ † tamen declaratio mihi non 222 placet, quia illi repugnat generalitas huius text. item quia † testi, qui à do- 223 mo euocatur ad ferendum testimonium, præstantur sumptus itineris *l. si quando C. de testibus* non facta deductione eius, quod domi esset consumpturus, *glos. d. §. insuper verb. moderatas* & asserit receptum Alex. *l. recusare § fi. n. 2. infra ad Trebelli. Ord. lib. 3. tit. 90. §. 29. noua recopilationis.* Ergo idem dicendum videtur in nostro casu, in quo eadem videtur militare ratio.

Nec † repugnat text. *d. l. sed et si hæred. §. 1. inf. ad exhibendum*, quia loqui- 224 tur, quando possessor rei ad requisitionem actoris cogitur rem exhibere in iudicio: nam † licèt hæc exhibitio 225 debeat fieri expensis actoris, semper tamen ab expẽsis deducuntur alimenta, quæ possessor tenebatur dare illi seruo, quem possidebat, vt etiam probat *l. si res mobilis 10. supra de rei vend. & ibi notant Ang. & Fulg.* Nos autem loquimur quando ex dispositione legis & sententia iudicis, viaticum alicui soluẽdum est, debet enim exsolui integrum viaticũ nulla facta deductione, vt verba sonant *l. si quando C. de test.* Maximè † quia in punitionẽ temeri- 226 tatis victi, fit hæc condemnatio, nam vt acrior sit punitio, nullà debet fieri deductio, vt in specie sentit *§. hac autẽ isti de pœn. temerè litig.* & ita de stylo seruari in Delphinatu asserit Guid. Papæ *decis. 625.* & in Sabaud. Thesaur. *decis. Pedem. 67. n. 4. ad finem*, & in terminis disponit Ord. Portug. *lib. 1. tit. 70. §. 2. & hodie lib. 1. tit. 90. §. 2. noua recopilationis.* Illud † certum est, quod ex ex- 227 pensis, quæ ratione contumaciæ debentur, nõ debet fieri prædicta deductio, vt contumacia grauius puniatur, vt colligitur *ex l. sancimus C. de iud. & l. non ignorat C. de fruct. & litium expensis* & tradit Lanfranc. *cap. quoniam contra tract. de expensis, n. 8. de probatio, & alij relati*

relati per Plotum l. si quando nu.664. C. unde vi, Carauitta in ritu 298. *n.*11.

228 Amplia secundò, vt † non solùm fiat condemnatio in viaticis, sed etiam in damnis respicientibus personam victoris, vt quia esset artifex, vel alius, qui ex operis suis se sustentabat. Nam si propter litem non potuit operari, hæc damna ei resarcienda sunt, nulla facta deductione eius, quod domi

229 esset consumpturus, nam † hæc deductio tantum fit illi, qui ex suo viuunt, & non ex operis quas perdiderunt propter litem. *Alber. leg. properandum n.*29. *vers. & vide de expensis C. de iudic. Bellamera c. finem litibus n.*41. *de dolo & contumacia Asinius in praxi* §.32. *art.*3. *n.*9. *pag.*457. & pro illis videtur text. *l. si procurator la* 2. *& ibi glos. Bart. & Paul. infra rem ratam haberi* text. intelligendus §. *hæc autem inst. de pœna temerè*

230 *litigantium.* Inuenio tamen † quod Greg. *l.* 8. *tit.*22. *part.*3. *glos.*1. *ad medium*, dicit, se nunquam vidisse in praxi obseruari, quòd in expensis habeatur ratio interesse, quod artifex eo prætextu prætendit, quod propter litem iniustam non potuit vti artificio suo: quod etiam pro constanti tenet Azeuedus *lib.*5. *tit.*3. *lib.*4. *ordinam. n.*14. *ad finem* & Thesaur. *decis. Pedem.* 67. *n.* 5. Quin-

231 imo † quòd attẽto iure communi nullus habeatur respectus prædicti interesse, resoluit receptum Iosephus Cumia *in ritibus regni Siciliæ c.*73. *n.*16. *& n.*29. & saltem non benè constat, quæ sit magis communis opinio in hoc articulo *vt dicit Thesaurus decis. Pedemon-*

232 *ta. n.*67. *n.*5. Sed quicquid † prędicti dicant quod in condemnatione expensarum etiam habeatur respectus ad prædictum interesse, quod respicit personã victoris, vt quia esset artifex, vel aduocatus receptissimum est, nam id probat Bart. *l.*1. *ad medium supra de alienat. iud. mutandi, & l. si procurator in fine, & ibi Paulus nu.*2. *infra rem ratam* *haberi* & probant plures, quos refert Ias. *l.*1. § *fin. n.*14. *supra si quis ius dicenti non obtemperauerit, Boer. decis.*52. *n.*6. *in fine, & plures relati per Andr. Gaill. pract. obseruat. lib.*1. *obseruat.*151. *n.*17. *Carauitta ritu* 298. *n.*10. & expressè probat ordinat. Portug. *lib.*1. *tit.*70. §.14. *& hodie lib.*1. *tit.*90. §.14. *noua recopilationis.*

Et iuxta hæc venit resoluenda † ea 233 dubia quæstio, *vtrum in terminis huius textus, veniant etiam damna, quæ victor passus est propter litem iniustam?* & magis communis opinio tenet non venire: quia sub nomine impensarum non † 234 veniunt damna *cap. si nostra, de iniurijs, resoluit Ias. l.*1. §. *fin. n.*17. *supra si quis ius dicenti non* † *obtemperaueris Boer. decis.*52. 235 *n.*6. & ita receptum est, quòd in expensis ratione victoriæ non veniunt damna neque interesse *Bald. l. rem supra de dolo Gregor. l.* 8. *tit.*22. *part.*3. *in glos.*1. *ad medium* licẽt † aliud sit in ex- 236 pensis, quæ debentur ratione contumaciæ, nam tunc venient damna, & interesse *l. sancimus Cod. de iudic.* quam differentiã inter prædictos casus constituit Baldus *la primera* §. *hoc autem* 2. *lect. n.*1. *& ibi Ias. num.*9. *supra si quis ius dicenti non obtemperauerit, Ias. dict.* §. *siue autem alterutra, num.*13. *Asinius in praxi* §.32. *cap.*3. *num.*10. *Carauitta ritu* 298. *num.*10. *Gaillus pract. obser. lib.*1. *obser.* 151. *num.*14. *& Azeued. l.*5. *tit.*3. *lib.*4. *ordinamenti num.*17.

Sed tutius est sequi † probare re- 237 solutionem Bart. *l.*1. *n.*1. *supra de aliena. iudicij mutandi.* quod in expensis victoriæ veniet damnũ, quod ratione propriæ personæ victor passus est, sed si damnum datum sit in rebus, huiusmodi damnum non veniet, *vt ibi per glossam verb. tenebitur* quę traditio communiter recepta est, *vt per Ias. dict.* §. *siue autem alterutra, n.*13. *&* 14. *Plotus l. si quando, n.*664. *C. vnde vi, Granatius ad Octauianum de stylo Curiæ lib.*8. *c.*2. *n.*25. *Rebuf.* 3. *tom. ad leges Gallicas titul. de ex-*

pensis, art.3.glossa vnica, nu.25.Carauitta ritu 298.n.10.& Asinius in praxi tractatu de expensis §.32.cap.n.13.pag.457.& Gaillus pract.obser. lib.1.obser.151.n.18.
238 *& Cumia in † ritibus Siciliae, cap.37.à n. 28.* Ratio autē huius distinctionis est, quia damni respicientis personam victoris, immediata causa fuit lis, & ideo meritò veniet hoc interesse, sed respectu rerum, est interesse remotum siue mediatum, & ideo non debetur *l.si sterilis §.cum venduorem, infra de a'itionibus empti*, & in simili ita distinguit Iurec. *l.socium qui §.1. infra pro socio*,
239 & † ideo damnum, quod aduocatus & similes passi sunt immediatè propter litem, eis debetur, *Asinius in praxi §.32.limit.19.pag.452.*

240 Et iuxta hæc venit accipienda † differentia supra relata inter expensas debitas ratione victoriæ, vel ratione contumaciæ: nam est dicendum, quòd in debitis ratione victoriæ, non venient damna, nisi quia immediatè procedunt à lite, quod tamen verificatur in damno ratione personæ: non autem rerum, *vt dictum est*. In expensis autem ratione contumaciæ,
241 venient omnia damna, quæ victor † ratione contumaciæ passus est. In vtroque autem casu, non venient sub nomine expensarum, sed sub nomine damni, quod in his casibus debetur, *Boer.dec.210. n.3. & 4. Menoch. de arbitrarijs lib.2.casu 154.num.5.*

242 Neque est omittendum quòd † Thesaurus *decis.Pedemonta.67. num.4.* in hoc articulo nouam facit distinctionem inter damna intrinseca, & extrinseca, prima vult venire in condemnatione expensarum, non autem secunda. Vocat autem damna intrinseca, quæ ex ipsa lite proueniunt: & extrinseca quæ per casum fortuitum obuenerunt victori, quam distinctionem existimat locum habere, tam in expensis debitis ratione victoriæ, quàm † ratione contumaciæ: nam in 243
primis hæc noua concordia iure non probatur, & potius distinguendum est, inter causam immediatam, *iuxta l.socium qui §. 1. infra pro socio, & supra dictum est.* Item quia aduersus omnes non facit differentiam inter expensas causa victoriæ, vel causa contumaciæ, & tamen est verissima. Nam quoad expensas ratione victoriæ fit differentia inter causam mediatam, & † im- 244
mediatam: sed quoad expensas ratione contumaciæ, vel delicti, occasio sine causa remota, sufficit vt damna debeantur. *l.qui occidit §.final. supra ad legem Aquiliam cap.final.de iniurijs*, & † 245
ita in expensis ratione contumaciæ, venient omnia damna etiamsi contumacia non fuerit illorum causa immediata, sed mediata, *vt resoluit Iaf.l. sancimus, num.8. Cod.de iudic. Panormit. cap. dilecti, num.12. de foro competenti.* Sunt & aliæ differentiæ inter prædictas expensas, de † quibus agunt Ca- 246
rauitta *ritu 298. à nu.10. Azeuedus l.5. tit.3.lib.4.ordinamenti à n.17. Grauatius ad Octauianum de stylo Curia lib.8. cap. 26. Rebuffus tractatu de expensis. artic.8. à num.23. Purpuratus l.edita à num.241. Cod.de edendo.*

Quinimò contra omnes † tentari 247
potest, quòd in expensis ratione victoriæ, non solùm veniant expensæ litis, sed etiam & damna, quæ victor propter litem passus est. Id quod videtur probare textus *l.non ignorat, & ibi notat Bartol. C. de fructibus & litium expensis.* Idem probat *l.final. Cod quando prouocare non est necesse, & ibi notat Fulgos. n.2. at idem textus §. hoc autem, inst.de pœna temerè litigantium, & ibi securè tradit Angelus n 6.* Neque illi textui responderi posse fatetur Curtius Iunior. *l.1.final.num.12. supra siquis ius dicenti non obtēperauerit.* Nam & in aliis multis † iuris locis, vltra expensas ve- 248
niunt dāna, vt prosequitur Lācelotus
de

*de attentatis 3.parte,cap.13.num.164.*qui etiam videndus est *num.*130. *Cumia.in ritibus Siciliæ cap.*73. *à* 28.& ita obser-
249 uari in † Curiis Franciæ, vt etiam in damnis fiat condemnatio asserit Rebuf.3. *tom. ad leges Gallicas titulo de expensis art.*3. *glossa vnica,à num.*6. & pro constanti tenet Boëtius *conf.*7. *num.*7. & aliqua in fauorem huius opinionis allegat Thesaurus *decis.*67.*num.*2.

250 Pro concordia tamen† harum opinionum videtur resoluendum, quòd aut condemnatio expensarum fit in victum propter præsumptam illius calumniam, & tunc fiet condemnatio etiam in damnis, quia militat eadem ratio, quæ in debitis ratione contumaciæ,& probat *l.non ignorat C. de fructibus & litium expens. & tradit Rebuff. dict.tract.de expensis, artic.*3.*glos. vnica in principio*, in condemnatione autem expensarum, quæ fit propter temeritatem victi, quamuis idem admittat Rebuf.*dict.art.*3.*glossa vnica.n.*6.
251 *Thesaurus* † *decisio. Pedemontan.*67.*n.*5. Tamen distinguendum est, nam venient quidem damna,quorum lis fuit immediata causa: ita vt in his terminis videatur admittenda distinctio Thesauri *dict.decis.*67.*n.*4. quam supra
252 reiecimus,nam†in debitis ratione calumniæ, vel contumaciæ, venient damna, quorum lis fuit causa etiam mediata *Panor.c.dilecti filij, num.*12. *de foro compet.Ias.l.sancimus,n.*8.*C.de iud.& supra probauimus.*Et quia in regno Ca-
253 stellæ † hoc obseruetur tradit Parladorus *rerum quotidianarum, lib.*2.5. *part.*§.18.*n.*11.& adde gl.*l.omnes* §.*fin. verb.cog.Cod.de Episc. & cler.*

254 Notabis tamen, quòd † vt prædicta locum obtineant, oportet quòd expensæ, in quibus fit condemnatio, sint moderatæ, *argument.l.si seruos.inf.* de pignoratione,tradit glos.*c.fin.litibus verb. moderatas ad finem, & ibi Panor.n.*28.*de dolo & contumacia,*& idem tradit glos.*c.statutum* §.*insuper verb. moderatas in fine de rescript.in* 6. explicat Rebuf. *d.tract.de expensis, art.*5. *glos.vnica,à nu.*29.*Gregor.l.*8.*tit.*22.*partit.*3. *gl.*1. *in fine Afflict.decis.*91.*n.*10. Adde quòd † vbi 255
fit mentio de expensis, debeat id intelligi de iustis, & moderatis, *Alex. cons.*67. *n.*17. *lib.*4. *Ias. l. sed. etsi quis* §. *quæsitum,n.*37.*supra si quis cautio.Boerius decis.*27.*n.*7.Quinimo non solùm†debent esse moderatæ, sed etiam vtiles, 256
& necessariæ, ita vt non sufficiat esse vtiles tantùm, *c. cùm venissent de eo, qui mittitur in possessione. & ibi notat Innocet. Speculator tit.de expensis* §. *postremo,nu.*6. *ad finem, & notat.explicat. Domin. cons.*49.*n.*10.& idem probant plures,quos refert Asinius *in praxi* §.32.*c.à n.*2.Verius tamen est, etiam † vtiles ad con- 257
sequendam victoriam esse soluendas, dummodo in illis moderamen fuerit obseruatum, *glos.dict.c. fin. litibus verb. expensa, & ibi Panormitan. nu.*28. *Iason dict.l.properandum* §.*siue autem alterutra, n.*13.*Boerius cons.*27.*n.*7.*in fine*,& in hac moderatione semper debet haberi
† respectus ad qualitatem personarum *Azeued.l.*1. *titul.*22.*lib.*4. *ordinam. n.*50. *& melius l.*5.*titul.*3. *lib.*4. *ordin. à nu.*21. probat ordinatio Portugalliæ *lib.*1.*titul.*70.§.2.*& hodie lib.*1.*tit.*90.*ad finem principij noua recopilationis,* & non soluentur illæ, in † quibus faciendis 259
culpa victoris deprehenditur *Imol. d. cap.finem litibus,nu.*13. *Afflict.decis.*177. *Carauitta in ritibus Curiæ,ritu* 118.*nu.*3. 258

Præterea declaranda sunt † prædicta procedere, quando ex suo aliquid expendit. Nam quòd non expendit ex suo, non potest petere nomine expẽsarum,& ideo receptum est,quòd† si aduocatus egit causam propriam,in 261
qua obtinuit, & aduersarius fuit condemnatus in expensis, nihil tamen petere potest nomine aduocationis, cùm nihil soluerit ex suo, sed ipse propriam operam adhibuit, 260

Bart. l. final. ad finem Cod. de fructibus & litium expensis Bart. & Paulus l. stipulatus es infra de fideiuss. Hippol. dict. l. patre vel marito, n. 68. Gregor. l. 8. tit. 22. partit. 3. glos. 1. ad finem Carauitta ritu 298. col. final. & Gaillus practicarum obseruationum, lib. 1. obser. 151. n. 16. Cumia de ritibus Siciliæ c. 73. à n. 28. & ita fuisse iudicatum in Senatu Parisiensi asserit Costalius *hic Boerius decis. 210. n. 3. & Minsingerus in decisionib. Cameræ Imperialis Centuria prima, obseruatione 2.* Quę tamen conclusio debet limitari, nisi is

262 aduocatus † assumpserit aduocatum in propria causa, vt fieri solet. Nam saltem sub nomine expensarum, veniet id, quod ex suo dedit alij aduocato, *vt per Rebuf. dict. tractatu de expensis art. 5. glos. vnica, num. 27.*

263 Item † debet etiam limitari, si pretium suæ aduocationis petat sub nomine damni, & interesse, vt quia occupatus in defendenda propria causa, non potuit aduocare in aliis vt solebat, nam tunc salarium eo nomine ei adiudicabitur *Bart. l. si procurator in fine, & ibi Paul. infra rem ratam haberi,* & contra Baldum probat Ias. *d. §. siue autem alterutra, num. 14.* & hoc approbari à Legistis & Canonistis asserit Boërius *decis. 210. num. 3.* & probat Minsinger *in decis. Cameræ Imper. Centuria 1. obseruat. 2. ad finem Gaillus pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 151. n. 17. Asinius in prax. §. 32. c. 3. in 19. limit. pag. 452. & Carauitta in ritu 298. ad finem.* Et vide circa aduocatos aliam limitationem, quam assignat Couar. *pract. c. 6. n. 4.* & Matthæum Brunum *conf. 174. n. 6. & Benincasium de paupert. 7. quæstione speciali in iudicijs, num. 29.*

264 Præterea † debet limitari, quòd si aduocatus nihil voluit accipere à cliente, & sic victor gratis habuit aduocatum, vel notorius nihil voluit ab eo recipere propter reuerentiam personæ, non debebuntur illi hæ expensæ pro quibus nihil ex suo soluit, iuxta supra tradita, & ita resoluit Ias. *d. §. siue autem alterut. n. 14. Carauit. d. ritu 298. col. fin. & Asinius in prax. §. 32. c. 3. in. 20. limitat. pag. 453. Benicasius de paupertate q. 7. speciali 1. in iudicijs, nu. 25. & n. 28.* nisi † hæc remissio facta sit, 265
propter benemerita præterita vel futura, quia tunc victor non omnino gratis videtur accepisse, cũ ad antidoram sit obligatus *l. sed etsi lege §. consuluit inf. de pet. her. & ita Spec. tract. de expensis §. postremo n. 8.* quẽ sequũtur relati per Ias. & Carauit. vbi supra & Costalius *in præsenti Benicasius de paupert. 7. q. speciali 1. in iudicijs à n. 20. & n. 28.* probat ordinatio Portug. *lib. 1. tit. 70. §. 21. & hodie lib. 1. tit. 90. §. 22. noua recopil.*

Vltimò † pro coronide huius materiæ sciendum est, expensas, in quibus victus victori condemnatur taxandas esse à iudice ex proprio arbitrio, secundùm qualitatem litigantium, *Couar. pract. q. c. 27. n. 6. cui adde Lucam de penn. l. vnic. q. 8. C. de sumptuum recuperat. lib. 10. & Plot. l. si quando, num. 674. C. vnde vi* declarando vt per Panor. *c. dilecti n. 11. de foro competenti, & aliter per Afflict. lib. 2. constit. rub. 42. n. fin.* 266
Et † ad hanc taxationem faciendam est citandus victus, cùm sit diuersa causa à principali, *Boer. dec. 285. n. 6.* Modus † autem illas taxandi est, iudicem designare certam quantitatem, vsque ad quam victor possit iurare nomine expensarum de suo soluisse, & secuto iuramento partis, in ea quantitate debet fieri condemnatio *l. properandum §. siue autem alterutra C. de iudicijs auth. de iudicibus §. oportet collat. 6. auth. post iusiurandum C. de iudicijs auth. quod fieri Codic. de dilat. cap. olim de iniurijs, c. inducta vers. quod fieri 3. q. 6. tradit glos. c. finem litibus verb. expensas ad finem de dolo & contumacia notab. Ant. c. 1. nu. 14. de sequest. possess. & fructuum Alex. cons. 37. nu. 32. lib. 2. Hippol. d. l. marito, n. 65.* 267 268

Couar.

Couar.d.pract.quæst.cap.27. num.6. Asinius in praxi. §.36. cap.6. num. 1. & 2. vbi alios refert, & Gaillus practicarum obseruat. lib.1. obseruat. 151. à num. 11. & explicat Carauitta ritu 298. à nu. 5. & probat l. 5. tit. 3. lib. 4. ordinamenti, vbi Azeuedus num. 20. notat, quòd

269 † iudex debet prius taxare impensarum quantitatem, & postea iubere partem iurare, quòd illas ex suo expendit, & tunc in illis condemnabit,

270 neque † enim est necessaria alia probatio ex parte victoris, quam illius iuramentum, Seraphinus de iuramento priuileg. 32. à num. 3. & num. 5. & ibi nu. 4. declarat quamuis aliam probationem ad hunc requirant Bald. in restituenda, & ibi Salyc. C. de pet. hæred.

271 Et † adde Azeuedum d. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordinamenti num. 20. tradentem quòd licèt prædicta practica videatur de mente iuris, tamen, vt ipse dicit, practica moderna aliter hanc taxationem facit. Nam victor dat petitionē iudici, in qua quātitatem expensarum exprimit & iudex iubet dari copiā parti victæ, & postea videt si iustæ sint, & iubet solui victori, alias eas moderatur: neq; requiritur, quòd pars iterum iuret, quàm modernam practicā Azeued. vbi supra non multum probat, ta-

272 men † satis videtur concordare cum praxi, quam in hac materia obseruari in Francia asserit Rebuff. d. 3. to. tit. de expensis art. 5. gl. vnic. nu. 10. circa quod est videndus Lancel. de attentatis 3. p. c.

273 31. à nu. 15. In † regno autem Portug. ad hanc taxationem expēsarum creatus officialis est, qui de earū liquidatione specialiter agnoscat, ord. lib. 1. tit.

274 70. & hodie lib. 1. tit. 90. noua recop. & † consonat cum his, quæ in Ducatu Sabaud. dicit obseruari Thesaur. dec. Pedem. 67. nu. 6. & quæ etiā obseruari in regno Nea. dicit Carau. in rit. 298. n. 6.

275 Et præterea † prædicta ordinatio Portug. d. l. tit. 90. declarat quātitatem expensarum personalium, quæ sunt soluendæ victori, quando in illis facta fuit condemnatio, quæ quidem ordinatio secuta est ferè omnes traditiones, quas in hac materia referūt Azeued. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordin. à num. 1. & Rebuff. d. tract. de expens. art. 5. gl. vnic. à nu. 7. & Thesaur. decis. Pedem. 67. num. 4. ad finem, etsi prædicta † taxatio facta fue 276 rit iniusta & excessiua potest ab ea appellari, vt alia taxatio iusta fiat, Bald. c. cùm venissent, nu. 6. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ; & melius quam alibi tractat Asinius videndus in praxi. §. 32. c. 21. pag. 467. quem etiam vide d. §. 32. c. 8. nu. 3. Innoc. c. fin. nu. 4. de his quæ vi, & c. sæpè n. 3. de appell. Bart. l. ab executore nu. 13. infr. de appell. Rebuf. vbi supr. d. art. 5. gl. vnica, nu. 11. Et † adde prædictis, quòd licèt iudex in 277 sententia diffinitiua nō possit sibi reseruare condemnationē expensarum, potest tamen in ea sibi reseruare taxationem earum l. terminato C. de fructibus & litium expensis, ex quo † text. col- 278 legit Felin. c. significauerunt, nu. 6. de exceptionib. valere cōdemnationē expensarum, antequam fuerint taxatæ, subscribit Hippolyt. d. l. patre vel marito, nu. 70. infra de quæst. Similiter † & colli- 279 gendum est, valere sententiam expensarum incertam, quia poterit postea in executione certificari d. l. terminato notat. Panor. d. c. fin. litibus ad fin. de dolo & contum. Boer. cons. 27. à nu. 13. quod † 280 tamen est intelligendum in expensis præteritis, nam pro futuris expensis non poterit fieri condemnatio l. 1. infr. de vsur. Feli. & Hippol. vbi † supra Asin. 281 in prax. §. 32. cap. 11. Boer. cons. 27. nu. 2. Cumia in ritib. regni Siciliæ c. 73. num. 31. imò neque de futurarum expensarum taxatione, vel liquidatione agi poterit, cùm adhuc non debeantur, Capol. cons. crim. 12. Boer. d. cons. 27. à num. 25 Asin. in prax. §. 32. c. 11. & † multa alia 282 de materia expensarū tractat Rebuff.

d. tract.

d. tract. de expensis art. 6. in gloss. vnic. & art. 5. gloss. vnic. à num. 42. Carauit. ritu 298. à nu. 22. & Purpur. l. edita, à nu. 251. C. de edend. vbi post Bartol. *ibi num. 33.* tractat, vtrum minor fœmina, vel rusticus, & Ecclesia sint condemnandi in expensis? Et de his etiam agit Menoch. *libr. 2. de arbitr. casu 194. à nu. 28.* qui omnes vidēdi sunt in hac materia.

L. Eum qui temerè, 78. §. fin. ff. de Iudic.

SVMMARIA.

1 *Refert ex Duareno subobscurum esse hoc Vlpiani responsum.*

2 *Præsides solent respondere iudicibus inferioribus de iure dubitantibus, idem principes. num. 3.*

4 *Partes solebāt dare libellos Principi, vt eis respōderet circa ius dubitātibus.*

5 *Tradit, quòd ex dictis responsis compositus fuit Codex Iustiniani. Illa cur obscuriores, num. 6.*

7 *Præsides quomodo iudicibus inferioribus respondere debeant.*

8 *Responsio iuris dari non potest, nisi præcedat clara facti probatio.*

9 *Qui ignorat factum, non potest clarè de iure respondere.*

10 *Quæstio facti quomodo dicatur, & quomodo iuris. num. 11. & 12.*

13 *Examinat ad quem referantur verba text. ibi infamat, & ibi gratia vel ambitionis, num. 14. & seqq.*

18 *Præses debet respondere eum consulentibus de iure.*

19 *Ius certum est.*

20 *Tradit, quòd hac de causa quis non tenetur respondere positionibus iuris.*

21 *Dictum Paul. Castr. in hac materia, refertur.*

22 *Consultatio quando propriè cadat.*

23 *Colligit, quòd in quæstionibus facti non debet dari responsum consulenti per superiorem.*

24 *Superior debet iubere, vt index consulentis quæstionem facti, determinet secundum iuramentum, quod iudex præstitit in initio officij.*

25 *Nec Princeps solet respondere ad quæstionem facti.*

26 *Dicta cōclusionis difficultates & n. 27.*

28 *Respondet ad eas. num. 29. & seqq.*

31 *Quæstio facti pendet ex arbitrio & potestate iudicis, & dicitur esse in iudicis potestate.*

32 *Si iudex inferior ad superiorem referat quæstionem facti credit ius, quòd causa exonerādi hoc faciat, & n. 33.*

34 *Qui causa se exonerandi vel aliis hic expensis relationem facit, efficitur infamis, & punitur pœna, de qua l. 2. C. de legib.*

35 *Relatio ad Principem quibus casibus licitè fiat. Declaratur num. 36.*

37 *Relationi quando fides adhibeatur.*

38 *Pars contra relationem non auditur.*

39 *Relatio partibus inuitis quando à iudice fiat.*

40 *Vtrum hoc casu partes possint appellare remissiuè.*

41 *Relatione pendente nil innouandum.*

42 *Hæ relationes quales esse debeant.*

43 *Refert tradita per Bart. l. 1. C. de relationibus, & reprobat num. seq.*

QVONIAM † Duar. *lib. 1. disput. cap. 41. ante finem*, subobscurum appellat hoc Vlpiani responsum, pro eius vera declaratione litteram illius in primis explicabimus. Inquit igitur Vlpian. quòd † præsides solent respondere iudicibus inferioribus, de iure dubitantib. notat & explicat Albe. *l. solent §. legatos in fine supra de offic. proconsul.* Addit IC. solere † etiam Principes idem facere, quando fit ad eos relatio per iudices, de iure dubitantes, vt probat auth. *de iudic. §. final. & ibi notat gloss. verb. dubium collat. 6. & glo. 1. auth. vt iudices, non expectent collat. 9. gl. 1. verb. consulat. C. de relat. & probat. c. in ista, & ibi Panorm.* 1 2 3

post

post principium, *Dec. in princ. de appellat.* & probat. *l.* 14. *tit.* 4. *part.* 3. *& l.* 11. *tit.* 22. *eadem part.* 3. *& notat Bald. consil.* 471. *præsupponitur ante finem libr.* 3. Ad-
4 de † quòd & partes solebant dare libellos Principi, vt eis responderet circa ius dubitantibus, cui libello respondebant Principes, vt eis de iu-
5 re, & æquitate esse videbatur, ex † quorum respõsis compositus fuit Co-
6 dex Iustiniani, in quo † ideò responsiones Imperatoris obscuriores videntur, quia non referuntur in illis libellis partium, in quibus ad plenum series facti continebatur, vt eleganter explicat Duar. *lib.* 1. *disput. cap.* 41.
7 subdit † vlterius is tex. quòd præsides non debent respondere iudicibus inferioribus dubitantibus circa factum, sed debent iure, vt ipsi per se quæstionem facti decidant, & postea de iure dubitantes referant ad ipsos præsides, *gloss.* 1. *verb. consulat. Cod. de relat.*
8 Et est † ratio, quia responsio iuris dari non potest nisi præcedat clara facti probatio & decisio, *l. si ex plagis §. inclino infra ad leg. aquil. notat Cagn. l.* 1. *num.* 11. *Cod. de edend. & l. final.*
9 *num.* 22. *Cod. de pact.* Neque enim † ignorans factum potest claré respondere de iure, *l. vt responsum, & ibi Salyc.*
10 *post principium C. de transact.* Dicitur † autem quæstio facti, quando partes non concordant in facto, imò contra-
11 ria allegant: & † dicitur quæstio iuris, quando concordant quoad factum, & tamen dubitant quid ius disponat circa illud factum, *vt hic tradit gloss. verbo de fact. & Ang. Cagn. l. num.* 12. *C. de edend.* & eleganter exemplificat Paul. Castr. *l. ancillæ num.* 7. *C. de furt. Alex. l.*
12 *iudices num.* 5. *C. de iudic.* Et † rationem huius differentiæ assignat IC. in præsenti, quæ explicatur per gl. *fin. hic.* Sed pro vera explicatione est aduerten-
13 dum, quòd † IC. vtitur his verbis ambiguis, nam dicit, quòd hæc relatio quæstionis facti, nonnumquam infamat & materiam gratiæ, vel ambitionis præstar, neque tamen explicat personam, quæ infamatur, vel personam cui materia gratiæ vel ambitionis tribuitur. Glos. † autem final. hîc refert 14
prædicta verba ad præsidem qui consulitur super quæstione facti, quam probat Fulg. cæterùm Angel. magis ea refert ad personam illius qui præsidem consuluit super quæstione facti.

Ego † autem magis ad vtrumq; refero. 15
Nam nonnunquam † hæc relatio 16
circa consistentia in facto, infamat iudicem inferiorem, consultum, præsidem, de facti quæstione, quia adeò se imperitum ostendit, vt non audeat determinare quæstionem facti, quam ius potestati illius reliquit, *l.* 3. *vers. tu magis infra de testib.* Præterea & huic consulenti præbet causam ambitionis, vel gratiæ. Gratiæ quidem, quia præbet occasionem præsidi, vt possit gratiam facere amico, & sic ambit eius fauorem. Similiter † & referri 17
possunt ad præsidem consultum: nam & hæc relatio eum infamat, quia intromittit se in causa ad eum non pertinente, nisi postquam ad eum per appellationem fuerit deuoluta *l. eos in princip. C. de appellat.* & arguit etiam in eo ambitionem, qui in omni negotio vult se ostendere peritiorem, & arguit etiam gratiam, vt amico gratificet, & ideò vt tollantur hæc inconuenientia, non debet respondere præses ad facti quæstionem.

Explicata † litera huius text. ex ea 18
colligendum est, quòd † præses debet 19
respondere eum consulentibus de iure, cùm enim ius certum sit *l.* 2. *infra de iuris & facti ignoran.* in hac conclusione & responsione, cessant inconuenientia de † quibus supra, & hac de 20
causa, quis non tenetur respondere positionibus iuris, quod ex se certum est *l. ornamentorum infra de auro & ar-*

 gento

21 *gento legat. & ibi notat Bart.* Neque † placet dictum Paul. Castren. *l. Ancillæ num. 8. C. de furt.* quòd si ius sit ambiguum propter diuersas Doctorũ opiniones, & interpretationes, tunc hoc ius ambiguum æquiparatur quæstioni facti, & sic super eos præses non est cõsulendus, quia imò eo casu præses est consulendus de iure, si illud sit ambiguum, propter varias Doctorum opiniones. Nam si illud est omnino certum, tunc non est licitum præsidem consulere *l. 2. C. de legibus Alex. l. iudices num. 5. de iud. Dec. cap. intimasti num. 2. de appell. & prius Alber. l. solent §. legatos num. 2. supra de offic. proconsulis.*

22 Consultò † igitur propriè cadit, quando ius est ambiguum, *iuxta notata l. cum prolatis infra de re iudic.* & quia circa verba legis, & alia sæpius incurrit quæstio dubia, vt inquit Quintil. *Inst. Oratoriarum cap. 3.*

23 Secundò † principaliter ex isto tex. colligendum est, quòd in quæstionibus facti, non debet dari responsum
24 consulenti per superiorem, sed † debet superior iubere, vt eam iudex consulens determinet, vt religio suggesserit, hoc est iuramentum, quod iudex ille præstat in initio officij, quod pertinet ad religionem *l. rem non nouam in princ. C. de iud. concord. l. non statim infra ad l. Flauiam de plagiariis, & l. Seia §. fin. infra de fundo instructo notat gloss. l. 1. verb.*
25 *consulat. C. de relat.* Amplia † vt Princeps soleat consulentibus respondere ad quæstionem facti, *l. idem erit supra de statu hominum cap. de muliere de sponsal. notat gloss. 1. c. pastor. de rescript.* quidquid contrarium existimet *gloss. diuus verb. consules nu. 5. ad finem supra de offic. præsidis & Alber. l. 1. num. 3. C. qui & aduer-*
26 *sus quos.* Quæ † tamen conclusio duas habet difficultates. Prima est *ex l. diuus supra de offic. præsid.* vbi super quæstione facti consulitur Princeps, & illi quæstioni facti respondet. Secunda

† est, ex verbis *l. 2. supra de iuris & facti* 27
ignorant. quòd quæstio facti sæpè prudentissimos fallit. Ergo debuit inferior consulere posse superiorem de quæstione facti, imò magis, quàm de quæstione iuris, in qua periti rarissimè decipiuntur, & sic decisio *d. l. 2.* maximam rationem dubitandi infert ad decisionem nostri textus, quamuis gloss. final. hîc eam pro ratione decidendi huius textus adducat.

Sed † defendendo notabile: ad pri- 28
mam difficultatem duobus modis respondet gloss. hic *verb. impertire*, & aliter Alber. & Iacob. *hic ad finem*, aliter etiam Lancel. Dec. *hic ad finem* & denique aliter Albert. *in rub. C. de relat. & l. solent §. legat. num. 1. ad finem supra de offic. proconsul.* Sed † placet pri- 29
mus intellectus *gloss. hic* quòd in specie *d. l. diuus* quærebatur de quæstione facti propositi: *Virum scilicet furiosum, qui matrem occiderat, haberet dilucida interualla, & an tempore dilucidi internalli matrem occiderit?* per præsidem explorari, & inuestigari iubet, super pœna autem imponenda factum Imperatori referri mãdat, & sic in effectu quæstionem facti ad iudicẽ remittit, quæstionem autem iuris præcipit ad se referri, & sic magis concordat cum decisione huius textus, vt aduertit Cagnol. *l. 1. num. 13. Cod. de edendo.*

Non obstat † secundò *d. l. 2. supra* 30
de iuris & facti ignorantia. quia respondeo, text. illum esse accipiendum in hoc sensu: nam cum factum regulariter probetur per testes, possunt illi falsum deponere, & sic etiam prudentissimos fallere, quod in quæstione iuris non ita verificatur, quod ex se certum est, & ideò facilius in quæstione iuris relatio admittitur, quàm in quæstione facti. Item † quæstio facti 31
pẽder ex arbitrio, & potestate iudicis *l. 3. §. tu magis supr. de testib.* & ideò quæstio facti dicitur esse in iudicis potestate

state

ſtate, *l. 1. verſ. nam ſi quidem, infra ad Turpilianum l. ordine infra ad municip.*
32 Si † igitur hoc caſu inferior ad ſuperiorem referat, credit ius, quod cauſa ſe exonerandi hoc faciat, vt colligitur ex mente gloſſæ primæ *c. intimaſti ad appellat. & ibi Panorm. num. 2. & clarius, ibi n. 5. verſ. in gloſ.* & hoc forſitan voluit ſignificare IC. hic dum dicit, quod hæc relatio nonnunquam
33 infamat: nam † qui cauſa ſe exonerandi, vel ex aliis cauſis, hîc expreſſis relationem facit, efficitur infamis, & punitur pœna de qua *l. 2. C. de legibus, vt poſt alios tradit Dec. d. c. intimaſti n. 5.* & videnda eſt *l. 11. ad finem tit. 22. part. 3.* Addendum eſt tamen ſupra dictis,
34 quod † tam probabile poteſt eſſe dubium ſuper quæſtione facti, vt licitè illius fiat relatio ſuperiori, vtpote quia pares ſint probationes *Alberi in Rubr. Cod. de relat. Greg. l. 14. tit. 4. part. 3.* & expreſſim probat *l. 11. tit. 22. part. 3.* & ibi notat Greg. *verb. prueuas.*

35 Vltimò † ad complementum materiæ illud addendum eſt, quod in caſibus, in quibus licitè fit relatio ad Principem debet fieri copia dubij referendi ipſis partibus, vt videant, vtrũ relatio ſit vera & conformis actis, quia aliàs relationi fides non adhibebitur *l. 1. in fine C. de relat. cap. intimaſti de appellat. notat Ang. hic in fine* & probat *l. 1. tit. 22. part. 3.*

36 Quod † tamen intelligendum eſt, quando ambæ partes, vel vna ex illis contradicit relationi, nam ſi ſcientes
37 eam fieri taceant, neque expreſsè † contradicant, fides ei adhibebitur, quaſi ex præſumpto conſenſu partium facta ſit, probat *d. l. 1. C. de relat. & ibi notat Bart. num. 5. cap. 2. de accuſ. in 6.* & eſt recepta traditio ex Dec. *d. cap. intimaſti num. 6. & Greg. l. 11. tit. 22. part.*
38 *3. verb. ante las partes*, adeò † quòd partes minimè audiri debeant contra relationem, eis non contradicentibus factam *l. 1. §. quæſitum infra de appell. l. fin. infra quando appellandum ſit*, declarando tamen, vt per Bart. *d. l. quæſitum num. 6.* Si † autem partes contradi- 39
centes nolint concordare, tunc iudex illis inuitis poteſt per ſe facere relationem, & tali relationi fides adhibebitur, ac ſi illis conſentientibus facta eſſet, *l. in venditione §. final. & ibi Bart. in fine infra de bon. auth. iud. poſſiden. l. 2. & ibi Bart. C. de relat. & Greg. l. 11. num. 22. part. 3. verb. ante las partes in fine,* & colligitur ex *d. Bald. l. de die in fina princ. ſupra qui ſatiſd. cog.* & conferunt tradita per Alex. *l. duo iudices n. 16. infra de re iud.* & vtrum † hoc ca- 40
ſu partes poſſint appellare? vide *l. 1. §. quæſitum infra de appellat. l. 15. tit. 23. part. 3. Dec. c. intimaſti n. 7. de appellat.*

Item eſt † addendum, quòd cùm 41
relatio ex ſe ſit actus ſuſpenſiuus, quẽadmodum pendente appellatione nihil ſit innouandum *l. 1. infra nihil nouari appellat. pendente*, nec etiam pendente dilatione *l. ſiue pars Cod. de dilat.* ita etiam nec pendente relatione, ſed omnia debeant eſſe in ſuſpenſo: donec Princeps vel Superior reſpondeat ad relationem *l. final. & ibi notat Bart. Cod. de relationibus l. ex illo & ibi Bart. & Bald. Cod. de appellat. tradit Bald. in præſenti Bart. l. 1. §. quæſitum num. 3. infra de appellat. & ibi eleganter Imol. col. penult. poſt medium tit. 5. part. 1.* & de materia eſt videndus Marant. *in praxi in ſecundo actu vltimæ partis iudicij num. 10. pag. 554.*

Item † adde, quòd hæ relationes 42
debent eſſe plenæ, vt quicquid probatum ſit, in illis inſeratur, & Principi remittatur, *l. 1. & l. fin. C. de relat. l. diuus ſupra de offic. præſidis. elegans l. 11. tit. 4. part. 3. & l. 11. tit. 22. eadem part. 3. & ibi Greg. verb. el pleito.* & licèt Bart. *l. 1. per illum text. C. de relat.* teneat, quòd † iudex qui Principẽ conſuluit poteſt 43
circumducere relationem, & reaſſu-

 mere

mere causam, & super ea validè pronunciare, quod & videtur probare text. *l. ad Principem infra de appell. & ibi tradant Bar. & Ang. & Bald. lex eo*
44 *C.de appell.* Tamen†contrarium videtur verius per text.expressum *c.licet de offic.legat.*& eleganter probat Imol.*l.*1. §.*quaesitum col.penult.& final.infra de appellat.* respondens contrariis, cui subscribit Gregor.*d.l.*11.*tit.*22.*part.*3.*verb. esttonce*, & manifestè colligitur ex traditis per eundem Greg.*l.*5.*tit.*5.*part.*1. *verb. embiasse à dizir*, & est videndus Milanensis *decis.Siciliæ secunda num.*12. & vide textum *l. ad Imperatorem infra de appell.* & concordiam August. Aret. *d.l.*1.§. *quaesitum num.*5. *ad finem infra de appellat.* Et hæc satis in hac materia.

INDEX

INDEX
COPIOSISSIMVS
RERVM OMNIVM, QVÆ
IN HOC VOLVMINE, SVB
TITVLO, DE IVDICIIS,
continentur:

Vbi signantur, etiam annotantur Iuris ciuilis Leges, & Canonici capita obiter explicata: Cum Regia Ordinatione Portugalliæ, adductis insuper reprobatis Doctorum assertionibus.

A

ABESSE causa Reipublicæ dicitur ille, qui venerit ad tractanda negotia publica ciuitatis, quamuis ab ea non sit missus. l.2.§.legatis. num.87.

Abesse causa Reipublicæ dicitur ille, qui principaliter agat de rebus ciuitatis, etiam si incidenter negotia sua tractet. ibid. num.88.

Abesse causa Reipublicæ non videtur, si quis sit electus, & missus per ciuitatem pro modicis negotiis, & sic vt sua negotia magis principaliter tractet.ibid.num.88.

Abesse à suis beneficiis non possunt Episcopi, & aliæ personæ Ecclesiasticæ secundùm dispositionem iuris Canonici: absque iusta, & necessaria causa. ibid.num.311.

Abesse seculares possunt, & habere priuilegium reuocandi domum, si causa necessaria alio non requisito Romam venerit. ibid.num 313.

Absentes non videntur causa Reipublicæ propriè causa suarum ciuitatum, sed tantùm per vim comprehensiuam.ibid.num.84.

Absenti ex causa studij conceditur restitutio. ibid. num.314.

Absentia quædam sufficit absque latitatione ad interpositionem primi decreti. l.5. si quis ex alienis, num.49.

Absens relinquendo procuratorem, qui eius negotia tractet, tacitè videtur omnes alios prohibuisse.l.12.cùm prætor, in prin.num.47.

Absentiæ alterius causa admittitur in iudicio ad agendum, qui aliàs non erat admittendus absque alterius consensu. l. 18. §. si filiusfam. num.46.

Absentiam contumacis oportet actorem accusare, ne ei competat præuentionis priuilegium. l.7. si quis posteaquam,num.184.

Absens si occupatam esse possessionem naturalem sciens, non est ausus reuertere, & illam recuperare, amittit ciuilem.l.37.si de vi, num.234.

Absens à domicilio, & absens à loco contractus, dum citantur à iudice cuiuslibet loci, differunt. l.19.§.1.num.20.

Absens citatus in actione personali, vel reali, si comparuerit, & sine licentia iudicis recesserit, vel nunquam comparuerit, potest diffinitiuè condemnari,de iure regio l.19.§.1.num.120.

Absens à loco delicti si citetur per edicta, & delictum sit graue, potest & debet iudex aduersus eum procedere condemnando l.19.§. proinde, artic.de foro delicti,num.169.

Absens iure communi non potest condemnari ad mortem naturalem, vel ciuilem. ibidem num.169.

Absens in regno Castellæ, & Portugalliæ citatus per edicta potest condemnari ad mortem naturalem, vel ciuilem.ibid.num.169.

Absentes delinquentes in multis locis Italiæ condemnantur, & habentur pro confessis. ibidem num.170.

Absens iuris interpretatione censetur præsens, eùm semper in domicilio relinquat familiam.l.19.Hæres absens.§.fin.num.46.

Absentibus ex causa voluntaria non competit priuilegium reuocandi domum.l.2.§. legatus, num.343.

Absolutione impetrata, actore non apparente reus perinde habetur, ac si nunquam citatus esset. l.68.Ad peremptorium. num.6.

Absolutio vt reo detur, actore non comparente, non

non est de nouo necessaria citatio.ibid. num.7.
Accusatus coram iudice prorogato, si alter iudex aliàs competens per viam inquisitionis contra eum velit procedere, processum potest vitare. l.1.artic.4.num.17.
Accusatus, si per collusionem actum fuit contra certo iudice, contra eum potest iterum accusari coram iudice delicti, atque etiam inquisitionem contra eum procedi potest. ibidem num.31.
Accusatus potest vti priuilegio superueniente,l.7. si quis posteaquam, num.177.
Accusari quis non potest in loco, in quo mandatum dedit vt delictum committeretur, cum ibi non dicatur commissum.l.19.§.fin.num.13.
Accusari quis potest in loco delicti commissi, & in loco domicilij, & in loco propriæ originis vel paternæ.l.19 proinde, art. de foro delicti. num.9.
Accusari quis non potest in loco delicti, vel originis propriæ, vel paternæ, si ibi non reperiatur.ibid.num.10.
Accusari quis potest in loco domicilij, & si ibi non reperiatur ibid.num. 10.
Accusari quis potest in loco propriæ originis, vel paternæ, si tamen pars læsa cum velit eo in loco accusare.ibid.num 16.
Accusari posse delinquentem in loco originis propriæ vel paternæ hodie consuetudine generali abrogatum est.ibid.num 38.
Accusare an possit læsus delinquentem coram iudice prouinciæ, ad quem confugit in his casibus, vbi locus remissioni non est, vide valde disputatum.ibid à n 145 vsque ad num.167.
Accusatus criminaliter, quando possit reaccusare accusatorem, quæritur. l.29. Qui prior. num.52.
Accusatus reaccusare non potest accusatorem coram eodem iudice, nisi illi iudex sit vtriusque competens.l.1.artic 1.num.63.
Accusatus verum durante accusatione possit reaccusare accusatorem coram diuerso iudice, quæritur, l.29. Qui prior. num.64. resoluitur. num.65.
Accusare iam accusatum, an possit alia diuersa persona quæritur. ibid.num.17.
Accusationi querela assimilatur, attamen accusatio fit in iudicio citata parte, querela proponitur coram iudice non sedente pro tribunali.l. 19.§.proinde art. de foro delicti num.44.
Accusator, & denunciator succumbens condemnabitur in expensis. ibid.num 161.
Accusatori expensæ sunt soluendæ ex bonis condemnati, licèt propter delictum bona confiscentur. l.79. eum qui,in princ. num.166.
Accusator si habuerit iustam causam accusandi, non condemnabitur in expensis. ibidem num 169.
Accusatus ratione delictorum ex quibus resultat infamia facti pendente illa accusatione eligi non poterit, etiamsi adhuc non sit condemnatus.l. 12. cum prætor.§.fin.num.167.
Accusatore superueniente inquisitio censetur extincta ac per hoc extincta præuentione ratione illius facta.l.7.si quis posteaquam, num.85.
Accusari qui procurauit in loco originis, vel domicilij, quoniam in dictis locis non bene poterat probari delictum, hæc præuentio nihil ei proderit.ibid.num.89.
Accusatio superueniens non potest impedire priuilegium magistratui concessum tempore habili.ibid.num.178.
Accusator necessariò debet sequi forum accusati. l.2.§.legatis.num.166.
Accusatione prima pendente reus potest reaccusare suum accusatorem de alio delicto diuerso. ibid.num.145.
Accusatione pendente reus potest reaccusare suum accusatorem de pari crimine, si suam vel suarum iniuriam non persequatur. ibidem. num.154.
Accusans aliquem ciuiliter non poterit ab eo reconueniri neque ciuiliter, neque criminaliter. ibid.num.234.
Accusator vbi apparuit facit cessare officium fiscalis.l.7.si quis posteaquam.num.86.
Accessorium sequitur naturam principalis,etiamsi magis dignum sit,& pretiosius,quàm sit ipsum principale, l.2.§ fin num.211.
Accessoriè, quæ veniunt non requirunt habilitatem extremorum, quia sufficit eam requiri in eo, quod est principale.ibid.num.233.
Actio iure ciuili non datur ex pacto nudo.l.1. art.3 num.88.
Actio de dolo datur illi ad damnum recuperandum,cui pactum de prorogando fuit factum, si non obseruetur.ibid.n.88.
Actio licèt non nascatur ex pacto nudo, tamen si ille, cui pactum non obseruatur aliquod damnum incurrat actionem de dolo habere. ibid.num.91.
Actio ex pacto nudo dari potest per partium consensum.ibid.num.98.
Actio de constituta dabitur aduersus legatum Romæ existentem, & constituentem se Romæ soluturum.l.7.si quis posteaquam, num.150.
Actio de constitura, vt aduersus legatum detur, necesse est, vt & Romæ existat, & se Romæ soluturum constituat.l.2.§. legatis. num.150.
Actio de constituta, vt Romæ soluat non dabitur aduersus legatum, si Romæ existens simpliciter constituat se solutum id, quod debet. ibid. num.152.
Actio de constituta,vt Romæ soluat,non dabitur aduersus legatum, si Romæ non existens,constituat se Romæ soluturum.ibid.num.153.
Actio temporalis extinguitur transacto tempore, etiam si ille, cui competit, impeditus sit de iure

iure aduersus actorem agere, nisi ad litis contestationem processum sit. ibid. num.196.

Actio temporalis extinguitur non obstante mala fide debitoris, l.7.si quis postea quam, n.204.

Actionum temporalium tempora, non currunt ipso iure aduersus impeditos. l. 2. §. legatis, num.207.

Actionis temporalis tempus non currit, dum pendet dubium, vtrum legato competat priuilegium reuocandi domum. ibi. num.208.

Actio temporalis si talis esset, vt ad eius conseruationem non sufficeret litis contestatio, tunc esset procedendum vltra litis contestationem. ibid. num.210.

Actio de dolo non perpetuatur per litis contestationem. ibid. num 210.

Actio de dolo processum habet vsque ad decisionem causæ. ibid. num.211.

Actio legis non erat apud magistratus municipales. l.2.§. fin. num.66.

Actiones legum, erant actus quidam solemnes, quæ secundùm leges in eo actu debebant interuenire, & hi apud quos peragi poterant dicebantur habere legis actiones. ibid. num.67.

Actionum iudicij diuisorij de essentia est, quod res, cuius diuisio petitur, sit communis inter partes. l.13. in tribus, num.13.

Actiones iudicij diuisorij attento initio dicuntur possessoriæ. ibid. num.14.

Actione iudicij diuisorij, qui agit semper prospicere debet vtrum rem communem possideat, vel saltem verosimiliter existimet. ibid. num.15.

Actio oriens ex delicto si quidem sit pœnalis, non transit in hæredes delinquentis, si tamen sit rei persecutoria transit in hæredes. l. 15. si filius fam. num.86.

Actiones quæ oriuntur ex quasi delicto non transeunt in hæredes. ibid. num.89.

Actio licèt si rei persecutoria ex parte actoris, tamen si ortum habeat à delicto, non est transitoria in hæredes rei delinquentis. ibid. numero 92.

Actio licèt ex parte agentis non sit pœnalis, sed magis rei persecutoria, tamen respectu damnum dantis censetur pœnalis, & inducta ad punitionem delicti. ibid. num.106.

Actio aliquando oritur ex delicto tanquam ex causa immediata, aliquando datur propter delictum tanquam causam remotam, & mediatam, concedendi prædictam actionem. ibid. num.109.

Actio etiam iure ciuili transit ad hæredes delinquentis, quando delinquens decessit lite prius contestata super actione delicti. ibid. n 254.

Actio transitoria in hęredes efficitur ratione, quasi contractus per litis contestationem ibidem num.154.

Actio vt transeat ad hæredes in publicis delictis non sufficit litis contestatio, sed oportet delinquentem post condemnationem decessisse l 12. §.1.num.155.

Actio ex delicto transit in hęredes quando ex delicto d. functi aliquid ad hęredes peruenit. l.15. si filiusfam. num 160.

Actio si nomen habeat ex delicto, ac ita infamet, ea non dabitur in hęredem, qui nihil delinquit, sed conuertetur in actionem in factum. ibid. num.161.

Actio ex delicto vt perpetuò efficiatur transmissibilis in omnes alios successores, & si res prædicta ad illos nunquam peruenerit, suffic t rem semel ad hæredem peruenisse. ibid. n.162.

Actiones procedentes ex genere negotiorum primo propriæ sunt ipsius patris, & ideo inuito patre filius illis vti non potest. l. 18. §. si filius fam. num.3.

Actio directa est translata in patrem per secundum genus negotiorum. ibid. num.17.

Actionum ex tertio genere negotiorum licèt proprietas sit filij, tamen exercitium competit patri. ibid. num.20.

Actionibus ex tertio genere negotiorum vtetur filius nomine proprio, si pater sit absens. ibid. num.21.

Actio orta ex delicto dicitur cum ab eo nascitur tanquam ex causa immediata. l.15.si filiusfam. num.110.

Actio persecutoria si oriatur ex delicto tanquam causa immediata non transibit in hæredes delinquentis. ibid. num.110.

Actio rei persecutoria cùm non habeat originem ex delicto tanquam causa immediata, sed tanquam ex causa remota ex vtraque parte, transibit ad hæredes, & in hæredes ibid. n.113.

Actio prædicta principaliter comparata est ad rei persecutionem, ex vtraque parte, ibidem, num.115.

Actio semper censetur orta ex delicto tanquam causa immediata, si detur actio propter delictum in omittendo. ibid. num.116.

Actio censetur data propter delictum tanquam causa remota, si detur propter delictum in omittendo. ibid. num.116.

Actio si in simplum concepta sit, & sic nullam pœnam contineat, si tamen constet proditam fuisse ad puniendum factum, quasi pœnalis non transibit ad hæredes. ibid. num.122.

Actio in simplum, si non fuit prodita ad pactum, neque in dolum concepta est tanquam rei persecutoria ex vtraque parte transibit ad hæredes. ibid. num 123.

Actio in simplum concipitur, vt cognoscatur, vtrum sit transitoria in hæredes considerandum est, qualiter concepta sit, ibid. num.124.

Actio quando constat ex vtraque parte esse rei persecutoriam, non transit ad hæredes. ibid. num.126.

Actio

Actio ex delicto iure Can. transit in hæredes delinquentis, quamuis nullum mandatum interuenerit expressum, vel tacitum defuncti iubentis restitutionem fieri. ibid. num.143. disput. à num.138.

Actio iure ciuili ex delictis non transit in hæredes delinquentis, quia censetur etiam inducta in pœnam, & punitionem delicti. ibid. num.145.

Actiones omnes ex delicto, vt delinquens valeat à peccato liberari, conuertit ius Can. in actionem solius damni restauratoriam. ibid.n.145.

Actio iure Canonico cùm consideretur tanquam restitutoria solius damni, nunquam hæres delinquentis tenetur vltra vires hæreditarias, & si inuentarium non fecerit. ibid. num 147.

Actio ex delicto non transit in hæredes delinquentis etiam iure Cannonico, si tale sit delictum, vt pro eo defunctus non teneatur ad damni restaurationem. ibid. num.152.

Actio directa, & vtilis differunt in iudiciis ordinariis, in quibus Prætor certis formulis vtebatur, l.18. §. si filiusfam. num.28.

Actiones directæ ab vtilibus non differunt in iudiciis extraordinariis. ibid num.29.

Actionem directam filius poterit intentare, si pater sit absens, & ille velit agere pro aduentitiis. ibid. num.39.

Actiones directas suo nomine filius poterit intendere, cui pater dedit generalem licentiam agendi in iudicio. ibid. num.42.

Actio iniuriarum concepta fuit in factum commissum contra personam filij, & propter factum cohærens personæ filij. ibid. num.71.

Actionis iure si iudex debitorem iussit cauere, non potest reuocare suam sententiam. l.37. si de vi, num.35.

Actio iudicati, quando intentatur est dandus libellus, & lis est contestanda, & denique ordinariè proceditur. l.75.§. Marcel. num.97.

Actionem iudicati victor potest vbicunque intentare officium iudicis, non potest implorare nisi coram iudice, qui tulit sententiam. ibid. num.94.

Actio iudicati non datur ex sententia nulla. ibid. num.88

Actione personali si res petatur iure antiquo, per primum decretum actor mittebatur in possessionem bonorum. l.68. ad peremptorium. n.44.

Actione hypothecaria si agatur etiam hodie mittetur creditor in possessionem bonorum. ibid. num.45.

Actio personalis in rem scripta, rem sequitur, & illi videtur cohærere. l.23. non potest. num.8.

Actione in personali in rem scripta, militat eadem ratio quæ in reali. ibid. num.9.

Actio personalis non cohæret rei, nec illam sequitur. l.19. §. perinde, art. de foro delicto. num.11

Actioni personali mera si agatur ad rem non est facienda conuentio in loco, in quo res tradenda existit. ibid. num.11.

Actio personalis erit si verba legis principaliter concipiantur in personam. ibid. art. de foro ratione originis. num.31.

Actio realis erit si verba legis specialiter concipiantur in rem, ibid. art. de foro delicto.n.12.

Actio arbitraria quæ competit, si in aliquo loco soluatur, habet locum tam in fauorem creditoris quàm debitoris. l.19. §. fin. num.18.

Actioni arbitrariæ, in qua venit interesse tunc locus est, quando exprimitur certus locus, in quo debeat fieri solutio. ibid. num.18.

Actio competit attento statuto loci contractus, si in loco contractus adsit, vt ex pacto nudo detur actio. l.65. exigere dotem, sub l.20.n.98.

Actionem quibus modis actor edebat reo statuit. l.1. de edendo.l.11. si debitori. num.7.

Actiones proponebantur in quodam albo, ibid. num.9.

Actio orta ex vera sententia condemnatoria, non tollet illam, quæ iam orta erat ex confessione facta in iudicio, sed potius illi nouam actionem accumulabit. ibid. num.88.

Actio personalis in rem scripta intentatur, vbi res est sita. l.19. Hæres absens, num.56.

Actiò personalis, quæ prouenit ex testamento intentatur in loco, in quo hæres habeat domicilium. ibid. num.56.

Actionis causa, reconuentionis pari passu ambulant. l.19. qui prior. num.6.

Actiones actiuæ domino quærentur ex institutorum persona, pro vt dominus ex prædictorum persona obligatur l. 19. §. apud Labeonem, num. 19.

Actor licèt necessariò teneatur sequi forum rei, tamen hæc necessitas habuit initium à facto voluntario actoris. l.2. §. legatis. num.236.

Actor cùm passus est aliquod damnum & ratione illius ciuiliter agit, in hoc casu nullum eius factum voluntarium interuenit. ibid. num.236.

Actor voluntariè dicendus est elegisse iudicem rei, ac ob id non debet dedignari eundem esse iudicem contra se. ibid. num.236.

Actor qui iure communi habet potestatem vnum ex iudicibus competentibus rei diffamati eligere, quamuis coram vno fuerit citatus ad agendum, poterit nihilominus pars alterum eligere. l.7. si quis posteaquam. num 102.

Actorem accusare oportet absentiam contumacis, ne ei priuilegium præuentionis competat. ibid. num.239.

Actor vbi primum reum citauit coram aliquo iudice, non potest variare, & eum conuenire coram alio. ibid. num.172.

Actor merus censetur in iudiciis diuisoriis, qui primus prouocauit, prouocatus autem censetur merus reus, l.13. in tribus. num.2.

Actor in expensis condemnabitur tanquam ineptè egerit

egerit in iudiciis diuisoriis, si non possideat rem communem, conuentus neget cum in ea re portionem habere. ibid.num.15.

Actor & reus quilibet censetur, quando partes sunt concordes, quòd res sit communis, & agitur de ea diuidenda inter socios. ib. n.30.

Actor censetur in iudicio diuisorio qui prius prouocauit. l.19. Hætes absens. num.39.

Actori in principio litis, vel in medio magis fauetur quàm reo.l.13.in tribus.num 40.

Actor vt quis sit, quando ambo prouocarunt ad iudicium sorte dirimendum est.ibid.num.41.

Actor quilibet, & reus in iudiciis diuisoriis dicitur, dum durat dubium, & controuersia diuisionis.ibid num.50.

Actor merus non potest cogere reum vt sibi reddat instrumenta ad fundandam intentionem suam.ibid.num.51.

Actori in his iudiciis dum lis pendet danda sunt instrumenta ad fundandam intentionem suam, quia consideratur tanquam actor, & reus.ibid.num.51.

Actor si nihil probauit, reus etiam nihil probans absoluendus est.l.79. eum qui temerè.n.46.

Actor si habet plenam, & perfectam probationé tempore inceptæ litis, & propter casum superuenienté diminuta est, excusabitur ab expensis, quasi iustam causam habeat. ib.n.47.

Actor excusabitur ab expensis, si testes iactabant se scire veritatem, & actor illis credens mouit litem, qui tamen recesserunt à dictis extra iudicium.ibid.num.48.

Actor si habuit iustam causam litigandi, debet excusari à viatieis, & sumptibus personalibus, non autem ab expensis processus, ex iure regio.ibid.num.73.

Actor & reus in materia expensarum à pari iudicantur.ibid.num.35.

Actor quando in parte vicit, & in parte victus est, tunc quilibet actor, & reus pro parte, qua victus est, condemnabitur in expensis. ibid.§. fin.num.112.

Actor vbi petit plus debito, & reus totum negat, licèt in eo concludatur aliquid, quod ipse re vera debebat, tunc pro parte ambo victi censentur.ibid.num.142.disputat & respondet vsque ad num.149.

Actor ignorans possessionem ciuilem sibi competere, poterit emendare libellum, etiam post litem contestatam.l.37.si de vi,num.397.

Actor inuitus declarare libellum suum cogetur, quando adhuc lis non est contestata l. 66. si quis intentione.num.132.& 133.

Actorem non comparentem in termino, an iudex possit expectare per aliquod temporis spatium l.68 ad peremptorium.num.10.

Actor si post datum libellum se absentauit, potest reus petere, vt in causa procedatur, & in ea sententia diffinitiua feratur.ibid.num.10.

Actor potest petere negotium liquidari, & sententiam ferri diffinitiuam super causa principali, si reus se absentauerit post litem contestatam.ibid.num.89.

Actor missus in possessionem statim efficitur possessor, vbi reus se absentauerit post litem contestatam.l.68. ad peremptorium num.85.

Actor vsus remedio de liquidatione negotij poterit obtinere, vt declaretur dominus rei petitæ.ibid.num.90.

Actor si remedio supradicto vtatur, & nihil probet, licèt reus veniat absoluendus, tamen non absoluetur diffinitiuè, sed tantùm ab obseruatione iudicij.ibid.num.92.

Actor si iuret de calumnia provt tenetur, & nihilominus si contra eum sententia lata sit, an debeat in expensis condénari, vide opiniones. l.79.eum qui temerè.num.14.vsque ad n.19. & 20.vbi resoluit conciliando.

Actor temerarius condemnatur in expensis litis ib.§.fin.n.150.vide ampliationes n.152.vsque ad n.194.& limitationé à n.165 vsq; ad n.212.

Actor si nihil omnino probauit, & aduersarius semiplenè probauit, & ei fuit delatum iuramentum, actor tanquam temerarius litigator condemnabitur in expensis. ibid.num.44.

Actor quando non interpellauit reum extra iudicium, vt solueret, si citatus reus agnoscat bonam fidem, non condemnabitur in expensis.ibid.n.209.vide ibi limitationem.

Actor de iure antiquo postquam eligebat, qua formula actionis vellet agere, committebatur à Prætore causa certo iudici sub quadam verborum formula, à qua nec iudex posset recedere.l.21.si debitori. num.3.

Actor cogebatur edere actionem, siue actionis formulam reo, vt deliberare posset, vtrum vellet cedere, vel contendere.ibid.num.4.

Actor, cuius iudicis obseruat iudicium, cum contra se recipere iudicem non dedignetur. l.29.qui prior.num.11.

Actoris partes sustinet, qui prior appellat, hoc est prouocat ad iudicium. ibid. num. 2. vide declarationem.num.3.

Actor temerarius condemnatur in expensis litis. l.79 §.fin.n.150.vide verbo condemnatur.

Actor non potest subsistere si forma non fuit obseruata.l.1 art.2.num.23.

Actus positiuus non requiritur ex quo tacitus partium consensus colligatur, sed sufficit collectum esse ex sola patientia, & taciturnitate. l.1.art.3.num.8.

Actus omnis gestus per metum iudicis, est ipso iure nullus ibid num.48.

Actus ex necessitate factus non inducit prorogationem.ibid.num.73.

Actum corroboratiuum faciens debiti præcedentis forum nó sortitur in loco, in quo actú corroboratiuum fecit. l.2.§.legatis.num.147.

Actus faciliùs reconualescit sublato obstaculo, quàm de nouo induceatur. l. 1. art. 1. num. 32.
Actus vt dicatur prorogatus, quæ concurrere debeant. ib. n. 74.
Actus nouus, quando dicetur, & non prorogatus. ibid. n. 73.
Actus voluntariæ iurisdictionis potest exerceri in non subditum. ibid. num. 183.
Actus voluntariæ iurisdictionis potest quis apud se expedire. ib. num. 187.
Actus quando pro patre sustinetur. ibid. nu. 212.
Actus quando potest trahi ad varios sensus, debet præferri ille, qui magis consonat cum præfationibus eiusdem actus. ibid. num. 247.
Actus is in dubio censetur celebratus, cuius forma consueta exprimitur, etiamsi actus principalis corruat. ibid. num. 248.
Actus quomodo interpretari debeat, ibid. n. 253.
Adæquatio duorum cùm fit, intelligitur quo ad ea quæ competunt iure communi, non autem ex iure speciali. l. 19. §. proinde, art. de foro rat. orig. num. 61.
Adiudicare propriè significat rem ad victorem pertinere. l. 2. §. fin. num. 39.
Administrator alicuius negotij in certo loco in eo tenetur rationem reddere, & absens est citandus, & remittendus ad illum. l. 11. § 9. nu. 66. declaratur procedere in publicis ratiociniis num. 72.
Administrator negotij particularis conuenitur in eodem loco, si ibi inueniatur. ibid. num. 67. resoluitur 75.
Aduocatus qui obtinuit in causa propria, nihil expensarum petere potest nomine aduocationis. l. 29. qui prior, num. 26 t. vide limitationes vsque ad num. 265.
Aduocatus, & procurator debent in iudicio interuenire. l. 19. §. proinde. num. 127.
Aduena, & statim recessurus, si promittit soluere in loco contractus, ratione promissionis in eo cogetur soluere, ibidem, num. 135.
Adoptio non mutat originem naturalem. l. 19. §. proinde, art. de foro rat. orig. num. 31.
Adoptiones, & emancipationes non poterant fieri, nisi coram habentibus legis actiones, l. 2. §. fin. nu. 68.
Aduentitiorum proprietas remanet penes filium, & patri tanquam legitimo administratori competit exercitium actionum. l. 18. §. si filiusfam, num. 38.
Administratores siue alij, qui in vtilitatem alterius litem mouent, sumptus imputabunt illi, in cuius vtilitatem litem mouerunt, si iusta causa litigandi suppetat. l. 79. eum qui temerè. num. 71.
Aditio hæreditatis inducit quasi contractum inter hæredem, & legatarium. l. 19. Hæres absens num. 39. & 40.
Ætas est personalissima, & non transit ad hæredes, sed tamen consideratur hæreditate iacente. ibid. num. 210.
Ædificium in meo solo ædificatum siue palam, siue clam possum quocunque tẽpore destruere. l. 37. si de vi. num. 219.
Agere verbum ex proprietate designat actionem, non autem implorationem officij iudicis. l. 41. in omnibus. num. 35.
Allegatio, quæ probata non releuat, admittenda non est. l. 37. si de vi. num. 44.
Allegare quid ad declarandã dispositionem, vel eam perimere multum refert. l. 75. si prætor, num. 60.
Allegare contra se nemo tenetur. l. 75. si prætor, §. Marcel. n. 51.
Alienigena non censetur ille, qui ortus est in diuerso loco ab eo, in quo pater domicilium habebat, quando vtraque terra est sub eodem dominio, quamuis separatæ sint iurisdictiones. l. 19. §. proinde, art. de foro rat. orig. n. 98.
Alienigena, & forensis ille dicitur, qui omnino subest alterius iurisdictioni, siue dominio. ibid. num. 111.
Alienatio facta per minorem prout valet, si iuramento sit confirmata, ita etiam valet facta per procuratorem minoris, cui potestas concessa fuit iurandi in animam minoris. l. 19. §. apud Labeonem, num. 4. & 5.
Aleiatus refellitur, l. 1. art. 3. num. 82. & l. 2. §. fin. num. 35.
Aluarus Vallascus reprobatur, l. 7 si quis posteaquam. nu. 231. & ibid. nu. 239. in consultat 48. num. 7.
Albericus refellitur, l. 1 art. 3. n. 98. In l. si conuenerit, n. fiu. ff. de omn. iud.
Alexander refutatur. l. 1. art. 3. n. 125.
Alexandri dictum approbatum per ordinationem Portugalliæ. l. 1 art. 3. num. 135.
Afflictus decis. l. 1. art. 3. nu. 14. refutatur. l. 2. si quis. num. 84. & decis. 155. n. 6. l. 1. art. 3. n. 145. & lib. 5 1. const. Rubric. 95. n. 17. l. 2. §. legatis. n. 366.
Ambiguam intentionem si pars petat declarari, debet id iudex iubere, l. 66. si quis intentione, num. 22.
Ambigua verba semper iudex debet interpretari in fauorem libellantis. ibid. num. 23.
Ambigua verba prolata in iudicio semper accipiuntur in fauorem proferentis. ibid. num. 27.
Ambigua verba testium actor non potest interpretari, imo probatio dubia interpretanda est in præiudicium illius, qui probare debebat. ibid. num. 39.
Ambigua verba testiũ, si libelli verba clara sint, ab illis debent accipere declarationẽ. ib. n. 40.
Ambiguitas vbi respicit substantialia iudicij, statur declarationi libellantis. ibid. num. 39.
Ambigua si sint libelli verba testium clara, ab illis verba libelli debent accipere declarationem,

nem, ibidem num. 41. & 42.
Ambigui libelli declaratio pertinet tantum ad libellantem, non autẽ ad alterum, etiã si hæres sit libellantis.ibid.n.45. vel cõtrariũ.n.49.
Ambigui libelli declaratio potest fieri vsque ad conclusionem in causa.ibid.num.44.
Ambigua verba procuratoris dominus an possit declarare,ibi.num.48.& num.74.
Ambigua declaratio, quæ respicit ad futurum, non transit ad hæredẽ,aliud dicendum de ea, quæ respicit præteritum,& factũ,ibi.num.69.
Ambigui libelli declaratio semel tantum fieri potest,ibid.num.75.
Ambiguitas libelli quando non consistit in verbis libelli,sed potius in causa, ex qua actum est,non stabitur declarationi libellantis. ibid. num.83.
Ambigua verba libelli debent accipi secundùm declarationem actoris.ibid.num.16.
Ambigua verba ex sola interpretatione iuris absque alia hominis declaratione accipi debent in fauorem proferentis.ibid.num.28.
Ambiguitas generaliter quãcunque ambiguitatem comprehendit.ibid.num.14.
Ambigua oratio,vel intentio quæ sit, quæritur. ibid.nu.12. vide explicationes vsque ad n.14.
Ambigua impetratio accipitur in fauorem impetrantis.ibid.n.11.
Ambigua supplicatio accipitur in fauorem supplicantis.ibid.num.10.
Ambigua confessio facta in iudicio eam admittet interpretationem, quæ fuerit vtilior confitenti.ibi.num.8.
Ambiguam intentionem suam potest Princeps declarare.ibid.num.90.
Ambigua si sit intentio actoris, & rei debet declarari secundùm claram interrogationem præcedentem.ibid.nu.145. vide ibi rationes.
Ancharanus cons.192.num.8. refutatur.l. 1.art. 3.num.114.
Andreas Siculus cap.1.num.103. de iud.refutatur.l.1.art.3.
Antoninus Pius per suam constitutionem induxit,quòd illi, qui in orbe Romano continerentur,Romani ciues essẽt.l 2.§.legatis.n.21.
Annus datus absenti causa Reipublicæ ad petendam restitutionem in integrum,vtilis est. l.2. §.legatis.n.207.
Annum 18. excedens censetur constitutus in plena pubertate.l.12.§.fin.num.103.
Annum habens 18. distinguitur ab aliis minoribus.ibid.n.104.
Annum habens 18. tanquam in ætate legitima censeri in multis ciuitatum statutis cauetur. ibid.n.105.
Angelus in l ad peremptorium ff.iud. ad fin.reprobatur. l.75. si prætor. num.16.& in l.cùm prætor. num. 219. & in l. sed & si susceperit. num.1.ff.iud.l.1.art.3.num.66.
Antonius Gabriel reprobatur.l.75. si prætor, num.36.lib.2.titulo de sent.Conclus.10.n.4.
Andreas de Isernia refellitur. l.1.art.3.num. 24. & ibid.num.147.
Anima cunctis rebus est præferenda.l.2.§. legatis.n.230.
Appellatione deserta, prorogatio dari non potest.l.1.art.1.n.71.& ibid.num.169.
Appellationis instantia an admittat prorogationem.l.1.art.1.num.160.
Appellatio non simpliciter pertinet ad mixtum imperium,l.1.art.1.num.163.
Appellatio nõ mutat naturã prioris causæ.ibid.
Appellationis substantia in eo consistit,quod de ea non cognoscat,nisi superior iudicis, à quo appellatum est.l.1.art.1.num.165.
Appellatio ad non superiorem, an admitti debeat, & si de ea non superior cognoscat, an sententia valeat,l.1.nu.165.& sequentibus.
Appellatio ad Principem misso medio licèt fieri non possit, tamen in ea admittitur prorogatio.ibid.num.166.
Appellatio tractari non potest coram iudice incompetenti etiam de consensu partium. l.1. art.1.num.166.
Appellatio si non est legitima non deuoluitur causa ad superiorem, etiam si partes consentiant,& quomodo id est accipiendum.l.1.art. 1.num.167.
Appellatur licitè à iudice, qui respondere compellit protestantem,se in eum nõ consentire. l.1.art.3.num.17.
Appellatio licita est, quocunque tempore vbi grauamẽ successiuũ interuenit.l.1.art.3.n 18.
Appellatio iure ciuili licita est, etiam cùm iudex se competentem pronunciat. ibid. nu. 19.
Appellare poterunt partes ab eius iudicis sententia, qui ipsarum consensu datus est, licèt eum tanquam suspectum non possint recusare.l.1.art.3 num.26.
Appellandum est ab Episcopo ad ipsum Principem, cùm per eius specialem commissionem de causis laicorum cognoscit.ib.n 27.
Appellatio licita est ab illa sententia, qua quis pronunciat se competentem. l. 5. si quis ex aliena.nu.89.
Appellare quocunque tempore poterit pars ab ea sententia, qua quis se pronunciat competentem,si illi expressim non acquieuerit.ibid. num.90.disputat.
Appellatio licita est ab ea sententia, qua quis se pronunciat competentem, quia infert grauamen successiuum.§.cùm prætor. ibid. n.91.
Appellandum est ad ordinarium à iudice dato per ipsum ordinarium.l.12.§.1.num 213.
Appellandum est à delegato ad eum, per quem mandata est iurisdictio.ibid.n 213.
Appellatio nõ admittitur de pari ad parem.ibid. num.214.

Appellandum non erit ad delegatum, si delegatus non mandauerit totam iurisdictionem, sed etiam illius speciē. ibi. n. 121. resoluit. n. 124.
Appellandum non est ad Episcopum à vicario generali ipsius Episcopi. ibid num. 128.
Appellandum est ad Episcopum à vicario foraneo. ibid. num. 128.
Appellationem deserens, vel non appellans, sententiam iudicis videtur confirmare. l. 15. si filiusfam num 30.
Appellationis pars condemnata etiam si expressè renunciauerit, adhuc in syndicatu iudicem ad æstimationem poterit conuenire. ib. n. 33.
Appellatione pendente si aliquid innouetur per partem, quantumcunque notorium sit friuole, & iniustè esse appellatum tanquam attentatum reuocatur. l. 37. si de vi. num. 144.
Appellatione friuolæ iudex non tenetur deferre, si ab eo appellatum sit. ibid. num. 145.
Appellatione friuola interposita, cui non defert iudex, si sententiam exequi iubeat, executio tanquam attentatum non reuocabitur. ibid. num. 145.
Appellationis in causa semper facienda est condemnatio in sumptibus litis in Regno Castellæ l. 79. Eum qui temerè, num. 81. vide per infinitos numeros.
Appellans si tam in prima instantia, quàm in secunda succubuit condemnandus est in expensis. l. 79. eum qui temerè, num. 202.
Appellationis iudex non potest cognoscere nisi de ea causa, quæ per appellationem ad eum fuerit deuoluta. l. 37. si de vi. num. 454.
Appellationis iudex licèt in aliis causis tantùm possit cognoscere de articulo, à quo appellatum est, tamen in causa beneficiali, non solùm de eo, sed de illo de quo cognitum non est, cognoscere potest. l. 37. si de vi. num 457.
Appellationis ad iudicem si tota causa sit deuoluta, tunc in quacunque causa admittetur decisio Clementinæ vnicæ. l. 37. si de vi, n. 461. vide ampliationes. num. 462.
Appellari potest ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, non tamen à merè interlocutoria. l. 21. si debitori, num. 126.
Appellari potest à præcepto de soluēdo. ib. n. 126.
Appellatione remota, clausula non obstante, tamen à sententia iniqua appellari potest. l. 75. si prætor. num. 27.
Appellatio in terminis supradictis operatur effectum deuolutiuum, non antè suspensiuum. ib.
Appellatione remota, clausula non obstante, quando sententia continet manifestam iniquitatem, effectum suspensiuum appellatio operatur. ibid. num. 29. & 30.
Appellationem non excludit, quæ interponitur à manifesto grauamine clausula appellatione remota. ibid. num. 30.
Appellatio regulariter nō admittitur à sententia de exequendo. l. 21. si debitori, num. 130.
Appellans contra propriam confessionem non audietur, nisi dicat prædictam confessionem per errorem fuisse factam. ibid num. 131.
Appellationis in gradu potest doceri de errore confessionis, ibid. num. 132.
Appellatio à præcepto de soluendo, tum demum admittitur, quando in ipsa appellatione exprimitur causa erroris, ibid. num. 135.
Appellatio non admittitur à cōuicto per partes, & confesso, tamen si sola adsit cōfessio, nō admittetur appellatio allegato errore. ib. n. 136.
Appellatur licitè à iudice, qui in conuentione & reconuentione pari passu non processit. l. 29. qui prior. num. 8.
Appellatio admittitur inter ciuili ab interlocutoria, quæ infert præiudicium irreparabile per diffinitiuam. l. 21. si debitori. num. 128.
Apostolica sedes potest dici communis patria respectu omnium l. 2. §. legatis, num 33.
Apostolica sedes ibi residet, vbi Papa residet etiā sine consiliariis. l. 2. §. legatis, num. 37.
Apostolica sedes non solùm dicetur vbi Papa residet, sed etiam locus in quo resident consiliarij supremæ Curiæ, qui res iustitiæ, & gratiæ administrat. l. 2. § legatis, num. 39.
Arbiter nullam iurisdictionem, sed tantùm notionem dicitur habere. l. 1. art. 1. num. 48.
Arbiter de consensu partium potest cognoscere de aliis causis, & rebus non comprehensis in compromisso. ib. num. 51. & num. 216.
Arbitri iurisdictio solùm à compromittentibus prorogari potest. l. 1. art. 1. num. 54. & 63.
Arbitri iurisdictio à tertio, qui non compromisit, prorogari non potest. ibid. num. 63.
Arbiter respectu eorum, qui non compromiserunt nec notionem habet. ibid. num. 57.
Arbiter reconuentionem admittere non potest. ibid. num. 61. & seq.
Arbitrium non potest suscipere iudex, qui de causa iam cognoscebat, vt ordinarius l. 1. art. 1. num. 235.
Arbitrator potest esse iudex ordinarius, & delegatus. ibid. num. 240.
Arbitramentum nihil commune habet cum iudicio. ibid. num 241.
Arbitramentum consideratur tanquam iurisdictio separata, omnino à iurisdictione ordinaria. ibid. num. 240.
Arbitramētum pertinet principaliter ad ea, quæ in facto consistunt, vt in eo amicabiliter procedatur, non seruato iuris rigore. ibid n. 241.
Arbiter de causa criminali cognoscere non potest. ibid. num. 9.
Arbiter de reconuentione cognoscere non potest. l. 1. art. 5. num. 6.
Arbiter communi consensu partium eligitur. l. 1. art. 5. num. 6.
Arbiter nullam habet iurisdict. l. 2. §. fin n 104.

Arbiter contumacem punire potest.ibid.nu.104.

Arbitro si non pareatur, promissa generaliter pœna, in tribus tantum casibus committitur, & ibi vide.l.2.§.fin.num.112.

Arbiter licèt non possit condemnare in pœna, nisi hoc in compromisso sit expressum, tamen quando generaliter pœna promissa est, si arbitro non pareatur, in casibus condemnari potest. & ibi vide. l.2.§ fin.num.113.

Arbiter esse non potest mutus tantum, vel surdus tantum.l.12.§.fin.num.34.

Arbiter cæcus esse potest. ibid.num.41.

Arbitrium factum in minorem 20. annis non valet,& si de cõsensu partium electus sit,quia non interuenit authoritas illius, qui iudicem dedit.ibid.num.108.

Arbiter esse poterit infamis de consensu partiũ. l.65.exigere dotem. num.125.

Arbitri iuris infames esse non possunt, quia habent iurisdictionem.l.12.§.fin.num.128.

Arbiter seruus esse non poterit.ibid num.269.

Arbiter poterit esse monachus de licẽtia sui superioris,si agatur de pertinentibus ad vtilitatem ipsius monasterij, l.12.§.1.num.273.

Arbitri habilitas & validitas compromissi considerarur tempore acceptationis. l. 23. non potest.

Arbitri vt procedere possint vno absente, necessum est vt per malitiam se absentet,& hoc de iure Canonico,non autem de iure ciuili.l.18. si longius.num 41.

Arbiter suam sententiam non potest declarare. l.66. si quis intentione,num.110.contrarium num.111.declarationes vsque ad num.115.

Arbitrium,& iudicium differunt.l.19.Hæres absens.num.31.

Arbitrum aliquo iudice defuncto cessat compromissum, licèt causa esset conclusa.ibidem. num.32.

Arbitramenti læsio intentatur coram iudice illius, in cuius fauorem sententia lata sit.l.19. Hæres absens.§.proinde,num.38.

Argumentum de re ad locum valet.l.19.Hæres absens.num.70.

Argumentũ de loco ad tempus valet,vel è conuerso.ibid.num.69.

Argumentum de causa ad personam valet, & de re ad personam.l.1.art.1.num.137.

Argumentum valet,non inuenitur prohibitum, ergo censetur permissum.l.12 cum prætor.§. 1.num 95.

Argumentum validum censetur de procuratore iudiciali ad delegatum,l.12.cum prætor. §.1. num.105.

Argumentum valet de causa ciuili ad criminalem,l.7. si quis posteaquam.num.161.

Argentariam exercens conuenitur in loco administrationis,sicut contrahens in loco contractus l.1.Hæres absens.num.4.

Archidiaconus potest iudicare clericos, & tamen eos ordinare non potest.l. 1. artic. 3. num.211.

Archidiaconus est vicarius Episcopi.ibid n.211.

Archidiaconus per Episcopum reuocari potest. ibid.num.211.

Aretinus refutatur.l.37.si de vi. num.121.

Assistens debet prosequi eundem processum non tamen nouum formare.l.49.venditor.n.165.

Assistens liti propter proprium interesse exceptionẽ potest opponere,quam emptor omisit opponere. ibid.num.178.

Assistens causæ potest vti priuilegiis ex sua persona competentibus. ibid.num.137.

Assistens potest emptorem adiuuare allegando, & probando per eum omissa.ibid.num.120.

Assistens propter proprium interesse in iudicio, considerarur tanquam actor. ibid.num.103.

Assistens liti in executione potest opponere exceptiones modificantes ipsam executionem. ibid.num.179.

Asilum defendit ad illud confugientes, quanquam atrocissima delicta cõmiserint,l.19.cum prætor.§.proinde,art.de foro delicti. nu.185.

Attentatorum remedium, & interdictum vnde vi si concurrant,vtrum debeat supersedere in interdicto, an verò debeat super eodem remedio procedi,tractat Afflictis.l.32. si de vi, num.492.

Attentatorum in remedio exceptio opponi debet, antequam lis contestetur cum superiore, qui debet cognoscere de causa appellationis. ibid.nu.490. vide ibi contrariam opinionem.

Attentatorum remedium est fortius, quàm interdictum vnde vi.l.37.si de vi.num.201.

Attentatum reuocatur solo iudicis officio, neq; dato libello,neque lite cõtestata.ibid.nu.207.

Auditores Rotæ,vel Principis alicuius dicentur Ordinarij, quamuis de causis non cognoscãt, nisi ex Principis commissione.l.12.§.1.nu.75.

Auth.de iud. §. oportet. vers. si tamen, collat.6. expenditur.l.eum qui temerè.num.72.

Auth. Qui semel, Cod.quom.& quand. iud. explicatur. l.68. ad peremptorium.nu.13.vsque ad num.40.

Auth.vt null iud.si quis verò comprehensorum, coll 9.explicatur.l.19.Hæres absens,§.proinde,art.de foro delicti. num.68.

B

BArones,quibus Princeps in inuestitura concessit clausulam, quod concedebat iurisdictionem priuatiuè ad alios iudices, si alij velint de causis vasallorum cognoscere,poterunt petere vt ad se remittatur. l. 1. artic. 3. num.153.

Barones inhibere non possunt vasallos, ne alterius iurisdictionem prorogent.ibid.nu.154.

Baronibus Neapolitanis priuilegium non obseruatur in tam ampla forma, quàm verba pri-

uilegij videntur importare. ibid. num. 154.

Baldus in l. decernimus, num. 2. in fin. C. fac. of. Ecclesiis reprobatur. l. 1. art. 3. num. 146. ibid. num. 151.

Baldus in l. eam quam ante, num. 1. C. fideicom. reprobatur. l. 1. art. 3. num. 233.

Bald. in l. vn. §. vbi aut. num. 6. in fin. C. ead. toll. explicatur. l. 1. art. 4. num. 63. & in l. 1. num. 4. C. an seruus in suo facto. l. 7. si quis. num. 267. & in l. à iudice, ad fin. Cod. iudic. l. 12. §. 1. num. 192.

Baldi dictum in l. 1. num. 1. C. secund. nupt. explicatur l. 12. § fin. num. 198.

